



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



apt. Herod. en 1810.

117

1132

EX DONO

de la bibliothèque de  
M. PAUL THOMAS

183 E17

UNIVERSITEITSBIBLIOTH



900000187045





IOH. FREDER. GRONOVII

OBSERVATIONVM

*LIBRI QVATVOR*

C V R A N T E

FRIDERICO PLATNERO



---

LIPSIAE

S V M T I B V S IOH. FRIDER. LAHN

C I O I O Q Q L V

1923/R 1863.



CHRISTI. GOTLIB. IOECHERO  
IOH. FRIDERICO CHRISTIO  
IOH. AVGVSTO ERNESTIO

VIRIS CELEBERRIMIS

P R A E C E P T O R I B V S S V I S

S. D. P

F R I D E R I C V S P L A T N E R

*E*t si Gronouius is scriptor est, Viri Ce-  
leberrimi, qui plerisque doctrina sua  
et elegantia ita non solum notus sed probatus  
fit, ut cum fiducia quadam posset in publicum  
redire, e quo hic eius obseruationum liber,  
propter exemplorum raritatem, videbatur disces-  
isse; non tamen putabam, eum ipsum, si viue-  
ret,

*ret, Vos, Viri Celeberrimi, in hoc reditu co-*  
*mites recusaturum sed sponte expetitum fuisse.*  
*Cum enim viri doctrina perpoliti, qualem Gron-*  
*nouium fuisse, fatentur omnes, laudem maxi-*  
*me eorum appetant, quos sciunt in eodem litter-*  
*rarum genere, super quo commentati erant,*  
*principes omnium consensu haberi, nullius sane*  
*iudicium, quam Vestrum, Viri Celeberrimi, ipse*  
*Gronouius poterat sibi optabilius existimare, a*  
*quibus hae litterae, quarum ille tenebatur amo-*  
*re, non auctae tantum sed fere abeentes reuo-*  
*catae sunt. Quare, cum mihi, qui curam hu-*  
*ius libri delatam receperam, esset dispiciendum,*  
*quos in laudem Gronouii, cognitores idoneos*  
*eoque ipso dignos, ad conciliandum huic libro*  
*inter nostros homines fauorem, deberem aduo-*  
*care, non sane poteram diu anxius haerere, cum*  
*nominum Vestrorum celebritas et magnitudo,*  
*quemuis alium Vobis etiam ignotum hominem, ad*  
*Vos, Viri Celeberrimi, sine dubio adduxisset, me*  
*vero, ut publicae voci obtemperarem, doctrinae*

*Vestrar*

❀ ❀ ❀

*Vestrae et humanitatis uberrimi fructus a me  
ipso percepti, impellerent.*

*Cum enim pater meus, quem mihi, quando amicum Vestrum dico, videor vehementer, laudare, Vobis opportunitate urbis, munerum que necessitudine quadam, et. quod ceteris vinculis arctius est, litterarum similitudine animique honestate coniunctus, per plures Vobiscum annos familiarissime viueret, benevolentia eximia patris praesertim causa, a prima aetate vidi Vos me amplecti. Quae quidem Vestrae erga me humanitatis recordatio, tanto mihi iucundior esse solet, quanto magis deinde ad firmiorem aetatem prouectus, eius pretium perspexi. Commendatum deinde, paterno nomine, in disciplinam receperitis, et in ea fousistis et instituistis liberaliter. Atque inter innumera patris mei in me beneficia, hoc soleo maximum reputare, quod scio eius precibus factum fuisse, ut Vos singulariem quamdam mei curam haberetis, et non so-*

lum velletis doctrina *Vestra* et eruditione me instruere, sed, quod maius est, auctoritate *Vestra* et saluberrimis consiliis adiuuare. Cum enim facultas doctrinae *Vestrae* fructus colligendi detur omnibus, qui in hac urbe *Vos* audire docentes, aut extra eam legere libros *Vestros* velint, paucis tamen propter negotiorum, quae *Vos* distinent varietatem et multitudinem, potest ad *Vos* ipsos *Vestrarumque* in colloquendo humanitatem, in consulendo prouidentiam, in iuuando promptitudinem, aditus patere. Quae omnia, cum mihi concesseritis, videbantur, a me gratiis referendis non sufficiente, publicam aliquam non ingrati animi significationem poscere. Illud vero magis quidem mea, quam *Vestra* causa, videbatur mihi faciendum esse. Cum enim ea omnia, quae aliis tribuatis, ex animis *Vestrīs*, propter eorum magnitudinem, facile excidant, ego tamen in ea ipsa meritorum *Vestrorum* in me commemoratione, officiique et obstricti animi professione, singularē quamdam voluptatem et suavitatem propositam esse intelligebam. Quo-

*Quoties autem intueor tot barbarorum hominum et indoctorum fraudes, quibus decipere inuentutem, et adſuefacere oraculorum quorundam vanitati et ambiguitati solent, et ſimul retinere a veris et utilibus litteris, toties Vobis, Viri Celeberrimi, gratias non verbis et voce ſed animo ago, quod me ea imbuiftis a prima aetate ſententia, ut ſpernere tales nugatores, ultra comprehendia, uti vocant, non sapientes, didicerim.*

*Et Tu quidem Erneſti, Vir Celeberrime, cum me Tibi vix undecimum annum egressum, a patre traditum, inter diſcipulos Tuos recepiſſes, mihi oſtendisti utilitatem fine potius neceſſitatem earum rerum, fine quibus nemo in ullo litterarum genere progredi potest. Cui ego Tuae iñtitutioni deboe ſuauitatis iſtius ſenſum, quem a Ioechero ſumme Reuerendo ciuitatis litterariae iure accepto, e Ioecheri Chriftii Tuisque ſcholis cum utilitate ſumma percepi. Veftra porro auctoritate factum eft Viri Doctiffimi,*

ut, cum iurisprudentiae operam dare in primis  
vellem, ad eos deinde praeceptores accesserim;  
qui ex ipsis fontibus, legum scilicet et histo-  
riarum monumentis, didicerant iura docere,  
et quod fugerem tum philosophiae istius um-  
bratilis et scholasticae tenebras, tum bar-  
bariam eorum, qui se pragmaticos profiten-  
tes, ultra Lauterbachium et eius plagiarios non  
sapient.

*Est vero communis error plororumque,*  
*qui vel occasions destituti, vel ignavia sua auo-*  
*cati, e verae eruditionis fontibus nunquam hau-*  
*serunt, ut putent, earum rerum causas, quae*  
*e historia rerumque veterum memoria poten-*  
*dae erant, se ex ingenio suo, ratiunculis qui-*  
*busdam excogitatis et ad philosophicam quam-*  
*dam speciem compositis, inuenire posse. Quae*  
*ratio, siue potius vesania, si inueterauerit,*  
*omnibus litteris interitum allatura est.*

Ac

¶ ¶ ¶

*Ac propterea, postquam ob muneris rationem, docendi ipse periculum per aliquot annos feci, eadem in via, in qua Vos me olim duxistis, soleo incedere. Quam neque lucelli unquam gratia relinquam, cum sciam, litteras docere, non ab iis iuuenes seducere, artium professores debere.*

*Atque si qua vis unquam in exemplis fuit, hanc, Vobis persuadeatis, Vestri apud me facultatem esse, ut vires, si quas habeo, omnes, non in captanda magni nominis vanitate consumam; sed in verae rectaeque doctrinae usu, collocem. Merito enim Vestro, Vos Viri Celeberrimi, omnes, qui super his rebus statuere possunt, in numerum eorum referunt, qui libris certissime ad seram posteritatem venturis, institutionis vertate, exemplique sanctitate, hanc Lipfiensem Academiam mirifice amplificant.*



*Et Tuum quidem nomen, Ioechere Summe  
Reuerende, tot doctissimi viri posteritati com-  
mendabunt, et ab obliuionis iniuria defendent,  
quot Tu memoriam, vel Tua auditoritate con-  
firmasti, vel criminibus inquis oppressam li-  
berasti, vel temporum incuria obscuratam illu-  
strasti. Commendabunt Te praeter eos, quot-  
quot a facundissimo Tuo ore profecerunt, me-  
ritaque Tua de vniuersa hac Academia et pae-  
sertim Paulina Bibliotheca, cui Te ipsa Salus  
Publica praefecit.*

*Tu Christi Praestantissime, de antiquitate  
omni numis praesertim, gemmis, signis, tabu-  
lis pietis, tam varie multumque es promeritus,  
ut quo usque haec ingeniorum optimorum mo-  
nimenta, quae sine dubio perpetua futura sunt,  
ab intelligentibus hominibus conseruabuntur,  
Christium nomen, cum iis sit duraturum. Su-  
selicium vero Tuum et tot exquisitae et variae  
doctrinae commentationes, quibus vel morum  
inte-*

\* \* \*

*integritatem et urbanitatem, vel litterarum curam, vel discendi legendique rationem, ordinem et fructus commendasti et praeceperisti, ita, omnium super elegantia praestantiaque earum consensu exceptae fuerunt, ut has publicas acclamations ipsa dudum Immortalis Memoria exaudiuisse, et futuris seculis Tuum nomen ad venerationem et admirationem tradidisse et proposuisse, videatur.*

*Iam, cum ad Te, Ernesti quavis laude dignissime, mea properaret oratio, vidi ad me matronam accedere, vultu composito, humano, et ad reverentiam ultro commouente, habitu modesto sed graui, ueste candida et pura. Illa manu mea prensata, ac si inprovisa specie perterritum vellet confirmare, ita me alloquitur: Scio te Ernestio tuo, quem tu a prima aetate amasti, lubenter publicas gratias agere velle, quae so te, vt id meo quoque nomine facias, ego enim, tota quanta sum, Eadem obstri-*

¶ ¶ ¶

*obstricta et nexa viuo. Tum ego, quam vel-  
lem, si mihi ipse, meaeque gratae menti decla-  
randae sufficerem, Tuis precibus satisfacere.  
At illa; quo minus, quod volo, des mihi,  
nihil impedit. Miratus tandem matronae in me  
fiduciam, et si paullo immodestum videbatur,  
non tamen mihi poteram temperare, quin sic  
exquirerem; Quaenam o bona es, quibusue Te  
Ernestius beavit beneficiis? Philosophiam, in-  
quit, me dicunt; Tum ego hac oratione obstupe-  
factus, Tene, tam bellam et honestam matronam  
Philosophiam dixeris? Sed, ac si praeuidisset, me  
male credulum futurum esse, sic pergit. Est sa-  
ne, cur non facile fidem habeas, e libris et dissen-  
tionibus eorum, qui vulgo se iactant a me ipsa  
institutos esse, debuisti existimare, me tot capi-  
ta, quot ipsa Lernaea hydra habeat, a natura  
accepisse, meque, quo quis in metalla dato,  
squalidiorem incedere. Atque, proh dolor!  
postquam litteras omnes e coetibus hominum  
aufugerant, cum ego, p[ro] amore hominum,  
cesso*

*cesso fugam, a barbaris quibusdam et impoli-  
tis hominibus capior. Isti, quibus Scholasti-  
corum nomen erat, me inuitam retinent, et in  
tenebricosa et horrida antra abscondunt, tan-  
toque squalore obducunt, ut, quamvis faculta-  
te excendi impetrata, prae pudore noluissim  
in publicum redire.*

*Tandem, cum per plura secula tristissime in  
tenebris latuissim, Melanthon ille visus est, me in  
suam tutelam recipere. Qui tamen, cum non plane  
istos ignauos et saeuos homines posset vincere, per  
haec duo secula non sane meliore multum, quam  
antea, fortuna usasum. Post illa, excoecatam fere  
a tenebris, mirisque cruciatibus affectam, in  
lucem Ernestius restituit, et sanare vulnera  
coepit, reddiditque formam, qua olim Grae-  
cis, Romanisque, apud quos nata et liberali-  
ter habita fueram, placui. Ista denique duo  
monstra, quae sedem meam occupauerant, deie-  
cit, quorum alterum urbi, alterum simiae spe-  
ciem*



*citem habens, illud faucibus suis et truculentia iuuenes deterrebat, hoc leuitate et lasciuia corrumpebat. Quae omnia, situ velis considerare curatius, facile peruideas, cur cupiam in gratiarum agendarum societatem a te assumi, et cur id, quod exposui, officium, velim tibi imponere. Quibus peroratis, comiter caput annuens, discessit.*

*Etsi vero non possum demandatae causae praeesse, nosti enim me parum exercitatum causarum patronum esse, nolui tamen Te istius pietatem ignorare, qua incensos Xenophonem, Ciceronem, Suetonium, Tacitumque, non dubito, Tibi gratos animos declaraturos fuisse, si quantis decoribus a Te exornati, quantaque sollicitudine perpoliti, doctis hominibus redditi sint, intellexerint.*

*Quorum omnium gratulationes, etsi ad augendam gloriam Tuam parum possint prodesse,*

\* \* \*

*deſſe, ita tamen certiſſime conſirmabunt, ut  
cum Scaligeris Lipſisque per ſecula non tam  
viuere, ſed coli, videaris.*

*Ethi vero Vos, Viri Celeberrimi, tales  
laudes meritis, Veſtris iam conſecuti eſtiſ,  
quales nec mors minuere, nec anni corrumpere  
poſſint, non tamen minus neceſſaria ſunt vota,  
quibus, non ego tantum et ceteri diſciplinae  
quondam Veſtrae alumnī, ſed omnes doctriṇae  
verae et purae ſtudioſi, longiſſimam feliciſſimam-  
que vitam Vobis appreſcantur.*

*Vobis enim viuentibus, reſinebit haec  
Academia ornementa a Vobis addita, conſer-  
vabitur ille Hiftoriae et litterarum bonarum  
amor, quo Vos iuuenit, Veſtra iuuenit  
incendiſſis animos, Veſtra denique doctriṇa,  
rem ſacram a metuendo barbariae malo deſen-  
det, quod uti litteris omnibus exitiale ita di-  
vinis rebus funeſtiſſimum ſemper fuit.*

*Ego*



Ego vero, uti innumeris ornatus a  
Vobis sum beneficiis, ita efficiam, ut me quae  
referre non possum, usque ad mortem gra-  
ta memoria retinuisse, pietate reuerentiaque  
mea intelligatis. Valete. Scripsi in Aca-  
demia Lipsiense, in ipso mercatu Autumnali,  
*A. R. S. CCCCCLV*



PRAE-



SUPER UTILITY  
LECTIONIS AVCTORVM CLASSICORVM  
IN IVRE CIVILI  
FRIDERICI PLATNERI  
PRAEFATIO  
AD IVRIS CIVILIS STUDIOSES



i qua res vñquam, Carissimi Commilitones, vel vi oppugnata, vel fraudibus et malis artibus petita, vel risu immoderato explosa fuit, hoc litteris huthanioribus accidisse nouimus, quibus tamen, tam ad suavitatem nihil iucundius, quam ad vtilitatem nihil magis necessarium excogitari potest. Quae quidem calumniae, aduersus litteras humaniores, non a paucis, iisque obtusi ingenii homunculis, sed, quod mirandum est, a plerisque magni etiam nominis Theologis, Iureconsultis, Medicis et Philosophis, inuentae et repetitae fuerunt. Cuius

b

rei

## P R A E F A T I O

rei sine dubio vna causa haec est, quod illi, qui has litteras contemnerent, a pueritia, siue discendi occasionem non habuissent, siue data vti noluissent, deinde adultiores facti, et perspecta forte necessitate, nollent confiteri, se ignorare ea, quae maxime scire, tum eorum ipsorum, tum iuuentutis intererat, quam docere praeter spem et meritum suum iussi erant. Cum autem nulla suspicio possit iuuentutis doctori magis molesta esse, quam ignauiae et inscitiae, illi quidem nulla faciliore via putauerunt ad excusationem vti posse, quam si, quas ignorarent litteras, publice priuatumque exagitarent, earumque auctoritatem maledictis suis minuerent.

Altera causa sine dubio in ipsa hominum ignavia sita est, qua deterriti pauci ausi sunt, verae doctrinae longissimam viam ingredi, sed expatriari potius in quaevis diuerticula maluerunt. Enim vero, quid illi, qui doctis hominibus literas humaniores necessarias dicunt, quid quaeſo aliud, praeter veram doctrinam commendare volunt. Praecipiunt scilicet diuinarum rerum interpretibus, linguarum, tam Ebraicae et reliquarum orientis, quam Graecae atque Latinae vſum. Laudant vtilitatem, quae in Patrum ecclesiae et Historicorum libris proponitur, volunt Theologos quoque eleganter et perspicue scribere, non oracula promere, et anicularum in modum a dicendi ratione et legibus aberpare. Quis putet Iureconsultis nimium et humeris eorum grauius onus imponi, quando ad

## P R A E F A T I O.

ad linguarum usum et historiarum monumenta impelluntur.

Quis dixerit? hoc Medico indignum aut fuisse olim, aut unquam futurum esse, qui suae artis origines nouerit, qui Hippocratem graece legere, Celsum interpretari latine possit. Cui probetur illa philosophorum abstinentia, qua se a placitis veterum cognoscendis nulla alia de causa continent, quam, quod neque legere, neque intelligere, veteres philosophos possint. Sed sanc haec omnia multum temporis et adsiduitatis requirunt, cum e contrario aliquis facilime et sine omnibus fere litteris, possit eo peruenire, ut e suggestu verba faciens plebi probetur, vt cum adversariis decertare, iisque et ridendi, et, calumnian di materiam praebere possit. Num vero Mosheimus, Boemerus, Deylingius et reliqui primi ordinis Theologi, istis rebus solis nominis magnitudinem consecuti sunt, nonne ii ea omnia sciebant, quae vos putatis tantum a fastuosis quibusdam Grammaticis vobis obtrudi?

Quis homo tam stupidus aut hebes est? quin diuturno et longo usu in Iurisprudentia eo peruenire queat, vt formulas et consuetudinem fori teneat, ad quam facultatem non pauci litterarum rudes, pedissequi et scribæ, progressi sunt. Quis vero unquam sanus eos putet iure consultos dicendos, aut istam formulariam artem, quam proficiuntur, veram Iurisprudentiam esse?

## P R A E F A T I O

Medici vero dogmatici, quo alio signo ab Empiricorum grege discernuntur, quam, quod hi vñsu et temeritate morbos pellere conantur, illi institutione honesta et disciplina didicerunt.

Philosophi denique forte propterea bonorum scriptorum lectionem fastidiunt, quod hac facile possent ab isto errore liberari, quo inducti, se multa noua inuenisse liberaliter existimant, ac hac gloriae vanitate extumescunt, quam facillime possent reprimere, perspectis veterum Philosophorum placitis, per quae sine dubio intelligerent, nihil hodie dici in hoc genere posse, quod non saepius iam sit repetitum.

E his vero litteris, quas plerique tam turpiter negligunt, praesidia ad veram doctrinam ab iis peti debent, qui docti sua professione velint haberi. Possunt sane et earum expertes, satis fructuosa oratione, et plus profuturo exemplo, rusticos et paganos homines ad pietatem cohortari, possunt causas probabiliter orare, possunt morbis mederi et ad vitae necessitatem sufficienter philosophari, modo se a doctorum hominum nomine contineant. Inprimis autem earum rerum infusitia turpis est his, qui alias docere et erudire volunt. Nam et si dicant, se de his et similibus rebus plane nullam mentionem facere, num se propterea existiment ab omni culpa liberasse. Quid, quaequo, dicunt aliud, nisi hoc, nos neque ea doctrina neque eo ingenio sumus, quale habere debent, qui alias velint docere, interea, ne fame pereamus,

## P R A E F A T I O

reamus, facimus quantum possumus. Atque ne videar, me aliorum circulis immiscere velle, a quibus, propter litterarum diuersitatem, debeo secedere, nihil dicam de aliarum artium magistris, continbo me intra iuris ciuilis limites, satisque me putabo, et muneri rationi, et meae litteris inferiendi cupiditati fecisse, si vobis humanissimi commilitones, qui verae aliquando iuri prudentiae operam dare cupitis, hac ad vos instituenda oratione, potero persuadere, lectionem eorum auctorum, quos solemus clasicos vocare, non fructuosam solum sed necessariam iuris studioso esse.

Atque hoc quidem facile patet, ad hominis docti nomen non sufficere, te artem, quam profiteris, facere posse, cum hoc solo vsu consequamur, eruditio vero, praeter usum requirat scientiam, non subitariam sed confirmatam, qua adiutus possis rationem reddere eius, quod a Te factum est, qua demum scientia eo peruenies, ut id, quod fecisti, possis ad regulas quasdam exigere, et, cur ita et aliter fieri non debuerit, iudicare. Iurisprudentiae autem verae maxima pars, in interpretationis legum iustae et accuratae artificio sita est. Quod quidem solo usu nemo potest obtainere. Est enim ad omnem rectam et curiosam interpretationem iter maxime arduum, illudque minime tutum, ut propterea omnibus illud instituentibus, praesidiis quibusdam opus sit, quae ipsa, a linguarum cognitione et historia mittun-

## P R A E F A T I O

tur. Linguae vero cognitio, quantum ad interpretationem faciat, tum ostensum fuit a multis, cum ipsa rei docet natura. Quo enim modo possis eandem sententiam verbis scriptoris tribuere, nisi verba singula intelligas, linguae praecepta et usum, coniunctionemque teneas, sine historia vero, omnis legum interpretatio lubrica et incerta est. Historia enim non solum legum successiōnēm discernit, sed latorem, tempus, causas indicat. Utrumque vero ab iis auctoribus, quos classicos dicimus tribuitur. Nam si ad origines iuris ciuilis respicimus, unde illud accepimus? a Graecis scilicet Romanisque; Apud quos populos hoc ius natum, a quibus, toti fere terrarum orbi traditum? ab iisdem sane Graecis Romanisque; quanam lingua illud ius scriptum est? nonne Graeca atque Latina; a quibus denique hoc ius maxime illustratum est? nonne a Graecis Latinisque interpretibus. In quibus rebus omnibus, cum nulla dubitatio relicta sit, quam putemus aliam viam, ad iuris ciuilis scientiam, patefactam esse, nisi hanc, quae per lectionem Graecorum ac Latinorum scriptorum initur.

Nam, si quis altius ad Romae origines recebat, intelliget sane Romam ipsam, non modo primas scriptas leges, sed mores fere omnes, lingua quoque adeo ipsam Graecis debere. Illi vero, qui ritus, consuetudines, fori rationem, descripsierunt, sunt Graeci scriptores, qui ipsis Latinis maiorem curam rerum istarum habuerunt, quas, cum sibi

## P R A E F A T I O

fibi ipsis obscurae antea fuissent, facile poterant praecuidere, extra Romam legentibus, non magis perspicuas futuras esse; cum Romani e contrario res eas, quas ipsis a prima aetate audiuisserint, facile tanquam notas nimis, et nulla propterea commemoratione dignas, praetermitterent, quae tamen obliuio, siue potius continentia, hodie adhuc plerosque et exercitatos in hoc genere torfit interpretes. Quare, si quis velit iuris Romani historiam cognoscere, non sane poterit aut certus ullius rei fieri, si tantum istis hodiernis scriptoribus, saepe incuriosis et non satis doctis, fidem habeat, aut, si malit ex ipsis fontibus haurire, Latine debet Graeceque ita doctus esse, ut istos veterum libros, non legere tantum sed intelligere possit. Continetur autem iuris ciuilis historia his fere rebus, primo legum ipsarum, deinde eorum, qui auctores legum fuerunt, porro magistratum, quibus legum cura commissa fuit, tandem Iureconsultorum, qui leges interpretati sunt, usumque in re praesente, docuerunt. Quarum quidem rerum omnium notitia, non frustra, aut ad ostentationem, in Iureconsulto requiritur, sed ab ipsa necessitate exigitur. Nam cum eae res omnes, non uno alteroue in loco, sed fere vbiique occurrant, hoc sine dubio verum est, ad leges explicandas harum rerum notitiam omnino pertinere: Atque sane tot Iureconsulti lapi non essent, ac tot legum dissensiones, altercationes, pugnas, immo bella excogitassem, nisi ignorassent, eas leges commode habita temporis, prouinciae, magistratus, inscri-

## P R A E F A T I O

ptionis, subscriptionis, et aliarum rerum ratione, facillime conciliari potuisse. Leges vero, omnia Iurisconsultorum et Imperatorum in Pandecte et Codice fragmenta, dicimus, non quoniam leges sunt, sed quoniam usus ita iubet. Nam Schultingii opinionem ipsa sana ratio probat, neque nos eam hoc in loco parum opportuno defendamus. Atqui, si verum est, res quas enumera vimus omnes, aliquam facultatem ad interpretis munus habere, quis negabit lectionem auctorum classicorum maxime fructuosam futuram esse?

Nam siue historiam spectemus legum, quot e tenui isto fragmento Pomponii leges teneremus, quae libera re publica propositae fuerunt, nisi Lüius, Dionyfius, Dio, Tacitus, Polybius reliquarum mentionem fecissent. Quot formulas, actiones, cautiones, interdicta, edicta, ignoraremus, nisi idem aliique haec omnia nobis exposuissent. Quam obscura nobis ista antiqua verba futura es sent, nisi Gellii, Festi, Macrobiique diligentia uti possemus.

Enimuero audio vos, qui eos scriptores nunquam, non dicam legistis, sed oculis vestris vidi stis, reponere; hodie lectio eorum scriptorum vel tenuem vel plane nullam utilitatem allatura est, cum quidquid potuit in communem utilitatem e his scriptoribus collocari, iam dudum, in opera sua, Cuiacius, Budaeus, Brissonius, Bynters hoeck et similes congefferint; Praeuidebam hoc telum

## P R A E F A T I O

telum sed exitiale non est. Primo videtur, mihi quidem, non satis dignum docto viro, si non e fontibus ipsis, sed e riulis impuris et conturbatis haurire malit. Quod tamen quidam ita impudenter faciunt, ut quamvis Heineccii antiquitates, et Brunquelli Iuris historiam placidissime describant, docti tamen merito quodam, ut credunt, suo, haberi velint.

Ac propterea, nisi quis simili confidentia semper aliorum nunquam suis oculis videre velit, debet sane ex ipsis veterum libris depromere, quae ad interpretationis usum necessaria sunt. Haec vero utilitas istius lectionis, eti per se satis magna, unica tamen non est, sed refert quoque haec lectio multum, ad dicendi scribendique elegantiam, quae, tum ad librorum commendationem utilis, tum ad perspicuitatem maxime necessaria est. Etsi vero nos ea aetate viuimus, qua plerique istam scribendi dicendique exercitationem, negligunt, sunt tamen, quae litterarum felicitas est, alii iisque magis idonei iudices, qui non suo tantum exemplo sed praceptoribus quoque suis, iubent omnes, qui a hominibus legi velint, ab isto anserino stridore recedere, quo plerique audientium aures contundunt. Dici non potest, quam turpis sit deformitas et squalor leges dicendi ignorantium, quando interdum per ipsam necessitatem muneris ratione impositam, ad Latine scriendum adiguntur; quam inconcinna sit tota oratio, quam inepta singula verba, quam insulsae sententiae? Quae omnia sto-

## P R A E F A T I O

machum debent mouere eorum, qui praeter oculos nasum habent. Huic vero iam late grassanti malo possumus eorum scriptorum lectione mederi, qui non elegantes modo lectores efficiunt, sed ad imitationem, pulcritudine sua et praestantia, inuitant.

Tandem ipsa lectio scriptorum classiborum propterea commendari debet, quod non solum ad litteras ipsas sed etiam ad animi honestatem multum valet. Vti vero summa eruditio parum fructuosa est, nisi animus bonus eidem tanquam rector ac comes additus sit, ita eodem iurisconsulti tanto magis indigent, quanto facilius ii, tum a donorum violentia opprimuntur, tum a blanditiarum illecitbris decipiuntur. Quibus, ob eas fraudes, tanto magis salutare futurum est, si ipsos Ethnicos et paganos homines atque a Christi venerando nomine alienos, legerint non iurisurandi sanctitatem preecepisse tantum, sed Regulum constanter conseruasse, quando Brutus in ipsos filios durum sed iustum supplicium statuentem audiuerint, quando Verris turpitudinem et incontinentiam non modo castigatam, sed ab omnibus bonis viris execratam fuisse, per Ciceronis accusationem, intellexerint. Quando Stolonem e propria lege condemnatum fuisse didicerint. Quorum exempla, in liberalibus animis, hanc vim habitura sunt sine dubio, ut eos, non modo summa suavitate afficiant sed imitationis studio incendant.

Postem

## P R A E F A T I O

Possem denique hanc istorum scriptorum lectionem hoc nomine praedicare, quod ex iis populis sunt, quorum leges et instituta propterea diuturnitatem consecuta sunt, quod moderatio et prouidentia, cum iusta seueritate iis inesset. Nam Graecorum leges, quas ipsi Romani imitati sunt, tum a Sapientissimis viris Solone, Lycurgo et Charonda excogitate fuerunt, tum ea constantia conseruatae sunt, quae integratis et salubritatis certissima testis haberi debet. Iurisconsulti vero, non tueri modo et vindicare leges antiquas ab malorum et improbotum hominum temeritate debent, sed nouis excogitatis metuendo malo occurrere. Cuius quidem legum ferendarum disciplinae, optimi magistri isti, quos laudamus scriptores, futuri sunt, quorum ciuitates legum iustitia, ad fortunae et potentiae summum fastigium peruererant. Quorum leges, inter plerasque Europae nationes conseruantur. Quae ipsae leges eam vim inter Germanos, id est sui nominis et rerum suarum tenacissimos homines habuerunt, ut suas sinerent in desuetudinem abire, et eius populi instituta reciperent, cum quo maiores eorum saepe dubio Marte, de imperio decertauerant. Atque haec legum Romanarum auctoritas non aetatis eius obscuritati vnicet sed ipsi earum sapientiae tribuenda est. Cuius splendorē neque ipsi Pontifices potuerunt suis collectionibus minuere aut exaequare.

Ad

## P R A E F A T I O

Ad Lectionem denique istorum librorum, qui sua suavitate facile possunt sui cupiditate incendere, exempla denique tot praestantissimorum Iureconsultorum debent impellere, qui non minorem curam in legendis his libris, quam in cognoscendis iuris fragmentis posuerunt. Nolo longius progredi et nomina singulorum enumerare, quisquis non ignarus rei librariae est, confitebitur istos Auctores nostros a Iure consultis non paucis, restitutos, sanatos et illustratos esse. Agite itaque, Optimi Committentes, compomite vos ad eorum exempla, habete hunc honorem istis Scriptoribus, quos viuentes principes Viri dilexerunt, mortuos elegantissimi legerunt, vt eos nunquam e manibus vestris separatis. Nolite vñquam ad eam levitatem deficere, vt vñbratiles et tenebricosos nugatores eorum perspicuitati praeferatis, aut vt vos tantum in rra formulariae artis arctissimos limites contineatis. Est haec ad vitae vñsum his, qui artem facere causis orandis et iudicando velint necessaria, sed non sufficit ad iurisconsulti nomen obtinendum. Date operam historiae, tum omni, tum ei, quae iuris vicissitudines et origines exponit. Accommodate vos, subtilitati verae, quae frustra in verborum obscuritate quaeritur.

Fugite eos, qui dum vos a litteris humioribus abducere conantur, vos excoecare, imo rei sacrae nocere, velle videntur. Nam hoc experientiae satis idoneo testimonio nouimus, puritatem sacrorum eo tempore restitutam esse, quo litterae

## P R A E F A T I O

litterae humaniores maxime florerent, eandemque eo tempore interiisse, quo his litteris inter barbaros homines nullum pretium statueretur. Cauete itaque, ne vestra incuria aut negligentia, res sacra communis conturbetur<sup>1</sup>, quae sine dubio culpa tanto grauior futura esset, quanto maius dei beneficium, sacrorum ad pristinam simplicitatem restitutione, accepimus. Atque, si vti hac cohortatione volueritis, tutissimo itinere ad gloriam peruenietis, et iurisconsultorum honestum nomen, probantibus futuris seculis, retinebitis.

Ego vero, mihi iam puto ad excusationem, huius nouae Gronowiarum Observacionum editionis, viam aperuisse, quae mihi tanto videbatur magis necessaria, quo plures has Scholaisticas nugas, ita enim risus causa vocant, fastidiunt. Hi sane non poterunt concoquere, me huic libro edendo manum admouisse aut consilio qualicunque adfuisse, et sine dubio hunc qualemcumque laborem parum iurisprudentiam profitente dignam habebunt, quorum tamen reprehensiones putamus iis infirmasse, quae supra disputauimus, quibus ut beneuole vtantur, eos quantum possumus rogamus, nos vero vicissim lubenter patiamur, quod felicitate ingenii quadam, his omnibus non indigent. Nos vero pusilli homunculi studebimus quae natura negauit, studio et lectionis constantia supplere. Quod illos, qua sunt animi magnitudine morumque urbanitate, patienter laturos esse confidimus. Atque sic speramus nobis, exorata tamen prius

## P R A E F A T I O.

prius venia concessisse, vt, quae restat, huius libri causam breuiter peroremus.

Non opus vero est, vt multa de libri praefstantia dicam, cum ipsius scriptoris nomen facile possit lectores ad lectionem, id est, laudem suam impellere.

Atque Gronouius noster, iam anno superiore seculi tricesimo nono, Lugduni Batauorum tres libros priores *Obseruationum* publicauerat, qui deinde anno sexagesimo primo ibidem in lucem rediti fuerunt. Quartus separatim prodiit, Dauentriae, anno eiusdem seculi quinquagesimo secundo. Priorum inscriptio erat *I. F. Gronouii Obseruationum libri tres*, alterius *I. F. Gronouii Obseruationum Liber nouus*, prior octonis, posterior duodecenis exscriptus erat. Hos libros *Obseruationum* quatuor, et si Gronouius nunquam ipse iunctim proposuerit, nos in praesenti fraterno foedere adstrictos, lectoribus tradimus, quos credimus hos tanto lubentius et liberalius excepturos esse, quo minor exemplorum copia ante hanc nostram editionem fuit. Nam hic liber, et si lectione dignissimus esset, a paucis potuit et earum rerum amantissimis legi, cum pauca exempla in quibusdam doctorum hominum Bibliothecis laterent, ad quas aditus non omnibus patet.

Atque hinc nos spem concepimus forte non iniustum, doctis hominibus et aequis harum litteris et

## P R A E F A T I O

terarum arbitris non ingratum fore, si nos librum istum publicae utilitati, noua editione paranda, restituueremus. Atque Librarius quidem Vir honestus et litterarum iuuandarum cupidissimus, cum in Boerneria Auctione ex Ernestio V. C. audiisset, quam amplae et profundae eruditionis hic liber esset, quam raro eius emendi copia fieret, cepit consilium, huius nouae editionis, eiusque curam mihi quidem detulit. Etsi vero is ego non sic, qui emendare aut corrigere Gronouii libros me posse arbitrer, vidi tamen posse huius libri utilitatem magis communem et faciliorem effici, si ea loca scriptorum veterum, quae Gronouius, pro lectionis multitudinae plerumque, vti quemuis cum memoria retinuerat sed interdum parum accurate indicauerat, certius definirentur. Cuius rei molestiae perferenda, cum me imparem futurum esse existimarem, adeundus mihi precibus fuit, THEOPHILVS GVLIELMVS IRMISCH,  
A. M. Clarissimus.

Quem, cum scirem, non solum maximo me amore amplecti, sed etiam doctissimum et in his rebus exercitatum esse, hoc negotium non solum humanissime suscepturnum sed eidem etiam parem futurum esse, praeuidebam. Quae spes me minime fecellit sed largissime impleta est. Nam Irmischius quidem, quo est litterarum humaniorum studio, qua dehique ingenii; et doctrinae mirifica facultate, ita de hoc libro meritus est, vt eidem omnes, qui molestiae magnitudinem considerare velint,

## P R A E F A T I O

velint, ob istud meritum gratias sine dubio habi-  
turi sint. Erant autem plus quam mille locorum,  
quae vel auctoris vel libri nomine solo, indicata  
a Gronouio fuerant, quae omnia ille nunc con-  
stituit, et definit, capitibus versibusque adie-  
ctis. Ita vero loca, vt, quaenam et quot eorum  
essent, lectores possent intelligere, vncis includi  
curauinaus hoc signo [()]. Irmischio vero, Vi-  
ro Clarissimo atque Humanissimo, gratias publice  
maximas ago, quod in hanc laboris meam socie-  
tatem accedere voluerit, eique non maiora proe-  
mia doctrinae et eruditionis singularis optare me  
posse existimo, quam si ex animo precer, vt euen-  
tus votorum meorum et virtutis eius magnitudini  
respondeat.

Puto denique lectores intellecturos esse,  
a Librario in hoc libro exornando summam cu-  
ram adhibitam fuisse. Speroque hunc librum  
quam maxime emendatum ab operarum erroribus  
esse. Ceterum si qua in re lapisi fuerint, hoc vt  
humanitate sua ferre lectores velint, eos quantum  
possimus rogamus. Scribebam in Academia  
Lipsiense, mercatus autumnalis tempore, Anni  
secularis ccccLXV.



IOH.

IOH. FREDER. GRONOVII

OBSERVATIONVM

LIBER PRIMVS

A





IOH. FREDER. GRONOVII  
OBSERVATIONVM  
LIBER PRIMVS

CAPVT I

Exercitum imperare quid sit. Varro emendatus. Exercitus eductus comitiorum causa. Vocati exercitus. Liuius et Festus illustrati. Iusti dies. Servio etiam et Gellio lux. Reuissus exercitus. Pontifex maximus an comitiis regis sacrorum causa exercitum imperare posuerit. Fallo creditum, comitis regis sacrorum cetera trinundinium statim calata. Fallo, Pontificem rebus trepidis ingrante vi repentina exercitum imperasse. Imperare exercitum verbum comitiorum, non militiae. Plauti duo elegantia loca explicata. Exercitus pro

vexatione, exercitio animi misero. Vocare inlicium. Viseare inlicium. Constituere exercitu centuriato. Constituere alicui et cum aliquo. Terenzius defensus. Habere, facere constitutum. Cicero bis et Florus illustrati. Constitutum, praegnantis vox sensus. Constitutum non fieri sine die. Condicta et constituta nra<sup>de</sup> proditorum esse, sine auctore dicitur. Condicere inducias recte, et a Pompejo Trogo dictum videri. Lustrare exercitum quinquennalem. Advocati nocturni. Petronio lux.



pud Plautum (Cistell. 1, 1, 60. Capt. 1; 2, 52.)  
bis legitur moris antiqui sermo, *Exercitum imperare*: quod proprie quid sit, vtque in alienum domicilium migrare iusserit Comicus, videntur etiam querendum, nobis reliquisse docti interpretes. Comitiis

## 4 OBSERVATIONVM

centuriatis Consul vel Censor, aut quicunque magistratus habere centuriata comitia poterat, accenso vel auguri imperabat urbanum exercitum: siue ut loquebantur, iubebat vocari inlicium Quirites. Audiamus testimonia veterum. Varro lib. 5. de L. L. (sect. 9.) *In commentariis consularibus scriptum sic inueni:* Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit; *Calpurni*, voca inlicium omnes Quiriteis huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites in licium visite huic ad iudices. C. Calpurni (Consul dicit) voca ad conuentionem omnes Quiriteis huc ad me. At census dicit sic: Omnes Quirites ite ad conuentionem hut ad iudices. Deinde Consul eloquitur, et exercitum imperat quo conuenientia ad comitia centuriata. Ita enim scribendum. Rursus eodem lib. Varro (loco laudato): Sed ad comitia tum vocatur *Populus*, ideo, quia alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum conuocare: Censor, Consul, Dictator, Interrex potest. quod Censor exercitu centuriato constituit, quinquennalem cum lustrare, et in urbem ad vexillum ducere debet: Dictator et Consul in singulos annos: quod hic exercitui imperare potest quo eat, id quod propter centuriata comitia imperare solent. Denique Varro ibidem (l. l.): Hoc nunc aliter fit atque olim, quod augur Consuli adest tum, cum exercitus imperatur, ac praedit quid eum oporteat dicere. Consul auguri imperare solet, ut inlicium vocet, non accenso aut praeconi. Id incepsum credo cum non adesset accusus, et nihil intererat, quoi imperaret: et dicas causa fiebant quaedam neque item facta neque item dicta semper. Liuinus pro eodem dicit exercitum vocatum, lib. 1. cap. 36: Auguriis certe sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil domi bellique postea nisi auspicio gereretur; concilia populi; exercitus vocati, summa rerum, ubi aues non admisissent, dirimerentur. Distinguit concilia populi ab exercitibus vocatis: nam his maxima, illis minora coabitia significantur. Laelius apud Gellium lib. 15. c. 27. Is qui non uniuersum populum, sed partem aliquam

quam adesse iubet, non comitia, sed concilium edicere debet. Nec alium intelligo exercitum lib. 39. (apud Liv. c. 15.) *Maiores vestri ne vos quidem, nisi cum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis magistratus ad concionem vocasset; forte temere coire noluerunt.* Vbi discrimen idem. Meminit et Festus (in verbo, iusti): *Iusti dies dicebantur triginta, cum exercitus esset imperatus, et vexillum in arce positum.* Fallitur Steuechius ad Vegetum, (lib. 1. c. 6.) cum imperare exercitum idem putat esse quod indicere tirones. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16. *Praeliales dies ab iustis non segregauerim: siquidem iusti sunt continui triginta dies, quibus exercitu imperato vexillum rufi coloris in arce positum est.* Triginta hi dies nihil sunt aliud quam trinundinum, quo indicebantur comitia, cum tribus diebus, quibus edictum proponebatur; suadebatur lex, si legum ferendarum causa edicta essent comitia; profitebantur se et prensabant candidati, si magistratum creandorum: denique ipsa comitia habebantur; nam hi dies extra trinundinum erant, et una cum eo triginta dies implebant. Laelius Felix apud Gellium (15, 27.): *Centuriata comitia intra pomoerium fieri nefas esse; quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari ius non sit propterea centuriata in Campo Martio haberi, exercitumque imperari praesidiū causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus.* Denique et alludit obscure Seruius ad lib. 8. Aeneidos, (v. 1.): *AB ARCE: quoniam vexillum in arce poni solebat, quod esset specimen imperati exercitus.* Sic et remittere exercitum solutorum comitiorum esse, nec de quoquis exercitu ad bellandum, sed de dimisso maximis comitiis populi coetu *νειρ* ξοχὴν usurpari solitum agnoscas ex fragmento Festi (in verbo *remisso*), quod commodissime visus redintegrasse Scaliger: *Remisso exercitu simul et augur, quo Consul usus est in auspicando, abire iubetur: quod tunc eo abeunte*

*certum est exercitum esse remissum, ut cum opus sit, tunc, si velit, abire possit. Nam Consules aut Censores non in perpetuum ipsis auguribus utuntur, sed in auspicio, quos postea dimittunt.* Sic remittere concionem dixit Liuius lib. 2. cap. 59. *remissa concione iter in sequentem diem prouinciari quam sufficit.* Quaestionem posuerunt sibi viri docti, an Pontifici maximo ius fuerit imperandi exercitus. Est qui neget Nic. Grucchius: adfirmat contra Iac. Gutherius: neuter argumentis bene firmis. Grucchius quaerens, an comitia regis sacrorum causa fuerint centuriata, „Nec moueri oportet, inquit, quod exercitum imperari „comitiis centuriatis oportuit, vt ait Gellius, Pontificibus „autem exercitum imperandi ius non esset, lib. 1. cap. 3. „de Comit. Rom. p. 46. edit. venet.,“ Ponit hoc tantum, non probat. Et quia dicit solummodo Gellius, exercitum imperari praesidii causa solitum, non etiam, ab eo, qui comitia habebat, imperari solitum; suspicatur potuisse a Consulibus aut a Praetoribus aut a Tribunis militum, vt potius existimat, imperari exercitum, interim a Pontificibus comitia haberi. Haec sententia et auctoritate caret et ratione. Qui enim aut vnde isti Tribuni militum, qui quasi ordinarii magistratus Consulibus et Praetoribus apponuntur? Mihi vero sufficit vnum argumentum: Quum Pontifex maximus regis sacrorum causa potuerit habere centuriata comitia; consentiant vero scriptores in hoc, et sine vlla exceptione efferant, quoties centuriata comitia haberentur, imperari exercitum; satis, opinor, demonstrant, non ab alio id fieri quam a praefide ipsorum comitiorum; et Pontificem suorum comitiorum ergo exercitum imperare quiuisse. Nodus quaestionis hic est: non satis cepisse videntur, quid sit *imperare exercitum.* Hinc et Gutherius in libro de iure Pontificio valde in hac quaestione pedem implicant. „Comitja, ait, centuriata magistratum aut legum aut iudiciorum causa „in trinundinum promulgabantur; at regis sacrorum causa „nullo interiecto temporis spatio per cornicinem calabrantur,

„bantur, Liuius lib. 3. et 4. Neutro in libro aut haec  
 varietas traditur, aut vlla regis sacrorum mentio est.  
 Pergit: „tum si vis hostium repentina ingriffset, in rebus  
 „trepidis Pontifex exercitum imperabat, hoc est, popu-  
 „lum rogabat, si vellēt, iuberet arna praesidii causa capi.  
 „Rationem Laelius hanc reddit, quia *populus esset in suffragiis ferendis occupatus*. quasi dicat, bellum omnium  
 „ordinum consensu potuisse apparati, cum de re alia po-  
 „populus rogaretur, non exspectato trinundino ob praesen-  
 „tem hostium metum. „ Hic poene quot verba tot men-  
 das. Primum falsum est, quod de Pontificis iure fingit in  
 rebus trepidis. Aut enim res trepidae forent ante comitia,  
 aut in ipsis comitiis ingruerent. Si ante, cur Pontifex?  
 cur non Consul? aut absente vtroque Consule Praetor vel  
 Praefectus vrbi, qui illorum munus absentium implebant,  
 populum rogaret de bello indicendo? aut cur non potius  
 Senatus decerneret tumultum? certe nullae hic Pontificis  
 partes: et instante metu ista comitia poterant differri. Si  
 in ipsis comitiis ingruerat repentina vis hostium, inepte di-  
 citur Pontificem imperare tum posse exercitum. Quia si  
 incepta comitia essent, iam exercitus erat imperatus, iam  
 centuriae in Campo, iam praesidium in arce. Deinde im-  
 perare exercitum hic nequaquam est rogare, an vellent,  
 iubereat Quirites arma praesidii causa capi: sed conuocare  
 populum dispositum per centurias, et sub signis partem  
 in Campum Martium ducere ad suffragia ferenda, partem  
 praesidii causa locare in Ianiculo. Denique non loquitur  
 auctor ille de tumultu in comitiis Pontificum, neque  
 omnino de solis Pontificum comitiis: sed dicit idem  
 quod caeteri, in omnibus comitiis centuriatis fuisse in  
 arce positum praesidium aduersus subitam hostium vim,  
 quae vrbe vacua, profectoque ad suffragandum exercitu-  
 urbano ingruere forte posset. Nimirum existimauit, vt  
 scribit ipse, *bellum indicere*, et *imperare exercitum* esse  
 idem. At *imperare exercitum* est vocare ciues classicos  
 ad maximum comitiatum, seu populum Romanum Qui-

ritium ad comitia centuriata. Dicitur autem *populus strabanus exercitus* ea de causa, quod distributio populi in centurias, secus ac in curias seu tribus, proprie spectet rem militarem; ut cuique centuriarum classi certa arma per Seruum Tullium auctorem centuriatum assignata erant; quodque initio centuriae suffragatus omnes erant. (apud Dionys. est: *ουνίσι δὲ τὸ πλῆθος* εἰς τὸ πρότην πόλεων Αρειον πεδίον ὑπὸ λοχαργοῖς, καὶ σημειοῖς, ωστε εἰς πολέμῳ, verbis Dionysii Halicarnassensis: (lib. 7. pag. 464. lin. 9. edit. Sylb.) dein non quidem omnes armatae centuriae, sed tamen bona pars cum armis in arce, dum veteri suffragia inibant, excubarent. Dional. 47. Τέταρτη μόνον κατὰ τὰς λόχους αὐθικούμενας ἐκκλησίαις ἐγίνετο, ὅτι τε ἔχω τὰ τείχης καὶ ἔτι πάντες οἱ τὰς ἄπλας ἔχοντες ἀνάγκην ἔχον εἰς αὐτὰς ουμένοις. Nunc adhibebimus Plautum, qui etsi in palliata, ut saepe alibi, ad ritum Romanae reipublicae allusit. Captiuis act. I. sc. 2 (v. 49. sqq.)

*huic illud dolet,*

*Quia nunc remissus est edendi exercitus.*

*Nullumne interea nactus, qui posset tibi*

*Remissum quem duxti, imperare exercitum?*

Ad militiam Romanam allusum putant viri docti, quod solerent Consules aut Proconsules provincialibus imperare milites, quos *αὐγεντιῶν* vocet *exercitum* Plautus. Ego quidem memini, quid sit *imperare milites, obfides, fere mentum, naues*: sed idem memini *exercitum imperatum* nusquam inteniri dictum, nisi de comitiis centuriatis. Enimuero si erat adeo notum in auxilia, quum quibantur delectum haberent Consules et toties ea res commemoranda esset, quid est causae, quod nec apud Liuium, nec quenquam alium legamus *exercitum imperatum* pro delectu indicto? cur nusquam, *imperatum exercitum*: scilicet Tibur aut Ariminum aut alio? pessim autem diem ad conueniendum exercitui dictum? Nam Varro, quoniam scribit

bit. *Confidem exercitus imperare posse quid eat*, non alio significat quam in Campum: ideo subiicit, id quod propter *comitia centuriata imperare solent*: ne de quo quis loco, quo dies ad conueniendum edictus esset, accipi posse existimes. Praeterea si parasito imperatur exercitus edendi, vt sociis vel provincialibus imperantur milites, iubebitur naser rem facere minime gratam, nempe vt de suo promat: onerosum enim sociis hoc imperium et manus, ac suas vires vitamque aliorum impendebant utilitati. At Romae qui imperatur exercitus urbanus, dum imperatur, vel praecipuam partem libertatis et imperii exercebat: et eum remissum exercitum sub Superbo Tarquinio et Decemviris fortiter, sub Tiberio quoque, quo sola licebat, rumore doluit populus Romanus. Comitiis utique centuriatis, etiam cum desisset præcincta ex instituto Tullii classis ad eam conuenire, attribuerunt et seruariunt hanc loquendi figuram veteres: cum militia non communicaerunt. Isti hinc igitur αλληγορεῖ quamuis concinne Plautus, de coena per parasitum curanda loquens, vt solebant Romani de comitiis centuriatis indictis et dimissis. Consul auguri vel praecconi imperat exercitum: rex vel adolescentis luxuriosus parasitum mittit obsonatum. Exercitus urbanus conuenit plurimum classum, tribuum, centuriarum: parasitus multigenerem arcessit copiam, quibus rem gerat, pistoria opera, panes, placentas, auiculas, pisces, etc. hinc illi opus Pistoriensibus, Paniceis, Placentinis, Turdetanis, Ficedulensisibus, maritimis. Imperatus est exercitus, dum indicta sunt et aguntur comitia: edendi exercitus imperatus habetur, dum sternitur mensa et discubentes detinet. Educebant olim exercitum urbicum ad comitia in Campum λοχαγοί, vt vocat Dionysius: ita parasitus obsonium portantes et coquos sub signis ducit: eaque de causa Hegio ait, quem duxit. Remittitur exercitus, quum comitia dimittuntur; remissus est exercitus, quum nulla comitia habentur: sic remissio coenarum copiae fuit, quum nulla sit in uitatio, quum

nemo pafcit. Denique qui comitia indicit; et exercitum imperat, ob id iure dicitur *imperator*: talem Hegionem, si faciat vt filius, esse posse censet parafitus. Nam *imperator* hic diuersus panitur *priuato*: vt Sallustius (B. C. c. 6.) eiectis regibus *duos imperatores* sibi fecisse populum Romanum ait. Priorēm partem verborum, de quibus agitur, pronunciat apud se vel spectatores Hegio: *huic illud aegre est, quod nulla nunc aguntur coenarum comitia*: posteriorē ad parasitū: *nactusne intersa es quemquam alium, quis rex et dominus tibi*, velut anguri vel praecomi Consul, *imporaret exercitum edendi*; qui te iuberet iniciū vocare Quirites, Pistorienses, Paniceos, Placentinos, Turdetanos: qui mitteret obsonatum, et iuberet ex pistorum, dulciariorum, aucupum, cetariorum copiis comitium parare. Et hoc quidem loco fatis constat translationis ratio. Audacius abutitur eodem loquendi genere in *Ci-stellaria* a. I. sc. I. (v. 60.)

*Noli obsecro lacrimis tuis mihi exercitum imperare.*

Non enim transferre in alienum locum videtur ob similitudinem quandam rei, sed tantummodo ob ambiguatem vocabuli: vt solet splendida et magnifica verba rebus nibil accommodare ad risum captandum. Sic, (Pl. Epid. I, 2, 56.) *conuocare in cordi senatum consiliarium*; et (Pl. Pseud. I, 2, 25.) *Te cum securi caudicali praeficio prouinciae. Exercere et exercitum habere* est interdum fatigare, vexare, cruciare: hinc *exercitum* pro cruciatu et vexatione posuit. Viderunt interpres, addunque Afranii apud Nonium: *qui me est animi exercitus.* Quod accipiunt alii, cuius ego animum exerceo, vt me sit auferendi casu; alii, qui me exercet, vt *spectatum, punitum, communicatum esse* pro spectauisse, punivisse, communicauisse legimus. Neutrum absurdum: sed vt simillimum Plauto sit, possis facere: *qui mei est animi exercitus. Imperatur exercitus*, cum centuriata indicuntur comitia. Qui dolet ac flet, indicit amico dolorem, eumque compellit communicare lacrimas. *Exercitus*

tus autem nonnunquam vexatio et aegritudo. Ergo imperare exercitum dicit mouere tristitiam et aegritudinem. Hoē simplicissima videtur. Quae si olim et analogiam in re, variaque succurrebant: inter caetera, *Noli tuis lacrimis exercitum mihi imperare*, esse, *Noli me incomitiare*: quod verbum in Curculione posuit: (3, 1, 51.) *quaeso nō me incomities*. Neque id necessario de conuicio accipendum, sed in genere, ne me vexes, ne mihi molestus sis: nam litibus vexamur. Siue hoc placeat, siue aliud commodius, (modo ne insanum commentum de exercitu scororum et adulterorum) non inhibebo: dum iudicatum habeas, *exercitum imperatum* proprie in classe comitiis praeincta diei; hinc, si transferre velis, τὸ ἀναλογὸν pertendum. Caeterum Varro, (lib. 5. f. 9.) ut nos iuuit et docuit, quid esset *exercitum imperare*, ita vicissim operi nostram exposcit. Verba eius: *Omnes Quirites in lictum vixisse huc ad iudices*. Sic tres Florent. et Basil. et Vossianus MSS. Itaque haud scio quain bonis auctoribus Scioppius ediderit, *in lictum its.* Ab inlicio, hoc est, iuuitando, *in lictum* idem sonat, quod coetum iuitatum, seu concionem aduocatam: voce reverentiori, ut saepe Romani principes populo libero non modo fasces, sed etiam verba submittebant. *Vocare in lictum* idem quod citare vel vocare ad concionem. *Vixere in lictum*, ut, *ire exsequias*, *venire suppeticas*, coire ad concionem. Haec quoque citatio per verbum, *Vixisse*, ciuilior est et benignior et minus imperiosa, quam *ite* vel *venite*. Mirum fuit ingenium Romanum in excogitandis, et diligens cura in obseruandis cuique rei vel operi propriis verborum formulis. Mox omnes codices: *Deinde Consul eloquitur ad exercitum impero*, qua conuenit ad comitia centuriata. Vertranius et Scaliger, conuenitur: quod tamen quo melius sit, non video. Scioppius confidentissime: *Deinde Consul imperat exercitui*, qui conuenit ad comitia centuriata. Sed hoc nimium, et param conveniens rei. Quid enim imperet Consul exercitui, qui con-

conuenit, si nondum imperauit, vt conueniret? Et quomodo tam repente conuenit ad primum accensi signum, qui trinundino debet citari? Omnia haec indicendorum comitiorum sunt solennia, non habendorum. Quare pudenterio conjectura ita rem expediemus: *Deinde Consul eloquitur, et exercitum imperat, quo conueniat ad comitia centuriata.* Hoc est, effatur ad eos, qui togati in foro praestos sunt, et ad inlicum paeconis constituerunt. Sequitur postea: *quod Censor exercitu centuriato constituit, quinquennalem cum lustraret.* Haec iam olim mendosa censuit Ant. Augustinus, et correxit Scaliger: *quod Censor exercitu centuriato constituit quinquennalem eum lustrare.* Nos vnam tantummodo literam tollimus et scribimus *lustrare pro exercitui centuriato.* *Constituere autem venusto illo sensu, quo apud Iuuenalem:* (sat. 2, 12.)

*Hic ubi nocturnae Numa constituebat amicae.*

Est quidem honestissimum verbum de omnibus condicis, sed adiuncta *nocturnae amicae* suspectam rem faciunt, et Satirae sannam praeferunt. Rem gratam tironibus, credo, faciemus, si hoc verbum paullo latius enarrando lasciuemus exemplis. etenim doctos quoque homines non nunquam hic offendere offertuimus. Terentius in Hecyra a. 1. sc. 2. (v. 121.) *nam constitui cum quodam hospite, me esse illum conuenturum.* Non opus corrigere cum Palmerio: *constitui quodam hospiti.* Alterum nihil infrequentius. Cicero lib. 2. (c. 27.) in Verrem: *quod erant mihi oppida complura etiam reliqua, quae adire vellem; constitui cum hominibus qui mihi Messanae praefecto essent.* Caesar lib. 1. de Gall. (c. 8, 3.): *Vbi ea dies, quam constituerat cum Legatis, venit.* Augustus apud Suetonium in Caligula (c. 8.): *Puerum Caium xv. Cal. Jun. si dii volent, ut ducerent Talarius et Afellius, heri cum his constitui.* Cicero lib. 1. de officiis (c. 10.): *Vt si constitueris, cuiquam te aduocatum in rem praesentem venturum.*

*turum.* Lib. i. de Oratore (cap. 265. extr.): *Velllem, non constituissem, in Tusculanum me hodie venturum esse,* Laelio. In Topicis (c. 12.): *Ante rem enim quaeruntur, quae talia sunt, apparatus, colloquia, locus, constitutum, conuiuium.* De Senectute (c. 7.): *omnia quae curant, meminerunt, vadimonia constituta.* Sallustius de Vaccenibus (B. Iug. 66.): *dein compostis inter se rebus in diem tertium constituunt.* Tacitus de moribus Germ. (c. II.): *se constituunt, sic condicunt, nox ducere diem videtur.* Iuvenalis Sat. 6. (v. 487.)

*Nam si constituit, solitoque decentius optat  
Ornari, et properat, iamque exspectatur in hortis.*

Hinc *habere, facere constitutum.* Cic. l. 12. ad Atticum epist. 25. *Mandauit etiam Siscae. Rescripsit, constitutum se cum eo habere.* Qui locus ad iurisconsultorum constitutam pecuniam pertinet. Ut et lib. i. ad Att. ep. 7. L. Cincio HS. *viginti millia constitui, me curaturum. idibus Februariis.* Et pro Quintio (c. 5.): *quasi nummos domi haberet, ita constituit Scapulis se daturum.* Lib. 7. famil. ep. 4. *Te cum semper valere cupio, tum certe dam hic sumus. Vides enim quanto post una futuri simus.. Quare si quod constitutum cum podagra habes, fac in alium diem. differas.* Iocus dignus ingenio Tullii. Viri docti scholio suo ostendunt, se eum non intellexisse, cum significant, intelligi propositum de podagra curanda. Qui cupit aliquem valere, quomodo auctor est illi in morbo curationis differenda? Imuno si amica tua et familiaris, inquit, podagra patitur constituit fibi, et bona fide ante constitutum non appellat, differ eam in alium diem, et fac careas illa, dum nobiscum eris. Auctor de bello Hispanensi (c. 19.): *dixitque se cum familia constitutum habuisse, ut una transfugerent ad Caesarem.* Cicero pro Caelio, cap. 25. (al. 61.): *constitutum factum esse cum seruis, ut venirent ad balneas.* Nihil necesse est cum Lambino dñe *τὸ factum, cum Graterno factum esse:* nihil necesse est

est scribi, constitutum locum esse. Sic venire ad constitutum Varroni (de R. R. 2. 5.) Ciceroni pro Caecina (cap. 12.) Petronio (c. 15.) Et idem defectu verbi lib. 12. ad Att. epist. 1. atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano: ibi unum diem: V. Calendas igitur ad constitutum. Suetonius Othon. c. 6. proripuitque se *gofica parte palatii ad constitutum.* Frontinus lib. 3. Strateg. cap. 9. concinere et tumultuari, ut praeceptum erat, coeperunt. Ad quod constitutum Marius etc. Se neca de benef. 4. cap. 6. ad constitutum temporum sua corpori officia respondent. De breuitate vitae cap. 15. quum alicuius alterius vel spectaculi vel voluptatis exspectatur constitutum. Nat. quaest. lib. 7. cap. 6. Videamus enim ventos per complures dies ad constitutum redire. A quo defumisit Annaeus alter lib. 2. cap. 7. et Eurus ab oriente quasi ad constitutum. Diluta valde et aliena est explicatio, quasi ad scopum. Petronius et Plinius dicunt, tanquam conuenisset. Ille, (c. 22. ext.) pariter secundum letitum conciderunt, ut putares, hoc conuenisse. Hic lib. 6. epist. 5. tanta loquacitas amicorum fuit, ut homines iurgaturi id ipsum inuicem scirent, tanquam conuenisset. Vox est praegnantis sensus: non enim intelligi scopum, ut quidam volunt, ne locum quidem solum et semper, ut Salmasius de modo vs. cap. 16. palam est: sed ut plurimum complectitur tria, locum, tempus, negotium. Ideo interdum additur aliquid horum: sed quicquid addatur, reliqua intelliguntur. Quare recte, qui dixit, quod ibidem Salmasius carpit, constitutum pecuniae fieri in diem, idque ipsum verbum significare: eoque non valere constitutum, si quis sine die constituat. Neque huic aduersum est, posse, quod in diem debeo, hoc ipso die constitui. Etenim opposuit ille inter se non *in diem et praesens*, sed *in diem et sine die:* sensit igitur, constitutum proprie fieri in diem aliquem, non necessario in aliud. Hoc est, in tempus certum: est autem certum tempus, etiamsi fiat hoc die, post modicum interual-

teruum. Post haec omnia etiam miror, quid Scali-  
gerum induxit, ut notaret ad Ciri, proditionum esse  
proprie *conditum*, et hoc iis, quibus urbem aut arcem  
prodituri sunt, proprie *constituere* et *condicere* dici. Qua-  
re enim aut ubi hos potius? Legimus quidem apud An-  
mianum in coniuratione Procopii l. 26. (c. 6. med.) *Vt-*  
*que conditum, et ubi exceduit radiis dies:* sed id nul-  
lum argumentum est in re scelestâ propriè usurpari. Grae-  
cis sunt προθεσμίαι. Theo Sophista προσγραφ. δ. ἐπὶ<sup>τὰς</sup> αἱ προθεσμίαι, αἱ κατὰ νοον ἡ κατ᾽ οἰλού ἀν-  
θετοι συντθετει. Hoc est: *Præterea constituta,*  
*quae aut publice aut privatim inter se homines faciunt.*  
Sed nec Scioppii præceps iuvenile probò, *condicere opene*  
*mutuan* in Strada, *condicere inducias* in Iustino (3, 7.) pro-  
non latîno damnantis. Scio apud Plautum (Men. 1, 2, 3.  
Stich. 3, 1, 37. 3, 1, 28.) et Ciceronem (Fam. 1, 9. Plaut.  
Curc. 1, 1, 5.) tantummodo legi *condicere ad coenam*, et  
*statutus conditus cum hoste dies.* Sed ubi condicitur coe-  
na, annon instar pacti est? Neque enim *condita* est  
coena, quam præbet inuitus et vi coactus. Itaque Vi-  
tellium non *condixisse*, sed *indixisse* coenas scribit Suetonius (c. 13.). Sed *sondicere* non dicitur coniurator.  
Peruicerit hoc usus: at *statutum conditumque sibi diem cum*  
*hoste*, annon vterque litigantium iure pronunciat? Quid  
hic aliud quam pactus, aut qui conuenit denunciations  
partium mutua? *Condicere* ait esse denuntiare. Quid?  
qui paciscuntur inducias vel quidvis aliud, non sibi inui-  
tem denuntiant, se, quod placuerit, ratum habituros.  
Tamen addit, denuntiare, te alicui præsto futurum in  
coniuvio vel in iudicio. *Suis scilicet locis*, sed inde non  
sequitur, nihil aliud latine *condici*. Verbi natura latissi-  
me patet: et si nobis exempla desunt optimi aevi, non  
defuerunt Trogô, Gellio, Pomponio. Gellius enim  
lib. 20. cap. 1. *quoniam pactum atque conditum cum rege*  
*pop. Ro. perfide ruperat.* Pomponius l. 27. D. de cont.  
empt. *In vendendo fundo quasdam, etiam si non condi-*  
*cantur,*

*contar, praestanda sunt.* Itaque quare a Trogo (3, 7. extr.) scriptum non credam, *indutias, quas proprio nomine condixerant, et (15, 2.) tempus, locum coëundi condicunt, causae nihil video.* Rursus Varroni *lustrare exercitum quinquennalem*, dicitur Censor, qui lustrat eum post singula quinquennia. Ut Virgilius (Aen. 8, 465.): *Aeneas se matatinus agebat.* Petronius (cap. 15.): *aduocati tamen iam poene nocturni, qui volebant pallium lucrificare, flagitabant, ut apud se utraque deponerentur.* Vbi Turnebus et Scaliger persuaserunt commentantibus *nocturnos et nocturnos aduocatos* dici pro furibus. At Petronius nihil aliud significat, quam si dixisset: *aduocati tamen, quam iam poene nox esset.* Cicero ad Atticum lib. 12. epist. 1. *Cum complicarem hanc epistolam, nosquabundus ad me venit cum epistola tua tabellarius.* Neque aliter Calpurnius ecloga 3.

*Ut mala nocturni religavit brachia Mopsi  
Tityrus.*

Tam Tityrum quam Mopsum dicere potuit *nocturnum*, in eo, quod alterum alteri noctu fecisse indicat. Sic Graeci, (Xenoph. Paed. 5.) *δευτερον δ' αμπελην γιγνονται πρὸς τῷ Γαβρέως χωρὶς ἐποστολος ἀν τὸν τῷ σπαρτεύουσας ἐκεῖος ἀφίσθιμον;* et similia innumera. Denique et illud notandum in Varronis loco, verba illa, *neque item facta, neque item dicta semper,* in Scioppii editione praetermissa, ob quam causam ignoro, intuitis certe MSS. quos vidimus.



## C A P V T II

*Sallustii difficilis locus expli-  
carus. Temporis vocabula pro-  
rebus cum tempore nascentibus  
posita, et illarum attributis  
iuncta. Δέλιον ήμερ. Νέα  
ἡμέρα. Euripidi lux. Vale-  
rio Flacco Dorica nox adsera  
contra Duriam et Duliam.  
Martiali subsidium. Tuciti  
tria loca suspicione mendi li-*

*berata; uni vitium ablatum.  
Tempus Tiberii egregium, sub-  
dolum. Dies vastus per silen-  
tium. Qualem diem induisset.  
Induere simulationem. Liuinus  
defensus. Sententia moderata, et  
tamen non salubris exempli.  
Effoeta parentum virtute. Ma-  
nilius correctus. Cuncta mu-  
tantur die.*

*Sallustius in Catilinario bello, (c. 53. extr.) vbi praefatur iudicium de Caesare et Catone facturus. Ac mihi multa agitanti constabat, paucorum ciuium egregiam virtutem cuncta patrauisse, eoque factum, ut diuitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque defidia ciuitas corrupta est, rursus res publica magnitudine sua imperatorum atque magistratum vitia sustentabat: ac sicuti effoeta parentum, multis tempestatibus haud sane quisquam Romae virtute magnus fuit. Sic omnes omnino MSS. sic primae editiones. Idque olim interpretabantur, effoeta scilicet res publica parentum multis tempestatibus, sive magnis calamitatibus maiorum: ut innuat bella ciuilia et intestinas discordias causam fuisse, cur nemo tam multis seculis emerserit. Quod quum merito parum placeret, subiici coepit, effoeta parente, laudante etiam Riuio: tanquam iam exhausta et defecta viribus vrbe Roma, quae quasi parens est ciuium Romanorum. Nec comodius hoc, et tamen contra codices, vt de suis fatentur Riuus et Glareanus, qui et ipse accipit parente, parentum se intelligere negat. Exortus est Gifanius ad Lucretium, qui elegantissimum praedicaret effoeta parentum, eiusdemque sensus, cuius effoeta parente: Graeco, ait, more, vt αγαθοὶ αὐδεῶν, et Plinio canum degeneres. Inde et Putschio haec optima locutio ac Graecismus merus, qui efferant αγαθαὶ αὐδεῶν, τὰ καλαὶ*

καλὰ τῶν ζώων, et Tacito *subiecta vallium, avia saltuum, ardua castellorum.* Inde Aus. Popmae (ad h. l.) *effoeta parentum* sunt effoetae parentes, ut *alta montium, plana locorum*, pro altis montibus, planis locis. Haec ex eodem fonte manant, et si diuortio quodam diuisa. Nam Gifanius *effoeta* sexto casu accipiebat; hi, vt videtur, primo plurali. Hic ego et si concedam *effoetum matrum*, et *effoetum patrum* pro aliqua matre aut patre effoetis extra comparationem aliorum patrum vel inatrum, item *effoeta parentum* ἀντὶ τῆς *effoetae parentes* queinquam Romanum dicturum fuisse (quod profecto concedendum non est, et si τὰ μέσα τῶν πολυτῶν Thucydides (3, 83, 97.), et si *prima virorum* Lucretius) quid mihi ex optima et elegantiſſima, vt eam vocant, locutione mentis in Sallustio facient? Pone enim, quod illi volunt, significari: *ac sicuti effoeta matre, nemo fuit Romae magnus:* vel, *ac sicuti effoetae matres, nemo Romae magnus fuit:* quis ita scribere sanum quemquam, nedum Crispum ferat? Nam Gr̄terum dorimitasse sat scio, quum *effoeta parentum* adpinxit dici, quemadmodum loca *nuda gignentium*. Quid enim simile? illic quid nudum intelligatur, expressum est; hic, quid effoetum, quaeritur: illic *nuda gignentium* est defecta gignentibus; numquid et *effoeta parentum* est defectum parentibus? Hoc manifestum est τὸ *effoeta parentum* esse sermonem praescivum, ad quem integrandum aliquid ex propinquō intelligendum est. Nihil est propinquius τῷ *multis tempestatibus*. Quid si igitur, cum audimus *effoeta parentum*, subaudiamus *tempestate?* *Effoetum* est, quod desit foeticare. *Tempestatas*, tempus. Vt autem temporis vocabula usurpantur pro rebus, quae sunt in tempore, ita et eisdem iunguntur attributa et qualitates, quae proprie rerum sunt cum tempore occurrentium. Sic *bona, mala, foecunda tempora* dicimus. Tacitus lib. 6. annal. cap. 51. *Morum quoque tempora diuersa: egregium vita famaque, quoqd priuatius vel in imperiis sub Augusto fuit: occultum ac subdolum*

*lum fingendis virtutibus, etc.* In quibus frustra sudat Pichena: nec suspicenes mouere debet, quod sequitur: *Idem mixtus.* Nam et elegantia Taciti est, sic flectere orationem, nec producere nimis inceptam figuram, et haec simplicior oratio illius figuratae interpres est, ostenditque *morum tempora Tiberio diuersa* nihil esse aliud quam Tiberium temporibus mutauisse mores; *tempus morum Tiberii egregium,* Tiberium ad tempus egregiis moribus; *tempus Tiberii subdolum occultumque fingendis virtutibus,* Tiberium dolosum et disparem naturae suae specie honesti assumta. Sic Floro (lib. i. Prolog.) *tempus viris armisque incitatissimum*, quo viri arma incitauere, vel strenue monerunt. Et eidem (lib. i. c. 13.) *tempus dubium utrum clade funestius, an virtutum experimentis speciosius.* Sic *annus pro annona apud Lucanum* (3, 452. 9, 437.) et *Statium (Theb. 4, 720. Silv. 3, 2, 22.)*: sic *ver sacrum* pro deuotis vere sacro, *Trogo lib. 24. (c. 4.) trecinta millia hominum ad sedes nouas quaerendas, velut ver sacrum, miserunt.* Et *mutatio temporum apud Iustinum, Senecam, Tacitum, Suetonium, pro mutato imperio vel principe.* Tacitus lib. 3. ann. cap. 4. *Dies quo reliquiae tumulo Augusti inferebantur, modo per silentium vastus, modo ploribus inquietus.* Pichena *vastum*, quam coniecturam adeo fibi certam visam ait, vt eam recipere non dubitarit. At non est mouenda vetus scriptura. *Vult autem Tacitus illo die urbem modo per ferale silentium praebuisse speciem loci vasti et ab hominibus deserti, modo ciulatione personuisse.* Sic paullo inferius, *die et ripa frequenti.* Qua parte diei frequentes ripam celebrabant. Sic Graecis ἡμέραι et ἡμέρας. Notum illud Homeri (Od. 18, 135.):

Toῖον εἴναι νόον αὐθεώποισιν,

Οἶον ἐπὶ ἡμέραις ἀγητοῖς πατήσεις αὐδεῶν τε θεῶν τε.

Vbi accipitur pro conditione ac fortuna cuiusque, quam nempe dies imponit. Est enim idem quod Terentii: (Hec 3, 3, 20.): *Omnibus ut res dant se se, ita magni at-*

*que humiles sumus.* Hinc δέλιον ἡμαρ, ἐλέυθερον ἡμαρ,  
φραντικὸν ἡμαρ, pro seruitute, libertate, orbitate. Euripides Ione (v. 719.):

Μήποτ' εἰς ἐμαὲν πόλιν ἵκοιδ' οὐ παῖς,  
Νέαν δὲ αἱμέραν αἴποληπὼν θάνοι.

Vbi Brodaeus: νέαν ἡμέραν, *hodicernum diem.* At νέα  
ἡμέρα est noua fortuna et spes regni. Nam quod Homerus οἶον ἡμαρ, Lyrius ὄποινην ἡμέραν dicit. Euripides Troadibus (v. 1330.): οὐτ' ἐπὶ ταύλαιναν Δέλειον αἱμέραν  
βίσ. Phil. Maussacus eadem forma, qua δέλιον ἡμαρ  
putat factum δρομιάμφιον ἡμαρ apud Hesychium: Sic  
enim scribendum, non δρομιάφιον, primum me monuit Salinasius. Est prorsus idem, quod αἱμφιδρόμιον, nisi  
quod illud transpositione literarum poëtis et dialectis qui-  
busdam recepta exstitit. Ut λεξιδήρας, Θηρολέξης apud  
Hesychium: Αρχάγαθος, Λγάθαρχος. Αβλεμέως,  
αἱφροντίως παρεῖ τὸ μέλει, αἱμελέως καὶ ὑπερθέσει  
αἱλεμέως, καὶ πλενασμῷ τῇ βῆτᾳ, αἱβλεμέως, Etymolo-  
gico magno: in eodem ἔροτις, η ἔορτῃ βρέφος, Φέρ-  
βος. Sic φάσγανον pro σφάγανον, ἔκπαγλος pro ἔκ-  
πλαγος, αἱμάνδαλον pro αἱμάλανον, αἱμιθρεῖν pro αἱρ-  
μεῖν. Sic qui Aristophani et aliis, συφοκόμποι, Polluci  
συμφοκόποι, in quo ambigit Leopardus lib. 2. Emend.  
cap. 7. Differunt autem δρομιάμφιον ἡμαρ et δέλιον ἡμαρ.  
Nam ille dies est certus unus, nimirum ipsa αἱμφιδρόμιος,  
et proprie τὸ ἡμαρ accipitur: δέλιον ἡμαρ est sors et mi-  
seria seruitutis et omne tempus, quod in ea exigitur. Hoc  
tamen cum excidisset clarissimo viro; notatuinque insu-  
per esset, posse legi apud Valerium Flaccum: *nox dulia*,  
vt intelligeretur nox, quae seruitio addixit Troianos:  
ecce tibi, qui verbis eius male perceptis δέλιον ἡμαρ et  
δρομιάμφιον ἡμαρ unum esse eundemque diem nos docet:  
et *noctem duliam* appellari, quae Aeneae lucis auspicium  
dedit, quaque ille *sacratis nominalibus initiatus* est: *eam*  
*manere immotis lustris*, quod *seriem gentis Aeneadum*  
*exorsa*

exorsa sit. At o bone, quomodo δρομέμφιον ἡμέρας  
δόλιον? quomodo dulia nox, quae lucis dat auspicium?  
Quomodo nox, quae lucis dat auspicium, eadem est, qua  
nomen imponitur? et eur Aeneae nomen impositum no-  
du? Versus Valerii Flacci sunt hi lib. 2. Argonaut. 572.

*Priami sed quis iam auertere regnis  
Fata queat? manet immotis nox Dorica lustris,  
Et genus Aeneadum et Troiae melioris honores.*

Ita legendum: non *verttere*. *Duria* vel *Durica* substi-  
tuebat Politianus: quod et Salinasio placebat. Sed recte  
legi *Dorica*, pro nocte, qua Dores seu Graeci magna  
fortuna potiti sunt, et capta Pergama incenderunt, pri-  
mus animaduertit, indignante licet Carrione, Gifanius,  
et postea Geuartius adfirmavit. Et certe nihil rectius:  
quando et tempus et locum eorum, quibus vtrumuis se-  
cundum accidit, esse toties dixerunt veteres. Itaque  
non tantum quae hoc adducunt illi viri doctissimi, quae-  
que nos alibi, sed et omnia ista, Statii *vestra est ista dies*,  
et Seueri (apud Sen. Suas. 2.) *Hic meus est, dixere, dies*,  
et Senecae (ibidein) *Meus dies est, tempore accepto uti-  
natur: et similia tuentur noctem Doricam*. In primis il-  
lud supplicis ad Tydea secunda Thebaide (v. 650.):  
*Per superos noctemque tuam.* Ipse quoque Tydeus  
*εἰπαντικῶς* ad Iocastam (Theb. 7. v. 543.): *pulchris cum  
me nox vestra morata est Hospitiis.* Quamuis, si pro-  
prie acciperes, ratione non careret: est enim tempus com-  
munis *περισσωτις* victoris et victi: unde si eandem  
*noctem Troianaam* diceres, foret infelix, ut *Dorica* felix.  
Sic *Allienis dies*. Lucanus lib. 7. (v. 427.) *Emathiae  
funesta dies.* Frequentius tamen in alteram partem. In  
pugna ad Cynoscephalas, quum victoria videretur incli-  
nare ad Macedonas, nuntii Philippo: Βασιλεῦ, Φεύγ-  
ειν οἱ πολέμοι: μὴ πάρης τὸν καιρὸν & μένεσθι ἡμᾶς οἱ  
βαρβάροι: σὺν τῷ ἐπὶ τῷ μέρε, σὸς ὁ καιρὸς, Polybius  
lib. 17. Ut Silius lib. 12. (v. 193.) *dexter Deus, horaque  
nostra*

*nostra est.* Cicero ad Atticum 10. ep. 8. *non tam dirus ille dies Sullanus C. Mario fuisse.* Ipse in Verrem lib. 1. cap. 19. *posteaquam nostris testibus nos quam horis tuis vti malle vidisti.* Breuissime et rotundissime et scitissime dictum: *horis tuis*, id est, tibi fauentibus: sine multis verbis testes statim de singulis criminibus interrogandos dare quam longa accusatione tempus terere, per quam moram te euasurum sperabas. Vide actionem primam. Frustra abesse *tò tuis* in vet. scripto notat Fulvius: nam qui sustulit, non intellexit. Martialis lib. 10. epigrammate 58. sic distinguendo et intelligendo:

*Hic mihi quando dies meus est? iactamur in alto  
Vrbis, et in sterili vita labore perit,  
Dura suburbani dum iugera pascimus agri.*

Hic Romae, quando quaeso dies oritur, quem propri mihi vindicare possim? quem non aliis expensum feram et frigidis officiis occupeam? non profecto arbitrii nostri sumus, sed quasi fluctibus iactamur in isto vrbis pelago, et laborem cum fructu efferimus nullo, dum interim suburban agello non tam pascimur, quam ipsi eum pascimus et magno impendio tuemur. *Iactari in alto vrbis*, Senecae est, *officiorum vorticibus voluntari*, epist. 82. Sed quod diximus saepe designationem temporis poni pro rebus, quae cum tempore prouenerunt, videndum an lucem addere possit illi, quod suspectum omnibus et poene depositum apud Tacitum lib. 6. ann. cap. 20. de Caio: *inumanem animum subdola modestia tegens, non damnatione matris, non exilio fratrum rupta voce, qualem diem Tiberius induisset, pari habitu, haud multum distantibus verbis.* Nam qui tentauerunt, parum opiferi. Vertranius, *qualem die.* If. Pontanus, *dicerem vel dicem.* Accidalius, *vultu qualem.* Barthius, *qualem in diem.* Prae istis omnibus satis arridet vulgatum. Ut enim pro fortuna, quam fert dies, istic, ita hic pro varietate illa vitae et humanae proppositorum, quae indit dies mutatque, accipi-

accipitur. *Qualem diem, id est, qualem faciem vultumque quoque die.* *Qualem diem induisset Tiberius, id est, qualem se quoque die habuisset vel gessisset:* puta siue laetum, siue tristem, ambiguum, seuerum aut crudelem, benignum, voluptarium, negotiosum, otiosum. Suetonius Augusto (cap. 23. extr.): *diemque cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem.* Praeterea est sermo curtus, intelligiturque: *talem et ipse induens ac p[ro]ae se ferens.* *Alium atque alium diem induere,* est alio atque alio die diuersam faciem oris et mentis p[ro]aeferre:

*Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca est.*

*Dies* pro habitu et facie hominis in die, vt *tempus* pro illis quae sunt in tempore. Qualiscunque diei colorem vel formam induisset adsumsissetque Tiberius, ad id exemplum se formans, vt illa comoeda natio apud Iuuenalem: in easdem auro viuendi formas vertebatur ille optimus pessimi domini seruus. Neque insolens hoc magis quam illa apud eundem Tacitum (An. 6, 42.) *induere adulaciones*, (15, 69.) *speciem iudicis*, (1, 69.) *mimia, simulationem.* Vt non dubitemus scribendum lib. I, (c. 7.) *Postea cognitum est ad introspiciendas procerum voluntates indutam dubitationem.* Vbi vulgo *indutam.* Liuius lib. I. (c. 56.) *iuvensis longe aliis ingenio quam cuius simulationem induerat.* Hoc ergo modo, quo tempore senes effoeti, et sanguine defecti sunt, id recte illorum *tempus effoetum vel tempestas effoeta* dicitur. *Tempestate effoeta parentum*, cum parentes nostri effoeti, senio confecti essent. *Tempore egregio morum* Tiberii, cum Tiberii mores essent egregii. Olim, inquit Crispus, paucorum ciuium virtute effectum est, vt diuitias paupertas, inmultitudinem paucitas superaret. Sed postea inuadente vrbein luxu atque desidia, quemadmodum parentum nostrorum ultima aetate, ita fane multis ante aetatisbus nemo Romae fuit virtute magnus: qui fuerunt, ambitu fueront, factione, audacia, scelere. In Iugurtha,

(c. 40. §. 5.) cum ait: *vt saepe nobilitatem, sc̄ ea tempeſtate plebem ex ſecundis rebus insolentia ceperat.* Poterat dicere iſto genere: *Vt multis nobilitatem, ea tempeſtate plebem insolentia ceperat.* Simillima ellipsis cum numeri mutatione apud Liuium lib. 3. (c. 38.). *Indignitate rerum cefſerant in agros, fuarumque rerum erant amissa publica.* Idem lib. 2. cap. 30. *Multis, ut erat, horrida et atrox videbatur Appii ſententia.* Rursus Virginii, Lartiique exemplo haud ſalubres; *utique Lartii putabant ſententiam, quae totam fidem tolleret.* *Medium maxime et moderatum utroque confilium Virginii habebarunt.* Ita diſtinguendum eſt. Nām τὸ ſalubres regitur a verbo *putabant*: et ſequitur *ſententiam*, non *ſententias*, quia diuiferat iam duas, et facta mentione vniuſ, Lartii nempe, ponit vocabulum quod reſpondet propiori. Haec, ſiquidem ſalua Liuio velis τὰ putabant ſententiam: etſi valde ſuſpecta ſint. Sed miratur Sigonius Virginii ſententiam modo probari, modo improbari; vocari *moderatam*, et tamen *example haud ſalubrem*: itaque longe aliam lectionem neſcio quibus exemplaribus debitam obtrudit. Facile haec conciliamus. Erat ſane non tota ſalubris exempli. Etſi enim aequum erat, eorum qui fidem Consulis Seruillii fecuti eſſent et Volsco Auruncoque et Sabino bello militaſſent, rationem haberi: tamen hoc aequum per ſeditionem impetrari, cogique Senatum vel aequum facere per ſeditionem, utique boni exempli non erat. Sic Velleius ait Clodium iugulatum, *example inutili, ſed factio ſalutari reipublicae.* Lucanus (10, 343.):

*In ſcelus it Pharium Romani poena tyranni,  
Exemplumque perit.*

At comparata eadem ſententia cum duabus alteris recte media maxime et moderata vocatur. Nec enim atrox erat vt Appii, nec tam mali exempli vt Lartii, quae totam fidem tollebat. Sic olim cenebam: et haec delere nolui propter interpoſita. Nunc magis placet eo effoeta paren-

*parentum* dici per intellectum alias vocis, quae habetur in proximo orationis membro, nimurum *virtute*. Et quasi illa virtus, quae in parentibus et maioribus illustrium domuum fuit, lassata et effoeta prouenire et propagari desisset, longo tempore nemo apparuit eadem magnus. Hoc mollissimum videtur, atque ita expeditum in oratione propter breuitatem impedita, ut mirer qui factum sit, ut nec aliis nec mihi dudem in mentem vennerit. Talem quorundam querelam de agrorum sterilitate initio operis sui refert Columella: *quosdam etiam praedictas querimoniae velut ratione certa mitigantes, quod existiment ubertate nimia prioris aeuis defatigatum et effoetum solum nequire pristina benignitate praeberet mortalibus alimenta.* Ex quibus Lucretius lib. 2. possemo:

*Iamque adeo fracta est aetas, effoetaque tellus  
Vix animalia parua creat etc.*

Et Manilius lib. 4. v. 820.

*Scilicet immenso nihil est aequale sub aeuo,  
Perpetuosque tenet flores unumque colorem.  
Mutantur sed cuncta diu variantque per annos,  
Et foecunda suis subsistunt frugibus arua,  
Continuosque negant partus effoeta creando.*

Vbi Manilium scripsisse puto: *Mutantur sed cuncta die.*  
*Alterum quidem vix Latinum.*





## C A P V T III

*Vera Salamis.* *Ambigua Salamis.* *Seneca, Lucanus, Manilius illustrati.* *Lucanus et centatus.* *Apollo inter patrios Atheniensium deos.* *Apollo Aetiacus.* *Piraea navalia.* *Terentio defensum, in Piraeo.* *Versus quadrati.* *Rufinus de merris expositus.* *Salamis quomodo dici possit mersisse Athenas apud Siciliam.* *Ασαλαμινος.* *Ta iuvanta των έπαρτιας κυρίους.* *Causa efficiens alia, alba praecedens.*

**A** pud Manilium lib. 5. (v. 50.) et ex eius imitatione apud Senecam (Troad. Act. 3. v. 844.) et Lucanum (3, 183.) mentio est *verae Salaminis*: ea quae sit, curue hoc nomine censemur, dudum quae suerunt summi vi-ri. Salamines duae fuere: Attica vetus, ob quam dirum et internecinum cum Megarensibus bellum gestum; et Cypria, condita ab Teucro Telamonis, dum exsularet quod iniuriam fratri ab Ulysse inferri visam vltus non esset. Velleius (1, 1.): *Teucer non receptus a patre Telamone ob segnitiem non vindicatae fratris iniuriae, Cyprum expulsus, cognominem patriae suae Salamina constituit.* Idque concedente Belo Sidoniorum Rēge, qui eam insulam armis subegerat, si Virgilio et Seruio fides. Teucer ibidem delubrum Ioui Salaminio posuit cum iure asyli, vt est apud Tacitum annali 3. (c. 62.) Illa *vera* appellatur, haec *ambigua*, quia dubitandum nomen Salaminis fecit. Seneca. Troadibus: *Nunquid Aiacis Salamina veram.* Etenim ad Troiam Ajax ἐκ Σαλαμῖνος ἀγών δυοκαίδεκα νῆες. Itaque *vera Salamis Aiacis.* Cui ibidein Αἰάρτιος celebrabantur, teste Hesychio. At *ambigua Teuchi.* Horatius (lib. 1. od. 7, 21.):

*Teucer Salamina patremque  
Cum fugeret, tamen uda Lyaeo  
Tempora populea fertur vinxisse corona,  
Sic tristes affatus amicos: etc.  
Certus enim promisit Apollo  
Ambiguam tellure noua Salamina futuram.*

Illam

Illam vti cognomine eodem designat, ita et intelligit Lukanus lib. 3. v. 18.

*Exhaustit totas quamuis delectus Athenas.*

*Exiguæ Phoebea tenent naualia puppes,*

*Tresque petunt veram credi Salamina carinae.*

Sed hic non leuis occurrit difficultas. Cur enim portum Athenarum vocat *Phoebea naualia*? Scio Apollinem inter patios Atheniensium deos referri. Praeter illos, quos in hanc rem aduocat Meursius in Athenis Atticis, testem dare possum Diodorum Siculum lib. 16. Αθηναῖοι μὲν ἐν περὶ τὸ θέσιν τοιῶντ' ἔκραξαν καὶ ταῦτ' ἐυχόμενοι τὸν Ἀπόλλωνα πατρῶον αὐτῶν εἶναι καὶ πρόγονον. Possum Plutarchum in Alcibiade: Λύλειτωσαν ἐν Θηβαίων παιδες· καὶ γαρ οἱσσοι διαλέγοσθαι οἵμην δὲ τοῖς Αθηναῖοις, οἷς οἱ πατέρες λέγοσιν, αἰρεχτυγέτις Αθηνᾶς καὶ πατρῶος Απόλλων ἐσίν. Qui et in Deinetro Apollinem appellat Atheniensium πατρῶον καὶ τὰ γένεα αἰρεχτυγέτον. Sophocles Oedip. Colon. (v. 1100.) Πρὸς Πυθίας ἡ Λάσιππη στοιχταῖς. Vbi Scholiastes: Δέγοι δὲν Πυθίας αἰταῖς τὸν τὰ Πυθίας Απόλλωνος βωμὸν τὸν ἐν τῷ Μεραρέᾳ. Sed non magis eo nomine *Phoebea naualia* ea vocari possunt quam *Iouia*, quia non modo Mineruam, sed et Iouem Piracei appellat Liuius lib. 31. (c. 30.) Vetus editio Lugdunensis habet *Pyrena*: unde primum facere *Piraea*: nisi error operarum est, et voluit editor exprimi coniecturam Omniboni iam olim hoc loco offensi. Potuit dissimulasse syllabam exemplo Ouidii lib. 6. Met. (v. 446.) *Piraeaque litora tangit*. Sic *Dicarchaei*, Statio (Silu. 2, 1. 2, 2, 10. 3, 5.) et aliis pro Δικαίοχαιοι. Petronius (120, 8.): *magnaenque Dicarchidos arua*. Nec tamen, quod de Piraeo dixi, id ubique aut etiam, ubi nulla versus id requirit necessitas, valere velim, quasi iustum et legitimum sit *Peregrinus* pro portu et oppido, *Peregrinus* homo ex portu. Muretus quem apud Terentium contendit legendum esse, in *Piraeo*, non est hallucinatus:

tus: sed ostendit se Graece didicisse ex optimis auctori-  
bus, non ex uno Grammatico. Omnes autem Graeci  
ita loquuntur, vt Πειραιέα vel Πειραιῶ vocent oppidum  
ac portum Athenarum; nunquam Πειραιὸν appellent op-  
pidum, nunquam Πειραιέα hominem ex portu. Gram-  
matici tamen possunt excusari, qui fingunt αὐτολογικῶς ad  
ἄτυμα et origines inueniendas, quae usus auctorum im-  
probavit. Nec metrum obstat: nam *Piraeo* etiam si τε-  
τρασυλλαβῶς scribatur, τρισυλλαβῶς potest pronun-  
tiari. Vt (Hom. Il. 1, 1.), Πηλουάδεω Αχιλῆος. Vir-  
gilius (Ecl. 6, 30.):

*Rhodope miratur et Ismarus Orpheo.*

Sic nihilominus est senarius cum trisyllabo pede integer  
(Ter. Eun. 3, 4, 1.):

*Heri aliquot adolescentuli coimus in | Piraeo.*

Varronem certe non adhibuissest Guidetus, si intellexisset.  
Ex eius lib. 7. de L. L. aduocat Rufinus in metra Teren-  
tiana: *Aut in extremum senarium totidem semipedibus ad-  
iectis fiat comicus quadratus, vt hic: Heri aliquot ado-  
lescentuli coimus in Piraeo.* Legimus hic etiam in anti-  
quo Rufini libro ex Franc. Fabricio, *Piraeo*, inquit.  
Non fecisses, si meminisses, quis versus esset quadratus.  
Rufinus post paullo: *dein longissimos, id est, tetramet-  
ros subdividerunt, qui appellantur quadrati.* Et mox:  
*Quadrati legitimi sedecim syllabis iuxta ius proprium con-  
stare debeant.* Vult igitur Varro quadratum seu tetra-  
metrum esse hunc versum: vt est, si non contrahas duas  
ultiimas literas, et pro duabus, vt natura sunt, accipias  
syllabis, *Piraeō*. Adeo non iuuat illud *Piraeo* Guideti.  
Nam quod veteres quidam libri τὸ ε ignorant, rudibus se-  
culis condonandum; non illis, qui melius docti esse de-  
bent, pro lege ponendum est. Sed, vt reuertamur ad  
Lucanum, in portubus Apollo celeberrimum et principem  
habet

habet Actiacum. Ouidius in epistola Sapphus (Hec-  
roid. 15. v. 165.):

*Phoebus ab excelso, quantum patet, adspicit aequor:  
Actiacum populi Leucadiumque vocant.*

Inde et Propertius lib. 4. Eleg. 1. *vbi Nauali stant sacra  
Palatia Phoebo.* Ob Augusti victoriam Actiacam hoc ei  
cognomen dat. Quid si ergo transponatur versus, hoc  
modo:

*quercusque silentes*  
*Chaonio veteres liquerunt vertice Sellae.*  
*Exiguae Phoebea tenent naualia puppes.*  
*Exhaustit totas quamuis delectus Athenas:*  
*Tresque petunt veram credi Salamina carinae.*

Chaones et Actium in Epiro. Postremo versu, tres, in-  
quit, naues, apud Salaminem relictae, non tam probant  
ac demonstrant illam olim Perfidis inclitam tropaeis,  
quam petunt orantque credi, precario impetrant ut cre-  
datur, hanc esse illam veram et antiquam Salamina. Curtius  
lib. 5. (c. 7. §. 9.) *inde orbem fuisse viginti stadii distantem credunt magis quam sciunt accolae.* Manili verba  
sunt, vbi docet eos, qui nascuntur oriente Naui in Arietis  
parte quarta, nauicularios rectoresque puppium et rei ma-  
ritimae gnares ac potentes futuros:

*Tolle istos hominum partus sub fidere tali:  
Sustuleris bellum Troiae, classemque solutam  
Sanguine, et appulsam terris: non inuehet undis  
Sidera, nec pelagus Xerxes facietque tegetque:  
Vera Syracusis Salamis non merget Athenas.*

Ita codex Gemblacensis, quuin vulgaretur: *Roma Syra-  
cusi.* Scaligero ibi Cimmeriae tenebrae: quuin Athe-  
nienses Salamina vastarint: tantum abest, vt Salamis Athe-  
nas merserit: et si notum sit ad Syracusas rei male ge-  
stam. Barthius idem, *Vera*, notauit in quatuor partim  
scri-

scriptis partim editis antiquis: neque opus censet pri-  
mum, vt aliam scripturam quaeramus. Suboluit aliquid  
illi de duplice Salamine: tandem tamen deesse potius  
versum quam coniectura rem expediri posse putat, lib. 3.  
Aduers. cap. II. Possumus intelligere per antonomasiā  
res nauales seu maritimas Atheniensium: tum quod victo-  
ria de Xerxe prope Salaminem primum eorum gloriam  
ac potentiam maritimam erexit: tum quod maximum  
momentum esset Salaminia nauis, vtpote sacrata et πρὸς  
τὰς μεγάλας χρείας. Αθαλάττωτον et Ασαλαμίνον  
pro eodem ponit Aristophanes (*Βατραχ.* Act. I. sc. 4.  
v. 206.). Hesychius: Ασαλαμίνος, ἀπειρος θαλάσσης.  
Ita diceret Manilius: Si non forent nati sub Ariete, nul-  
la essent bella naualia, nec Atheniensium maritima po-  
tentia, cui victoria ad veram Salaminem parta ortum de-  
dit, prope Syracusas mersa atque euerfa ipsam urbem  
mersisset atque euertisset. Verum est enim, ad Syracu-  
sus omnem Minerui populi virtutem, gloriam, famam  
concidisse. Neque vero absurdum sit, per *veram Sal-  
amina* ipsam urbem et decus ad *eam* partum accipi. Do-  
cuit Aristoteles in 8. Physicor. τὰ μὲν κινήσεις μονάρχῶς,  
τὰ δὲ τὰς ἐναντίας κινήσεις τὸ γὰρ ψυχὴν θερμαῖνει  
σφοδρὸν πῶς καὶ ἀπελθὼν, vt ait. Plato in Theaeteto;  
δύο δὴ λέγω εἴδη κινήσεως, τὴν μὲν ἀλλοίωσιν, τὴν δὲ  
περιφοράν. Facit huc et illud senecae epist. 87. *Alia*  
*est causa efficiens, quae protensis necesse est noceat; alia*  
*praecedens. Hanc praecedentem causam diuitiae habent.*  
Hanc et Salamis in clade nauali ad Syracusas habuit. Si-  
lius de Syracusis (14. v. 284.):

*Et Salaminiacis quantam Eoisque tropaeis  
Ingenio portus urbs inuia fecerit umbram,  
Spectatum proauis, tercentum ante ora triremes  
Vnum naufragium, mersaque impune profundo  
Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas.*

Vide-

Videtur etiam dictum de sententia Platonis, qui lib. 6. de Legib. tanquam incommodum ciuitatibus ad virtutem acquirendam damaat usum maris, longeque praeclarissimis Athenienses habituros fuisse demonstrat, si iuuenium septem crudelis tributum Minoi pendere perseuerassent, quam istos introduci mores; vt pro pedestribus strenuis bellatoribus nauales facti consuescerent frequentes cursu descendere naues, mox celerius retroeedere, nec probrum putare, si quis excepto fortiter hostium impetu in vestigio mori detrectaret, sed quasi legitimum nactos praetextum abiicere arma et fugam non turpe facere. Quin etiam nauali ad Salamina praelio Graeciam seruatam negat, duas vero pugnas, Marathoniam et Plataeensem, alteram principium salutis Graeciae, alteram consummationem fuisse contendit. Aristides Platonica II. Πλάτων δὲ τὸν ταῦτα κατεργασμένον καὶ τὸν κομίσαντα αὐτὸς εἰς τὴν Σαλαμῖνα, λυμήναδαι Θοις τοῖς πρόγυμναις, καὶ τῶν πρὸς ἡδονὴν ὑπηρετέντων ἐδὲ γενέθαι Βελτίων. Eodem et predicta vatum collineasse videntur, naualem pugnam dissuadentium. De quibus idem Aristides: χρησμολόγοι δὲ πάντ' ἦδον, πλὴν τὸ τῶν πάντων ἐκ ἦδον, ὡς δεῖ ναυμαχεῖν· ἀλλὰ καὶ Φυλάττεοις παρίνεν τὴν Σαλαμῖνα παντὸς μᾶλλον. Ergo vera Salamis est fortuna praelii ad Salaminem et animus populi eo successu inflati, viribus Athenarum inde mari commissis, non eo perduxisset nimium fidentes, vt ad Syracusas se perditum irent. Ut in merito de Atheniensibus dici possit illud in Pompeium iactum: *Eandem vittutem istam veniet tempus, cum grauiter gemes.* Hoc verum censeo: et si erunt fortasse, quibus hac parte duntaxat placeat ingenium Sam. Petiti. Is libri 3. miscell. cap. 5. veram Salamina interpretatur Salaminiam nauem, qua reuocatus ad reatum ab Sicilia Alcibiades. Hoc enim duce remoto et consilium et fortuna apud Syracusas Athenienses destituit. Testes locupletes Thucydides, Plutarchus, alii. Idque ipsi postea fassi sunt, qui magistratum ei et imperium

rium ademerant. Ut iure Salaminiae nauis, quae Alcibiadem summae rerum depulit, Alcibiadem, cui vnicie innixa stabat Atheniensium in Sicilia et fortuna et salus, cladem eam tribuerit Manilius. Quam *veram Salamina* dixerit, hoc est, a vera, antiqua, Aiacis Salamine vel ornatam vel tantummodo denominatam. Non enim, quod cum conseruare eam vellent, resepta toties fuerit, ut nulla veterum tabularum, vnde primitus compacta erat, remaneret, eoque disputatum, eadem foret, necne, ut voluit Petitus. Id enim in sola Thesei naue tradit historia, et quia in ea sola tradit, in aliis negat. Multo minus Salaminiam nauem respexit Lucanus. Quemadmodum enim, *tres carinae petunt credi veram Salamina*, potest explicari, tres naues cum Salaminia militibus instructae fuerunt; vel tres naues militibus instructae sunt, quarta exspectabatur Salamina? Non volam nec vestigium huius interpretationis in Lucani verbis video. Vti nec intererat Troadum Aiacem appellasse *verum*. Numerum nauium accepit Lucanus a Thucydide, qui testatur initio Peloponnesiaci belli eam fuisse custodiam loci. Lib. 2. (sect. 93. v. 39. edit. Ducer.) de Lacedaemoniis: ἐπλεον ἐπὶ τῆς Σαλαμῖνος τὸ ὄκρηστήριον. τὸ πρὸς Μέγαρος ὁρῶν· καὶ Φρέσιον ἐπ’ αὐτῷ ἦν, καὶ νεῶν τριῶν Φυλακὴ τῇ μὴ ἐσπλειν Μεγαρεῦσι μηδὲ ἐκπλεῖν μηδέν τῷ τε Φρεσίῳ προσέβαλον, καὶ ταῖς τριήρεσι αὐθέλκυσαν κενάς. Et mox (ib. sect. 94. vers. 61.): καταδραμόντες τῆς Σαλαμῖνος τὰ πολλὰ, καὶ αὐθέρωπες καὶ λείαν λαβόντες, καὶ τὰς τρῖ�ς ναῦς ἐκ τῆς Βεδώρες τῇ Φρεσίῳ κατὰ τάχος. Ita ergo scribit, quasi tum quoque ex more tres naues illuc praefidio et insulae et Athenarum solae fuerint reliæ, caeteris omniaibus comprehensis.



◎ ◎ ◎

## C A P V T IV

*Plinius emendatus et illustratus. Furtum rei immobiliaris. Ordiri caespitem. ἐπάρχαι δεκάστιν. Homerus defensus. Vicini caespitem fulco mordere. Fama. Ultra famam exigere accolas. Intra famam recepti agri. Sinus famae. Taciti vetus scriptura bis explicata. Hominum fama. Libanio lux. Quotus. Luctatio medicina. Quam partem. Defunctus non dicitur Latinis, ut Graecis νεκροί, pro cadauere.*

**E**gregius est locus Plinii lib. 2. c. 68. quem miris modis deprauatum vulgo, ita exhibent MSS. *Et (ut publicos furores transeam) haec (terra est) in qua conterminos pellimus furtoque vicini caespitem nostro solo ordinatur: ut qui latissime rura metatus fuerit, ultraque famam exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat, vel cum ad mensuram avaritiae suae propagauerit, quam? tandem portionem eius defunctus obtineat.* Furtum docete et ex sententia veterum ICtorum, existimantium etiam fundi locie furtum fieri, l. 38. D. de usurp. et usurp. Gellius lib. II. c. 18. refert, in Sabini libro de furtis scriptum esse, quod vulgo inopinatum, non hominum tantum neque rerum mouentium, quae auferri occulte et surripi possunt, sed fundi quoque et aedium fieri furtum. Iustinus lib. 38. (c. 2.) studio regum intellectio aliena regna falsis nominibus furantium. Furtoque vicini caespitem nostro solo ordinatur (sic enim MS. Chifetii et duo membranacei Leidenses, Foxiensis item et Venetus D. Antonii, cum vulgo sit solo affodimus) exquisite dictum, pro ordinatur inquere caespitem solo, quod nostrum habetur nobisque vindicamus, ea parte quae furtum est, quae vicino per nefas adeinta est. Ut apud Statium, *inceptus fulcas* pro inceptus scindi, *inceptae dapes* pro inceptae sumi, *incepta fila* apud Ouidium, pro incepta texi. Tale Homero est ἐπάρχεως δεκάστιν proprietas pocillatoribus. ut Il. a. (v. 471.)

C

Νόμη-

Νόμισαν δὲ αἱ πᾶσιν ἐπαρχάμενοι δεπάεσσιν.

Οδυσσ. σ'. (hic locus non est in eo libro.)

Οινοχόος μὲν ἐπαρχάδω δεπάεσσιν.

Rufus Οδυσσ. σ'. (v. 417.)

Οινοχόος μὲν ἐπαρχάδω δεπάεσσιν,

Οφέα σπείσαντες κατακέιμενοι οὐκαδ' ιόντες.

Et similiter Οδυσσ. φ. (v. 263.) Quibus locis apparent alium esse τὸν ἐπαρχάμενον δεπάεσσιν, alias τὰς σπέσαντας. Minister ἐπαρχεῖται δεπάεσσιν, hoc est, *incipit poculis*, intellige, vinum dare circum. Quod praeceps Graecis dicitur, ut Latinis: *postunt maioribus poculis*, neim̄o vinum dari. Quare frustra est qui in Hymno in Apollinem, vbi Themis ei dicitur porrexisse nectar:

Ἄλλα Θέμις νέκταρτε καὶ αἰμιθροσίνην ἐρατενήν

Αθανάτησιν χερσὶν ἐπίρεξατο.

cum hoc putaret modo pro libare poni, rescribit: *χερσὶ πορέξατο*. Nam ἐπαρχάδαι δεπάεσσιν idem est. Οδυσ. η. (v. 183.)

Νόμισεν δὲ αἱ πᾶσιν ἐπαρχάμενος δεπάεσσιν.

Sequitur: Αὐτὰρ ἐπεὶ σπέσαντο. Sic potest in Plinio defendi vetus chirographum. Nec tamen incommodè legas: *furtoque vicini caespitem nostro sulco mordemus*, aut *rodimus*. id est, furtim aratro nostro inuadimus, et carpiimus. Νέμοι γεωργοὶ Iustiniani: *χεὶ τὸν γεωργὸν ἐργαζόμενον τὸν ὕδιον ἀγγεον, ἀναγ. δίκαιον, καὶ μὴ προσειχεν αὐλακας τῶν πλησίον*. Seneca epistol. 88. Quid prodest subtiliter colligere pedes iugeri, et comprehendere etiam si quid decempedam effugit, si trifem me facit vicinus potens et aliquid ex meo abradens? Theocritus Idyl. 10. (v. 5.)

Ptoic's

*Ποῖος τις δέλαυτε κοῇ ἐν μέσῳ ἀματος ἔσση,  
Ος νῦν αἰχόμενος τὰς αὐλάκους οὐκ εἰποτρώγετε;*

Rursus apud Plinium ex iisdem libris: *ultraque famam exegerit accolas: restituimus, ybi vulgo, ultraque fines.* Herimolaus Barbarus et ipse ponit, *ultraque famam: sed legendum quibusdam videri, ultraque fines.* Vtrumque, tamen, ait, defenderim, vt sit *ultra famam* idein quod *ultra* opinionem, oīninoque perquam multum: nam et *intra famam* dicitur, quod est huic contrarium. Sed *ultra famam* est *ultra* partem terrae cultam et habitabilem, in loca sola et defecta humano cultu et adeo aut remota aut neglecta, vt ne fama quidem ibi et inde sit, vt ea esse in rerum natura nesciatur. Sic capiebam apud Tacitum lib. 13. annal. cap. 55. *Quotam partem campi iacere, in quam pecora et armenta militum aliquando transmittenterent?* Seruarent sane receptos gregibus inter hominum famam: modo ne vastitatem et solitudinem malent, quam amicos populos. Sic omnes antiqui codices. Quam exiguum ait esse partem campi, quae non quidem ab ipsis veteranis deductis et assignando occupata esset; sed in quam communem modo pecora aliquando et armenta agerentur? Qua interrogatione innuit longe maximam partem vacare. Tenerent sane, pergit, agros soli, nec communicarent, quos pecore inducto inter hominum habitationem recepissent: modo in caeteris, qui ociosi, exclusi, et in nullum hominum usum conuersi iacerent, ne malent vastitatem et squalorem, quam amicos populos colentes. Sic et in vita Agricolae cap. 30. *Nos terrarum et libertatis extremos recessus ipse ac finis famae in hunc diem defendit.* i. finus ac recessus orae habitabilis. Perperam sollicitant. *Sinus* est pars secreta et locus maxime remotus. Ut in libro de moribus Germanorum, Gallos qui decumates agros in limite Romani Iuris colebant, designans: *Mox limite acto promotisque praesidiis, finus imperii et pars prouinciae habentur.* i. pars ultima

et extrema velut lacinia. Vbi homines nulli, ibi nec fama, quae hominum ore feritur. Sic Liuius lib. 42. (c. 52. extr.) *Qui Europa omni domita transgressi in Asiam, incognitum famae aperuerint armis orbem terrarum.* h. e. hominibus Europaeis. *Recepti* igitur *inter hominum famam agri*, qui non sunt omissi et exclusi extra habitacionem et cultum humanum: *recepti gregibus*, quod non quidem habitentur, sed tamen pecorum inductis gregibus seruant humano usui. Nam quo pecora aguntur pastum aut pabulum prodeunt, eo homines quoque, quorum sint illa, vel curae commissa sint, peruenire necesse est. Vox *agros* ex praecedentibus repetenda: *Frisos decadere agris iussit.* Et mox: *eosdem agros Anfibarii occupauere.* Caeterum, vt dixi, *fama οἰκείην.* *Exigere accolas ultra famam* est ultra partes terrae hominibus cultas et frequentatas: *famae incognitus orbis*, ignotus hominibus, qui citra degunt: *in recessu et sinu famae agentes*, in parte remotissima maximeque abcondita rerum: *recepti intra famam agri*, occupati ab hominibus inter partes terrae excultas. Tò *hominum* abesse poterat saluo integroque sensu. Non est enim fama nisi hominum: sicut non intelligitur pars terrae habitata, quam homines non colant et possederint. Sed amant hunc πλεονασμὸν vteres etiam in magis vulgari sensu vocis. Cicero pro Cluentio (c. 5.): *non macula familiae, non hominum fama, non filii dolor.* Pro Sulla (c. 8.): *quorum iam et nomen et honos inueterauit et huic urbi et hominum famae ac sermonibus.* De diuinatione lib. 2. (c. 54.) *Quorum interpres nuper falsa quaedam hominum fama dicturus in Senatu putabatur.* Liuius lib. 38. *M. Aemilius Lepidus petebat aduersa fama hominum.* Sic animi timorem, animi superstitionem, constantiam, spem dicunt, quae non nisi animi esse nemo ignorat. Sic nos olim. Sed quia ἀεὶ κρέτισσόν ἐστι τὸ αἰλῆθῆ λέγειν, habet ambitionis illecebras coniectura Cl. V. Io. Freinshemii: *Seruarent fane receptus gregibus inter hominum famem:*

vt

vt si quis ea captus fuerit, non possim indignari, quum et me ceperit. Iamque vertebam stilum ad delenda, quae in hanc rem scripseram: sed me exorarunt accessiones, quae etsi parum valerent ad id, quod intenderant, per se tamen stare poterant. Qui ultra famam exigunt accolas, eos dicit Libanius ἐπίτραφον ἐπὶ Ιελιανῷ, τὴν αὐλησίαν ἐπὶ τὰ τέμενα τῆς οἰκουμένης ἐκτείνοντας. Vbi plura sunt quae hunc locum illustrant. καὶ οὐκ ἔξην αὐτῶν πάπλωσίον οἰκεῖν, οὐκ ἐντυχόντας προσειπεῖν αἱλλαγήσειν, ἡρπαζον, πωλεῖν ἡνεύκαζον. Vertit interpres: et non erat integrum prope heros aedes non habere. Inde: dicendum erat: et nemini licebat illis uspiam viciinas aedes habere. Sic mox: οἱ δὲ τὸ μὴ ποιῆσαι κακῶς οὐτὶ τῆς τιμῆς ὁρφανοῖς ἐλογίζοντο: nonnulli quod non malefacerent loco pretii inter orbos reputabantur. Immō: loco pretii, vel obseruantiae et honoris, orbis imputabant. nempe cum captarent eos et viam in tabulas struerent, non nocuisse illis beneficii inflar imputabant. Sequitur in Plinio: Quota terrarum parte gaudeat. Tοῦ Quota hic definit, non interrogat. Ut Lucretius lib. 6: versu 652.

*Et coelum vidēas summai totius unum  
Quam sit paruula pars, et quam multe sima conflet;  
Nec tota pars, homo terrai quota totius unus.*

Nec tota pars sit totius vniuersi, quota homo unus totius terrae. Ita optime optimi et magni Vossii MSC. Deinde obscura reddit verba Plinii metathesis: *quota terrarum parte gaudeat vel cum ad mensuram auaritiae suae propagauerit*: est, vel cum propagauerit possessionem terrae in totam partem, quota gaudeat et acquiescat immensa eius auaritia. Sententia integra haec est: eum esse exitum insanae continuandarum possessionum libidinis, vt post latissime metata rura et exactos ultra terminum habitabilis orbis vicinos, vel tum cum exsatiauerit

quis avaritiam, et eo usque propagauerit latifundia quo concupiuit, minimam tandem portionem ipse defunctus obtineat. *Quam tandem eius portionem?* id est, minimam, τειπήχη nimirum, τριῶν ἢ τεσσάρων πηχῶν, ut definiunt. Ea forma Statius Kalend. Saturn.

*Et mortem sibi qua? manu minantur.*

Vbi erat qui corrigeret: *En mortem sibi quam.* Nec intelligo Graecissimum hic, aut quid simile sit video in illo Theocriti (Id. 2. v. 9.): *καὶ μέμφομαι οἵα με ποίει* neque enim extenuat iniuriam neque interrogat. Sic Callinachus (epig. 6.): *κλαῖτο δὲ Εὔρυτον θόσ' ἔπαθεν* At isto modo Ausonius in Gratiarum actione: *Ipsa autem sedes honoris sella curulis, gloria pompa imperialis officii, in cuius me fastigio ex qua? mediocritate posuisti.* Terentius Heautont. a. 2. sc. 3. (v. 122.) *quae solet quos? spernere.* Phormione a. 1. sc. 2. (v. 11.) *vbi quid mihi lucri est te fallere.* Vbi Donatus: *Significans dixit, Quid, quam si diceret, Nihil.* Linius lib. 24. (c. 26.) *In liberata patria coniugem eius ac liberos de vita dimicare, quid obstantes libertati aut legibus?* Non tandem quoque in MSS. legi: *quam tandem portionem eius defunctus obtineat.* non, *portionem defunctus eius.* Quamquam et si sic legamus, explicanda sit oratio, ut diximus, nec defunctus aliud quam mortuus. Condannatum Budaeo, quod τὸ eius ad audiun possesseorem, non ad terram retulit, *defunctumque alicuius,* ut Graecis γένεσθαι, pro cadauere interpretatus est, in Prioribus ad Pandectas.



CAPVT

## C A P V T . V

Ouidius bis correctus. Platani scriptura vetus reddita. Pla-  
in magna aestimatione veterum. tani vino nutritae. Martialis  
Offistere Phoebo. Vetare Phoe- correctus et illustratus: et le-  
bum. Auctor Herculis Oetaei viter Statius.  
defensus. Senecae et Papiniano

**I**n deliciis veterum magna olim gloria Platanus fuit,  
cuius laudes plurimi decantant. Magnifice de illa  
Plinius lib. 12. cap. 1. Sed quis non iure miretur arborem  
umbrae tantum gratia ex alieno petitam orbe? Platanus  
haec est, per mare Ionium in Diomedis insulam eiusdem  
tumuli causa primum inuencta; inde in Siciliam trans-  
gressa atque inter primas donata Italiae. Ne scilicet so-  
lus in illa Xerxes infanierit, de quo Aelianus lib. 2. Var.  
cap. 14. Proba igitur lectio est, quam duo MSS. redo-  
nant Ouidio lib. 2. (v. 697.) de Arte amandi:

Nec platanus, nisi sera, potest obfistere Phoebo:  
Et laedunt nudos prata nouella pedes.

Vulgo, obfistere ventis. Alii scripti codd. vento habent,  
quod proprius accedit ad verum. Hoc ipse alibi summo-  
vere solem, Horatius excludere dixit. Lucianus: ἐνθα  
οἱ πλάται τὸν ἥλιον ἔργυσσων. Et sic Calpurnius  
Eclog. 1. obuiam soli pinum:

graciles ubi pinea densat  
Silua comas, rapidoque caput levat obvia foli.

Lucanus lib. 3. (VI, 645.) Phoebo non peruia taxus:  
Ouidius 3. Metam. (v. 412.)

Siluaque sole locum passura tepeficere nullo.

(Seneca) Hercule Octaeo (Act. 5. v. 1623.) Chaonis quondam  
loquax Stat vasta late quercus et Phoebum vetat. Quod re-  
prehendendum non est. Nempe vetare idem quod arcere.  
Ut apud Senecam epist. ii. Quaecumque attribuit conditio  
nascendi et corporis temperatura, cum multum se diuque

*animus composuerit, haerèbunt. Nihil horum vetari potest, non magis quam arcessi.* Ita enim quatuor MSS. apud Gruterum, et membranae, quas ipsi contulimus. Epist. 95. *Itaque multa illas inhibent extrinsecus et impediunt, spes, cupiditas, timor: at haec quae artem vitae professa est, nulla res, quo minus se exerceat, vetari potest.* Hinc explicanda lex 8. π. 3. D. de vacat. et excus. munerum: *Vacationum priuilegia non vetant liberos veteranorum.* Ita enim Florentiae legitur. Hoc est, non arcent, non excusant a muniberibus. Vulgo audaciter: *non spectant ad liberos.* Reete intellexit, male concepit Cuiacius lib. 24. obseruat. cap. 23. Vult enim *non vetant* positum pro *non betant*. id est, non transeunt, inquit. Debebat utique adiunxisse particulam A D vel I N. Sed ne cogitemus talem vomitum Pacuuii Papiniano excidisse. Tacitus lib. II. (An. c. 20.) *Inter Mosam Rhenumque trium et viginti millium spatio fossam produxit, qua incerta Oceani vetarentur.* Valerius Flaccus lib. 8. *nec longius inter, Quam quod tela vetet, supereft mare.* Contrarium υπάντειον ὀχεῖον αὐγαῖς αλίς est apud Pindarum. Rursus de platanis Plinius: *tantumque postea honoris increuit, ut mero infuso enutriantur. compertum id maxime prouesse radibus, docuimusque etiam arbores vina potare.* Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 9. *Hortensius platanos suas vino irrigare consuevit, adeo ut in actione quadam, quam habuit cum Cicerone suscepit, precario a Tullio postulasset, ut locum dicendi permutaret secum: abire enim in villam necessario se velle, ut vinum platano, quam in Tusculano posuerat, ipse suffunderet.* Palladius de insitione: Pomus, inquit,

*Robora thyrsigero platani concordia Baccho  
Foetibus instituit plena rubore nouit.*

Ita legendum, non rubore. Utque scias, cur vocet *concordia Baccho*, explicat ipse inferius:

Infi-

*Insignes foliis platanos, felicia mens  
Brachia, gaudentes vitis honore comas.*

Eius rei mentio restituenda Nafoni lib. i. (v. 141.) de remediis amoris:

*Quam platanus vino gaudet, quam populus uada;  
Et quam limosa canna palustris aqua.*

MSS. *vivo*. vulgo: *riuo*. Sed ut conieceram, habuisse regium codicem, didicimus ex excerptis, quae Salmasius ὁ πάντα communicauerat. Martialis lib. 9. ep. 61. eodem respicit:

*Saepe sub hac madidi luserunt arbore Fauni.*

*Terruit & tacitam fistula sera domum.*

*Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros,*

*Saepe sub hac latuit rustica fronda Dryas.*

*Atque oluere lares comissatores Lycei,*

*Creuit & effuso laetior umbra mero.*

Ita verissime transponunt Palatinus et Pirchaimeri codices: quicquid docti et bene de Poëta meriti viri pro vulgata pugnant. Nempe Faunorum isti lusui commodissime subiungitur fistulae mentio. Martianus: *Hirtipedem Pandura, Siluanum harundinis fistula fibilatrix, rurestris Faunum tibia decuerunt.* Male vero fugae Dryados subneccitur de fistula. Cum enim latuit Dryas sub platano, non poterat fistula Panos, quem illa fugiebat, ibi terrere domum. Ideo enim ibi latuit, quia credibile non erat eo deuenire, quando in lateret. At omnino cum Fauni luserunt sub ista platano, fistula terruit domum, qui proprius Faunoquin lusus. Plinius lib. 5. cap. 1. de Atlante: *Eundemque noctibus micare crebris ignibus, Aegiponum Satyrorumque lascivia impleri, tibiarum ac fistulae cantu tympanorumque, et cymbalorum sonitu strepere.* Ali quando, inquit, Fauni sub ea luserunt, et nocturna fistula domum terruit. Ali quando Dryas cum Pana fugeret, hic inuenit latebras. Vulgus interpretum nescio quid de

Syringe hic nugatur. Iam illud quis non videt rotunditatem et praecipuam horum versuum gratiam perire, si isto modo initium sensus a pentametro fiat, subsequentique hexametro finiatur? Nec a dubia ebriorum luce lucem foenerari velim illi versui: *Creuit et effuso laetior umbra mero.* Quare enim *effuso mero?* *exhausto* certe vel *edutto* dicendum erat. Nec ebriis ocellis umbræ modo crescunt, sed ipsa quoque corpora quae tuenter. Ouidius: *nec quae sunt fragula, bina vide.* Adeundus auctor sub nomine Aristotelis problemat. 31. partis 3. Igitur illud vinum, quod a titubantibus et fere depositis sodalibus largiter effusum erat in terram, aut quo ipsi, ex more, solum feriebant, irrigatis platani radicibus coma surrexit laetior, expandit se hilarior arbor et luxuriauit coenis. Eoque Lyaeo oluerunt Lares, quia

*Aedibus in mediis totos amplexa penates*

stabat beata illa platanus. Qualem laurum in Priami aedibus pangit Virgilius 2. Aen. (517.) Talis apud M. Senecam 5. contr. 5. & Statium in Tiburtino Vopisci:

*Quid te quae mediis seruata penatibus arbor  
Tecta per et postes liquidas emergis in auras?  
Quo non sub domino saruas passura bipennes?  
Et nunc ignaro forsan vel lubrica Nais,  
Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.*

Recte, Quo, modo animetur interrogatione. Quis non, inquit, dominus, ceu obstante luculentitati, vt Caecilius loquitur, praetorii te iuberet excidi? Dat intelligendum Vopisci eam esse pietatem, vt arboreum seruet, dissimilis Erichthonio, qui, vt est apud Nasonem:

*Naïda vulneribus succidit in arbore factis.*

Dissimilis Paraebii patri, qui

*οἵας ἐν τρέσσαι δένδρεσσε τέμνων  
Δῆτι Αμαδευόδος νύμφης αθέργε λιτέων,*

H μν

Η μην ὀδυρομένη αἰδινῶ μεταλίσσετο μένθω,  
Μὴ ταφέειν πρέμενον δένος ηλικος, ή ἐπὶ πελλή  
Διᾶνας τριβεσκε δινεκές· αὐτῷρ ὁ τῆν γε  
Αφροδέως ἔτρηζεν,

ut canit Apollonius. Quae sequuntur, vehementer mihi displacent. Illud ignaro et compositione verborum disiectum et sensu hebes est. Praeterea quid opus ominari exitium arboris? Non satisfacio mihi. Coniiciebam tamen:

*At nunc intactae forsan vel lubrica Nais  
Vel non abruptos tibi comet Hamadryas annos.*

Sive Nais aliqua sive Hamadryas, tecum commune fatum fortita, vegetabit et ornabit etiam senium tuum, ut canescas seelis immortalibus.

## C A P V T . VI

*Liuus eleganter correctus.* Pater, mater, rex, pro barum personarum respectu et attributis. *Abruptus patri Torquatus.* Maxilius correctus. *Auctor Herculis Oetaei illustratus.* Lucarsi locus explicatus. *Aeslimare pponenda in numero scele- rum.* *Virgilius, a correctione* defensus. Numerum obtinere iure caeforum. Ciceroni defensa vetus scriptura. Seneca liberatus additamento. Carnifex inter homines. Lapis ve- tus illustratus. Iterum restitu- tus Seneca. Abominanda inter marronas conditio.

**I**nter breuis et argutae dictionis exempla priscis est, ut vocabulum personam significans ponatur pro naturali aut solenni eius personae attributo aut pro eo, quod est habuisse vel fuisse vel esse talenm personam. Liuus lib. 25. de Annibale (c. 4.): *Amilcarem viventem redditum fibi veteres milites credere: eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri. Deinde breui effecit, ut patri in se minimum momentum ad fauorem*

*fauorem conciliandum effet.* MSS. omnes et vetustissima editio consensu habent: *vt pater in se minimum.* quo quidem nihil elegantius, nihil verius iudico. *Pater,* id est, nomen paternum, gratia patris, quod talem patrem habuerat. Seneca 4. de benef. cap. 30. *Ciceronem filium, quae res consulem fecit nisi pater?* Ouidius de Agamemnon: *pietatem publica causa Rexque patrem vicit.* i. regiae dignitatis cogitatio paternam *sophyν.* Quod bonum regem decebat, plus valuit apud deliberantem, quam quod pius pater vellet. Ut apud Iustinum (41,5.) Phrahates Parthus, *plus regio quam patrio deberi nomini ratus.* Idem de Althaea (Ouid. Met. 8, 463.): *pugnat materqua sororque.* hoc est, τὸ Φιλότεκνος τῇ Φιλαδέλφῳ. Ita apud Manilium, lib. 5. vers. 106. *strictos nec crede Catones Abruptumque patri Torquatum.* Ut pulcherissime Gemblacensis. et miror a Scaligero id silentio spretum. Nec crede sub hoc signo nasci Catonum aut Torquati similes. *Torquatus abruptus patri,* qui vincula patrii affectus rupit; qui eiurauit nomen patris, ut fanciret imperatoris maiestatem. Vulgo: *Aut Brutum atque parem Torquatum.* Sed Gemblacensi accedit auctor membrana Veneta. In Hercule Octaeo (act. 2. v. 389.): *Materque multum rapuit ex illo mihi.* id est, matris opus et curae. In Medea non aliter (act. 5. v. 923.): *Materque tota coniuge expulsa redit.* ή *sophyν δίωνες τὸν γῆλον.* Lucanus lib. 10. vers. 463.

*Sed neque ius mundi valuit, neque foedera sancta Gentibus: Orator regis pacisque sequester Aestimat in numero scelerum ponenda tuorum, Tot monstros, Aegypte, nocens.*

i. legati ceremonia et in eo ius gentium violatum dat aestimare ac facere iudicium, quaenam et quot esse oporteat minora sclera tua, quae numerum modo faciunt, quae ponderis sunt leuioris. Nimis et in facinoribus sunt gradus, nec incipitur a maximis; sed diu se colligit rabies

bies et multum honestate ciuibusque calcatis legibus tandem praecepit, et in parricidiis atque Dei hominumque obliuione consumit audaciam. Qui hoc audet, quid non patravit et molitus est, antequam ad extremum hunc furem animum compararet. Ait; *haec res aestimat*: pro, ex hac re debet et potest aestimari, haec res rationem dat aestimandi, facit ut recte aestimentur, quae debent in numero ponni. Notatum saepe, quicquid occasionem, inateria, causamque aliquam praebet, ut quid fiat, idem efficere dici. Columella lib. 1. de re rust. *haec ordinatio non solum concitat aemulationem, sed etiam deprehendit ignauos.* i. detegit, facit ut deprehendantur. Caesar lib. 5. (c. 44.) de Gallico: *hic dies, hic dies de nostris controuerfis iudicabit.* Tacitus de Mor. Ger. (c. 20.) *Inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec virtus separat, aetas agnoscat.* i. faciat ut separentur. Liuius lib. 4. (c. 53.) *Hoc decreto Consul armatus cum paucis appellantibus tribunum collum torisset;* pro, fecisset torqueri. Inuenialis (Sat. 10. v. 172.): *mors sola fatetur, Quantula fint hominum corpuscula.* Virgilius de Cerere: *quercum damnauit arista.* Tale est quod negotium fecit hominibus doctis lib. 9. (v. 67.) Aeneid.

*Qua tentet ratione aditus, et qua via clausos  
Excutiat Teucros vallo atque effundat in aequor.*

i. qua via aliqua se admittat, detque uti excutiantur Troes munitentis inque aequor effundantur. Ut Eclog. 9. (v. 1.) *Quo te, Moeri, pedes aut quo via ducit.* Valerius Flaccus lib. 4. *et via iussos Qua ferat.* Similia multa oppido arguta. Inquit hoc omnis difficultas verborum Lucani. Notum est etiam, quicquid vile aut parui pretii, numerum dici aut ponni in numero. Sic *ponenda in numero sceleram* sunt scelera minora. Quamquam et *numerus ordinem vel seriem ipsumque rei habitum* et genus simpliciter indicare possit. Cicero lib. 2. de offic. cap. 12. *At eius filii nec viui probabantur bonis, et moribus*

*tui numerum obtinent iure caesorum.* Ita membranae nostrae, et edd. olim: nec sequimur Langium et Gruterum, qui mutant *nomen* subiiciendo. Diuinat. in Caeciliūm (c. 19.): *quum is tibi parentis numero fuisset.* Lib. 5. (c. 25.) in Verrem: *si qui senes et deformes erant, eos in hostium numero ducit.* Caesar lib. 2. (c. 44.) Civilis: *reliquae copiae, missis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus, sese ei. dediderunt.* Quasi esset, *en qualité des ambassadeurs.* Nepos in vita Agesilai (17. 4. 8.): *mirari se non sacrilegorum numero haberet.* Suetonius in Julio (c. II.): *eos quoque scelerorum numero habuit.* Denique Varro lib. 2. de re rust. *bini catuli vinius canis numerum obtinerent.* Et ipse Cicero lib. 3. de nat. deor. *Quod si Luna dea est, ergo etiam Lucifer caeteraque errantes numerum deorum obtinebunt.* Ut Lucanus, Fabius declam. 317. *vt illum in numero ponam illorum hominum, qui pro patria pugnabant.* Simplieiter igitur mens: legatus violatus dat aestimare, qualia sint illa, quae in tuorum scelerum serie et ordine sint habenda et numeranda. Ouidius in Ibin (v. 183.):

*Hic tibi de Furiis scindet latus una flagello,  
Vt sceleris numeros confiteare tui.*

Ingeniosa est correctio τὸ πάντα: *Res minima:* non tam sic Lucanum scripsisse existinem: vti nec sensisse quae Barthius lib. II. Aduers. cap. 8. Sed ad id, de quo incepimus, pertinet Seneca lib. I. de Clementia cap. 25. *Clementia vocetur, si ad occidendum amicum carnifex inter homines eligitur.* Rod. Agricola, Erasmus, Pincianus parum feliciter haec attigerunt; editores alii quoque, et hi et illi sumorum meritorum viri, insiticio deformata centunculo reliquerunt. Particula conditionem signans in omnibus MSS. desideratur: in quibusdam etiam (et nominatim apud Gruterum in Colon. haudquam malae fidei libro) verbum *eligitur:* quibus erimus dicto audientes, vt Senecam suo more breuiter et argute loquentem

quentem habeamus: *Clementia vocetur, ad accidendum amicum carnifex inter homines.* Alexander in Lysimachum lictore vtebatur leone. Id quasi re *integra* deprecatur, vt inaiores saeuitiae iniuidiam faciat. Proponit hoc exemplum digressionis causa ad ea quae sequuntur, crudelitatem excedere fines primum solitos, dein humanos, noua supplicia conquirere, noua excogitare instrumenta. Cur, inquit, Leonem adhibes? an non sufficiebat tua manus? non exigimus, vt non saeuiat, vt pura sit cruoris familiarium: vel hoc tibi clementia vocetur et iudicetur, carnificem dare, qui homo sit: nempe teipsum: triste illud ministerium hominis manu peragi, non bestiae ἐνταθίση delegari. *Carnifex inter homines*, qui sit ex hominum genere, qui sit homo, οὐ θεός αὐτοῦ, & θηριον. Inscriptio vetus: *P. Aemilio. Nicomedi. etc. ter. inter. Decemprimos. patri. bene. merenti.* Alia T. Flauio T. F. Hilarioni: *Censor. bis. ad. mag. creandos. lustro. xix. et xx. iudex. inter. electos. xxi. ab. ordine. lustro. xxii.* Vbi cauendus error summi viri, qui in laboriosis et utilissimis indicibus posuit: *Inter. electos. xxi. ab. ordine.* At non haec ita coniungenda sunt: sed accipiens Iudex inter electos vicesimo primo, (nempe lustro,) Ab ordine lustro vigesimo secundo. Rursus alia: *G. Petroni. C. F. inter. primos. collegiato. in. collegio. naviculariorum.* Illud autem, *carnifex inter homines*, αὐτὶ τῷ carnificem hominem dare, non infrequens Senecae. Sic Epist. 95. *Sciet in uxorem grauissimum esse genus iniuriae pellicem.* hoc est, pellicem habere. Ita autem MSS. et ex illis Pincianus et Gruterus. Quare et in Hercule Oetaeo (act. 2. v. 447.) scribendum:

*Leue esse credis pellicem nuptiae malum?*

Et si omnes codices, pellicis. De vita beata cap. 13. *Ille quisquis desidiosum ocium et gulas ac libidinis vices felicitatem vocat,* hoc est, gulæ et libidinis vices exercere. Eodem lib. cap. 21. *seculum illud, in quo censorium cri-*  
*men*

*men erat paucae argenti lamellas.* Quid est aliud quam paucas argenti lamellas possidere? Perinde ut apud Qui-dium (Fast. I. v. 208.) : *Et leuis argenti lamina crimen erat.* Lib. I. de ira cap. 4. *etiamque amarum nos acerbumque dicimus:* nec minus stomachosum, rabiosum, clamorousum, difficultem, asperum: quae omnia irarum differentiae sunt. Inter hos morosum ponas, licet, delicatum iracundiae genus. Lib. I. de benef. cap. 9. *Rusticus, inhumanus, ac mali moris, et inter matronas abominanda conditio est,* si quis coniugem in sella prostatuere vetuit. Haec est optimi codicum Nazar. scriptura, sola Senecae, ut aduertit Gruterus in appendice Notarum, et vnicae meracaeque suavitatis: quam qui non caperent audaculi, perinde ut iam memoratis binis locis, interpolarunt, substituto: *abominandae conditionis est.* At ipsum hoc, o boni, et multo Latinus exprimit vetus, *abominanda conditio est.* En cultissimos duos Hispanos Hispano cultissimo adsertores. M. Fabius declam. 257. Sed neque in me ille (sacer) probauit aliud quam pietatem. Vedit fletus meos, vidit totius animi atque etiam corporis affectionem: sic homini inter principes nostrae ciuitatis numerando coepi bona esse conditio. hoc est, coepi aestimari dignus, qui ab eo filiae maritus legerer. Martialis lib. 3. epigr. 33.

*Ingenuam malo. sed, si tamen illa negetur,*

*Libertina mihi proxima conditio est.*

id est, Libertinam mulierem, secunda conditione, si prima conditio, neinpe ingenua mulier, negetur, mihi nubere volo: Libertinam nancisci secundam conditionem duco. Rursum lib. 5. epigr. 17.

*Dum proauos atauosque refers et nomina magna,*

*Dum tibi noster eques sordida conditio est.*

Dum

Dum nos equites tibi sordida conditio sumus: dum nubere viro ex nostro ordine, nimirum equiti, vile ac sordidum tibi videtur. Agnoscis non esse admittendum Scaligeri *equis*: sic enim de solo Martiali capiendum foret: at non equitem illa vnum modo, sed equestrem omnem ordinem spernebat: tanti fastidii, tanti supercilii erat. Ideo sequitur:

*Dum te posse negas, nisi lato, Gellia, clavo,  
Nubere.*

---

## C A P V T VII

*Lucretius lib. 2. postremo  
non semel correctus et explicatus.  
Iactus, injectus animi.  
Ereborum. Peruolitare. Undique  
quenorsum. Concresse. Σύγκρια.  
Secli alicuius res. Memmius  
passim per opus appellatus. In  
primis animalibus: et similia.*

*Liuius Iustinoque et Silio bis,  
Virgilio, Plinio, Valerio Flacco  
auxilium aut lux. Argonautae,  
nati deum. Recellere  
ad sua secla. Manus dandum  
est. Claudianus tentatus. Iterum  
correctus Silius.*

**T**u Lucretius circa finem libri secundi disputat ex Epi-  
curi sententia mundos esse innumerabiles. Id pri-  
mum sic colligit: extra nostri mundi ambitum ait  
patere spatum infinitum, in quo perinde, ut in huius, pri-  
quam nasceretur, loco, ferri eiusdem generis semina et  
atomos, ex qualibus noster coaluerit: verosimile igitur,  
nec ibi semina ista esse otiosa, sed post multos pulsus et  
plagas tandem cohaerere et similes formas gignere. Hac  
parte a versu 1047. legitur:

*Quaerit enim ratione animus, cum summa loci sit  
Infinita foris, haec extra moenia mundi;  
Quid sit ibi porro, - quo prospicere usque velit mens,  
Atque animi tactus liber quo peruolit ire.*

Hoc totum Lambinus pro adulterino et spurio delet. Gi-  
fanius retinet ex MSS. sic correcta: et animi tactum (nam

alii libri *tractus*) vt alibi *corporis tabitum*, pro ipso animo et ipso corpore dici obseruat. Sed verba Lucretii, ex quibus *tabitum corporis* educit, lubrica sunt, et aliter in melioribus codicibus habentur: Ciceronis autem de tactu interiore doloris ac voluntatis nihil huc pertinent. Nonnulli ediderunt: *animi iniectus liber quoquo velit ipse*. Verum videtur:

*Quid sit ibi porro, quo prospicere usque velit mens,  
Atque animi iactus liber quo peruolitare.*

Sive malis, *animi iniectus*: vt supra hoc ipso libro:

*In quae corpora si nullus tibi forte videtur  
Posse animi iniectus fieri.*

Tale autem vocabulum, sive *iactus*, sive *iniectus*, hic requiri demonstrat Cicero lib. I. de nat. deorū: *si immensam et interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis: in quam se iniiciens animus et intenders ita late longeque peregrinatur, ut nullam omnino oram ultimam videat, in qua possit infestare.* Satis apparet Ciceronem et Lucretium, quam tam congruentia scriberent, hunc locum ex eodem fonte haussisse. Επιβολαὶ vocat Epicurus in epistola ad Herodotum apud Diogenem Laërtium: Κατὰ δὲ ταύτην τὴν συνημμένην (κίνησιν ἐν ἡμῖν) τῇ Φαντασιῇ ἐπιβολῇ, διάληψιν δὲ ἔχοσσεν. Rursus: ἐπεὶ τόγε θεωρέμενον πᾶν, οὐ κατ' ἐπιβολὴν λαμβανόμενον τῇ διανοίᾳ. Iterum: καὶ ἐπιβολαὶ μὲν ἔχοντα ἴδιας πάντα ταῦτα ἔσι καὶ διαλήψεις. Item: κατ' ἐπιβολὰς δ' αὖ τινας, παρακολεύθεντος τῷ αἴθρῳ, ἐκεῖσα προσαγορευθέσι. Denique, εἰς τὰς ταύτας αναδύοντες ἐπιβολάς. Noster qui nudum *iniectus* vocabulum ita ponere non auderet, vt mollius accipere tur, addidit *animi*. *Peruolitare* autem Lucretii et Virgilio ad imitationem placuisse olim notatum est. Post sex vertus:

*Vndique cum vorsum spatium vacet infinitum.*

Sic

Sic quidem omnes libri: malit tamen Lambinus:  
*Cum quoquo vorsum, vel vorsus, aut, Quoquo cum  
 vorsus:* quia illud *vorsum* vel *vorsus* vel *versum* vis-  
 titius cum aduerbiis motum significantibus iunga-  
 tur: Gifanio nihil nisi mirante. Vereor ut Lambinus  
 satis expresserit mentem suam: voluit enim, cum  
 particulis motum a nobis, non ad nos, significantibus.  
 Nec tamen haec sufficit ratio ad aliquid mutandum. In  
 contrarium ecce Varro lib. 4. de L. L. *Curtium, virum for-  
 tem, armatum escendisse in equum, et a Concordiae ver-  
 sum cum equo in eum praecipitatum.* Hoc est, ita ut  
 Concordiae aedem a tergo haberet. Scaliger coniecit,  
 ad *Concordiae conuersum*: quia Liuius facit templa deo-  
 rum immortalium, quae foro imminent, Capitoliumque  
 intuentem. Sed quota in hoc numero Concordia, sola  
 ut appellari meruerit? Scioppius quoque tamen edidit:  
 ad *Concordiae versum*. Offendit ambos idem, quod  
 Lambinum in Lucretio. Iustinus ex Trogo lib. 44. (c. 1.)  
 marinae aurae undiqueuersus ad fiduci flatu. Vbi etiam  
 vexarunt: sed recte defendit Berneggerus ex Appuleio,  
 Lib. 4. Met. *ne cauda quidem et auribus cruribusque un-  
 diqueuersum eleuat* is. In Apologia: *cum undiqueuersum  
 tabulis flagitaretur.* Quinto post versu:

*Cum prassertim hic sit natura factus, et ipsa  
 Sponte sua forte offensando semina rerum  
 Multimodis, temere, incassum frustaque coacta  
 Tandem coierint, ea quae coniecta repente  
 Magnarum rerum fierent exordia semper.*

Cicero in eadem vicinia et ex eodem ore: *Docuit enim  
 nos idem qui caetera, natura esse effectum mundum.* Illud  
 coierint ex MSS. expressissime ait Gifanius, ut sit anapaestus.  
 At sic coierunt Marulli retinendum fuisse, quod refutat  
 reliqua oratio. Rectius in Indice tribrachyn vocat. Sed  
 hunc pro dactylo posuisse Lucretium non persuadet. Lo-  
 ca, quorum exemplo nititur, in vitio sunt: neque enim

aut *fera voluntas* aut *cum ventis gerere bellum*, sic terminato versu, scripsit auctor. Lambinus ex coniectura, *cooluerint*, tolerabilius ad legem inetri. Sed censco scribendum: *concrerint*. Cum reddidisset librarius, *cocerit*, tribus literis, vt passim in membranis videre est, per virgulas superpositas significatis, qui eum sequebatur, *coierint*, accepit. Frequens autem hoc ea in re auctori. Lib. i. de *terris terram concrescere paruis*. lib. 5. animalia

*Imbribus et calido solis concreta vapore.*

Et passim apud Diogenem σύγνοισιν habes. Nota porro, *decrero*, *decrerim*, *decresse* etiam apud Ciceronem et Livium. (3, 45.) Fortassis et sequenti versu permisit sibi, vt scriberet: *fuerunt exordia semper*. Vel, *ut quae coniecta* &c. *fuerint*. Tertium, quo paradoxou hoc confirmat, argumentum tale est versu 1080.

*Huc accedit, ut in summa res nulla sit una,*  
*Vnica quae gignatur, et vnica solaque crescat,*  
*Quin quoiusque fient secli, permultaque eodem*  
*Sint genere; in primis animalibus, indice mente,*  
*Inuenies sic montivagum genus esse ferarum,*  
*Sic hominum genitam prolem.*

Hic illud, *Quin cuiusque fient secli*, Hier. Avantii est, Aldinarum correctoris: nam libri, *quin alio quoquis sit seculo*, aut, *alio in quoquis*. Nec tamen istud commodius: neque enim *quisque* est aliquis. Lambinus denuo et hunc et sequentem versuin amputat: quod non ausus Gifanius, iudicat tamen eos αρεσκωτέρους. Sed scribendum ex Vossianis membranis: *Quin aliquoiu' sit secli*. Esse autem Lucretio *secula*, numeros, genera, corpora, turbas, neino ambigit. At in subsequenti, *in primis animalibus indice mente*, longe suspectiores hos verius reddidit. Lipsius lib. 5. epist. quaest. 12. tentat: *in primis, animalibus iniice mentem*. Paullo ante diximus de iniectu animi. Scio etiam Ciceronis: *cui deorum ira mentem iniecit, ut Miloniem*

*Milonem lacefferet.* Sed neutrum eam iuuare coniecturam puto. Legendum: *in primis animalibus, inclite Memmi, Inuenies.* Est enim hic Memmius, quem appellat identidem, cui totum opus dedicauit. lib. 5. *deus ipse fuit, deus, inclite Memmi.* Vossianus quoque et tres Florentini pro *genitam* habebant *geminam*: quod et ipsum forte non spernendam. Hoc etiam, inquit, argumentum est multitudinis mundorum: in tota rerum universitate nullā inuenitur res, quae sola et vniua suae formae sit edita seque propaget: (neque enim de phoenice videtur credidisse Lucretius). sed quaecumque sunt, aliqui sunt seculi et numeri, et complures eiusdem generis agnoscuntur. In animalibus maxime, o Memmi, palam vides sic ferarum montiuagarum esse non priua et singula diuersae formae capita, sed aliquod genus plurimorum capitum eiusdem formae: sic et hominum vtrouis Texu intelligis genus esse et multititudinem: sic pisces et volucres vniuersiusque formae, non singulos, sed genus et copiam. *In primis animalibus*, est, in animalibus primum. Sic apud Virgilium I. 2. (612.) Aeneid. *hic Juno Scaeas saeuissima portas Prima tenet.* In Georgicis (1, 13.)

*tuque o cui prima frementem*

*Fudit equum magno tellus percussa tridente.*

Errant Seruius et Parrhasius, qui Atticam tertam ita notant designari, quia Athenienses primam terram suam seque primos homines gloriarentur. Liuus lib. 4. cap. 2c. *Romuli spolia, quae prima Opima appellata, sola ea tempestate erant.* Vbi Sigonius: redundat vox *prima*: neque enim tum prima appellari poterant, cum secunda nondum essent relata. Non intellexit mentem Liuii, quae necessario vocem illam requirit. Spolia, inquit, quae primum hoc nomen tulerant, ut *Opima* dicerentur, etiam tum sola sic, nempe *Opima*, appellata, nondum aliis spoliis eiusmodi subsecutis. Idem lib. 29. cap. 21. *Praetor legatique Locros profecti, primam, sicuti mandatum*

*erat, religionis curam habuero.* Ita MSS. omnes. Male mutauit Sigonius. Iustinus lib. 23. cap. 4: *Prima Ptolomeo Aegyptus et Africae Arabiaeque pars forte venit.* Ita MSS. non Primo. Qui etiam reliquerat lib. 20. cap. 2. *Cum primam urbem Sirim cepissent: vbi editur primum.* Silius lib. 2. v. 235.

*stat primam urbem murosque patenteis  
Postposita caede et dilata inuadere pugna.*

Ita princeps editio: non primum. Sic lib. 10. (v. 579.)

*Iam maria ac terras primamque intrauerat urbem.*

Neque enim intelliges id προώσιον: sed ante omnia, praeceteris ac maxime ad urbem peruererat. Seneca de vita beata cap. 14. *Qui sequitur voluptatem, omnia postponit et primam libertatem negligit.* Silius lib. 12. v. 272.

*Ille dies primus docuit, quod credere nemo  
Auderet.*

Sic Ms. Oxon. non primo. Sic et scribendum apud Plinius lib. 6. epist. 2. *praeferunt cum primam religioni suac iudex patientiam debeat.* Non primum, vt editur. Valerius Flaccus in initio operis:

*Prima deum magnis canimus freta peruia natis.*

Fugit illos ratio, qui *natis* hic repudiant, quod Iason et alii quidam ex sociis proximo gradu deum nati non fuerint. Quid enim fiet Catullo, qui *heroas deum genus appellat?* Quid Manilio, qui de Argo nauit: *Seruando dea facta deos.* Quid Statio, cuius

*Semideos inter pinus me Theffala reges.*

Apollonius Rhodius lib. 3.

*Ως δὲ καὶ ἄλλοι πάντες οὗτοι συνέπονται ἐταῖροι  
Αἴθανάτων νίες καὶ θύμοι γεγένεστον.*

Et

Et lib. 4. αὐτοῖς τῶν ἔσται αἴματος. Seneca: Praefidia Achiuæ gentis et prolem deum. Valerius Flaccus in verbis Phinei: Scimus et diis geniti quibus. Ergo nati deum nihil aliud quam heroës, et canit vates freta, quae prima vel primum fuere peruvia magnis natis Deum. Sat tulimus, qui freta Deorum aut nautas Deum coniungunt, morosissimoque et maxime κακοζῆλω sensu ipsam frontem egregiū operis quasi stigmate insigniunt. Rursus ille, a quo incepimus, versu 1015.

*Nam sua cuique locis ex omnibus omnia plagis  
Corpora distribuuntur, et ad sua saecula recedunt.*

Hanc vett. lib. optimam esse scripturam ait Gifanius. Nimirum Lambinus quum retulisset quorundam codd. *ad sua semina cedunt*, quorundam *ad sua sede recedunt*, tum viri docti conjecturam, *ad sua foedera cedunt*; disputauerat verbum *recedunt* esse huic loco accommodatum. Quae fecellit ambos ratio: nam *recedere* non longe hinc et passim legas de exuviis particulisque desentibus corpora; non de accendentibus ad illa. Sic statim: *quam fluit atque recedit*. Rectum puta: *et ad sua saecula recellunt*. Id est, post multas incassum plagas ictusque exceptos resiliunt tandem et feruntur ad sui generis corpora, vbi tandem adhaerent, eaque augent. Verbum usurpat Lucretius et lib. 6. Sed ut hic, Livius lib. 24. (c. 34.) *Quae proprius quaedam subibant naues, quo interiores istibus tormentorum essent, in eas tolleno ne super murum eminenti ferrea manus, catenae illigata, quum iniecta prorae esset, graueque libramentum plumbi recelleret ad solum: (vel graui libramento plumbi recel lente ad solum) suspensa prora nauim in puppim statuebat*. Iterum in Lucretii eodem libro paulo inferius:

*Nam certe fluere atque recedere corpora rebus  
Multæ manus dandum est.*

Ita Ms. et 6. edd. vett. recte probante Lambino. Male supposuit Gifanius: *Multimodis dandum est.* *Manus dandum est,* id est, fatendum est, negari nequit. Ut supra:

*si vera videtur,*

*Dede manus: at si falsi est, accingere contra.*

Horatius: *Iamiam efficaci da manus scientiae.* Nec aliter scripsisse Claudianum existimo lib. i. in Eutropium, v. 366. *Quicquid amas, dabit ille manus.* Ipse nimurum Eutropius manum promittet. non illa. Quidius lib. i. (lib. 3, v. 657.) de arte:

*Sed semel est custos longum redimendus in aeuum,  
Saspe dabit, dederit quas semel, ille manus.*

Frequens autem ille Graecissimus Lucretio et aliis. Varro: *et tempora, quibus id potissimum facias, animaduertendum, et loca, quo transferas, idonea prouidendum.* Restituendum puto Plauto *Mostellaria* a. l. sc. i. v. 35.

*si quidnummo sarciri potest,  
Vsq[ue] mantant, neque id faciunt, domuum,  
Parietes ruunt. aedificantur aedes totae denuo.*

Non utique semper aedificantur, sed reaedificare oportet, si quis vti velit. Scribe igitur: *aedificantur aedes totas denuo,* pro, aedificandum est. Sic Trinummo: (a.4. f.2. v.27.)

*Hercle, opinor, mihi aduenienti hac noctu agitandum  
est uigilias.*

Columella lib. 7. cap. 5. *Itaque referandum est, et uulnera medicamentis curandum.* Silius lib. i. versu 56. 7.

*Nunc pacem orandum, nunc improba foedere rupto  
Arma reponendum, et bellum exitiale, cauendum  
Audit or ego.*

Ita enim partim ex Ms. Col. Modius, partim nos ex Romano Cod. restituimus. Nec insolens hoc Silio, qui lib. 15. *Nec bona censemendum.* vbi sine ullo idoneo sensu, *conscientiabant,* supposuerant.

CAPVT

## C A P V T VIII

*Tertullianus bis explicatus. la defensus. Nexus eiusum. Ciceronis loco lux. Lanista Seruitus poenalis. Sacrum frugalissimum quemque sacerbere. Calpurnius Flaccus emendatus. Noxii. Aurelius Victor et Suetonius illustrati. Exigere. Tacitus correctus.*

**T**ertulliani verba sunt c. 16. Apologetici: *Sed noua iam Dei nostri in ista ciuitate editio publicata est, ex quo quidam in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit. Subobscura primo adspectu et quae doctis hominibus faceſſiuere negotium: sed scito acumine pungentia, si peruidеantur. Mercenarius haud dubie is est, qui se in luduim vendidit. Gladiatorum et bestiariorum varia fuisse genera nemo ignorat. Erant serui de lapide emti. Ad quos alludit Cicero ad Atticum lib. 1. epift. 16. cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos reiiceret; reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque fecerneret. Nam Janistae si quando familiam aut numerum seruorum coēmerent, non vtique omnes in ludum coniiciebant, sed si quis esset inter illos frugi, eum seponebant, et non dabant in ludum, atque in eo erant clementes, lucri tamen spe sahia, quod alia benigniore via ad se redditum non dubitabant. Frugalissimum quemque fecerneret, id est, severissimos et integerrimos iudices reiiceret. Loquitur autem sic, non quia frugales homines egere non soleant, eoque nesciant corrumpi, vt notat Manutius, sed continuans αλληγοριαν et de iudicibus scribens vt de emtis ad munus: nam seruilem personarum laudatio maxima est frugi esse. Pro Cluentio (47.): *seruus frugi atque integer.* Horatius (sat. 2, 7, 3.): *amicum Mancipium domino et frugi quod sit satis.* Pro Deiotaro (9.): *Frugi hominem dici, non multum habet laudis in rego.* Erant qui se ob alienae gratiae voluptatem (vt ait Firmicus)*

cus) nundinati sanguinis iactura ad mortis spectaculum vendiderant: erant damnati in ludum sententia iudicis. Liuius lib. 28. (c. 21.) *Gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, seruorum delectu ac liberorum, qui venalem sanguinem habent.* Seneca: *qui manus arenae locant, ac bibunt, quae per sanguinem reddant.* L. i. §. 6. de postulando, vetatur postulare, *qui operas suas, ut cum bestiis depugnaret, locauerit.* Iulius Firmicus: *Si vero Satur-nus hoc fecerit, in ludum sententia iudicis addicentur.* Noster de spectaculis: *Etiam qui damnantur in ludum, quale est, ut de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant?* Ac de postremo genere idem capiendus in c. 18. Apol. cum ait: *vix rebellantium ergastulorum, suis carcerum, suis metallorum, vel hoc genus poenalis seruitutis, crumpunt aduersum nos.* Ergastula, carceres, metalla, pro mancipiis ergastulo inclusis, inque metalla damnatis. Iul. Firmicus lib. 8. *Quod si beniuola stella cum maliuola eundem hunc locum respexerit, ergastulis praepositos faciet aut metallis.* vti quidem fide Ms. emendamus. Nam vulgo additum praeter necessitatem: *aut fodientis metallis.* Sic *nexus ciuium* pro nexis ciuibus dixit Columella, lib. i. de re rustica; *more praeotentium, qui possident fines gentium, quos ne circumire equis quidem valent; sed proculcandos pecudibus ac populandos feris derelinquent, aut occupatos nexus ciuium et ergastulis tenent.* Fuluius Vrsinus corrigit, *nexus crurum*, itaque in Basiliensi Heruagii editione legitur. Sed *nexus ciuium* sunt ciues addicti et nubi, qui operas dare cogebantur pro debito. Aut oblique flagellatur scelus eorum, qui per vim ac fraudem ingenuos ac liberos arreptos in ergastula coniciebant, de quo apud Suetonium Octav. cap. 32. Tib. cap. 8. et Appianum. Gemina sunt M. Senecae controuersi. 33. *Curatis qui ex solitudine infantes auferat, perituros nisi auferantur: non curatis, quod isti beati solitudines suas ingenuorum ergastulis exercent.*

Cicero

Cicero pro Cluentio (c. 7.): *M. Aurius adolescentulus Larinas bello Italico captus apud Asculum in Q. Sergii Senatoris, eius qui inter scarios damnatus est, manus incidit, et apud eum fuit in ergastulo.* Neque, ut ex sequentibus constat, quamuis post Italicis populis ab Senatu ciuitas data esset, dimissus est, donec scelere Oppiani- ci, qui haereditati incubabat, interficeretur. Non diverso modo Tertullianus *seruitutem poenalem* accepit pro seruis poenae. Nam *poenale*, quod supplicii causa sustinetur *ex damnatione*. Plinius lib. 18. cap. II. *Nobilium granum tunditur pilo vincitorum poenali opera.* Sic apud Iustinum Demetrius in *Hyrcaniam poenalem* sibi ciuitatem remittitur, lib. 38. (c. 9.) in quam nempe relegatus erat. *Serui poenae*, qui ad gladium vel ad bestias vel in metallum damnati sunt, vt definit Ulpianus in l. 25. de adq. haered. Quales vtcunque liberi ante fuerint, statim ut sententia de illis lata est, conditionem suam permutant. *L. In seruorum. §. qui ex D. de poenis.* et ciuitatem simul cum libertate amittunt maxima capitis diminutione. *§. 1. Inst. de cap. dem.* nec in totum ad libertatem reduci possunt. *L. 15. qui suis. §. in illis sans.* *D. de manumiss.* nisi indulgentia principis reuocentur. *L. Aristo Neratio.* *D. de manumissis testam.* *L. Generali-* ter. *§. si seruus.* *D. de fideicommiss.* lib. Hi proprie serui poenae. nam alias et quoscunque, in quos animaduerti iubetur, hoc nomine appellat IC. in l. 12. *D. de Poenis.* Quoniam et hi statim libertatem et ciuitatem amittunt. l. 29. eod. Vnde intelligenda verba Calpurnii Flacci, decl. 4. *Non potes aduersus damnum iure patris uti: iam non Larem habeo, non seruum, non patrem.* Inepte seruum. Scribe: non *sacrum*. vel non *sacra*. Cicero de legibus lib. 2. (c. 1.) *Hinc enim orti stirpe antiquissima sumus: hic gens, hic sacra, hic maiorum multa vestigia.* Liuius lib. 4. (c. 2.) *vt qui natus sit ignoret, cuius sanguinis, quorum sacrorum sit.* Res et phrasis nota ex IC. nostris. Ergo poenalis seruitus non

non serui nequam et poenam promeriti, vt voluit Des. Heraldus; sed qti serui poenae facti sunt atrocitate sententiae, etiam si origine, statuae liberi essent, etiam si ci-  
ves. Et hic quidem in specie damnati ad bestias, aut ad gladium. Cum enim dicit, *metallorum et poenalis ser-  
vitutis hoc genus*, vnam quidem nominat, alias voce ge-  
neris, sed modificata, signat: quasi diceret: *in metallis  
damnatorum et similiis seruorum poenae*, hoc est, pro-  
nunciatorum ad bestias aut in ludum venatorium. De  
his vsu veterum factum est, vt proprie *noxii* dicerentur.  
Seneca ep. 70. Suetonius Nerone (c. 12.): *Munere quod  
in Amphitheatro ligneo dedit, neminem occidit, ne noxi-  
rum quidem.* Spartianus: *trecentos noxios cum auratis  
chlamydbibus in arenam misit.* Tertullianus cap. 9. et 44.  
Respicit ad hos noxios Aurelius Victor Schotti in Nerone:  
*Quippe noxiiorum viuiss modo, pelle testus ferae, utri-  
que sexui, genitalia vultu contrectabat, exactor parium  
maiore flagitio.* Haesit hic Schottus cum amicis suis,  
quorum non improbat, *noxiiorum viuiss modo ferae,  
pelle testus:* et quando lusum fuisse tradit Suetonius,  
quaerit, numquid Victori reddendum, *modo lusus.* Sed  
nec illibata scriptura vetus a Suetonio dissentit. *Vtrique  
sexui,* id est, adolescentibus ac puellis, *viuiss modo noxi-  
orum*, deligatis ad palum instar quorundam, qui bestiis  
obiiciuntur, *τὰ αἰδοῖα vultu contrectabat.* Abutitur vo-  
cabulo *vultus.* Dio: ὅπότε καὶ μηράνια καὶ κόρες σεύ-  
ποις γυμναῖς προσέθεων θηρία τέ τίνος δοράν αὐγελάμβανε,  
καὶ προσπίπτων σφίσιν, ιστέλγανεν, ὀσπερ τί ἐθίσιν.  
Nec vero recte *exactor marium* Pantinus. *Exactor pa-  
rium* est, qui comparat aequos et dignos componi. Ut  
exigere Suetonio in Iulio (c. 47.): *Spo margaritarum,  
quarum amplitudinem conferentem interdum sua manu  
exegisse pondus.* Tacitus de mor. Germ. c. 7. *Ad  
matres, ad coniuges vulnera ferunt: nec illae numerare  
aut exigere plagas paudent.* Ita optime Farnesianus co-  
dex. Perperam editiones, *ex fugere.* Numerare illas  
dicit.

dicit, et expendere atque comparare inter se vulnera, cuin laude eius, qui maiora et honestiora tulerit: vulnerum velut exactrices esse: ut *exactores* operis, qui attendunt, vt rite fiat. Ouidius: *Ipsa, quod hae faciunt, opus exigit.* id est, probat, animaduertit, num recte fiat, vel factum sit. Apud Suetonium, vbi res eadem narratur, cap. 29. non videntur viri magni intellexisse vim verbi *conficere*, quae honesto vsu, vt bestiarii, *conficere* feras et hinc *confessores* dicebantur, turpissimam rem obtegit. Pet. Faber, *conficerentur* vel *concederentur*, coniecit lib. 3. Seinet. cap. 23. Quod reiecit Casaubonus, et *conficere* voluit esse προσάρτειν: additque ex Capitolino: *potes tricies mulierem perficere.* Magno errore: quasi propria oratione sic *conficere* aut *perficere mulierem* dicitur: quod soloecum est. Apud Capitolinum in Maximiniis leges: *potes tricies cum muliere perficere.* Suetonio autem pronuntiatur nihil aliud quam actum cuin Neronem, vt solebat agi cum bestia, quam ille simulabat: nempe caesum a Doryphoro, tanquam confectore: telo forsan, quo voluit ὁ πάντα, sed hoc intelligendum relinquit Suetonius. Possumus accipere vt cumque, mimico venabulo ita parato, vt ferrum eius retusum, cum videretur intrare corpus icta bestiae, retrocederet in cauatum hostile: quo simularetur confectus: deinde in tacentem conquiescentemque insiluisse infamem ministrum, et peregrisse cetera. Iam quaeritur, quemadmodum Tertullianus eundem hominem vocet *mercenarium* et *noxium* D. Heraldo locus videtur obscurus et non satis sanus. Suspicatur de Marsis et Psyllis atque aliis praestigiatoribus accipiendum, qui serpentes mansuefactos circumferebant, et τὸ noxiū esse additamentum. Refutat hoc Tertullianus ipse lib. 1. aduers. nationes: *Quidam perditissimus in ista ciuitate, etiam suae religionis desertor, solo detimento cutis Iudeus, vtique post morsus bestiarum, ad quas se locando quotidie toto corpori decutit.* Vedit hoc Gothefredus, et ipse miratus *noxium* vocari, qui se auctoraret ad bestias, deni-

## 62 OBSERVATIONVM LIB. I. CAP. VIII

denique ita transfigit, *ut noxium pro obnoxio accipiat.* Salmasii coniectura erat: *mercenarius an noxius:* sed eodem Tertulliani loco repulsa, vbi plane *locare se*, id est, mercenarius esse dicitur. Rigaltius *noxium* vocari ait, quod bestias toties frustratus fit, elusis eorum dentibus ac declinatis agilitate sua, quasi non bona fide versaretur. Quae et nostra fuit olim sententia. Nunc vero censemus Tertullianum ludere οξυώων. Proprie *mercenarius*, non est *noxius*, nec *noxius* est *mercenarius*, et si uterque bestiarius. Generali ~~men~~ vnu vocis tamen *mercenarius* quam damnatus in ludum est *noxius*, quia non nisi sceleratus et desperatus huc descendebat, ut in ludum se addiceret. Perinde est ergo, quasi diceret: parabolanus non quidem sententia iudicis, sed *mercede* *noxius*. *In bestiis frustrandis mercenarius noxius*, est bestiarius *mercede* *noxius*. Cassiodorus: *Actus detestabilis, certamen infelix, cum feris velle contendere, quas fortiores se non dubitant inuenire.* Sola est ergo in fallendo *prae-*  
*sumtio, unicum in deceptione solatium.*



CAPVT

## C A P V T . I X

*Manilius decies emendatus.  
Ad virides nutanti vertice filias Hospita sacra ferens. Riguae Aegypti genses vel terrae.  
Vincire officio deum. Ius applicationis. Rapuisse in se deum ministros suos. Facere iter ignotis terris in commercia. Glomeraminis sui orbi testis luna. Pleiadum fidus Taurus.*

*referens paruo glomeramine.  
Sol ortus ab occasu nostro asperit austrinam partem. Currus mundi. Petronius correctus.  
Mundum male pro sole accipi apud Manilium, Petronium, Gratium. Mundus ab ortu redit. Clementia mundi. Ignes Aetnam minari Olymbo.*

**P**oëtarum plus vni accidit, vt ad ipsa limina stuparent aut impingerent interpretes. Scilicet dum effugere curant verborum vilitatem, et ab aditu profanos arcent, ea principia struxerunt, quae ne mystae quidem omnes, quales nunq; sumus, intelligerent: Quid si accesserit vitium aeni et librariorum error etiam in planissimis saepe monstrosus, et tanto infestior quanto minus suspectus. Vt apud Manilium (1, 3.), cuius in fronte verba infra scripta,

*Coelestis rationis opus deducere mundo  
Aggregior, primusque nouis Helicona mouere  
Cantibus, et virides nutanti vertice filias,  
Hospita sacra ferens, nulli memorata priorum.*

Si recte aestimaueris, agnosces totum hoc, et virides nutanti vertice filias, tanquam claudam, otiosam, morticinam, extra corpus orationis expressam, et sententia iam absoluta versus tantummodo fulciendi causa adiectam partem trahi. At si particulam copulatiuam in praeuocabulum commutaueris, hoc modo: *ad virides nutanti vertice filias Hospita sacra ferens.* nihil superfluum, nihil eminens, omnia inter se apta et quadrata habebis. Ad sacrum illud nemus, inquit, afferens, quae dedicaturus sum, noua et peregrina donaria, carmen intentatum.

Sic

Sic Persius: *Ad sacra vatum carmen affero nostrum.*  
 Philemon (Prolog. v. 7.): Εἰτις δὲ Θυσίαν προσφέρων, ὁ  
 Πλάκυφίλε, Τάυρων τὶ πλῆθος, η ἐριφῶν· Nec minus  
 puerile videtur et vel mediocri versificatore indignum,  
 versu 42. *in quas et Nilus inundat:* si tamen et Latina  
 plebe dignum est. De Assyriis et Aegyptiis loqui aucto-  
 rem, liquet. Suspicor,

*Qui domuere feras gentes Oriente sub ipso,  
 Quas secat Euphrates, riguas et Nilus inundat.*

Habes lib. 4. (v. 726.)

*tellusque natans Aegyptia Nilo  
 Lenius irriguis infuscat corpora campis.*

(Lib. I. v. 48.) de sacerdotibus, qui inter primos excolue-  
 runt scientiam fiderum:

*Officia vinxere deum, quibus ipsa potentis  
 Numinis accendit castam praeſentia mentem,  
 Inque deum deus ipſe tulit patuitque ministris.*

Fortasse malis, iunxere. Sed vinxere, quod in Gem-  
 blacensi, est deuinxere. Et potest videri Manilius in  
 animo habuisse fabulam Fauni et Pici vinctorum a Numa,  
 vt eum docerent Elicium Iouem, et Sileni apud Virgilium  
 a pueris alligati, qua audacia carmen de principiis  
 rerum ab eo meruerunt. *Vinciri* dii volunt, sed *officio*,  
 sed casto cultu. Quod Scaliger hic obſeruat τὴν προσα-  
 στὰν Atheniensium verti a Seneca *ius applicationis*, ve-  
 reor ne sit erratum μνημονικόν. Cicero est enim, qui  
 lib. I. (c. 39.) de oratore: *qui Romam in exſilium veniſſet, cui*  
*Romae exſulare ius effet, fi ſe ad aliquem quaſi patronum*  
*applicuiſſet, intefatoque effet mortuus, nonne in ea cauſa*  
*ius applicationis, obſcurum ſane et ignotum, patefactum*  
*eft in iudicio?* Allusit Terentius Andria a. 5. sc. 4. (v. 21.)  
*tum ille egens forte applicat Primum ad Chryſidis pa-*  
*trem ſe.* Proprie de naufragio in litus eiecto atque egenti  
 dictum

dichum obseruat Donatus. Immo de quo quis tenuiori peregrino vel inquilino. Εἴος enim ἐλληνικὸν καὶ αρχαῖον, ut ait Dionysius Halicarnasseus, (lib. 2. ed. Sylb. p. 84. v. 2.) hos νέφεν προσάρτην siue adoptare patronum, cui se applicare dicebantur Romanis. Athenis quidem et lege rubebatitur. Sic Cicero libro 2. (c. 1.) in Verrem omnium nationum exterarum princeps Siculos se ad amicitiam fidemque populi Romani applicuisse. Quod est, in clientelam venisse. Seneca epist. 105. Contentus incommodum et artes bonae discutiunt, et amicitiae eorum, qui apud aliquem potentem potentes sunt. quibus applicari expediet: Nec fero autem traiectionem Manilianam, quam laudat alibi Scaliger: *Deus deum intulit vel immisit.* Nihil molestius. Lego:

*Inque deum deus ipse tulit rapuitque ministros.*

Impulit eos arcans stimulis subiectis, et egit rapuitque in curam coelestium. *Rapuit*, inquit Seruius, *festinanter adduxit*, ideo et ad diuinos instinctus, qui subiti, significandos exhibetur, quemadmodum et ferri, — Lucanus (I, 678.):

*Quo feror, o Paeon? qua me super aethera raptum  
Confituis terra?*

Seneca: *Quonam cruenta Maenas Praecepis amore saeuo  
Raptur.* verf. 88.

*Et vagus in tascum penetrauit nauita pontum,  
Fecit et ignotis itiner commercia terris.*

Non admiror illud itiner: sed malo: iter in commercia. Nauita fecit signatis et mari disceptis terris iter commer- ciorum ergo. lib. 5. *nouaque in commercia ducet*. et rur- sus: *placidas regat in commercio gentes.* Verf. 218.

*Sed quaerent Helicen, quibus ille superuenit ignis,  
Qui laterum tractus habitant, mediique tumores  
Eripunt terrae coelum visusque coercent  
Te testem dat, Luna, sui glomerabilis orbis.*

Scribendum primo ex memb. Veneta: *Quod laterum.* Est enim *αἰτιολογία*, cur Helice sit *ἀόρατος* iis, qui Canopum cernunt: quae Manilii sententia est. Et profecto male cohaerent membra, nisi sic legamus. *Quod* cum sentiret Carrio, nec dispiceret tamen, qua potissimum parte vitium federet, irruit in id, quod suspectum esse non debuit: *mediique tumores*: et refingit, *medioque tumore*. Dicit enim Manilius, non qui laterum tractus habitent, tumore medio eripere coelum terrae, sed quibus a vertice obstet Canopus, eos non videre Helicen, quia respectu eorum, quibus supra Helice, latus tenent orbiculatae terrae, et ideo tumores medii excludunt ab iis Helices conspectum. Seneca lib. 2. Nat. Quaest. cap. 26. *Sed scias licet nubes illuc esse, unde splendor effertur: quas videri a nobis terrarum tumor non finit.* At grauius est, quod nescio quid aut quem dare testimoni glomerabilis sui orbis ait lunam. Ex ipso argumento intelligimus terram nominare voluisse, quo contenti fuere Scaliger, Gassendus et alii. Nos scimus et nominasse: scripserat enim:

*Te testimoni dat, Luna, sui glomeraminis Orbis.*

Orbis puta terrarum sui glomeraminis et rotunditatis testimoni dat lunam. Orbis, ut lib. 5. (v. 379.) *Diues erat census saturatis gentibus Orbis.* Ad rem videndus Plinius lib. 2. cap. 70. Atque hoc eo minus mirandum, quod vocabulum *glomeramen* eodem prorsus modo corruptum est l. 4. vers. 522. de Tauro:

*Auerlus venit in coelum diuesque puellis  
Pleiadum paruo referens glomerabile fidus.*

Vbi

Vbi Scaliger: *Sidus Virgiliarum paruo glomerabile dixit, quia sunt in se conglobatae et confertae, ita ut minimum spatum occupent?* Quis vero *nivos* iste sermonis, *res paruo glomerabilis*, pro in orbem haud magnum conglobata? et quis ita loquenter ferret? Scribendum utique,

*Pleiadum paruo referens glomeramine fidus.*

Vox optima et Lucretio frequens. Valerius Flaccus lib. 5. (v. 46.) *Pleiadumque globos et agentes noctibus Arctos.* Versu 242.

*Hinc ubi ab occasu nostros sol aspicit ortus,  
Ilic orta dies sopitas excitat urbes,  
Et cum luce refert operum vadimonia terris,  
Nos in nocte sumus.*

Gemblerensem habere male Hanc notat Scaliger. Immo optime, ut apparebit. Dein recte legit *ab occasu*: sed perperam interpretatur solem in occasu constitutum respicere ortus nostros: perperam negat *et ortus adiective accipi*, quasi absurde dicatur, solem ortum aspicere ortus nostros. Sit sane absurdum, dummodo nemini dicunt. Scriptis enim Mahilius:

*Hanc ubi ab occasu nostro sol aspicit ortus.*

Praecessit austrinis pars est habitabilis oris. Hanc partem austrinam ubi sol ortus, nempe illis sub Antarcticō habitantibus, aspicit ab occasu nostro: nam quum oceedit nobis, illis oritur. De Circulo Lacteo versu 742. quasi sit Phaethontiae fabulae vestigium:

*Et puer in coelo ludit, curruque superbis  
Luxurians, mundo cupit et maiora parente,  
Möstratas liquisse vias.*

Non mundus fuit parens Phaethontis: aut si disiungis ita, *cupit maiora mundo et parente*, nec cohaeret oratio,

et quid est, *cupit mundo maiora?* Fatum hoc et inceptum. Sed Manilius ediderat: *currupque superbus Luxuriat mundi, cupid et maiora.* *Currus mundi* seu *coeli* est, quo sol vehitur. Sic legendum apud Petronium (sat. c. 127.): *nec matex mea, dum placet, labentis mundi currum detinuit, non cursum.* Nec ignoro Orphhei, τὸν ἐναρμόνιον δέομον ἔλκων. *Mundus*, hic non magis sol, quod toties ingerit Barthius, quam apud Manilium lib. I. (v. 45.)

*Quo mundus redit et nigras supereuolat orbes.*

hoc est, qua coelum definit patescere et in longum porrigi, ut nobis sub nostro horizonte videtur, sed reuocatur et deuexum est. Vel si ad motum referre matis, qua conuertitur, et ab altero hemisphaerio supra nos euehitur, ut primo supra Aethiopiam. Seneca nat. quæstion. 7. (c. 21.) *Omnibus autem stellis in eandem partem cursus est, id est, contrarius mundo.* Hic enim ab ortu voluitur in occasum, illae ab occasu in ortum eunt. Manilius lib. 2. (v. 794.) de occasu:

*Vnde fugit mundus, praecepsque in tartara tendit.*

Nam Gratius, (Cyne. v. 295.) quum ait:

*Dum tepida indulget terris clementia mundi.*

vocabulo *mundi* non magis praecise solem intelligit, quam Iustinius vocabulo *coeli*, quum ait (9, 2, 7.): *Ateas inclemenciam coeli et sterilitatem terrae causatus;* et si interdiu clementior mundus propter solem. *Cupit maiora parente,* dum inaccessas patri et inuias capessit vias. Vers. (840.)

*Quinetiam tumidis exaequat dolia flammis.*

*Procerò distenta utero, paruosque capillos.*

*Mentitur paruos ignis glomeratus in orbes.*

Gembli.

**Gembli.** *partosque capillos.* Non defuturos putat Scaliger, qui *Parthosque* sufficient, quia Parthi comati: sed verum est, *sparsosque capillos.* Paullo ante: *haec species dispersis crinibus exit.* Versu (850.)

*Sunt etiam cumbris permixti partibus ignes,  
Qui grauidas habitant fabricantes fulmina nubes,  
Et penetrant terras, Aetnamque minantur Olympo.*

*Ignes minari Aetnam Olympo* dicit, id est, *Aetnae inflammam erigere* sic aduersus coelum, ut oppugnare Olympum atque ab eo timeri possint credi. Ita pulcherrime codex Gemblac. quod tamen Scaligero non placuit. Frigidum est illud: *Aetnamque imitantur Olympo.* Potius, Olympum in Aetna. Eius enim imitatio est, quod est posterius et plerumque ignobilius. At nemo dubitat Iouis tela et vim praestare terrestribus flammis. ideoque non bene dici fulmen aut fulgor imitari Aetnam. Deinde loqui Manilium de ipsius Aetnae flammis, non quae Aetnam in nubibus juntantur, ostendit praecedens: *Et penetrant terras.* Petronius (Specim. Belk. civ. v. 136.):

*Iamque Aetna rotatar  
Ignibus insolitis et in aethera fulmina mittit.*

Lucanus in sexto (v. 172.):

*totaeque viro dant tela ruinae.  
Roboraque et moles hosti saque ipse minatur.*



## CAPUT X

*L. Cassius Hemina, Festus, bis alibi. Vt et Paullus IC.  
Onidius correcti. Parare in- Parare amatorem dominas mu-  
ter se, parare munus. In Sal- nus. Intra modum, intra le-  
luctio approbata emendatio Vi- gem, intra primum. Irror-  
ctorii. Cicero defensus: Et sus referre.*

**E**xistat apud Diomedem Grammaticum fragmentum L. Cassii Heminae ex lib. 2. Historiarum: *Pastorum vulgus sine contentione consentiendo praefecerunt aequaliter Remum et Romulum, ita ut de imperio pares inter se essent. Monstrum fit: sus parit porcos triginta, cuius rei fauum fecerunt Laribus Grundulibus.* Ita ediderunt apud Diomedem Putschius, in fragmentis Historicorum Auf. Popma. Monueratque id ante Scioppius suspectum lectionum epist. 2. sed addiderat praeterea in MS. legi: *ita ut de imperio parent inter se, non, pares essent.* Quam geminulam illi non intellectam spreuerunt. Hic nihil corriger se profitetur, sed producere varietatem codicis veteris, ut consideretur. Ita saepe veritatem defendere timemus, errores pertinacissime tuemur. Sane proba est MS. lectio. Pastores aequaliter eos praefederunt, relinquentes fratrum arbitrio, ut illi inter se de sortienda ac usurpanda potestate conuenient. Potest scribi pararent: quod compendio scribendi corruptum. Festi schidae: *Parare inter se munus dicebantur, cum sortitio siebat a magistratibus populi Romani, inter magistratus utram (ita legendum, non veram) rem agere deberet: aut inter se comparabant de rebus lege mandatis.* Itaque in Senatu et in comitio quoque sortiri aut inter se parare solebant, utrum exire utrum domi manere reporteret. Statimque: *Lege etiam eatur, ut certos intra dies designati magistratus provincias inter se pararent.* Cicero lib. 1. epist. familiar. 9. si curiata lex non esset, se paraturum cum collega. Sic enim constanter MSS. codd. et quidem plusculi, in quos ipsunet

ipsumet diversis locis oculos coniecimus. Fallitur Passerius, qui hic mendum esse putat, rescribitque *se comparaturum cum collega*, cap. 6. Coniect. ut et ante illum Sagonius ad lib. 29. Liuui. Sane frequenter ita Patauinus ille: neque eo tamen alterum reiiculum. Victorius, qui primus haec verba Ciceronis restituit, addit auctorem Sallustium Jugurthini cap. 43. *Metellus et Silanus Coss. designati prouincias inter se parauerant, Metelloque Numidia euenerat.* Quomodo in quibusdam libris antiquis legi dignissimus fide testis ipse Victorius. P. Manutius se adsensurum ait, nisi, quae sequuntur, verba prorsus ab hac sententia se remouerent. nam si Sallustius dixisset: *prouincias inter se parauerant, sortitionem, ait, exclusisset: parare enim siue comparare sortitioni opponi: at subiungi: Metelloque Numidia euenerat;* quo sortitionem esse factam satis ostendi. Festuca fragilis haec est, non telum: aut etiam Liuium fodiet pro Sallustio et Victorio se interponentem, lib. 8. (cap. 20.) *Extemplo igitur Coss. noui L. Aemilius Mamercinus et C. Plautius eo ipso die Kal. Quintilibus, quo magistratus inierunt, comparare inter se prouincias iussi: et Mamercinus, cui Gallicum bellum euenerat, scribere exercitum sine villa vacationis venia.* Et lib. 25. (cap. 13.) *Qui quum auditis, quae ad Capuam agerentur, inter se comparassent, ut alter in Campaniam exercitum duceret; Fulvius, cui ea prouincia obuenerat, profectus nocte Beneuenti moenia est ingressus.* Hoc si Liuio iuris, cur non idem Sallustio? nam *parare et comparare sensu hoc nihil differre* non negat. Sic igitur et *parare munus* antiquis. Aliud est apud Ouidium lib. 1. (v. 378.) de arte: *Haec dominare munus te parat, illa fibi.* Ita enim leg. ex MSS. ubi vulgo *temperat*, Bersmanni liber *comparat*. Ut in E. pift. Brileidos (v. 19.):

*Si progressa forem, taperer ne forte timebam,  
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.*

Saepe ita tragœdiae Senecæ. Euripides Iphig. (in Aul. v. 46.)

Σῇ γαρ μὲν ἀλόχῳ τότε Τυδάγεως,  
Πέμπον φέρου συνυμφοκόμον τε δίκαιον.

Vtque hoc quoque obiter addam, peccat Passeratius eodem capite, cum pro eo, quod est apud Ciceronem, modice hoc faciam aut etiam intra modum, lib. 4. famijl. ep. 4. reponit, *infra modum* et lib. 9. epist. vlt. non modo non contra legem, sed etiam intra legem, similiter, *infra legem*. quia scilicet intra modum omnia facienda sunt. Nam *intra modum* est etiam minus quam modus permittit. Sic in altero: tantum abest ut legem transgrediantur, et limites quos illa definiuit, ut etiam multo strictiore ambitu conuiui*s* nostri frugalitas stringatur, quam lex signauerit. Tria momenta sic exprimuntur, ut *intra modum* vel *legem* sit minus quam vult iubetque aut saltem concedit lex aut modus: *ad modum* vel *legem* ipsum terminum modi fineque describat: (Seneca lib. 2. de ira cap. 27. *quom angustia innocentia est ad legem bonum esse?* in nat. Quæst. (1. 16. Quo nequitiam meam si ad naturæ modum peccare? et in epistolis Coelii (ad Diu. 8. 6.): *ad illam summam veritatem legitimum ius exigera*. In rescripto D. Hadriani tit. 1. Collat. leg. Moli *Personam Marii Euaristi recte, Egnati Taurine, moderatus es ad modum culpas.*) *ultra modum* excessum transgressionemque indicet. Sic Iul. Diligenter. 9. vlt. D. mandati Paulus *intra pretium emere* dicit eum, qui minoris emit, quam mandans etiam pauperiferat. Vbi aequi male *infra* coniicit Passeratius Eumenes rex apud Luium lib. 37. (c. 53.) *Quod ad me attinet, in aliis rebus cessisse intra finem iuris mei cuiuslibet videri malim, quam nimis pertinaciter in eo obtinenda te tendisse.* Non enim dicit se contentum fore iure suo, sed minus quam deberetur petiturn. Conuenit enim ex officiis præceptis in vicinitatibus et confiniis sequum

aequum esse, faciem, multa multis de iure suo ceden-  
tem, ut docet Cic. lib. 2. de off. Seneca epist. 97. Illius  
noctem tibi promitto, nec differo; intra comperendina-  
tionem fides promissi mei stabit. id est, citra dilationem  
in perenditum: effectum consequetur, antequam opus.  
Seruus ad lib. 5. (v. 409.) Aeneidos: **TVM SENIOR**  
**TALES.** Varro: iuuenior, non satis iuuenis, intra  
iuuenem: sicut pauperior, intra pauperem. Idem ad  
lib. 6. (v. 304.) **I AM SENIOR SED CRV-**  
**DA.** Senior est virens senex, ut iunior intra iue-  
nem est, quam rem a Varrone tractatam confirmat  
etiam Plinius. Sic Propertius et Ouidius, intra fortu-  
nam. Vopiscus ( Tacito: cap. II. ) Aureliano: *Ipse*  
*fuit vitae parcissimae, ut sextarium vini tota die mun-*  
*quam potauerit, saepe intra heminam, i. minus hemi-*  
*na.* Atque ita intra Kalendas, accipi pro citra aut ante  
Kalendas, non adeo absurdum videri debuit Sulpicio  
Apollinari, ut bene notat Gellius lib. 12. c. 13. Vbi locus  
Tullii ad Sulpicium, qui corruptissime legitur in editio-  
nibus, sic emendandus est. *Sed tamen quando effugi*  
*eius offenditionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc remi-*  
*publicam non putare, &c.* est enim ex lib. 4. epist. 4.  
quam diximus. Hinc phrasis Senecae, *introrsus referre*,  
pro reducere limites. lib. 1. de benef. cap. 14. *Si quis*  
*aestimat nos, cum ista praecipiamus, benignitatis fines*  
*introrsus referre, et illi minus laxum limitem aperire,*  
*nae perperam monitiones nostras exaudit.*



*Manilius tribus locis expli-  
caens. Varios flores necedendo  
effingere suum similes. Sua po-  
ma, suum aurum, sui rami,  
suae aquae. Martialis corre-  
ctus. Ingenium suum. Re-  
missa fugae zela. Propertius  
defensus. Correctus bis Mani-  
lius. Partens coeli ferre per  
sua nutritia. Coelum noscitur.  
coeli mundare.*

**M**anilius lib. 5. vbi oriente corona Ariadnae botani-  
cos et hortulanos nasci ait, item *σεφανωπλόκες*  
et qui arbores excolant, v. 262.

*Aut nebet varios flores sertisque locabit  
Effingetque suum similes.*

Tentauerunt hunc locum interpres illustris, et alii doctissimi viri. Non dubitandum iudicamus de hac Gembla-  
censis codicis lectione, sed remotior usus *τὸς συνος* non  
succurrit illis, quod sumitur interdum pro nativo, insi-  
to, innato, proprio, ut Graeci fere *τὸς οἰκεῖον καὶ ἴδιον*  
vsiupare amant. *Suum motum* externo opponit  
Tullius lib. 2. (c. 12.) de nat. Deor. Virgilius lib. 2. (v. 82.)  
Georg. de infestatione:

*Miraturque nouas frondes et non sua poma.*

Quae non gentilia appellat Calpurnius (Ecl. 2. v. 40.)

*Net minus arte mea mutabilis induit arbos  
Ignatas frondes et non gentilia poma.*

Plinius lib. 33. cap. 4. *Aurum aurugia quae situm non co-  
quitur, sed statim suum est.* I. purum, tantum suae na-  
tureae, fine mixtura vilioris materiae aut metalli. Ouid.  
Met. 14. (v. 165.)

*Iam non hirsutus amictu,  
Iam suus.*

Seruius ad lib. 6. (v. 144.) Aeneid. *ET SIMILI FRONDESCIT VIRGA METALLO.*  
 in naturam redit: et honeste locutus est dicens, habens  
*frondes sui metalli.* Plinius lib. 2. cap. 103. transitu ho-  
*spitali suas tantum, nec largiores, quam intulere, aquas*  
*cuehentes.* Ut tuus Statio lib. 4. (Theb. v. 836.) cum  
 dixisset Huium non augeri niuibus, non pluuiis, non  
 imbris:

*Sed raus et nulli ruis expugnabilis astro.*

Sic legendum est apud Martialem ex vestigiis MSS. Codd.  
 Pall. Pircheim. Florent. in Apoph. ep. 194.

*Haec tibi, quae fontes et aquarum nomina dicit.*

*Visa suis melius charta notabit aquas.*

Scriptor Calvus de aquae frigidae visu: ubi procul  
 dubio intexuerat historiam aquarum salubrium et  
 insalubrium. Eam laudans Martialis, haec, inquit,  
 charta quae fontes et nomina aquarum accurate per-  
 sequitur, inspecta tibi notabit et exhibebit aquas melius  
 suis, i. natuvis et naturalibus. melius quam ipsae aquae se-  
 Acumine suauissimo, vt cum de Issa picta (Mart. I, 110.):

*Hanc ne lux rapiat suprema totam,*

*Picta Publius exprimit tabella:*

*In qua tam similem videbis Issam,*

*Vt sit tam similis sibi nec ipsa.*

Et communis est sensus in laudatione huiusmodi operum,  
 vt dicatur ars certare naturae. Plinius lib. 34. cap. 8.  
*Eutychides Eurotam fecit, in quo artem ipsam anue li-*  
*quidiarem plurimi dixerunt.* Atque hinc genuina Manilii  
 mens erunda est. Varios, inquit, flores necet et lo-  
 cabit fertis, et ita quidem implicabit, atque, Columellae  
 verbo, varitatem faciet, vt flores hi varii sint similes suo-  
 rum, id est, sic nati, a natura conditi, germani, non  
 arte nensi et compositi, non externi sibi videantur. Sta-  
 tius episodio in Glauciam. (lib. 2. Siln. I. v. 101.):

*Vidi*

*Vidi ego transertos alieno in robore ramos  
Altius ire suis.*

id est, natuus, ingenitis. Auctor Aetnae de biformibus gigantibus:

*His natura sua est alio tenuis: ima per orbes  
Squammeus intortos sinuat vestigia serpens.*

Dubitat magnus Scaliger, vtrum interpungat: *His natura sua est*: vt sit sensus: illis propria natura est et separ ab aliis hominibus: an vero, *His natura sua est alio tenuis*: vt intelligas eosque suos esse, hoc est, homines. At non est dubitandum, quin erroneum sit prius. Macrobius in Somnium Scipionis lib. I. cap. 19. *Haec enim ratio facit lunam non habere proprium lumen, caeteras omnes stellas lucere suo: quod illae supra solem locatae in ipso purissimo aethere sunt, in quo omni, quicquid est, lux naturalis et sua est.* Non poteram persuadere illustri viro hanc interpretationem loci Manili: at ille multo minus mihi suum:

*Aut necet varios flores fertisque locabit,  
Effingetque suum.*

quod volebat esse, suum opus. Non effingit, aiebat, flores ille qui et floribus ferta aut corollas necit et componit, sed eos iungit, et ex floribus solutis fertos facit. Cauillabatur separando, quae separari non debent. Non enim simpliciter ille *flores effingere* dicitur, sed *varios flores nexos et fertis locatos effingere suum similes*, hoc est, corpus vel corollam florum tam commode inter se aptare, vt haec varietas florum sic nata et sua videatur. *Sua*, aiebat, est relatiuum, et nunquam dicitur, nisi relatione facta, ad rem, aut personam, de qua agitur: rogabat, quae hic esset relatio. Respondebam, eadem quae cum *aurum suum*, cum *homo suus*, cum *fluius suus*, et reliqua dicuntur. Deinde *suum* hac mente nihil

nihil aliud est quam suae naturae, radicis, sui generis, originis, stirpis. Se quoque pro sua natura usurpat Ouidius (Met. 5, 546.) de Aiscalapho in Bubonem mutato: *Ille sibi ablatus.* Cicero lib. 1. de officiis (cap. 31.): *quas contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui, idque moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant.* Apparet ergo omnino referri ad rei, de qua agitur, naturam in idea consideratam, uti ibi pomorum, aurum, ramorum, ita hic variorum florum. Denique non simpliciter flores sui dicuntur, sed varii flores suorum similes. Si ergo de arbore insita genere pomorum, quod proprio haud multum distet, non inepte dicam: inoculata illa poma esse similia suorum: aut de ramo ita insito, ut fissura vix appareat, eum esse similem suis: quare non de variis floribus plexis, esse eos similes suorum, hoc est, sic compositos, ut eiusdem radicis videantur? Et sane frequens is vocis usus Poëtae nostro. lib. 4. v. 57.

*Degenerant nati patribus, vincuntque parentes,  
Ingeniumque suum retinent,*

Quod mirifice Barthium torsit lib. 18. Aduers. c. 12. At *suum ingenium* est infitum et per seriem familiae transmissum. ut cum de Claudiis dicitur eos semper fuisse plebi infestos: quam Liuius *iam inde antiquitus infitam portinaciam familiae* vocat, lib. 9. (c. 29.) aut de Valeriis, semper eos plebem Romanam eodem tenore colendo Poplicolarum cognomen meruisse. Aut degenerant patribus, aut eos vincunt, aut sequuntur, et indolem, quae in illa prosapia iam visa est, retinent et reducunt. quod inter duo illa medium est. lib. 5. (v. 664.):

*luctantur corpora nodis,  
Exspectantque nouas acies, ferroque necantur,  
Inficiturque suo permixtus sanguine pontus.*

Ex se nato, quem ipse dedit piscibus. Denique ut alia ornittamus, lib. 1. (v. 756.)

An

*An fortis animae dignataque nomina coelo.  
Corporibus resoluta suis, terraque remissa,  
Huc migrant ex orbe, suumque habitantla coelum  
Aethereos viuunt annos, mundoque fruantur?*

*Terra remissa dicit pro, a terra remissa. Ut Propertius lib. 3. el. 8. Parthorum astutae tela remissa fugae. quod igitur non est mutandum, tanquam comitus sit, astuta fuga; vt voluit Freinsheimer. Suam coelum cognatum, principium eorum. Vade intelligitur quod libro 4 vers. 878:*

*Inque ipsos penitus mundi descendere census,  
Seminibusque suis tantam comprehendere molem,  
Et pretium coelo sua per nutricia ferre.*

Ita edidit Scaliger, cum vulgo esset: coeli. *Pretium coelo ferre explicat αντιπελαργεῖν τὸν θεατὸν.* Sed Gemblacensis et Venetus: partem coeli. Male, inquit ille. Immo optime et verissime. *Partem coeli ferre per sua nutricia est partem coelestem hominis ducere per ea, quibus maxime nutritur et alitur.* Nec aliter ipse τὸ nutricia interpretatur lib. 3. (v. 132.)

*nonus locus occupat omnem  
Natorum sortem dubiam, patriosque timores,  
Omniaque infantum mixta nutricia turba.*

Procul dubio, inquit, hic per nutricia intelligitur αντιπελη, παιδοτροφία, non τὸ θεατήρες. Recte: nam locum illum occupare ait filiorum sortem et parentum vota et omnia nutricia paruorum, mixta turba. Seneca ad Helviam cap. 17. illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger conualui. At quod de coeli parte diximus, egregie firmatur lib. 2. v. 115.

*Quis coelum posset, nisi coeli munera nosset,  
Et reperire deum nisi qui pars ipse deorum est?*

Ita

In quidem libri, et fuit hactenus Scaliger, quod ita, ut adduximus, restituit pro eo, quod legebatur: *nisi pars ipsa.* Sed et facile me persuaderum censeo priori versu dedisse Manilius:

*Quis coelum posse, nisi coeli munere, nosse,  
Et reperire Deum, nisi qui pars ipse Deorum est?*

Et mox in eandem sententiam:

*Ni tantos animis oculos natura dedisset,  
Cognatamque sui mentem vertisset ad ipsam,  
Et tantum dictasset opus, coeloque veniret,  
Quod vocat in coelum.*

Anactor de mundor: Η γέννη ψυχή διὰ φιλοσοφίας λαμβάνει τύπον τοῦ νόου, ἀπεργούσθη καὶ ἐξεδημούσεν, αἴσιον μίασον τοιαύδον ένρροτα, καὶ τὸ πλεῖστον αἰλλήλων αὐθεντῶτα τοῖς τόποις τῇ διανοίᾳ συνεφέροντος, φασίος δῆμος τὸ συγγενὲν γνωρίσασα. Appuleius: facilissimo quo ea; de quibus origo eius est, anima diuinis oculis suis adspexit et cognovit.

## CAPUT XII

Cicerο in Verrinis dicit: en-  
tatus. Qui superfluum. Rem  
in id tempys duci. Sanctitas  
coniunctionis inter Praetorem  
et Quaestorem. Deportare Ro-

mam. Deducere testes. Entra  
beneficia. Imaginem prodere  
ad memoriam posteritatis.  
Communis respublica.

**E**t patronum et actionem, nihil ut utriusque pars esset aut secundum, M. Tullius in C. Verrem praestitit: adeo ut, ne obstroctatoribus quidem, quod carperent, praeter ius Verrinum, quidquam reliqui fecerit, Et tamen hac illi nota, non rei vitium, sed animi sui, detexerunt. Tanto minus ambigimus, si quid offendens doctas aures ocurrat, id profectum glos libicariis, et utq conie-

coniectura tentari, donec manus et consilium scribentis inueniatur. Actione 1. cap. 9. *Siculos in ea re sane liberos fuisse, qui quamobrem arcesserentur, cum intelligerent, non venissent.* Asconius Pedianus ostendit in quibusdam libris habitum, *venisse*. Sic enim scribit: *Sane et hic animaduertitur inconssequens locutio, similisque soloecismi, siquidem, NON VENISSE legeris, nam si, NON VENISSENT, legeris, error non erit.* Inde Grutero editum video: *qui, quamobrem arcesserentur, cum intelligerent, non venisse.* Ego vero delendum censeo τὸ Qui: ita enim constat oratio: *Siculos in ea re sane liberos fuisse; quamobrem arcesserentur, cum intelligerent, non venisse.* Eadem oratione c. 18. Non patiar rem in id tempus adduci, ut *Siculi, quos adhuc serui designatorum consulum non mouerunt, eos tum lictores consulum vocent.* Aio Ciceronem scripsisse: *in id tempus duci. Ut ducere iudicium, comitia, bellum, diem.* Et supra: *vt quacumque opus esset ratione res ita duceretur, ut apud M. Metellum praetorem causa diceretur.* Item: *deinde se ducturos et dicendo et excusando facile ad ludos Victoriae.* Lib. 1. Actionis 2. cap. 15. *si nullam religionem sors habebit, nullam societatem coniunctio secundae dubiaeque fortunae, nullam auctoritatem mores atque instituta maiorum.* Passim inculcat Cicero, qui eandem prouinciam Praetor et Quaestor sortiti essent administrassentque, inter eos more maiorum necessitudinem, qualis est inter patrem et filium, exinde constitutam et paria officia exacta fuisse. In Diuinatione (c. 19.): *sic enim a maioribus nostris accepimus, praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere: nullam neque iustiorum, neque grauiorem causam necessitudinis posse repeiri, quam coniunctionem fortis, quam prouinciae, quam officii, quam publicam munerae societatem.* Hic *societas* quid sit, video: nempe communis prouincia, quae constat etiam dissidentibus, etiam infestis inimicisque, qui duxerunt. *Cur ergo his illic dicitur nulla esse societas?*

Præ-

Praeterea nullam societatem habere coniunctionem secundas dubiaeque fortunae, non video, qui magis dicatur, quam nullam coniunctionem esse societati fortunarum: ut futilis appareat hic sermo et ineptum dilictumen duorum vocabulorum. Denique illa, *religio, auctoritas*, aliquid maioris ponderis poscunt quam est *societas*. Itaque censeo scripsisse Tullium: *nullam sanctitatem coniunctio secundae dubiaeque fortunae*. Quemadmodum ex Ennio refert ipse in primo de officiis (1, 8.): *Nulla sancta societas, nec fides regni est*. Lib. 2. in Verrem cap. 46. *Eftne is Sthenius, qui omnes honores domi suae facillime cum adeptus eft, amplifliffe ac magnifcentiffime geffit?* Deleandum puto τὸ suae: talia enim vbi adduntur, priuatas domos, non patriam intelligere solemus. Nec vero ingratis lectoris haec verba illustrabimus duobus Suetonii locis. Alter in Octauio eft cap. 3. *Amplis enim innutritus opibus honores adeptus eft facile et egregie adminiftrauit*. At contra in Vespafiano cap. 2. *Aedilitatis ac mox Praeturae candidatus, illam non sine repulsa sextoque demum loco vix adeptus eft: at prima statim petitione et in primis Praetor*. Apud Ciceronem paullo post: *quae tabula tum imperio tuo reuulſa, nunc a me tamen reportata eft: ut omnes huius honores inter fuos et amplitudinem poſſent cognoscere*. Vitium in iſtis, *nunc a me tamen reportata*, quis non agnoscit? nec ſcio tamen, num quis obhaererit editorum. Quorsum hic τὸ tamen? quid reportata? Videtur autem fuifle: *nunc a me Romanam deportata eft*. Nam τὸ Omnes illustriorem locum requirit quam ipsius patriam: et deportare de prouincia dicebant. Lib. 7. famili. epift. 15. *Nihil ex iſta prouincia poter, quod iucundius fit, deportare*. Pro domo (c. 43.): *Hoc ſimulacrum quidam homo nobilis ad ornatum aedilitatis ſuae deportauit*. Lib. 4. in Verrem cap. 42. *Eos testes deduxi, et eas literas deportauit*. Vbi necesse non erat Fulvium rationem habere codicis, in quo adduxi. Pro Flacco (c. 15.): *Non deduxi, inquit, Sextiliūm*.

*Cedo tabulas. non deportavi.* Cap. 5. huius 2. libri: *Cen-*  
*fores quidem qui magis quam aediles?* *Ob beneficium?*  
*Ergo hoc fatebere abs te haec petita esse: nam erepta non*  
*audebis dicere.* Hic ego quid *erepta* sit, non intelligere  
 me fateor. Censorum creandorum in Sicilia ius penes  
 ipsos populos, non penes Praetorem Romanum erat.  
 Verres quasi corruptis ambitu moribus haec potestas pa-  
 rum tuto cominitteretur populis, Censores fecit suo arbit-  
 ratu centum et triginta. Singuli deinde in statuam ei-  
 locandam trecentos denarios contulerunt. Hoc reprehen-  
 dens Cicero inter alia scripsit: *nam emta non audebis*  
*dicere.* Volo, inquit, vti tua lingua: quod mitissimum  
 res patitur, dicam? Debebas quidem statim faceri, si ob  
 beneficium dederunt, huiusmodi munera abs te emta  
 esse: sed hoc facere noles: fateberis dumtaxat, abs te peti-  
 ta esse, teque ista in beneficio dedisse, non vt reipubli-  
 cae seruires. Ergo sic quoque peccasti: sed hoc parum  
 est, et plus iam intelligimus, quam tu velis. nam vbi  
 hoc fassus fueris, abs te petita esse, quis morum tuorum  
 gnarus dubitabit, quin nundicatus sis? Gruterus notat in  
 Ms. fuisse *epta*. nempe cum euauisset virgula, quae si-  
 gnificabat *empta*. Cap. 73. *Ac ne forte ea, quae remo-*  
*ta de medio atque erepta vobis sunt, omnia ita condita,*  
*atque ita abdite latuisse videantur, ut hac diligentia,*  
*quam ego a me exspectari maxime puto, nihil horum in-*  
*vestigari, nihil assequi potuerit.* Tullianum videtur:  
*ut haec diligentia, quam ego a me exspectari maxime*  
*puto, nihil horum inuestigare, nihil assequi potuerit.*  
 Lib. 5. cap. 14. *Ob eorum rerum laborem et sollicituden-*  
*nem fructus illos datos, antiquorem in Senatu dicendae*  
*sententiae locum, togam praetextam, sellam curulem,*  
*ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam.*  
 Nihil tam leue est, quod non summa quandoque ingenia  
 impedit. Quid enim facilius quam videre scriptum a  
 Tullio: *Ius imaginis ad memoriam posteritatemque pro-*  
*dendae.* Vt pro Rabirio, (c. 7.) *delectat imago ipsa ad*  
*memo-*

*memoriam posteritatis prodita. et in Philippicis, (14, 1.) ne memoriae posteritatique prodatur.* Et tamen Siganus, Manutius, Hotomanus, Lambinus, Lipsius, Gifianus, Pet. Ciacconius ad Caesarem, Passerius in conjecturis, Gruterus, qui omnes haec verba tentauerunt, rem tantulam non peruidenterunt. Eadem Oratione cap. 13. *Cum paludatus exisset, votaque pro imperio suo communique populi Romani nuncupasset.* Lambinus fatetur in MSS. esse: *communique republica nuncupasset.* Vnde quidam, inquit, coniicit: *communique reipublicae.* Quod et habet Gifianus in obseruationibus. Atqui pulcherrima et probatissima veterum codicum lectio est: itaque Cicero infinitis locis. Orat. I. de L. Agraria: *consentite cum bonis, communem rempublicam communi studio defendite.* lib. 6. famili. ep. 6. facile omnium nobilissimum et in *communi republica cuiuis summorum tuae aetatis vel ingenio, vel gratia vel fama po. Rom. parem.* lib. 2. de Nat. Deor. Deos dicit vnum inmundum ut *communem rempublicam atque urbem aliquam regentes.* Sic Seneca lib. 1. de clem. c. 9. *communem rempublicam* opponit Principati Augusti. Et *reipublicae peculiari* ceu factioni L. Quintius Cincinnatus lib. 3. Liuii (c. 19.).

## C A P V T XIII

*Nomen dare loco. Numen Ducta bipennis, securis. Va-*  
*dare loco. Fulmine icta, reli- lerius Flaccus bis, Ouidius cor-*  
*giofa. Fesius tentatus. Dius. recti. Elata bipennis. Pul-*  
*Lucanus pluries emendatus. Iu- sare bimbum sanguine. Conie-*  
*sta peragere. Ductae pari mo- eti cultri. Patens inter terras*  
*deramine dextrae in remigio. et lunum.*

**L**ucanus lib. 1. de Arunte aruspice procurante bidental, vers. 608.

*Aruns dispersos fulminis ignes  
 Colligit, et terrae moestu cum murmure condit:  
 Datque locis nomen.*

F 2

Non

Non ignoro per *dare nomen* vulgo intelligi *bidental* appellare. Sed hic fatuus est et sine sale sensus. Hoc modo et qui templum aut aram aut domum aut quiduis denique loco immolitur, nomen ei dare potest dici: nam bidental non magis est nomen quam templum vel ara vel domus, et a quibus immolitis locus vocatur. Quomodo loco nomen detur, ostendunt Caesar I. (c.13.) Gallici: *committerent, ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate Pop. Romani nomen tuperet.* Valer. Flaccus lib. I. de Orpheo:

*mixtoque sonantem  
Percutit ore lyram, nomenque reliquit arenis.*

Lyrac: *ἐκ τῇ δὲ Λύρῃ πέλες ἔνομα χώρων*, inquit Apollonius. Aliiquid igitur magis proprium etiam in Lucano foret quaerendum, si constaret ita eum scripsisse. Nihil acutior Salmasii interpretatio ad Solinum: significat monumentum eo loco statui, aram puta vel puteal, cum fortasse aliqua inscriptione, quae testaretur fulgur sub illa conditum. Et hoc, quod mirum, cum dixisset a scholia hunc locum explicari his verbis: *locum aggectione consecratum it.* Speciein habet, quod visum illustri viro, per loca coeli regiones intelligenti, aut locis ex coeli regionibus, quas lituo designabant angures, et his, ut ait Seruius, nomina dabant, priorem anticam, posteriorem posticam vocitando, *nomen datum* interpretatur. Vitio tamen non caret: confundit enim augurum et aruspicum disciplinam. Verba Ciceronis, et Seruui, quae adhibet, de auguribus pronunciantur: horum est servare de celo et lituo coeli regiones in augurio capiendo definire: aruspex fulmen, quatenus est portentum, procurat, quo non adhibebantur augures. Ex alia lege Ciceronis (lib. 2. de leg. c. 9.): *Prodigia, portenta ad Etruscos et aruspices, si senatus iussit, deferunto: Etruriaeque principes disciplinam docento: quibus diis creverint, procuranto, iidemque fulgura et obfita pianto.* Hoc-

Hoc officio fungitur Aruns: nihil ex fulminis iactu vaticinatur, sed illud procurat, ista colligit et defodit, locum sepimine claudit et consecrat; dein piacularēm hostiam caedit, et extis eius inspectis diuinat. Pergimus itaque reponere ceu genuinum: *Datque locis numen.* id est, locum religiosum facit: vt erant bidentalia sepimine consecrata. Ouidius lib. 3. (v. 295.) Fastorum de lueo:

*niger ilicis umbra,  
Quo possis viso dicere, Numen ineſt.*

Lib. 3. Amor. (el. 13. v. 8.) *Aspice, concedes numen ineſſe loco.* Silius lib. 3. (v. 688.) *prisco inde pauore Arborum numen habet.* lib. 13. (v. 124.) *Numen erat iam cerua loci.* id est, res sacra, dedicata. Valerius Flaccus lib. 3.

*Vtque metum numenque loco sacramque quietem  
Addidit.*

Calpurnius in Eclog.

*Decernamque nemus, dicamque sub arbore numen  
Hac erit.*

Claudianus in 3. de raptu:

*Inde timor numenque loco, nemorisque senectae  
Parcitur.*

Lucretius ipfe lib. 9. (v. 522.)

*Esse Jocis superos testatur filia per omnum.  
Sola virens Libyen.*

Sed propriè huc facit, nempe ostendit sacrum esse locum, numenque habere, quo fulmen conditum est, ipse Lucretius lib. 8. (v. 864.)

*Inchisum Thisco venerantur conspito fulmen.*

Sidonius Apollinaris carm. 9.

*Nec quae fulmine Thuscus expiato  
Septum numina quaerit ad bidental.*

Festus: *Fulguritum id, quod est fulmine istum. qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod cum Deus sibi dicasse videretur. Scribo Dius.* Festus supra in Flamen Dialis. *Dialis autem appellatur a Dio, a quo vitadari putabatur hominibus.* Scholiaestes Iuuinalis ad Sat. 6. (v. 587.) *Condi fulgura dicuntur, quotiescumque aruspex dispersos ignes in unum redigit, et quadam tacita ignorataque prece locum aggestione consecratum facit.* Inde subiicit Lucani verba, quae haud dubie legit, vt nos restituimus, non vt vulgo eduntur. Lib. 2. in oratione Marciae ad Catonem versu 339.

*Dum sanguis inerat, dum vis materna, peregi  
Iussa Cato, et geminos excepti foeta maritos.*

Scribendum, *peregi iusta*, nempe officium matrisfamilias parere. Ut apud Collumellam, *Iusta reddere, percipere, exigere.* Idem lib. 9. cap. 8. *etiam cum in propinquuo sunt, iustis operum peractis se recipiunt.* Vtitur et Plinius, sed funesto sensu lib. 2. cap. 108. *quum secutis diebus iusta peragerent.* Lib. 5. de carinis solutis vers. 706.

*Quas ventus doctaeque pari moderamine dextras  
Permistas habuere diu.*

Scribendum: *dultaque pari moderamine dextras. Ve  
ducere remos, ducere ferram.* Ouidius lib. 1. (v. 294.) Metamorph.

*Et dicit remos ille, ubi nuper ararat.*

Videtur rotundius, si scribamus: *ubi nuper aratra.* Et sic ab Ouidio fuisse crediderim. Propertius lib. 3. eleg. 20. (v. 13.) *Remorunque paros ducere sorte vices.* Silius lib. 14.

*Namque*

*Namque manus seruat dum suetos languida duxit,  
Ignauum summa attraxit super aequora remum.*

Claudianus lib. I. (v. 176.) de laud. Stiliconis:

*securo milite duxi  
Stagna reluctantibus quaterent Saturnia remi.*

Eiusdem vocabuli, licet alio sensu, par corruptio apud Valerium Flaccum lib. I. (v. 122.) et *dœcta resonare bipenni Litora.* pro *dœcta.* Ouidius 4. Trislium el. 2. (v. 5.)

*Candidaque adducta collum percussa securi  
Victima, purpureo sanguine pulsat humum.*

Ita enim legendum ex Ms. Pirckhaimeri. Perinde vt lib. 3. (v. 726.) de arte amandi: *Oraque fontana feruida pulsat aqua.* ex verissima restitutione Zinzerlingi. Codex regius iuuat hactenus, vt in textu sit, *pulsat,* et supra scriptum, *vel pulsat.* Valerius Flaccus lib. 3. (v. 139.)

*et elatae propius succedere dextræ  
Telecoonta finit, deductaque ora securi  
Diffecuit ceruice tenuis..*

Sic scripsérat Valerius, eoque manu ducit Ms. Carrionis, qui *delicataque.* Alias vulgo *dissicta,* vel *deiecta.* Forte tamen *deiecta* non improbandum. Ut *adiectus culter* in l. II. D. ad l. Aquil. *Et sic serui, quem tonsor radebat, gula fit præcisa adiectio cultello.* id est, adacto. *Coniectus* Ouidio lib. 15. (v. 735.) Met.

*Istaque coniectos incalfacit hostia cultros.*

Vbi frustra Scaliger, *sibyllatos.* lib. 13. (v. 476.) de Polyxena: *coniecto rupit præcordia ferro.* lib. 7. (v. 244.) *cultrosque in guttura velleris atri Coniicit.* Eodemque (v. 338.): *saniem coniecto emittite ferro.* Deductam vel *deiectam* securim audio *elata* prius dextra. Liuus lib. I. (cap. 40.) *Cum intentus in eum se rex totus auerteret,* alter

*alter elatam securim in caput deiecit. Silius lib. 16. (v. 61.) et elata procul est electa securi. Denuo in Lucano lib. 9. de anima Pompeii vers. 6.*

*sequitur conuxea Tonantis,  
Qua niger afriteris connectitur axibus aér,  
Quodque patet terras inter lunaeque meatus  
Semidei manes habitant.*

Pro *patet* alii cod. *iacet*; Ms. *quem* in Norico contulimus, *pates* a manu prima. Scribendum est: *patens*. Quod inter terras et lunae meatus pátens habitant manes. Inspice contextum et verissimum hoc esse fatebere. Idem postea inueni in membranis Andinis. Nec aliter agnoscit Scholia stes Ms. *Et, illud sequitur: quod habitant fundi viri, illud dico patens inter terras et cursus lunae, ut ibi purgentur, quicquid terrenae faecis contraxerant.*

---

## C A P V T XIV

<i>Cornelius Tacitus non semel emendatus. Iudicia plebis et prudentium distincta. Fidei commissor, patientior. Clementia et iustitia toleratiōra subiectis. Vel tolerantiora.</i>	<i>Intolerans pro non tolerando. Tolerantur et quae adesse malumus. Omne, quantumvis clemens imperium, graue. Defensus Tacitus et Statius. Vim ad potentiam struere. Osium.</i>
---	---

**T**acitus lib. 16. annal. (c. 2.) in principio de rumore inuenti in Africa thesauri: *Nec aliud per illos dies populus credulitate prodentis diuersa fama tulerat.* Merito suspectus locus hic Pichenae. Profert e Mssc. *populus plus credulitate.* Sed vir optimus deceptus est ignoratione veteris scripturae. Nusquam id *plus* oculis meis eos libros tractantibus apparuit: in vno, quod illum fecellit, *populus credulitate:* sed hoc est *populus*, non *populus plus*. At tres Florentini illi consensu pro *tulerat ha-*

**habent tulere.** Quare sine vlla haesitatione scribendum iudicabantur: *Nec aliud per illos dies populus credulitate, prudentes diuersa fama tulere.* Et fuit postea, qui nostris tamen prioribus curis adiutus (neque aliud quam *plebs* delendum erat) in eandem coniecturam incideret. Visitatum Tacito ita iudicia vulgi et prudentium distinguere. Sic lib. 1. ann. (c. 9.) *Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque vana mirantibus.* etc. at apud prudentes vita eius varie extollebatur arguebaturue. Eodem libro, (c. 48.) de Tiberio minante profectionem: *primo prudentes, dein vulgum, diutissime prouincias fellit.* Sic lib. 1. Histor. (c. 4.) *Sed patres laeti usurpata statim libertate licentius ut erga principem nouum et absentem primores equitum proximi gaudio patrum pars populi integra et magnis domibus annexa, clientes libertique damnatorum et exulum, in spem eretti. plebs sordida et circa ac theatris sueta, simul deterrimi seruorum, aut que adefis bonis per dedecus Neronis alebantur, moestii et rumbrum audi, etc.* Et rursus de expeditione Othonis (c. 88.): *Igitur mota urbis cura, nullus ordo metu aut periculo vacuus.* Cumque addidisset de primisribus *Senatus, nobilitate, equite,* etc. subiungit: *Sapienzibus quidvis et reipublicas cura: leuissimus quisque et futuri improvidus, spe vana tumens.* Ita Polybius lib. 2. *ως μεν τοις πολλοις ἐδόκει, παρεβόλως καὶ τολμηρῶς ως δὲ τοις οφθῷς λογιζομένοις, ασφαλῶς καὶ γνεχῶς.* Cicero lib. 5. (cap. 28.) de finibus: *si ad populum me vocas, sum, qui ita sit affectus, beatum nunquam probabis: si ad prudentes, alterum fortasse dubitabunt.* In Bruto (cap. 50.): *Hoc specimen est popularis iudicii, in quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibusque dissensio.* Et, (ibid.) *quis unquam ex his excellere iudicatus est vulgi iudicio, qui non idem a doctis probaretur.* Item, (cap. 51.) *qui vulgi opinione disertissimi habiti sunt, eosdem intelligentium quoque iudicio fuisse probatissimos.* Lib. 3. Historiaruin cap. 5. *Trahuntur in partes Sido*

*atque Italicus, reges Sueuorum, quibus vetus obsequium  
orga Romanos, et gens fidei commissae patientior. Libri  
veteres: gens fidei commissor, patientior. Vnde Lipsius:  
fide cognitor. Palmerius: fidei commissor: patenti ora,  
Pichena, fida ac laborum patiens. Ego non dubito,  
quin fidei et commissor et patientior recte dicatur. Fi-  
dei commissus est in fidem datus. fidei commissor ergo  
magis in fidem datus, seu qui tenerius, integrius, san-  
ctius in fidem venit Romanam. Cicero Orat. pro Fon-  
teio (cap. 14.): *videtis positum in vestra fide ac potestate:*  
*atque ita ut commissus sit fidei, permisus potestati.* Fi-  
dei patientior, qui fideliori et constantiori obsequio fidem  
datam tenet. Ut, *quis publicis negotiis repulsor,* Ca-  
toni secunda conlatione apud Festum: *vt ommissor in scri-  
bendo, et, nihil illo rege spoliatus,* Ciceroni (Att. 6, 1.):  
*vt eidem tertia collatione, ciuitas conficiens litera-  
rum pro Flacco cap. 14.* vbi improbe fecerunt, *conficien-  
darum literarum diligentissima, et si id sequatur Salmasius  
de Usuris cap. 6.* *vt occulissimum ostium* Plauto, (Curc.  
1, 1, 15.) *vt excusissima palma pulsare* Petronio (c. 95.):  
quae quo rariora, eo suauiora. Vix tamen utroque hic  
usus Tacitus: nec ex priso quidquam videmus opportu-  
nius quam vulgatum. *Fidem commissam patitur,* cui  
tuto creditur: non patitur, qui non potest continere se  
aut pati, quin, si quid ei credideris, te fallat. Dicit  
igitur hanc gentem non ita leuem aut mobilem, quam  
erant in proximo nominati Sarmatae. Lib. 12. Ann. cap. II.  
*ut non dominationem et seruos, sed rectorem et ciues co-  
gitaret, clementiamque ac iustitiam quanto ignara barba-  
ris, tanto toleratiore capesseret.* Censem homines clari-  
tori toleratiore hic non habere locum: sed non probant  
mihi. Omnia imperia toleramus ac patimur: sed cle-  
mentia et iusta facilius ferimus. Naturam suam consu-  
luiscent, imuenissent omnia expedita. Est enim in ho-  
mione quaedam appetitio principatus, ut nemini parere  
animus a natura bene informatus velit, nisi praecipienti,  
aut*

aut docenti aut utilitatis causa bene et legitime imperanti. Volunt tamen illi, tanto gratiora aut tanto laetiora. Rogant nun insueta magis tolerentur. At non dicit hoc Tacitus, sed significat, qui imperantium saeuitiam et iustitiam ferre consuissent, eos multo aequius laturos iustum et clementem dominum, si solum eum gustassent antehac ignotum. Rogant praeterea, num clementia et iustitia recte dicantur tolerari, quasi res quas abesse malis? Quidni? ut commoda pati Quidius, (Art. A. lib. 2. v. 438.) οὐ πάσχειν εἰναι Graeci. Xenophon Kogis παιδ. 1. 4. πολλὰ γὰρ φίληκε ἔπαθον υπὲπειρε. Et lib. 5. καὶ ταῦτα πέιν καὶ ὄτεν αγαθὸν υφῆμαν παθεῖν. Et rursus: ἔτε μὴν εῦ πεπονθὼς υπὲπειρε. Eodemque: ὅτι μεγάλει αγαθὸς πεπονθασιν υπὸ σοῦ. Passim Herodotus, et omnes Graeci. Plautus Afraria 2. 2. sc. 2. (v. 58.) Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. Africani dictum laudatum Fabio (8, 5): Rogant te, Caesar, Galliae tuae, ut felicitatem tuam fortiter feras. Sic perpeti gratiam Tacitus 4. annal. (c. 74.) iuxta gratiam aut fastus ianitorum perpetiabantur. Similis impetus Scaligeri Julii in illo Statii l. 5. (v. 15.) Theb. Iam borean imbreisque pati. Non satisfacit, inquit, cum ait, inuat pati borean. immo fruuntur. neque enim gelidus est. Immō quia non est gelidus eo tempore, quia fruuntur, ideo patiuntur, et experiuntur non grauem. Sed clementia iustitiaque hic nihil aliud quam clemens iustumque imperium. Fere autem iniusa imperia sunt, et omnis necessitas grauis, inquit Seneca lib. 3. de benef. cap. 19. Sallustius de republ. ordinanda lib. 1. (cap. 1.) Nemo enim alteri imperium volens concedit: et quamvis bonus atque clemens sit, quod plus potest, tamen quia malo esse licet, formidatur. Anna Comnena Alexiade secunda: ἐγι μὲν γὰρ ἀλλως φύσει τὸ δέλλον τοῖς δεσπόταις πολέμων. Et proverbiu vulgare, Quot serui, tot hostes. Denique ne Latinam quidem vocem esse contendunt toleratiora. Nimis illi qui-

quidem vehementer. Si *factius* magis factum, si *remissior* plus quam remissus, et centum talia, quid impedit quo minus *toleratoria* dicantur magis aut leuius tolerata? eoque tolerabiliora? vt, *illaudatus*, *illaudabilis*, *inaccessus*, quo accedi nequit; *inuisus*, qui non videtur. Posset alioqui et *tolerantiora* legi, modo sic accipias, vt solet compositum Tacitus L. 3. *quam decora vicitibus libertas, quanto intolerantior seruitus iterum vicitis.* Et lib. II. *Ingens gloria, atque eo ferocior et subiectis intolerantior.* Sic curis *intolerantibus* pro intolerandis ex Laeui Alcesti notat Gellius 19. 7. Florus: *Nihil insultatione barbarorum intolerantius.* Gellius I. 13. c. 8. *Nihil fieri posse indignius neque intolerantius.* Iterum I. 3. Hist. c. 49. de Primo Antonio: *vt captam Italianam persultare, vt suas legiones colere, omnibus dictis factisque viam sibi ad potentiam struere.* Ms. libri habuerunt, *vim sibi ad potentiam struere.* Quae lectio cum venalis diu peperderit ad marginem editionis Lipsiana A. 81. comparatae saeculi elapsi, neminem reperit, qui digitum toleraret aut pollicem premeret. Et cum Lipsius inde primo coniectaret, *vim sibi ac potentiam*, postea ipsam una cum sua sibi coniectura spreuisse videtur. Sed vindicat scriptum ipse lib. 13. annal. *Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiae non sua vinixae.* Iustinus lib. 22. cap. 2. *vt quantum virium Agathocli dedisset, tantum ipse ad incrementa domesticae potentiae recuperaret.* At fama visque felicius structa Tito, qui, vt est I. 5. Hist. perdomanda Iudeae delectus a patre et priuatis utrinque rebus militia clarus, maiore tum vi famaque agebat. Lib. 6. annal. reputante Tiberio publicum sibi odium, extremam aetatem, magisque fama quam visitare res suas. Lib. 3. *vim principatus sibi firmans.* Vim struere, vt opes struere Liuio lib. 2. (c. 41.) largitione consulemi periculosas libertati opes struere. Cicerio 2. (cap. 51.) de orat. *Atque iisdem his ex lotis et odium in alios struere discernis, et a nobis ac nostris dimouere.*

*mouere.* Lib. 5. ad Attic. ep. vlt. *Sed dices me ipsum mihi sollicitudinem struere.* Statius l. 7. (v. 625.) Theb. *Ventus uti primas fruunt inter nubila vires.* Corruptum est l. 4. Hist. in oratione Vocabulae ad exercitum: *Nunquam apud vos verba feci aut pro vobis sollicitior, aut pro me securior.* Nam mihi exitium parari libens audio, mortemque in tot malis hostium ut finem miseriarum expecto. Corruptum, inquam, et varie tentatum. Scribere: *mortemque in tot malis, otium et finem miseriarum, expecto.* *Otium vacatio.* Ut alibi: *abiectionis militiae insignibus otium et salutem flagitantes.* Et vulgare est. Apud Sallustium (Catil. B.) Allobroges cap. 40. *miseriis suis remedium mortem expectare.* Vbi frustra inclinat in sperare Gruterus.

## C A P V T X V

*Valerii Flacci vexatissimus locus tentatus.* In diem et populos mittere, et similia. *Exire in turbam.* Mater Samothraca. Eadem recte appellata sola, cum intelligantur apppellata et socia numina. Religio Poëtarum et Historicorum in sacrificiis nominandis. Petronius et Plautus explicati. *Turbare sacrum, vel sacram locum. Mouere sacra.*

**D**ifficilis semper est habitus locus Valerii Flacci lib. 2. Argonauticon, vers. 440. in quo si primum cerneris acute, dein nos acutum vidisse persuadere potuerimus, verborum fuisse largiores haud poenitebit:

*Obuius et Minyas terris adytisque sacerdos  
Excipit, hospitibus referans secreta Thyotes.  
Hac tenuis in populos vates Samothracia diuum  
Missa mane, sacrificique metum seruemus Operis.*

Omnia stolidae in ipsis audaciae exempla superauit, qui Aldinam tribus versibus dedit locupletiorem:

Hac-

## OBSERVATIONVM

*Hactenus in populos vatem Samothracia Ditem  
Sola habuit, vetuitque suos arcana colonos  
Scire, nec in numero cœlestia promere dicta  
Iasius voluit pater. At vos numine dextro  
Missa manent.*

Oportet catulos inter et sues discernere non posse, qui nugacissimum hunc centonem sarcinatōris esse non agnoscat semidocēti. Nec vel intentione dignum iudicarem, nisi ob Iasii nomen quodammodo probari Zinzerlingo stuporein, et si tandem de tota re desperet. Pium video ad Farnesianum codicem referre a Pomponio Laeto emendatum. Laur. Balbus alterū in ita interpretatur: Flaccum quum dixisset Argonautas a Thyote Cabirorum sacerdote et hospitio exceptos et arcanas deorum caerimonias edocētos, videreturque debere, ut Poëtis est moris, subiungere, quae essent illa deorum sacra: tum, inquam, Flaccum significasse, ab enuntiatione sacrorum se abstinere, quod nefas esset ea non initiatis efferri. Non male hoc sensum inde posteriorum versuum duorum hunc facit: Hactenus in populos dictum sit, quando caetera dicere nefas est. At tu, Samothracia, diuum vates, missa mane, seu te missam facio, quoniā tua sacra celari cum metu et religione debent. Ms. Carrionis: *vates Samothraca diemque Missa mane.* Nec aliter Florentini codices, nisi quod *diem pro diemque* habent. Alludit eodem Anglicanus: *vates amothra cadicem Missa mane.* Fateatur autem Carrio, se neutrum satis assequi. Gifanius probat lectionem veterem sic interpunktam: *in populos, vates, Samothraca diemque Missa. mane, sacrificique.* Poëta cuin de sacris Bonae deae, quae in insula Samothraca vel Samothracia primum instituta dicuntur, ageret, eaque sciret omnino diuulgare nefas esse: concisa (ut in rebus abditis fieri solet) oratione Thyotem sacerdotem tentantem narrare sacra reprimit: satis, inquit, seu *hactenus*, nec ulterius *missa* sit *Samothraca*, id est, *sacra et mysteria*

ria insulae, in vulgus, *in populos*, et lucem ac diem, *mane*, reprime, file: ac seruemos sacris, quae profectri est nefas, suum honorem ac religionem. Sic ille in Lucretiano Indice sub voce *Religio*. Quod adeo placuit Carrioni, ut quamvis iniamicissimus Gifanio, proprium tam et germanum nitorem eleganter et ingeniose huic loco ab eo restitutum in secunda editione exclamauerit: *Visum denique Salmasio coenmodius legi ad Hist. Augustam: vates Samothraca deumque Mystra vale.* Sed quid est: *Hactenus in populos?* Vtrum hactenus in populos vates? an hactenus in populos vale? Vtrum absurdius sit, nescio. Nisi forte cum praecedentibus ea voluit verba coniungi: *referans secreta Thyotes, Hactenus in populos.* Sed hoc praeterquam quod durum, etiam falsum est. neque enim credibile est hos solos a vate initiatos, qui in vulgo principes et illustres viri solerent. Quantum etiam vulgi religiosi est? Itaque mutauit, et postea maluit: *Hactenus, in populos vates. Samothraca deumque Mystra mane.* Hactenus, inquit, sunt, quae vates in populos vulgare possunt: Samothraca et deum mystra, mane, nempe inuulgata et indicta, quia opertis sacris metus seruandus est. Sed quis illud *mane* intelligat, aut sic Latine dictum putet? Expressa sunt haud dubie verba ex his Apollonii Rhodii:

Τὰν μὲν ἐτ' ἡ προτέρω μυθίστομες αἴδει καὶ αὐτὴ  
Νῆσος ὁμῶς κεχάροιτο, καὶ οἱ λόγχοι ὅργια κεῖναι  
Δαιμόνες ἐνναέται τὰ μὲν ἡ θέμις ἄμεινον αἰσίδειν.

*In populos diemque mittere rectissime coniunctum intellectumque Gifanio censeo. quod est vulgare, proferre in lucem et publicum. Petronius (c. 17.): deorumque consilia proferatis in populum. Seneca epist 31. nec ostentatio tui, et in populos nominis dimissa noticia. Lucanus lib. 10..*

*potuit*

*potuit discriminine summo  
Caesaris una dies in famam et secula mitti.*

Quintilianus declam. 14. *Hoc ipsum tibi, mulier, obiicio, quod nos in fabulas sermonesque misisti.* Declam. 18, *De pudore pronunciat, mittit in ora populi, mittit in tabulas, hoc proxima ministeria narrant, hoc exteri putant.* Vopiscus Aureliano (cap. 1.): *breuiter saltem tantum viri ab ea in literas mittam.* (Verba sunt: tu velim Aurelianum ita ut est, quatenus potes, in litteras mittas). Hieronymus aduersus errores Iohannis: *numquid ego in turbam mitto Origenem? numquid caeteros tractatores?* Symmachus lib. 10. epist. 25. *Hinc factum est, ut rusticis adhuc seculis optimi quique ciuium manu et arte formati in longam memoriam mitterentur.* Sic exire in turbam Cornelius Nepos in Dataine (cap. 6.): *Id Datame ut audiuit, sensit, si in turbam exisset ab homine tam necessario se relatum, futurum, ut caeteri consilium sequerentur.* Caeterum quum voluit castigari a Valerio vatem Thyoten, ea mihi intempestiu sapientia cautioque Poëtae videtur, praesertim qui iam referata illa sacra dixisset, et fauentibus numinibus. Vti nec illud *mane, profilt,* satis dignum eodem opinor: et habet oratio aliquid sine arte hiulcum. Putem autem non incommode scribi posse, et scripsisse Valerium:

*Habemus in populos, Mater Samothraca, diemque  
Missa mane, sacrificque metum seruemus Opertis.*

*Mater pro Vates fecimus.* Facile enim *M in V,* et vicissim migrat. Tolle mediae metae inueriae vitrumque fulcrum, et habebis *V:* adiunge vicissim τῷ *V* duas illas alas, et *M* erit. Apud Liuum lib. 25. cap. 39. *pro raptim a meib.* Put. *raptiuia* habebant. Potuit et *M in N* mutari, vt apud Statium in Achilleide *nota* legebatur *pro mota, nomen pro momen* apud Manilium, *nuda pro Munda* apud Lucanum. *N* et *V* in minutis literis saepe

Saepe vix discernuntur. *S* pro *R* inoleuit, vt *rerum*  
*pro serum*, *rector* pro *sestor*. *Mater Samothraca*, vt  
*Phaeacas filias* Propertius, *Arabo rore* Ouidius, *Hirca-*  
*sue Arabisue* Virgilius, (Aen. 7. v. 605.) vbi Seruius no-  
*tat lectum Aethiopus et Aethiops.* *Mater Samothraca*,  
*η Δημήτηρ*, vt *Mater Idaea*, *Mater Ennaea*, *Mater Ida-*  
*lia*. Strabo lib. 4. καθ' ἦν ὅμοια τοῖς ἐν Σαμοθράκῃ καὶ  
*περὶ τὴν χώρην ἴσορεῖται*. Ideinque quod hic habet Scho-  
*liastes Apollonii περὶ τὸ Ιασίωνος κεραυνοθέντος διὰ τὴν*  
*οἰς Δήμητρα αἴματάσ*, docuit lib. 7. vt testantur excer-  
*pta.* Vnde et nomina, quibus in illis sacris vtebantur,  
*sic explicat*, vt *Ἄξιερος η Δημήτηρ*, *Ἄξιοκέρσα η Περσε-*  
*φόρη*, *Ἄξιοκέρσος ο Αδης*, *Κασμύλος δε ο Ερμῆς* fuerit.  
*Pro Δαιμονεσ ἔννεσται*, noster ait, *Mater Samothraca*,  
*vnam appellans loco oīnnium.* Vt Virgilius (Aen. 9.  
v. 525.): *Vos o Calliope.* Et lib. 1. Georg. (v. 225.)  
*Multi ante occasum Maiae coepere.* id est, Atlantidum.  
*Erant*, vt dictum non semel, *sacra illa αἴποδητας*. *Hac-*  
*tenas vulgata manu*, ἔως τέττας πεφωτισμένη διατέλει, ne  
*vterius in lucem et diem mittare.* Vt vis particulas no-  
*tior sit*, Silius lib. 9. (v. 346.)

*Verum utinam posthac animo, Romane, secunda,*  
*Quanto tunc aduersa feras? fitque habēnus, oro,*  
*Nec libeat tentare deis, an Troia proles*  
*Par bellum tolerare queat.*

Suetonius Domitiano (c. 16.): *Ac dum exulceratam in fronte*  
*verrucam vehementius scalpit, profluente sanguine, Ut-*  
*nam, inquit, habēnus!* Ipse ergo Poëta suae modestiae  
*et religionis* hac apostrophe ad Matrem Samothraciam  
*sociaque numina specimen dat; nec reprehendit vatem,*  
*sed hoc ei licuisse et volentibus diis praestitum satis indi-*  
*cat, quod sibi nec conandum nec ienitandum profitetur.*  
*Habēnus*, id est, dum heroibus Argonautis opertum il-  
*lud reuelauit enunciauitque sacerdos, missa in diem et po-*  
*pulos manu, Samothraca Mater:* nec vtrā quis id speret

nisi initietur, aut de me quaerat: nos certe reuerentiam seruemus et religiosum silentium sanctissimo Operto. Eadem caerimonia Nafso, quoniam in Elicii Iouis narratione venisset ad magicas preces, quas Picus et Faunus Numam docuerunt, ἐν Φημῇ lib. 3. Faistorum (v. 323.):

*Emissi laqueis quid agant, quae carmina dicant,  
Quaque trahant superis sedibus arte Iouem:  
Scire nefas homini est. nobis concessa canentur,  
Quaeque pio dici vatis ab ore licet.*

Sic Herodotus lib. 2. Τὰ καλέσοι μυστήρια Αιγύπτιοι περὶ μὲν τὸν τάτων εἰδότι μοι ἐπὶ πλέον, ὡς ἔκαστα αὐτέων ἔχει, ἔνδομα κείθω. Καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς πέρι, τὴν οἱ Εὐλητες Θεσμοφόροις καλέσοι, καὶ ταύτης μοι πέρι ἔνδομα κείθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ἐσὶν ἐσὶ λέγειν. Diodorus Siculus lib. 5. de iisdem Samothraciis initiosis: Εξ Ιασίωνος δὲ καὶ Δήμητρος Πλάτον γενέθλαι φασὶν αἱ μῆδοι τὸ δὲ αἰληθὲς τὸν τῷ σίτῳ πλάτον διηγεῖνται ἐν τῷ τῆς Δερμονίας γάμῳ διὰ τὴν συγεσίαν τῷ Ιασίωνος, καὶ τὰ κατὰ μέρος τῆς τελετῆς ἐν αἰπεδότοις τελέμενος μόνοις παραδίδονται τοῖς μυηθεῖσι. Tentat ibidem Salmasius Petronii verba saepe vexata: *Ego sum ancilla Quartillae, cuius vos sacram ante cryptam turbastis.* Douza legit *sacrum*, et *cryptam* Neapolitanam intelligit. Scippius, *turbastis*, inquit, est turbas dedistis, *ante sacram cryptam*, id est, istam, in qua Priapi sacra abdita, lib. 2. Verif. c. 2. Salmasius: *sacra inante crypta vel cryptia turbastis.* Falsi oinnes: nam *crypta* nihil aliud est quam olens fornix. *Inante*, quod Salmasius inculcat, boni aei Latio receptum fuisse negamus, atque in eo et Scaligerum peccasse, qui Propertio obtrusit, alibi ostendimus. Gonsalitus *cryptam* recte intelligit eandem quam facillum Priapi: nam ne hoc quidem aliud quam fornix aut lupanar: sed dupliciter errat: primo cum legit, *sacra ante cryptam*, et applicat huc duplicita *sacra*, quae Priapo fierent, alia *ante aedem eius in propatulo*, alia *propudiola in*

in intimo recessu: dēm quām *turbātis* explicat ex loco Pseudoli a. i. sc. i. Tō ante aduerbiū est. *Sacram ante cryptam* est antehac inuiolatam, nunquam profanatam. Eam turbauerant cryptam, quām intrauerant non initiati, nec parentes legi sacrōrum: siue sit, quam anus urbana Encolpio habitationem adsignauit, siue alia simili: nam libellus tam lacer de hoc nihil adfirmari permittit. Sic *turbauit* Dianaē lauacrum importunus interueniens Actaeon. Sic mare adhuc non nauigatum ingressi, iam agnoscētes délictum suum apud Pedoneim Albino-vanum: *diuumque quietas Turbamus sedes.* Prorsus ut *turbare cryptam.* Nihil aliud est quām profanare. Ouidius lib. 4. metamor. (v. 32.)

*solas Minyeides intus  
Intempestiuā turbantes festa Minerua.*

Cicero de haruspicū responsis: *cum sacrā ludosque conturbas.* Fabius declam. 265. de eo, qui pulsauerat aliquem in templo: *nescio an etiam publica sacra turbasti.* Alludit Statius in II. (v. 212.) Sidonios ex quo per litora raptor *Turbasti thiasos.* At illae, ad quas Plautus respexit, *turbellae, si commota sint sacra,* adeo non turbant sacram, ut per eas turbas tumultusque cum maxime instauretur. Virgilii et Seruui verba commentatores adduxerunt. An *motis ancilibus* nihil erat turbae? tota immo urbs concita: sed ea turba peragebatur, non turbabatur, sacrum Martis. Festus hic erat tumultus. Iustinus lib. 2. (c. 7.) *iussit matronis solito clamore ac frēpitū sacra celebrare.* Medea apud Senecam (Act. 2. v. 785.):

*Somnifis aī aī. tripodas agnoscō meos  
Fauente commotos dea.*

Ita enim legi iubet Florentinus. Ibidem: *qui tripodas mouet.* Lucanus lib. 1. (v. 64.)

*Cirrhaea velim secreta mouentem  
Sollicitare deum.*

Nam illius honoris causa mouebantur. • Idem lib. 5.  
(v. 121.)

*Sic tempore longo  
Immotus tripodas.*

Et mox (v. 155.): *immotaque culmina templi.* Quae signa erant sacroruim aut cestantium aut non rite instauratorum. Valerius Flaccus lib. 3. (v. 232.) *motis vslantia Dindyma sacris.* Eodem (v. 540.) Bacchum dicit *thiasos et sacra mouentem.* Lib. 5. (v. 398.)

*Sacraque terrificae supplex mouet irrita Noſti.*

Statius lib. (3. v. 450.) Thebaid. prouida veri *Sacra movere deum.* Lucianus in Bis accusato: Καὶ ὅλως, εἴ τοι ἀνὴρ πρόμακτος, πιέσα τῷ ιερῷ νέαματος, καὶ μαστοσυμάν της δαέφυης, καὶ τὸν τρίποδα διαστειρώντι, κελεύει παρεῖναι, αὔκον χρὴ αὐτῷ μάλα παρεπάνται, συνέργοντα τὰς χρησμάς. Nempe Apollinem. Ammianus lib. 29. *motasque secretis artibus fortes,* vbi ordinem totius rei et simulatam cortinam vide in confessione Hilarii.



CAPVT

## C A P V T XVI

Pomponius Mela ter tentatus, ter ab aliorum conicellis defensus. Thebe certum portas habere et singulis 10000 armatorum effundere, solita. Vrbs ne nunc quidem minima, olim ingens. Mores. Brennatas sermonis Melae familiaritas. Auctor Moreti correctus. Dari, quid in iudicio.

**P**omponii Melae verba sunt, ut vulgo habentur, parum plana et castigata, lib. i. cap. 10. extremo, quae iam olim communodius sic scribi et interpungi censemus: *Viginti millia urbium Amasi regnante habitarunt, et nunc multas habitant.* Earum clarissimae procul a mari Sais, Memphis, Syene, Bubastis, Elephantis, et Thebae utique, (ut Homero dictum est, centum portas, sive ut alii aiunt, centum aulas habens, totidem olim principum domos, solitaque singulis, ubi negotium exegerat, dena millia armatorum effundere:) in littore Alexandriae Africæ contermina, Pelusium Arabiae. Ipsas, oras secant Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Mendesum, Pathmeticum, Taniticum, Pelusiacum, Nili ostia. Pincianus mauult: *quae ut Homero: sed illud, Et Thebae utique, est pro eo ac si dixisset: et ante omnes clarae Thebae: Vel, si minus caeterae, dunitaxat Thebae, certe Thebae.* Mauult idem habenter: sed τὸ καθεῖται resertur ad τὸ υρβος: nisi Thebe scriptit: et forsitan Thebe utique (ut Homero dictum est, centum portas, sive, ut alii aiunt, centum aulas habere, totidem olim principum domos, solita, singulisque, ubi. Coniicit et Pincianus, ducentos armatos, magis quidem ad horum hominum fidem, sed longe infra veteres Aegyptiorum glorias. Quod autem vulgo, solitasque singulas, id aegerime vicina fert oratio. *Vrbs solita effundens, ut Floro lib. i. 18. Tarentum in omnes terras vela dimittit.* Contexui autem τὰ in littore cum superioribus, quia in illis quoque intelligitur τὸ Earum clarissimae. Nec vero urbe in litore conditam seare oras dici placet: sed ostia Nili

Nili *secare oras omnis auris facile approbet.* Et vidit hoc etiam Pincianus. Eodem libro cap. 13. edidisse Mela videbatur: *At in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis, fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisque Darii spectator ac testis; ne nunc quidem minima, tunc ingenti vrbe celebris Isto: et hac re sinus Issicus dicitur.* Nihil rotundius et compositius. Vulgo dissipata structura, *nunc ne minima quidem:* ubi Schottus delet τὸ νε. Post τὸ Isto expunximus, quod in libris habetur, fuit, adiectum, postquam in duas periodos sciderunt continentem orationem. Cap. 18. *In altero latere Antandrum.* *Duplex causa nominis iactatur: alii Ascanium Aeneae filium, quem ibi regnaret, captum a Pelasgis, ea se redemisse commemorant; alii ab iis putant conditam, quos ex Andro insula vis et seditio exegerat: hi Antandrum, quasi pro Andro, illi quasi pro viro accipi volunt.* Postrema haec, *hi Antandrum,* etc. non Melam, sed alicuius otiosi interpretis manum olent. Lib. 2. cap. 2. *Ne foeminis quidem segnis est animus: super mortuorum virorum corpora interfici, simulque sepeliri votum eximium habent: et quia plures simul singulis nuptiae sunt, cuius id sit decus, apud indicaturos magno certamine affectant; moribus datur.* Suspecta haec duo vltima verba A. Schotto, et ex ora in seriem irrepfisse, vel ex sequentibus nata non suum tenere locum autumat. Nec Suadam quidem aliter ei persuasuram, nisi forte scriperit Mela; *maioribus datur.* Ego vero nihil suavius aut acutius existimo dici potuisse. Cuius id sit decus, sequi nempe maritum, magno certamine contendunt: sed morum iudicium est, secundum mores sententia a iudicantibus profertur. Hi enim propria foeminarum laus. Propertius: *non vicit me moribus illa, sed herbis.* Afranius:

*Actas et corpus tenerum et morigeratio.  
Haec sunt venena formosarum mulierum.*

Oui.

Ouidius Epistola Hypsipyles (v. 93.):

*male quaeritur herbis  
Moribus et forma conciliandus amor.*

Et imitatus Melam Solinus, vnde plane corruptum hunc locum Schottus harciolatur: *Virgines non moribus nubunt, sed praemiis.* Impediuit virum puto doctissimum praecisa oratio: *moribus datur:* pro, idque moribus datur, nempe decus. Atqui amat sic loqui Mela. Lib. i. c. 12. *Populi dites circumfident: situs efficit.* Et hoc capite mox: *Nupturae virgines non a parentibus viris traduntur: sed publice aut locantur ducendae aut veneunt.* *Vtrum fiat, ex specie et moribus causa est: probae formosaeque in pretio sunt; caeteras qui habeant, mercede quaeruntur.* *Vtrum,* scilicet ex his duobus, locari eas aut venire, fiat. Si enim eminenti sunt specie et moribus probatis, veneunt: sin, conducuntur, qui eas ducant: ut ipse mox Pomponius explicat. Quod paruum dictu, nisi Schottus quoquis pignore deposito legendum contenderet: *ut antestat specie, et moribus cara est.* quod si non impetrat, aliunde ista irreplisse effectum ait. Certe neutrui effecturus est, et si mihi pignus dedisset, non reciperet. Sic denuо hoc capite: *Quod praeteruectos, alter Ponti angalus accipit, aduersus Phafaco, et nisi amplior foret, similis. Fuit hic Bizonemotu terras intercidit.* Sic recte distinxit et Pincianus. Tamen optimus Schottus illun non audit, sed iurat Lovem lapidem scripsisse Melam: *similis fluit, quasi de mari aliquo aut flumine ageretur, non de continente Ponti.* Auctor Moreti:

*Interea clamat Scybalen. erat unica custos,  
Afra genus, tota patriam testante figura.*

Sic Ms. Vulgo: *Cybale. haec erat. Vel potius: Moribus datur, intellige ea lis.* Linius l. 23. (cap. 4.) ei

*semper parti adesse, secundum eam litem iudices dare, quae magis popularis aptiorque in vulgus fauori conciliando esset. Hoc integrum est, lis datur: sed pro eo amant interdum breuius, datur. Seneca de vita beata cap. i. hic exitus est omnis iudicii, in quo secundum plures datur. Vbi vide, quae notamus.*

---

## C A P V T XVII

*Silius pleraque loca correcta. cere cornua tauri. Cornu intacta cervice tauros necare. Defectus verbi substantiui. Taciti bis vetus lectio asserta. Plinius defensus. Panis immurum cornu. Cornua in sacris Bacchii, et deum Marris eadem quae tibiae. Valerio Flacco lux. Iuuenalis defensus. Germens tibicina cornu. Condiscere pacem. Capere Cannas. Lucanus et Seneca illustrati. Parcus irae, pecuniae. Subsidere leonem. Virgilii locutus. Subsistere feras. Deducere cornua tauri.*

**S**ilius Italicus lib. 7. versu 40:

*Veientum populi violata pace negabant  
Acceptare iugum, ac vicino marte furebant  
Ad portas bellum, Consulque tiebat ad arma.*

Duo docti viri laborant in hoc loco explicando aut corrigendo. Nec viderunt tamen distinctione sola rem expediti: ac vicino marte furebant. *Ad portas bellum, consulque.* Sensus, qui Liuio lib. 25. tantum non ad portas et muros bellum esse. Simili breuitate Seneca lib. 5. nat. quaest. vlt. *Nunc parum vi domestica, externis quoque laborandum est.* Vbi frustra Opsopaeus: *parum mihi domestica sunt.* Tacitus lib. 1. cap. 36. *Periculosa seueritas, flagitiosa largitio, seu nihil militi seu omnia concederentur, in ancipiti republica.* Haec vetus et vera lectio est: quam non debuit mutare Pichena. Subintelligitur participium verbi substantiui, ceu diceretur; *quidquid fieret, in anticipi-*

*cipiti posita republika.* Ut supra: *iuxta periculoso, ficta*  
*seu vera promeret.* id est: ἐξ τοντος ἐπικυρῶν τοντος. l. 3.  
*ipsorumque numinum religiones introspectit, libero, ut*  
*quondam, quid firmaret mutaretue.* Sic lib. 4. Histor.  
 cap. 22. hinc veterinarum cohortium signa, inde depropt  
 tae filiis lucisque imagines, ut cuique genti inire prae  
 lium mos est, *iuxta bellum ciuilis externique facie, obstu*  
*pescerant obsecros.* Vbi iterum non audimus repōnen  
 tem Pichenain, *mixta:* praesertim cum hi apices in ple  
 risque vet. cod. vix possint distingui. Lib. 2. Histor.  
*nullo tum tibi consulari.* Nihil ei frequentius. Plinius  
 prorsus ut Tacitus priore loco, lib. 2. nat. Inst. cap. 8.  
*Omnium errantium siderum meatus contrarium mundo*  
*agere cursum, id est, lacuum, illo semper in dextram*  
*praecipi. Liuius lib. 28. c. 38. multique adnantes nau*  
*ibus, incerto p̄ae tenebris, quid peterent aut vitarent,*  
*foede, interierunt.* Sic liber optimus. Alii incertos. Fru  
 stra Siganus, *incerti.* Eodem libro; infra versu 465.

*Iam bellica virgo*  
*Aegide deposita atque assuetum casside crinem*  
*Inuolui tum comta tamen, pacemque serenis*  
*Condiscens oculis ibat.*

Haec MS. Ox. et Florentinorum, et primae ed. scriptura  
 indubitatae veritatis est. *Tum tamen comta*, ait, nempe  
 quod vix facit vnquam. Male Barthius, *non comta ta*  
*men.* Aduers. cap. 13. At pulcherriimum τὸ pacem con  
 discens oculis, sumtum e Comoedorum disciplina, vbi  
 gestum discers et meditari dicuntur histriones, quem post  
 ea in scena agunt. *Inuolui pro inuoluit* scripsimus ex  
 conjectura. Comta crinem, ait, assuetum inuolui cassi  
 de. Lib. II. in oratione Decii ad suos ciues versu 168.

*Noui Diis animas similes, et peccora magnis*  
*Nunquam angusta malis. capiunt, mihi credite, Cawne.*

*Quid capiunt Cannae? Scribe: capiunt, mihi credite, Cannae.* Eo sensu quo Ouidius: *Sufficitque malis animus.* Seneca in Oedipo: *regiam hoc ipsum reor Aduersa capere.* Et sic aliquoties in Tragoediis illis. Hinc sat magnificentum mihi illud Lucani lib. 1. (456.) de Druidis: *animaeque capaces Mortis.* Quod frustra tanto molimine mutant in rapaces. Seneca epist. 30. *Accessus mortis quam perturbationem afferat, optime hi dicent qui secundum illam steterunt, qui venientem et viderunt et receperunt.* Non haesitandum hic fuerat Lipsio. Plinius (Hist. Nat. 7, 45.) de Augusto: *destinatio moriendi et quatridui inedia magna pars mortis in corpus recepta.* Iterum lib. 12. vers. 318.

*Inde ubi permisit flammis atque ensibus urbem,  
Nuceriae nihil leuior, nec parcior ira  
Incusit se se atque aequaruit moenia terrae.*

Scribo, parcior irae. Ut Iustino parcus pecuniae, lib. 6. (c. 8.) pecuniae adeo parcus fuit, ut sumtus funeri defuerit. Abstinentem, temperantem dicunt. Eodem libro, vers. 600. Jupiter

*Coelicolas raptim excitos defendere tefta  
Dardana, et in septem discurrere iusserat arces.*

Sic lego. non Caelicolis raptim excitis. Lib. 13. Silii de Caleno versu 221.

*subsidere saepi leonem.  
Nudus inire caput pugnas, certare iuuenco  
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri.*

Corrigit Barthius: *fibi subdere.* Subsidere leonem est venatu et insidiis capere. Haufit a magno magistro lib. II. Aeneidos, versu 268.

*Ipse Mycenaeus magnorum duxtor Achium  
Oppetiit; devictum Asiam subsedit adulter.*

Ita

Ita lego omnino cum integroribus exemplaribus, quae Seruius vidit: ita hodieque videtur in Vaticano Romanis literis scriptum, ut testis Pierius Valerianus: ita descripsit Arusianus Messius, quem testis idem Pierius agnosceret hanc scripturam, et notare, Accusatio recte iungi hoc verbum, ut dicamus: *subsidit illam rem.* Sensus: gloriam et opes Agamemnonias (hoc enim est, *deuictam Asiam*) adulter Aegisthus nefaria fraude e subfessis, ut loquitur Vegetius, occupauit. Ipse rex regum cecidit; Asiaticum decus et barbarici regni praedam moechus inuasit. Certe nisi legisset apud Maroneum Lucanus, non esset imitatus lib. 5. (v. 227.)

*subsidere regnum*

*Chalcidos Euboiae vana spe rapte parabas.*

Ammianus lib. 28. *Subfidunt aliqui copiosos homines, senes aut iuvenes, orbor vel coelibes.* Aliter Ausonius Theoni epist. 6.

*Aut spumantis agri cursum clamoribus urges,*  
*Subfidiisque fero.*

Posset alioqui legi *subfistere*, ex altero Sili magistro Lilio l. 1. (c. 4.) non feras tantum *subfistere*, sed in latrones praeda onustos impetus facere. l. 9. (c. 31.) *praepotentem armis Romanum nec acies subfistere villas, nec urbes, nec castra poterant.* Sed tutius nihil est quam tueri veterem lectionem. *Deducere*, inquit Barthius, est tenuare et in rectam seriem deflectere. Certe nūnis mentiretur Silius, si hoc vellet. Immo ad terram detrahere. Exemplum huius luctae viuum est apud Nasonem in descriptione Herculis et Acheloi certantium, vbi deprensaque dura *Cornua* figit humo. Plinius lib. 8. c. 45. *Theffalorum gentis inuentum est, equo iuxta quadrupe- dante cornu intorta cervice tauros necare.* Verba Plinii absque dubio corrupta censet vir magnus: nam quid est *cornu intorta cervice tauros necare?* Subiicit deinde:

*cornu*

*cornu intorta restibus, vel retibus.* Quasi difficile sit intelligere cornu prehensoris siue manibus solis, siue operis retium vel restium. Cur non corrigit apud Suetonium Claudio cap. 21. qui feros tauros per spatha circi agunt, inserviantque defessos et ad terram restibus detrahunt: pro eo quod legitur: *cornibus detrahunt.* Si hic intelligit cornua comprehensa, quare non et in Plinio, etiam si non apponatur. Sed de illa heroica nudarum mantuorum pugna et Apollonius lib. 3:

Καὶ ἡγε δεξιέρεοι θόὸς κέρας ἄκρου ἐρύσσας  
Εἴλκεν ἐπικρατέως πάντη Δένες, ὥφρα πελάσσῃ  
Ζεύγλη χαλκέη τὸν δὲν χθονὶ κάββαλεν οὐλᾶς,  
Ρίμφα ποδὶ κρύσσας πόδα χάλκεεν.

Valerius Flaccus lib. 7. (v. 589.)

*Ille virum atque ipsam tum te, Medea, recusans  
Concutit, et tota nitentem cornibus ira  
Portat iners: tandem grauius mugire residens  
Incipit et fesso viatu descendere cornū.*

Vulgo: *recedens. Descendere* dicit Valerius, quod Silius deduci. Suetonius Domitiano: (c. 17.) correptoque et ad terram deducto Stephano. Petronius: *implicitumque me brachiis mollioribus pluma deduxit in terram vario gramine indutam.* Desumit proeul dubio hoc poëta e taurorum Circensi venatione, de qua Plinius et Suetonius. Eodem libro versu 326:

*Pan Ioue missus erat seruari tecta volente  
Troia, pendenti similis Pan semper, et uno  
Vix ulla inscribens terrae vestigia cornu.*

*Vnco legit Barthius. Sed Silius scripsit imo. ad differentiam scilicet eius, quod summum est et in fronte protuberat. Hesychius: Κεροβάτης, ὁ Πάν, τὴν Βαῖον ἔχων κερατίνην.* Lib. 15. vbi Hasdrubal perstrinxerat corpus Confulis versu 763:

tunc

*tunc increpitans conamina Consul:  
Foemineis laesum vana inter cornua corpus  
Vnguisbus, aut palmis credas puerilibus ictum.*

Dausqueius haec sic intelligit, vt foemineis vnguisbus adscribatur vulnus, dum mulieres vanis rixis et criminibus agunt, et inuicem pugnis et calcibus petunt. Sed non conueniunt hoc *cornua*. Legit ergo: *vana inter crima*: vel, *vano cōnamine*, aut *certamine*. Fluctuat et mire hic Barthius lib. 9. cap. 17. *Cornua* sunt insultus, inquit, vt apud (Ouid. Met. 8, 883.) *cornua sumere*. Mox: non nego suspectum inanere, et *iurgia* maliū. Tandem: Sed *vana cornua* vana sacrorum muliebrium carmina et buccinarum festarum cantum sonant. Vedit verum per caliginem, quo modocumque expreſſerit. Intelligendum enim de foeminis bacchantibus, quarum vulnera minime superstitionis Confus eleuat. Ouidius 2. (v. 380.) de arte: *Fertur ut Aonii cornibus ista dei*. Valerius Flaccus lib. 1. (v. 726.)

*Bistonas ad meritos cum cornua saeva Thyoneus  
Torfit, et infelix iam mille furoribus Haemus,  
Iam Rhodopes nemora alta gemunt.*

Vbi male interpretes *cornua* capitis Bacchi intelligunt. Sic Pentheus apud Ouidium: (Met. 3. v. 532.)

*aerane tantum*  
*Aere repulsa valent? et adunco tibia cornu?*  
*Et magicae fraudes? vt quos non bellicus ensis*  
*Non tuba terruerit, non strigilis agmina telis,*  
*Foemineae voces et mota insania vino*  
*Obscenique greges et inania tympana vincant?*

Vbi notandum: *et adunco tibia cornu*: propter Iuuenalis sat. 2. (v. 90.) *nullo gemit hic tibicina cornu*. Accidit humanitus summati viro, vt reprehenderet Iuuenalem, tanquam per incuriam aut negligentiam foeminam, quae cornu

MO OBSERVAT. LIB. I. CAP. XVII

cornu inflat, tibicinae vocarit, quasi quisquam ignoraret, tibia ac cornu quid intersit, siue formam, siue materiam, siue usum species. Et si quis id excuset carminis necessitate, nunquam ei cuin detrimento sermonis ferriendum, recte ait. Vir alius egregius auctorem defensurus, concedit, si foeminam, quae cornu inflat, tibicinae vocasset, aut nihil praeterea voluisse, negligentissimum fuisse: dein labitur in errorem inficetissimum atque insulfissimum, significari Clodium, qui sacris Bonae deae sub vestitu cultuque psaltriae seu tibicinae nescio quod cornu intulerit. Immo nulla hic in Iuuenale negligentia, nulla incuria, nihil praetextatum: nam *tibia* hic idem quod *cornu*. Ouidius lib. II. (v. 16.) et *inflato Berecynthia tibia cornu*. Rursus lib. 4. (v. 181.) Fastor. et *inflexo Berecynthia tibia cornu Flabit*. Eadem tibiarum cornua intelligit Valerius Flaccus lib. 3. (v. 237.)

*audit fremitus irasque leonum  
Cornuaque et motas videt inter nubila turres.*

Statius lib. (6. v. 120.) Thebaidos:

*Quum signum luctus cornu graue mugit adunco  
Tibia.*

Recte igitur et vetus Scholiastes Iuuenalis: nam in eius *sacris adhibebantur modulationes, et tibicinae canentes cornibus*. Apud Silium posses malle, *caesum*, sed parum interest.



CAPVT



## CAPVT XVIII

*Valerius Flaccus undecies restitutus. Contari. Sigae apri-  
stis. Dubitatum, an eadem Manilio, Horatio, Ouidio, Statio,  
Tibullo, Senecae, reddenda sit vox. Tā οὐτόδη aliud  
genus animalium quam Ix̄d̄es. Delpbini inter tā οὐτόδη. Illi-  
sae trabes Idae. Densere soni-*

*tus. Regum labor. Seri signa  
mali. Sera omnia. Virgilius  
illustratus. Claudianus emen-  
datus. Nescia vatibus ipsis  
Veri sera fides. Boreadis arcus  
Herculis letifer. Merito sua  
reddere dona. Valerius cor-  
rigi probitus. Lagaea no-  
valia.*

**V**alerii Flacci nostri margines delibare libet, sicubi  
quid occurrat, quod possit in publico apparere.  
Lib. i. versu 19.

*neque enim in Tyrias Cynosura carinas  
Certior, aut Graiis Helice seruanda magistris,  
Seu tu signa dabis, seu te duce Graecia mittet  
Et Sidon Nilusque rates.*

Praecedentes duo versus satis demonstrant non diuersa esse *signa dare* et ducem esse Graiis, Aegyptiis et Tyriis nauibus, vt debeat disiunctiuia particula separari, sed prorsus idem. Scripsit igitur Valerius: *Si tu signa dabis, si te duce.* Non obseruabunt Helicen aut Cynosuram nautae, si tu id officium in coelo subibis, vt naues regas, quippe certior dux futurus. Eodem libro versu 156.

*Talia conanti laeuum Iouis armiger aethra  
Aduenit.*

Nihil est illud *conanti*. Scribe, *contanti* vel *cunctanti*, hoc est, secum exigenti, cogitanti, deliberanti. Sic vtitur eo verbo Suetonius Iulio cap. 81. *Ob haec simul et ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, & quae apud senatum proposuerat agere, differret.* Idein Domitiano cap. 8. *Patre defuncto diu cunctatus, an duplum donatiuum militi offerret.* Hoc eo verius, quia vulga-

## OBSERVATIONVM

vulgatum de coniectura Pii est, ante quem legebatur: *cum tanti.* Lib. 2. vers. 504.

*Monstriferi mugire finis, Sigeaque pestis  
Adglomerare fretum.*

Legendum *Sigeaque pristis.* Quae vox etiam restituenda Manilio lib. 1. vers. 361.

*Andromedam vafos metuentem Piscis hiatus.*

Haud dubie *pristis* vel *pistris*. nam *Piscis* vocabulum alii sideri est; at isti hoc proprium. Cicero (in Arati Phaen. 140.):

*Andromedam tamen explorans fera quaerere pistrix  
Pergit.*

Et cursus (ibid. 156.):

*Inter Pistricem et Piscem quem dicimus Austris.*

Et repetit compluries. Germanicus (Arat. 357.):

*Subter pistris agens duo fidera, praelegit unum.*

*Namque Aries supra Pistrim Piscesque feruntur,  
Bellua sed ponti non multum praeterit Amnem.*

Festus Auienus:

*Et si quid Pistris reliquum conuexa vehebant.*

Nam *pistris*, *pristis* et *pistrrix* eadem. Non puto aliter Valerius Flaccus. Etsi non ignorem Festi Auieni: *et saeuam pelagi mouet adfore pestem.* Sed non hic tantum id vocabulum corruptum censeo. Quum enim considero illud Virgilii lib. 3. Aeneid. (v. 427.) de Scylla:

virgo  
*Pubetenus, postrema immanni corpore pistrrix,  
Delphinum caudas utero commissa luporum:*

et lib. 10. (v. 211.) de Tritone:

*Frons*

*Frons haminem praefert, in pistrinum definit aliud:*  
 quum Claudio, item de Tritone in Epithal. Honori:  
*Qua pistrix commissa viro: incipio dubitare, annon et*  
*scripsiterit Horatius (Epist. ad Pis. init.):*

*et turpiter atram*  
*Definit in pistrinum mulier formosa superne.*

Annon Ouidius de Andromedae ceto lib. 4. (v. 726.)  
*nunc qua tenuissima cauda Definit in pristim,* et de Glauco lib. 13. (915.) *excipiatur quod tortilis inguina pristis.*  
 et ibidem:

*Cruraque pinnigera curuata nouissima priste.*

Annon Statius lib. 5. *postremi soluntur in aequora pristes.*  
 et lib. 7. (v. 337.) *et mixtos expauit ab inguine pristes.*  
 Nec offendaris genere: nam ὁ καὶ η πείσις, ut ὁ καὶ η  
 ὄφις. immo ὁ πείσης sine dubio masculo genere dicitur.  
 Quin et Ouidius forsan lib. 2. *Priste vehi quaedam.* Non  
 omnia τὰ ἔνδοξα pisces, et magis proprie ab ea appella-  
 tione, vt et Graecis τῶν ἵχθύων, τὰ κυτώδη solent se-  
 cludi. Moschus Idyll. 2. (v. 114.) αἱ δὲ αἴρα πάσαι Κη-  
 τελοῖς νόρκσιν ἐφίμεναι. Non minus suspectum habeo  
 Tibulli lib. 1. eleg. 5. (v. 46.) *Vestra est frenato coerula*  
*pisce Thetis. Et Seneca Agamém. vers. 445. Tyrre-  
 nus omni pisces exsultat salo. Et Valerii Flacci: (1,130.)*  
*Tyrrheni tergore pisces. Nam et Delphinus inter τὰ κυ-  
 τώδη. Homerus Il. φ. (v. 22.)*

Ως δὲ ὑπὸ δελφῖνος μεγάκητεος ἵχθύες ἄλλοι  
 Φεύγοντες.

Eustathius: Τὸ δὲ ἵχθύες ἄλλοι, αὐτὶ τῷ αἰλοφούεις Φα-  
 σον οἱ παλαιοί. ἄλλο γαρ γένος οἱ δελφῖνες κήτη ὄντες,  
 ἄλλο δὲ γένος ἵχθύες. Idem in Odysso. μ. τὸ δὲ ἵχθυα,  
 καταχρησικῶς ἐφῆ, αὐτὶ τῷ αἰλεύεις. & γαρ ἵχθύες οἱ  
 δελφῖνες, ἄλλος κήτη. Nec secus Aristoteles lib. 1. hi-  
 stor. anim. cap. 6. Γένη μέγιστα τῶν ζώων ταῦδε ἐσιν, εν  
 μὲν ὄρνιθων, εν δὲ ἵχθύων, ἄλλο δὲ κήτης. Sic lib. 5.

κοὶ δελφῖνες κοὶ πέτρα τὰ υπόστροφα. Et lib. 6. Δελφῖνις κοὶ φάλαινας κοὶ τὰ αἴλας υπάρχει. Immo et Plinius lib. II. cap. 12. *Aquatilium tegumenta plura sunt: alia corio et pilo integuntur ut vituli, et hippopotami; alia corio tantum, ut delphini, etc. squamis ut pisces.* Cap. 4. *Pilo carentium duo omnino animal pariunt, delphinus et vipera. Piscium species sunt 74.* Cap. 15. *In Pontum nulla intrat bestia piscibus malefica praeter vitulos et delphines.* Quod si non omnes, at certe aliqui Virgiliūm sic imitati videntur: neque enim adfirmamus haec: tantum suspicamur. Iterum lib. 2. vers. 519. *intrēmere Ide illidique rates.* Disputat Pius, num melius legatur *ratis*, vt de vnica intelligatur nauē Argonautarū: quosdām addit facere arces. id est, cacumina montis. Lego: *Illi-dique trabes.* i. arboreos. Lib. 4. vers. 19. *vnde tubae, nocturnaque mouit Erinnys.* Scribo *morit.* Iubet enim natura Latini sermonis. Tu deum mentes intraisti: tu scis, cur haec Iupiter passus sit, vnde ille sine tuba sonitus, vnde nocturnus furor ortuū habuerit. Vers. 206.

*nox alta cadentum*

*Ingentes donat sonitus augetque ruinas.*

Paris. et Bonon. habere *donec*, reliquos cum vet. cod. *donat*, et quidem optime, ait Carrio. Nescio quam bene, aut quid sit hic *donare sonitus*. Nec vero probat hoc Zinzerlingus, sed ambigit, vtrum *Ingentesque tonat*, an *ingentes duplicat* ex Aldo malit. Sed et *donat* et *duplicat* est Pii Bononiensis. Sic enim apud illum: *Donec* ] Scribendum, *donat*, prodit et efficit, vel *duplicat*. Censo *τὸ donec* existisse ex *denset*, quod placuerat Valerio. Liuio lib. 4. (cap. 37.) *Crebrior clamor*, vt hic *densior sonitus*: *clamor indicium fuit*, quo res *inclinatura* esset, *excitatior crebriorque ab hoste sublatuſ*. Plutarchus Ara-to: κοὶ τὸ τῆς νυκτὸς ἥχωδες τὰν αἰλαλαγμὸν ἀπὸ πολλαπλασιῶν ἡ τοστὸν ἐποίει δοκεῖ φέρεθαι. Eodem lib. 3. vers. 349. *rerum labor omnis in auras Sol-vitur.*

*vitur. Scribe, regum, et intellige, herorum: ipsi enim  
rogum struxerunt Cyzico.* Lib. 4. vers. 448. *in oratione  
Phinei ad Argonautas: consuetis serum est ex ordine fatis  
Ingemere.* Sic legimus, vbi sine ullo commodo sensu  
vulgo, *rerum est.* Corruperunt eandem vocem lib. 5.  
vers. 260.

*Interea auguriis monstrisque minacibus urbem  
Territat ante monens semper deus et data seri  
Signa mali.*

*Male saevi.* Suusit a Virgilio 5. Aeneid. (v. 524.)

*Seraque terrifici cecinerunt omnia manes.*

id est, serarum vel futurarum rerum omnia. Non enim proprie tristia, vt exponit Seruius. Neque ausculo Turnebo, qui etiam *sera* explicat dira lib. 31. Aduers. cap. 17. quia si *serum* interpretemur tardum, videntur haec verba refragari rerum euentui: quod mox incensa classe illius diri ominis fides repraesentata fit. *Sera* enim dicuntur, non tam respectu rei, quae significatur, quam eorum, quibus aliquid portenditur. Illis enim sero tardeque agnoscitur, et si res dira, quae praenuntiatur, ceruicibus immineat. Sed simplicissime *serum malum* hic est futurum, et *serum omen*, quod serus vesper vehit. Hoc tamen arripuerunt statim Palmerius et Modius, vt alter apud Lucretium *sera arua* pro tristibus et laboriosis, alter *sera peracta*, apud Varrorem pro aduersis omnibus explicaret. *Sera arua* sunt tarde prouenientia. Quare autem *peracta* sunt idem quod omnia? Nec felicius alias apud Valerium Flaccum *serum scelus* interpretatur triste. Restituenda vox eadem Claudiano de bello Getico (v. 553.):

*O semper tacita fortis ambage malignae,  
Euentuque patens et nescia vatibus ipsis  
Veri sera fides.*

Sic enim scribendum est. Vulgo *noxia*: quod nihil ad rem praesentem. Dein vulgo: *sacra fides*: sed illa vett.

libb. lectio est. Virgilius: (Aen. 4, 65.) *Heu vatum ignarar mentes.* Ouidius 3. Fast. (v. 350.) *Tarda venit dictis difficilisque fides.* Tacitus lib. 4. ann. de Mathematicis, qui Tiberium in urbem non redditum praeuiderant: *Mox patuit breue confinium artis et falsi, veraque quam obscuris tegerentur.* Lib. 4. Valerii Flacci, (v. 524.) ubi Harpyiarum pater alloquitur Boreadas:

*Mox tamen et vobis similis fuga, comprimet Argos Letifer.*

Scribe: *cum premet arcus Letifer, nimirum Herculis,* a quo confixi sagittis Zetes et Calais. Apollonius 1. Argonaut v. 1302. ibique Scholia fest. Hyginus fab. 14. Lib. 5. ver. 501.

*Nec tamen aut Phrygios reges aut arma furentis Bebryciae sfernendus adii: seu fraude petiui, Seu quis honore meo sua reddita dona, Deumque Nos genus atque ratem magnae sensere Mineruae.*

Lege: *seu fraude petiti, Seu quis honos, merito sua reddita dona.* Seu quis fraude et scelere nos aggressus est, seu quis comiter et honeste habuit, vnicuique ut ineruerat, reddita merces est, et sensere nos Deum genus, nam Mineruae opus. Virgilius lib. 7. (v. 234.)

*Fata per Aeneae iuro dextramque potentem, Siue fide, seu quis bello est expertus et armis.*

Luius lib. 31. (cap. 31.) *Hoc et vos et omnes gentes scire volumus pro merito cuique erga nos fortunam esse.* Lib. 44. (cap. 15.) *Populum Romanum deuictio Perseo visurum, ut pro meritis cuiusque in eo bello ciuitatis gratiam dignam referat.* *Dona posuit indifferenter, vt lib. 1. (v. 550.)*

*Qui gemitus irasque pares et mutua Grauis Dona ferat.*

Vbi mule igitur Carrio et And. Schottus malint, *Damma.* Lib. 6. v. 118.

Et

*Et centum geminae longaeua noualia Th̄bes.*

Sic ait Carrio ex Ms. restituisse, cum alii haberent: *Lagi*,  
alii *Lagae noualia*. Quis adeo stupidus, vt neget veram  
lectionem esse: *Lagaea noualia Thebes*. ἐκατόμητον  
Aegyptiam vrbem intelligit. Omne Aegyptium *Lagacum*  
a Ptolomaeo *Lagi* filio, qui inter Alexandri comites id  
regnum sortitus est.

---

## C A P V T XIX

*Ausonius ter correctus. Po-* coelum. Petronius defensus.  
*tis. Sperans vadum superare Superare, vincere flumen. Ve-*  
*fluuii meatus. Vadum quid et ra magnetis. Affictus, insi-*  
*vnde dicatur. Sperant Manes etus, fictus.*

**M**ofellam Ausonii festiuissimum et consulari ingenio  
dignum Poëma tangere hic lubet. reliquerunt enim  
spicilegium nobis Vinetus, Scaliger, Freherus.  
Paulo post principium, vbi annem salutat:

*Nauiger ut pelagus, deuexas pronus in undas*  
*Vt fluuius, vitreoque lacus imitate profundo,*  
*Et riuos trepido potes aequiperare natatu.*

Verbum, potes, hic importunum est. *Nauiger, pro-*  
*nus, imitate, ( neque enim patitur sensus τὸ imitante,*  
quod ex Ms. probat Barthius lib. 13. Aduers. cap. 2.)  
simile adiectuum requirunt, quod fuit olim, *potis:*  
*riuos trepido potis aequiperare. Vt infra:*

*Quis potis innumeros cultusque habitusque retexens*  
*Pandere telesponicas per singula praedia formas.*

Sequitur mox:

*Tu placidis prolapsus aquis nec murmura venti*  
*Vlla, nec occulti pateris luctamina saxi.*

*Non superante vado rapidos reparare meatus  
Cogeris.*

Haec non paullo sunt difficiliora, quae tamen omnes praetereunt. Ms. habuit *sperante et praeparare*, vt notauit Barthius lib. 14. Aduers. cap. 12. cui placet *reparare viam esse eandem*, quam ante habuit, redire cogi in libus aut machinis: *Vadum quoque tradit Poëtis esse quoduis flumen.* *Vadum est locus breuibus aquis.* Ad. Behotius lib. 2. Apoph. cap. 12. reprehendit Donatum, quod scripsit: *vt in profundo periculum est, ita in vado securitas est:* quasi, inquit, in profundo non sit vadum: docetque *vadum esse fontis, fluminis, lacus, marisue aluetum,* per quem aqua vadit, et in quo continetur, etiam in locis quantumlibet profundis. Recte ille quidem hoc posterius: sed et recte Donatus: nam aliquando, *vbi ab aqua summa non alte est terra, dicitur vadus,* vt inquit Varro apud Seruium, et *vadum.* Ipsum illud proverbum, *esse in vado,* non aliam vim vocabuli patitur: in quo ille allegoriam esse ait petitam ab illis, qui in aqua profunda periclitantur, ac tum demum confidunt se esse extra periculum, cum vadum premere incipiunt. Non vult, opinor, submersos: nam et hi preinunt vadum, quale Behotius concinnat, sed ita, vt emineant super aquam et spiritum saluum habeant. Non potest igitur effugere, quin fateatur tale vadum vel solidum in hoc proverbio intelligi, in quo breues sint aquae. Vnde autem *vadosa* dicuntur, non *aluesosa, fundosa, sollosa?* nisi quia *vadum* interdum est aliud quam alues, fundus, solum? nempe alues, fundus, solum aquae non altae. Quum Liuius scribit *in vadis haesitantes frumenti aceruos sedisse illitos limo,* vt paullatim insula fieret, non vtique quamvis profundam aluei partem intelligit, sed eam, quae tenui aqua tegeretur. Apud Plautum Rud. a. I. sc. 2. *At in vado est:* an pro eo diceret, est in fundo? non quoouis profecto, sed in fundo aquae non profundae. Et *vadum* sic acceptum vt male statantibus saluti.

saluti est, ita nauigantibus periculo. Vnde Ciceroni *emerisse ex vadis*; Tacito, *nauem cum per vada haesisset*; Floro, *haerebat in vadis pugna*. Ut minuamus hanc controuersiam, ita statuendum videtur: *vadum* (a βαδος et βαδον, vnde ἐμβαδον τὸ τῆς οἰκίας δάκεδον. Eustathio ad Iλ. δ. et *embadum* Géometris: ἐτι οὐδὲ βατὸς τόπος dictum Salmasius ad Solinum censeat.) proprio fundus seu solidum sub quavis aqua: vnde *imis Stagna refusa vadis* Virgilio (Aen. i. v. 126.): hoc ex aliis idem significantibus elegerunt, ut *breue vadum* et *breuia vada* dicent; vbi aquae non essent profundae: visus denique cuiicit, ut quemadmodum *breuia* dixerant, intellecto τῷ *vada*: (imitantes Graecos, qui βραχέα, intelligentes θάστης) ita vicissim et *vada* usurpare coeperint, subaudientes τῷ *breuia*. Sicut pro *sefertio nummo* et *sefertium* dixerent, silentes *numnum*, et *nunnum uar' ἔξοχην* intelligentes *sefertium*. Sic *militem pedestrem* dixerunt pro *pedite*: dein et *pedestrem* (Iustinus lib. II. (c. 9.)) *Ex Macedonibus cecidere pedestres 130.* et *militem* (de quo ad Liuium) pro *vtroque*. Scio virum doctissimum scribere, cum *vada* natura sit substantium, *breuia* adiectum, non *breuia* in *vada*, sed *vada* in *breuibus rectius animo* concipi: sed ille properavit. *Vadum autem etiam pro proficiente quoquis accipi poëtis per metonymiam verum est: sed id huc non pertinet.* Scripsit vero Ausonius:

*Non sperante vado rapidos superare meatus  
Cogeris.*

hoc est, non in actum agit te *vadum* sperans emicare, emergereque et inhibere liberos rapidosque meatus fluminis, quia prope abest ab eius superficie. *Sperare* ut Petronio (c. 120.): *Manes coelum sperare iubentur*, i. sperare lucem coeli superi aliquando ad se peruenientam. *Vbi quam valde iamdudum cordi fuit* Gonsalio legere,

*coelum sperare, tam mihi nihil mutare.* (Valerius Flaccus lib. 3. (v. 226.)

*Saturnum Tityumque vocat, spemque aetheris amens  
Concipit.*

Papinius lib. 3. Thebaid. (v. 596.)

*procul igneus antris  
Mons tonat: exundant apices, fluctusque Pelorus  
Contrahit, et sperat tellus abrupta reuerti.*

Voces Petronius summis a Marone 4. (v. 325.) Georg.  
*quid me coelum sperare iubebas?* Sic timere hoc poëmate  
de balaena mare haustum profundente: *Vicinique timent  
decrescere montes.* Superare, ut vincere apud Statium in  
Epicedio in vernam (V. Silv. 5. v. 62.): *Citius fugientia  
ripas Flumina devinas.* Et *victor ripae* in Via Domitiana. (IV. Silv. 3. v. 89.) Claudianus lib. 2. in Eutrop.  
(v. 34.) *hinc victo proruperat obnix Nereus.* De Arfi-  
noës simulacro inferius:

*Spirat enim testi testudine Corus Achates,  
Afflatamque trahit ferrato crine puellam.*

De Coro Achate habet aliquid vir illustris in lectionibus,  
et historiolam profert, quae tamen non est ex veterum  
thesauris. Salmasius ad Solinum putat Ausonium memo-  
ria lapsum aut aliud agentem, quum magnetem vellet  
dicere, Achatem posuisse, et legendum, *Dorus Achates.*  
Sed tam puerilis ignorantia in hominem tam doctum non  
cadit. Mihi non sit verisimile Ausonium aliud quid quam  
magnetem appellasse. Siue *Corus* siue *totus* commentum  
est librariorum, qui veteris scripturae eruditionem non asse-  
quebantur. Tentandum est igitur, an possimus aliquid  
Ausonio dignum ipsi reddere. Puto autem scriptum  
fuisse olim:

*Spirat enim testi testudine vera magnetis,  
Afflatamque trahit ferrato crine puellam:*

O'Ma-

Ο<sup>ο</sup> Μάγνης et ο<sup>ο</sup> μαγνήτης et η<sup>η</sup> μαγνήτις dicunt Graeci. In epistolis Graecorum: τὴν μαγνῆταν λίθον ἐρρέν τε σιδηρός Φασι. Est autem duplex hoc nomine lapis: verus ille, qui ferrum trahit et hoc nomine notior, quem Ηελιαῖον λίθον vocant, et aliis quidam facie argentea. Qua de re vide incomparabilem virum ad Solinum, p. 1102 et seqq. Ad distinctionem igitur horum dixit Ausonius: *vera magnetis.* Ut *verae iaspides*, *verae sinaragdi*, *veri sardonyches*, *vera Salamis*. Inque re praesenti eadem voce vixit Plinius lib. 34. c. 14. *Lapis hic et in Cantabria nascitur, non ille magnes verus caute continua; sed sparsa bubblatione (ita appellant) nefcio an vitro fundendo utilis.* Corripuitque primam propter mutam cum liquida. *Affidam malo ex Vineti libris, quam afflatam ex Pulmannianis.* Videntur enim hoc supposuisse, tum ut respondeat τῷ spirare, tum quod illud esset insolentius. Lucretius: *Fixa pedum pono vestigia.* Diomedes citat ex Scauro: *sagitta confictus.* Vnde et IC. Callistrato *infixa nauis.* Varro lib. 3. de re rust. *septa affixa villae quae sunt.*

## CAP V T XX

Palladius ter correctus. Perpluua. Interuenia. Praeripia. Seruius emendatus. Defensus Appuleias. Redigere, redactus. Planto lux. Horatius assertus. et Caeo Priscus. Neuter videtur dixisse relegere pecuniam, sed ille redigere, hic delegare. Delegare ab aliquo, soluere ab aliquo, quomodo dicantur. Coactorum ratio cum dominis. Condicio semisse. Cicero defensis et explicatus. Lanii non tantum mactabant, sed et praebabant mactandos agnos. Ecant lanii, conducunt obsonatores agnos caedundos. Iterum illustratus Plantus.

Palladius lib. 1. de Agricultura tit. II. Quod si lateritios parietes in praetorio facere volueris, illud servare debebis, ut perfectis parietibus in summitate, quae trabibus subiacebit, structura testacea cum coronis

prominentibus fiat sesquipedali altitudine, ut si corruptae tegulae aut imbrices fuerint, parietem non possint stillicidia penetrare per pluviam. Tò stillicidia virgulis in editione sua circumscripsit H. Commelinus, indicium ea voce Ms. caruisse. Et caret, vt ipsi notauiimus, quum eodem codice vñi sumus beneficio P. Scriuerii, qui et alterum suum nobis vtendum dedit. Barthii memb: *parietes non possunt stillicidio penetrari.* demitis duabus vocibus, quas nunquam ille genuino Palladio adfuisse arbitratur. In quo fallitur et manifeste passus est ibi codex ille malam manum. Germanum habet Ms. membr. Bibliothecae Leideasis: *parietem non possint penetrare perpluia.* omisso rō stillicidia, quod addiderant homines inepti, qui elegantissimam vocem, *perpluia,* ferre non quietunt. *Perpluia* sunt illae ipsae stillae sive humor ille pluialis, qui structuram perineat aut potius rimae, qua pluvia delabitur et perfluit. Festus: pateram *perpluere in satris cum dicitur, significat pertusam esse.* *Perpluia* a perpluo, vt a diluo diluuium, ab eluo elnuies. Sic *suspendia, impendia, compendia, configua, suffugia, praemetia, repurgia:* l. i. C. de aquaeductu, a suis verbis. Sic interuenia ab interueniendo, nisi tamen hoc potius a venis. L. 9. tit. 8. Sed prouidendum ne inuentae inter rimas refugiant, et per interuenia dilabantur. Vt a cōena antecoenia, a scena proscenium, a ludo diludia. Seruius libro 6. Aeneidos ad v. 704. *virgulta sonantia siluae.* Quas est iuxta praerupta fluminis. Sic quidem vulgo: sed satis inepte. Quomodo enim fluminis *praerupta* possunt dici? nisi forte ex abruptis montium aqua delabatur. MSS. quae est iuxta praeripia fluminis. Verissime. *Praeripia* a ripa, vt προαύλιον ab αὐλῃ, et eiusmodi innumera apud Graecos et Latinos. nam ab illis hanc inclinationem hi acceperunt. Apuleius in *Apolog. cum egressus in praeripia fluminis hincuit.* Vbi male corrigit, *praerupta*, vel *praerupia.* Lib. I. tit. 19. Tunc diuisas cellas, si magnus sperabitur seminum modus, gra-

no

*no cuique tribuemus, et si terrae pauperies minora pro-  
mittit, vel cratitiis podiis erunt discernenda granaria,  
vel vimineis vasculis redditus tenues colligemus.* Ms. Bar-  
thii: *vasculis continue redactis tenue colligemus.* Latet  
aliquid aliud, quod alii excusant, ait ille. Videbimus.  
*Ms. granaria vel vimineis vasculis, in quas redactus te-  
nues colligemus.* Hinc patet, quanto praestet hic codex.  
*Redactus* est fine controversia a manu Palladii: cuius est  
interpretatio *reditus*: a *redigere*, quod proprium signa-  
tumque antiquis pro recipere ad se redditus suos ex fructi-  
bus, mercibus, vestigalibus. Cicero diuin. in Q. Caeci-  
lium (cap. 17.): *deinde bona vendit, pecuniam redigit.* In  
Verrem (lib. 1. c. 36.): *reliqua venditit, pecuniam exegit.*  
*Cum ad HS vicies quinques redigisse constaret.* De l.  
agraria (2, 36.): *cum omnem pecuniam ex aerario exaufer-  
setis, ex vestigalibus redigissetis.* In Philippicis (13. c. 5.):  
*Decreueritis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis  
patriis in praedae dissipationem inimicus viator redigisset.*  
Plautus Persa a. 2. sc. 5. (v. 23.) *Atque ego omne argen-  
tum tibi affutum incolame redigam.* Vbi male interpre-  
tantur, reddam: est enim proprie, alicunde reficiam.  
puta ex vendita parasiti filia. Liuius lib. 6. (c. 4.) *quibus  
sub hasta venundatis tantum aeris redactum est.* Idemque  
saepè alibi. Florus in epitomis: *bona eorum vendidit;  
ex quibus plurima initio rapuit.* *redactum est HS ter  
millies quingenties.* Nec est ptofecto, quod respuant  
docti viri apud Horatium (Epop. 2. v. 69.): *Omnem redi-  
git Idibus pecuniam.* Quin quia Mssc. plures hue eunt,  
alterum illud, *relegit*, fidenter refutabo; quanquam non  
ignorem proferri locum Catonis pro illa lectione. Sed  
expediamus prius Palladium, qui *redigi atri* & proue-  
nire ponit, vt *redactum* pro *reditu* vel *prouentu*. L. 8.  
tit. 2. *Vt vero semina maiora redigantur, eruta raga fo-  
liis omnibus purgabis.* Lib. 9. tit. 8. *Si depasci saepius velis,  
usque in mensem Maium eius pasta sufficiet, quod si ex  
ea semon redigere, usque ad Martias Kalendas.* Et isto  
modo

modo emendandum auctore Ms. lib. 8. Palladii tit. 7.  
*Hoc mense aluearia castrabuntur, quae matura esse ad melis redactum signis quamplurimis instruemur.* i. vt meliam redigatur. Vulgo: *reditum.* L. 58. §. 1. D. de vſuſr. *Sempronio do lego ex redactu fructuum, oleris et porri- nae, quae habeo in agro ferrariorum, partem sextam.* Catonis verba sunt de re rustica cap. 151. *Die lanam et agnos vendat: mense decimo ab coactore releget.* Vt transeamus Turnebum lib. 7. aduerſ. c. 1. Pithoeum lib. 2. adv. c. 4. Auf. Popina ſic interpretatur: *Vt maiorem quaefum faciat dominus, vendat lanam et agnos die, non praefenti pecunia, et quidem die decem mensium.* Non video autem, qui maiorem quaefum faciat, qui non praefenti pecunia, ſed die vendit. *Vtique qui praefen- tem pecuniam accipit, ſtati potest eam alibi occupare et nouum in ea quaefum facere: quod alteri, niſi poſt illam diem, non licet.* Dein *relegere pecuniam* ait dici foene- ratores et coactores, quin a debitoribus illam exigunt. Quomodo igitur hic *relegere ab coactore?* a conduictore vel emtore dicendum erat, non a coactore. Sed ait *rele- gere a coactore* dictum, vt *ſoluere a trapezita, amare a lenone, ab aliquo obſonare.* Atqui ſic *delegare ab aliquo recte* dicitur, non *relegere vel redigere.* Negamus Latinum eſſe *relegere vel redigere ab aliquo pecuniam* propter aliquem vel alicuius ministerio. Quin dicitur *ſoluere ab aliquo, delegare ab aliquo,* intelligitur pecunia ſcriptura vel iuſſu domini adſignantis, commeans ab illo, cuius de mensa vel arca ſoluitur, ad illum cui numeratur: ſic *amare a lenone,* eſt amare meretricem, quae eſt haben- da a lenone, quae a lenone proficiſcitur et proſtituitur: *obſonare ab aliquo,* eſt obſonare obſonium ſumtu alterius, numinis ab illo profectis, non de ſuo. At quum mi- nisterio et coactura alicuius redigitur pecunia, non a coactore illa proficiſci, ſed, ab emtore vel debitore intelligitur: niſi dominum ipsum velimus facere coactorem coactoris. Itaque *redigo,* vel, vt volunt, *relego a coacto- re*

re non esset, redigo per coactorem, aut coactor redigit vel cogit mihi, sed pecuniam, quam coactor mihi debet, ab illo exigo. Censemus scribendum esse: *mense decimo ab coactore deleget*, id est, iubeat coactorem suum numerare pecuniam, postquam dies venit. Coactoribus uteretur ad redigendos nummos ab suis quisque debitoribus. Hos credibile est non statim, ut quinquam summulam acceperissent, domino retulisse: molestum enim id nimis: sed eas pro arbitratu vtrorumque aliquamdiu domi seruasse; dein grandiusculas summas simul renumerasse dominis, et interdum eorundem creditoribus ex delegatione. Ut hic emtor totum fructum gregis emit a patrefamilias paucente: eundem per partes spe maioris lucri in complures vendit: ad nummos ab illis redigendos coactorem utitur: ubi dies constituta cum patrefamilias venit, coactorem de pecunia, quam redegit, quantum illi debetur, solvere iubet. Hoc est, *ab coactore delegat*. Haec enim verba de emtore fructus, non de domino, accipio. Nec mirere praeclaram sermonem, quum proximum membrum videatur de domino efferri. nam sic et cap. praecedenti, de pabulo hiberno: *Qua vendas, finis dico.*, *Pabulum frui occipito ex Kal. Septembribus.* Vbi pariter illud de domino, hoc de conductore, et si neutrum nominet, intelligendum. Duodecim tabulae: *Neruo aut compediibus quindecim pondo, ne maiore, aut, si volet, minore vincito. Si volet, suo viuit.* Item prius membrum de creditore, posterius de nexo exaudiendum. Habes et verbum idem paulo ante: *donicum pecuniam satisfecerit aut delgarit, pecus et familia, quae illuc erit, pignori sunt.* id est, aut ipse soluerit, aut alium certum hominem sibi debentem, velut coactorem, soluere iussit. Cicero 12. ad Atticum 3.: *Nomen illud, quod a Caesare, habet tres conditiones: aut emtionem ab hasta, aut delegationem a manu tipe annua die, aut Vesteni conditionem semisse.* Sic enim legendum: non, ut Bosius et Popma substituere: *conditione semissim.* Compendium loquendi sic est integrandum:

dum: aut habet eam conditionem qua Vectenus est depe-  
ctus, nimirum ut semisse finus contenti, vel dimidia parte.  
Videndum tamen ne prius membrum etiam ad emtorem  
seu conductorem referendum sit. Nam si de domino lo-  
queretur, dixisset potius: *die fructum vendat:* is enim  
quum vendit, totum vendit: est autem in fructu amplius  
quam lana et agni. Conductor totum fructum emit, sed  
eum per partes vendit, ut agnos lanio, lanam textori, lac  
et caseum quibus his rebus opus. Iubet igitur constitui  
diem, intra quem agnos et lanam asportari et auferri curet,  
hoc est, *vendat.* Non enim credibile est haec emtorem  
diutius secum adseruare, sed simul atque tollenda sunt, cu-  
rare tollenda ab illis, quibus ipse vendidit. Ideo Columella  
lib. 7. c. 3. *Villicus enim teneros agnos, dum adhuc*  
*herbae sunt expertes, lanio tradit: quoniam et paruo*  
*sumtu deuehuntur, et iis summotis, fructus lattis ex ma-*  
*triis.* Idque eo verius, quod olim in vrbe lanii non tan-  
tum operam praestabant in mactando pecore ouillo, sed  
ipsi quoque pecus praebebant. Hinc Plautus Captiv. 4.  
sc. 2. (v. 38.)

*Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves,*  
*Qui locant caedundos agnos.*

Vnde explicandus idem in Aulularia act. 3. sc. 6. (v. 30.)  
de agno: ME. *Caedundum ego illum conduxi.* Frustra  
Nonius interpretatur, *emi*, nam etsi emerat, proprio ta-  
men verbo *conducere* dicebatur, quia simul conducebat  
operam mactandi: peius Lambinus contendit legendum,  
*locavi.* Nam si lanii locant agnos caedundos, utique con-  
viuatores conducunt. Persuum addit Pithoeus, Sat. 5.  
(v. 118.) *Quae dederam supra, relego, funemque reduco.*  
Sed testatur Casaubonus, omnia exemplaria habere re-  
peto, non relego.



## C A P V T    XXI

*Claudianus quinque emendatus et illustratus. Eutropius dominos mutans. Libertas a Consulibus annum auspicantibus data omnis boni vicem. Solemnia omnia. Liba-*

*nii loco lux. Moles elegantis notione. Valerius Flaccus correctus. Edere dicuntur curae. Moles publica. Stilo Imperatore. Honorium secreto docens.*

**C**laudianus lib. 1. (v. 410.) in *Eutropium*:

*Forfitan et dominus praebet miracula lictor  
Consule nobilior, libertatemque daturus,  
Quam nondum meruit.*

*Dominum Littorem* interpretantur *περιγέβοσχος*, sumum et proximum consuli. Quomodo an veteres loquantur, ipsi videant. *Suspicabamini* scripsisse Claudinum: *dominis*, i.e. iis quos mutauerat Eutropius, antequam maiores conditione sua spes conciperet. Et sic membr. Patricii Iunii. Nam hoc quoque probrum servituti eius obiicit, quod nequam et vile mancipium domino viuere uno non potuerit, toties venalis. Ut hoc libro:

*Si pelagi fluctus, Libya discis arenas,  
Eutropii numerabis heros, quot iura, quot ille  
Mutauit tabulas, vel quanta vocabula vertit!*

De iisdem Lib. 2. (v. 79.)

*Subter adulantes tituli nimiaeque leguntur  
Vel maribus laudes. cloro quod nobilis ortu:  
(Cum viuant domini.) quod maxima proelia solus  
Impleat: (et patitur miles?) quod tertius urbis  
Conditor (hoc Byzas Constantinusque videbunt?)*

Ita verissime codices ut monuit olim Phil. Rubenius. *Cum viuant domini*, illustratur ex Horatiano: *Sarmenzi domi-*

*domina exstat. : Et patitur miles, ex illo Euripidis, quod Clito exitium attulit, in Andromache (v. 693.):*

ΟἽ μοι, καθ' Ελάσθ ὡς κακῶς νομίζεται!  
Οταν τρόπαια πολεμίων σῆση σρατός,  
Οὐ τῶν πονέυτων τεργυον ηγενήται τοῦτο,  
Αλλ' ὁ σρατηγὸς τὴν δόκησιν αἴρενται,  
Ος εἰς μετ' αὐλῶν μυρίων πάλλων δέρει,  
Οὐδὲν πλέον δρῶν ἔνος, ἔχει πλέον λόγον.

*Hoc Byzas, ex loco Senecae, ad Marciam cap. 23. Quis ergo non rumperetur, supra cineres Cn. Pompeii constitui Seianum, et in monumentis maximi imperatoris consecrari perfidum militem? In Claudiano nunc magis placet, ut interpunktio ponatur post vocabulum dominus, quod visum Cl. Vallesio ad Ammiaquum, atque etiam, ut legatur domini. Neque enim licetorem consule nobiliorēm domini modo mirantur, sed et alii Graii Quirites, quos ille innumeros conditionis ultimae suae conscientes habebat. Scribe igitur:*

*Candida pollutos comitatur curia fasces.  
Forfitan et domini. Praebet miracula libitor  
Consule nobilior, libertatemque datus  
Qui nondum meruit.*

*Caeterum de hoc ritu ominis boni causa instituto, apud Aminianum, Sidonium, Cassiodorum, et nostrum in 4. (v. 631.) Conf. Honorii:*

*Auspice mox laetum sonuit clamore tribunal  
Te fasces ineunte quater. solennia ludit  
Omina libertas: deductum Vinclice morem  
Lex celebrat.*

*Solennia omnia sunt, quae boni omnis causa, statim temporibus rituque solenni aguntur. Ita solenne omen erat, quod Censores lustrum condituri ab auspicio nomine incipiebant. Talis hic illa manutinatio, qua velut redita*

dita aut redditura libertas populo Romano promittebatur. Nihil simile habet Vopisci locus (Aureliano cap. I.): *Hilaribus, quibus omnia festa fieri debere scimus et dici, hoc est, nihil nisi festum.* At Claudiano primum auspicata acclamatio, dehinc solempnia omnia Imperatore magistratum cneunte celebrantur. Haec omnia sunt in potestate capientis, et toties assumuntur, quoties reipublicae conditio exigit. Quoniam enim principiis omnia inesse credebas, et sic ex iis quoque, quae initiis honorum contingent, ominabantur de instantibus superstitionis homines, praeuentum est sapienter huic curae, institutumque, ne nisi a bono auspicio proficiendi possent Consules annum aperientes per solennem illam manumissionem. Cur vero *solempnia omnia* non dicat, qui alibi: *solennibus urnam Commouet auspiciis.* Liuius (32, 25.): *Mos erat comitiorum die primo, velut ominis boni causa Praetores profundire Iouem Apollinemque et Herculem.* Quis me prohibebit hoc *solenne omen* appellare? Sed nimius sum, cum mille talia etiam aliud agentibus occurrant. De ritu consulati egregius est Libanii locus in Panegyrico, Iul. extremo: οὐδὲ τὴν ἐλευθερίαν πᾶσι. χρησόις τε καὶ βιβλισμοῖς οἰκέταις ἀσ τοσπέτον τῶν ἐπ' ἐλευθερίαν πάποτε ὁσπιδέντων ἐνδαιμονεσέρες θετέον, οσον ἐκείνοις τῶν τελευτησάντων ἐν διλεισῃ. Μεταβάλλει γέ τοι τὴν τύχην αἵης αὐτῷ αὐτῆς τὴν ἐλευθερίαν αἰξάμενος, καὶ ἐκ ἑστασ ἀνδινοθέσαι τῇ τύχῃ την δεσποτεσαν τῶν ήδονῶν. Καὶ πλεονεκτεῖ τῶν μὲν ἐτέρωθι, λιθέντων ἐν διλεισῃ τῇ τῷ ὑπάτῃσι σφρόντητι τῶν δὲ αὖ παρὰ ὑπάτοις τῇ τῷ βασιλέως προσθήμη. τῶν δὲ αὖ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῇ τῷ ὑπέροχῃ. Hoc est: *Vade nunc, attribue libertatem omnibus illis frugi optimisque seruis, qui tanto feliores habendi omnibus, quibus unquam libertatis dubta est alapā, quanto hi illis, qui seruitutem in diem mortis continuarunt. Mutat quippe fortunam istis vir a sua ipsius libertate arsus, nec passus imperare fortunae dominatum voluptatum: et plus accipiunt illis, qui alio sunt matu-*

*misi loco, per Consulis maiestatem; illis vero, qui a Consulibus, per imperatorii nominis accessionem; illis, qui ab Imperatoribus, per huius, qui nunc est, excellentiam.* Interpres qui ex aliis meritis laudandus est, hic nihil habet fani. Τῇ τῇ βασιλέως προδήπη, ut apud Plutarchum Demetrio, de Alexandri ducibus diadema sumentibus: τότε δὲ ἐπροδήπη ὄνόματος καὶ χήρατος ἔχαλλαγην ἔχε μόνον, αἷδα καὶ τὰ φρονίματα τῶν αὐτῶν ἐκίνησε. Immo nec P. Faber, cuius lib. 2. Semestr. cap. 20. haec est interpretatio: *Agedum tribuas seruis domesticis, qui sunt boni et frugi, libertatem, qui caesi fuerant in libertate recipienda: atque eo magis in statu bono constituendi: quod prae iis, qui in seruitute moriuntur, praefrantior fuit eorum conditio effecta ab eo, qui ipsis liberavit, qui non permisit fortunae dominari, et voluptatum imperium obtinere.* Cum illis bene agitur, liberatis a seruitute, splendore Consulis, atque etiam Regis auctoritate adiecta, qui nunc rerum potitur. Quis hanc crederet esse tanti viri interpretationem, nisi ipse suam esse fateretur? Sed homines sumus, non dii. Rursus Claudianus, lib. 2. (v. 101.) in Eutropium:

*Vnde tamen tanta sublimes laude redibant,  
Ceu vincios traherent Medos Indumque bibissent.*

Neino ante nos hic de mendo suspicatus est, nec nos adeo haesissimus, absque duobus fuisset MSS. in quibus legebatur: *sublimes mole redibant.* Quae genuina Poëtae scriptio est. Idem postea legimus in duobus Florentinis. *Moles* sumitur hic pro pompa et apparatu triumphi: haud vulgari vsl, quod fraudi fuit huic loco. Sic Maro lib. 12. (v. 161.)

*ingenti mole Latinus  
Quadriugo vehitur curru.*

Quod recte interpretatur Seruius: *pompa, ambitu.* Φερταῖς vocant sacras literas: (Act. 25, 23.) ἐλθόντος τῷ Δυρι-

*Αγέλπτης καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πλάνης Φαντασίας.*  
Sic pro maiestate augustoque habitu corporis eandem vocem usurpat Valerius Flaccus lib. 5. (v. 53.)

*At Iuno, pulchrum longissimum quando*

*Robur cura ducis magnique edere latores,*

*Male noua et roseas perfudit luce iuuentas.*

Ita scribendum. Virgilii lib. 12. (v. 801.) *Nec te tantus edat taciturn dolor.* Malè vulgo sedere vel dedere. et frusta aliter corrigunt. Iterum Claud. lib. 1. (v. 66.) de laud. Stiliconis, ubi describit eius curam in regendo colendoque simul iuuenie Imperatore:

*Vt neque desidiae tradas, dum prōnus ad omnia*

*Quod libet obsequeris, nec contra nixus ouanten.*

*Confringas animum: ceu cernas consona regno*

*Ceu iuuenem doceas, moles quid publica poscat,*

*Ceu sanctum venerere sonem.*

Hic qui mihi explicauerit illa: *ceu cernas consona regno.* is per me vel magnus Apollo sit. Scio quid commentatores, qui dicendum haberunt aliquid, verum non potuerunt, MSS. destituti. Vnde nos didicimus reliquise Cladianum:

*Secretus consona regno*

*Ceu iuuenem doceas; moles quid publica poscat,*

*Ceu sanctum venerere sonem.*

Ad totam orationem subaudiendum rō ut ex praecedentibus: ad rō poscat etiam particula si. Hinc est, inquit, ut *eu* Imperator Honorius tecum in secreto est, doceas *eum* regnandi artem et morem, ceu iuuenem: vbi vero maiestate regnantis et persona Imperatoria opus est, vbi aliquid agendum est, Imperatoris auctoritate, ministrum te praebes et subiectum, exemploque caeteros generationem doces. Pulcherrima sententia. Sic lib. 1., (v. 351.) in Ruffinum dicuntur, Mars et Stilico et clipeis

*et mole pares.* Nque aliter Valerius Flaccus (6. v. 672.) iterum: non illa tēpi turbata metallo, Sed facibus, sed mole Dei. hoc et, tota vi, maiestate, potentia. Tacitus lib. 15. (c. 5.) ann. balneaque et epulas inibat, omis- sis excubis et ortunae suae mole.

## C A P V T . XXII

*Quintus Taciti loca partim explicatis, partim correcta. Virgilis et Ouidius leuiter tentati. Sententia. In senatu liebat senatoribus egredi relationem et quod visum esset,*

*loco sententiae proferre. Suetonius defensus. Confutare sententiam. Verberibus intendere manus. Impellere poenam suam. Libertas ingratum donum.*

**L**ib. 12. annal. cap. 65. refertur consultatio Narcissi inter proximos. Ea propter verborum breuitatem, sensuum copiam, paulo est obscurior, ut attentum etiam lectorem ambiguum relinquere possit. Sententia vero haec est vulgatae et in omnibus vett. codd. seruatae lectionis: *Duos esse, qui summas spei immiteant: viri ex ambobus eueniant optata, se saluum et incolumente esse non posse: eo se redactum, dum optimo Caesari unicam fidem et peruvigilem curam studuerit approbare.* Nihilominus quicquid se futurum sit, quibus instet fulmen ab astris, tanti esse Caesarem, ut in eius commodum vitam libenter impendat. Sane imputari Neroi posse coniuctam Messalinam et Silium; sed rursus conuincendan Agrippinam cum Pallante: quod si faceret, ut necessario faciendum sit, si Caesarem saluum velit, implacabilem Neronom habiturum, si quamvis euersa matre fortuna illi daret imperium. Sin Britanicus succedat, nihil esse quod ei imputet: sed et hoc fore criminai, quod locum fecerit inducendae nouercae, quae subolem principis oppimeret, eamque sinerit impune graffari, multo foediore

dioce se damnosior patientia, quam si Messalinae libidinem dissimulauisse. Et tamen ne hanc quidem cessare, dum Augusta cum potente nimis Pallante, ut in societatem dominationis veniat, caput collimet, rebus cominsonstrans se famam, pudorem, omnia et ipsi dini imperandi postulabere. Quae conclusio ostendit manere eum in consilio quaerendi, quod Britannico impertiat, et, ut prima occasio fuisset data, Agrippinam apud Claudium deferendi. Quod ad eam cum emanasset, et ipsi Narcisso et hero eius perniciosum fuit. Lib. 13. cap. 21. in oratione Agrippinae ad Burrhium contra crimina Iturii et Caluisii:  
*Viuere ego Britannico rerum potente poteram: at si Plautus aut quis alius rempublicam iudicaturus obtinuerit, defensum scilicet mihi accusatores, qui non verba impudentia caritatis aliquando inculta, sed ea criminis obuiant, quibus nisi a filio mater absoluti non possim. Recte censuere Lipsius illa: Viuere ego Britannico rerum potente poteram: quaerendo proferri: aut si hic tollatur interrogationis nota, etiam inferius tollenda est, sic ut verumque uar' ei q[uo]d uocas dictum accipiatur. Qui Lipsio repugnant, Pichena et post eum vir magnus, fingunt quod est intempestuum: nempe, si de Nerone ad imperium admonendo non cogitauisset. At Agrippinae status est cogitandus, non qui fuit olim innocentis, sed qui cum maxime erat, dum accusabatur. Videndum quibus respondent haec defensionis verba, nempe illis: quod Britannici mortem lugeret, iniurias Ottaviae euulgaret: quae vetera, et nouum Iturii ac Caluisii: destinauisse eam Rubellium Platum per maternam originem pari ac Nero gradu a Diuo Augusto, ad res nouas extollere, coniugio eius, et iam imperio, Remp. rursus induadere. Ita enim scribendum: non etiam imperio. Et iam, id est, et inox vel latim: Ad haec illa sic respondet: primum interrogando: Viuere ego Britannico potente rerum poteram? hoc est, si lugeo mortem Britannici, non certe id in ideo, quia nunc sero etiam imperare mallem. Quomodo*

modo enim? an viuere ego illo r̄um potientē posseram? Nonne mors mea praemium esset minimum protantis offensis, quas apud eum contrax? et si per me ad imperium perueniret, nonne potius breviter prius meum maleficium quam recens meritum? Tācīte imputat filio scelerā sua: quod, enim Britannico regiante spes ipsi vitae non erat, eius rei totius praecepua causa erat filius. Pergit: aut si Plautus, aut quis alius rem publicam, de me si accuseret iudicaturus, obtinuerit, dñsū: scilicet mihi accusatores maligni, qui non deferant, quod lugeam privignum aut nurus vicem doleam, verba impatientia caritatis aliquando iniqua et sic facile excusanda: sed quod alium conjugio meo imperioque destinem, hoc est, ea crimina obiciant, quibus nisi a filio mater absolui non possem. Absurdum igitur lugere me Britannicum, quasi eo loco esse velim quo filius: absurdum item et incredibile, Plauti aut cuiusvis alius coniugium imperiumque memoliri, cum haec apud filium delatores audeant. Similis error in particulari apud Virgilium Ecloga 6. (v. 74.)

*Qui loquar, ut Scyllam Nisi, ut quam fama secuta est  
Candida succinctam latrantibus inguina monstros  
Daichias vexasse rates, et gurgite in alto  
Ah! timidos nautas canibus lacerasse marinis:  
Aut ut mutatos Terei narrauerit artus?*

Vbique enim τὸ ut coniungendum cum τῷ narrauerit. Vulgo, aut. Sic in epistola Penelopes (v. 1.):

*Hanc tua Penelope lento tibi mittit, Vlysses:  
Nil mihi rescribas ut tamen: ipse veni.*

Qui scribit, optat plerumque sibi responderi. Penelopes alia ratio est: scribit quidem marito, non tamen ut rescribatur: quin potius ut ipso veniat. Vulgo: *attamen*: quod non miror reprehensum diuino viro. Bardorun enim librariorum, non Ouidii erat. Eodem libro cap. 26. in consultatione de libertis: *Sed Consules relatiōem incipere*

*pote non usi ignaro principe, prescripsere tamen consensum Senatus. Ille auctor constitutionis fieret ut inter paucos et sententiae aduersos, quibusdam coalitam libertate irreuerentiam eo prorupisse frementibus, vine an aequo sum patronis iure agerent, sententiam eorum consultarent, an verberibus manus ultro intenderent, impellerentue poemam suam dissuadentes.* Perperam Lipsius: *prescripsere tamen consensum Senatus illi, an auctor constitutionis fieret, ut inter paucos et sententiae diuersos.* Quis enim non videt prescriptum esse non nisi ad Caesarem? Nec dubitabant aut praeferebant se dubitare de voluntate principis: nec infrequens Senatus fuerat. Probat tamen hoc Lipsii vir doctus, nisi quod illud *inter paucos* non satis est expere, sed malit: *ut inter paucos ei sententiae aduersos.* Scendum, (quia et in dubium vocatur *incipere relationem*, quod quoniam censum sit, oporteat fuisse rematum,) licuisse cuius Senatori, quum ceasendi locus ad eum venisset, seu sententiam rogatus esset, non tantum ad id, quo de referretur, respondere, deque illo *sententia* dicere, sed etiam quiduis, quod e republica esse pataret, etiam citra relationem loco sententiae exprimere et proponere, ac si tanti esse videretur, postulare, ut ea de re referretur. Cicero lib. 10. epist. 28. Nam cum Senatum a d. 13. Kal. Ianuarias Tribuni plebis vocavissent, deque alia re referrent, totam rem publicam sunt complexas, etique acerrime, Senatumque iam languentem ac defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocari. Id vocat Tacit. *egredi et excedere relationem.* Lib. 2. annal. (c. 38.) a maioribus concessum egredi aliquando relationem, et, quod in commune conductat, loco sententias proferre. Eodemque libro superius (c. 33.): *Excessit Fronto, ac postulauit modum argento, supellestiti, familiæ. Pertinet eodem lib. 4. (c. 74.) Itaque quanquam diuersis super rebus consulenterunt, aram Clementiae, aram Amicitiae, effigiesque circum Caesaris et Sezani censuere.* Lib. 13. (c. 49.) *Licere Patribus, quoties ius dicendae*

*sententiae accepissent, quod vellent, expromere, relationemque in ea postulare.* Sunt et exempla apud Plinium lib. 6. epist. 5. maxime Licinio Nepoti, qui sequenti Senatu, quum de aliis rebus referretur, de proximo SC. differuit, finitanque causam retrahavit. Eodemque lib. epist. 19. Homulus deinde noster vigilanter usus hoc consensu Senatus, sententiae loco postulauit, ut Consules desiderium universorum notum Principi facerent. Apud eundem nobilis locus lib. 9. ep. 13. vbi Consul ad Plinium: Secunde, sententiae loco dices, si quid volueris. Hoc iure usus Cato Priscus omnibus sententiis legitimam accessionem dabat, delendam esse Carthaginem. Hoc Uticensis calunnia saepe salutari dicendi tempus eximebat. Capito apud Gellium lib. 4. cap. 10. C. Caesar M. Catonem sententiam rogauit. Cato rem, quoniam non e republica videbatur, perfici solebat: eius rei gratia ducenda longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem. Erat enim ius Senatori, ut sententiam rogatus diceret ante quicquid vellet aliae rei, et quoad vellet. Sic Ms. Hinc intelligendum Valerii Maximi lib. 4. cap. 1. cuius ministerii gratia Senatus relationem interponi iubebat, ut praetoriis comitiis extra ordinem ratio eius haberetur. Hinc Suetonii in Iulio cap. 20. Ac postero die in Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super tali coniunctione referre aut confere aliquid auderet. Neque enim ista congregata magnopere propter illum, qui relationem incidere vel insculpere vel perficere vel suscipere somniabat; neque propter illum, qui, ne disceret a nobis, quid esset censere citra vel ante relationem, explicat capita conferre antea fissionem, et exponere sensus suos de re mox consulenda. His perpetua talia. Sed propter incomparabilem virum, cuius verba mecum licet recognoscas. „Doceri equidem „velim, quid sibi ille voluerit, cum ita scriberet, referre „aut censere? nam si nemo fuit, qui relationem faceret, „nec potuit quidem esse, qui censeret. Sunt enim quo- „dammodo relata, referre et censere. Potuerunt quidem „Senat-

„Senatores ea de re verba facere in curia: *at censere*, hoc „est, loco sententiae quid yideretur dicere aut de scripto „recitare, hoc vero nemo potuit, nisi praecessisset rela- „tio.,, Sic ille. Censere nemo potuit, nisi praecessisset relatio: de alia quaunque re? verum; de illa vtique re, de qua censetur aut quam sententia continet? falsum. Quid enim cum relationem aut referri aliqua de re postu- labant? et hoc tamen quotidie censebatur. Liuius quo- que lib. 26. (cap. 2.) non longe ab initio: *et quum qui- dass referendum ad Senatum censerent.* Suetonius Tib: cap. 4. *cursibus turbarum metu abolitionem facti discernen- tibus, etiam de praemissis tyrannicidarum referendum cen- sicut.* Sed et propter alium celeberrimum virum, qui il- lud: *nec deerant qui censerent: audiit, quasi diceretur:* Nec defuisse, qui censuerint, si nempe relatum esset. Hinc igitur videre primum, quid sententia hic Tacito sit, ex quomodo dicantur pauci et, id est, quanvis, vel etiam tantummodo, *sententiae aduersi.* Est enim sententia non opinio, aut quod cuique videtur, sed *xar' εξοχην* oppo- nitur *relationi*, estque auctoritas prolatâ loco sententiae citra relationem, seu quod non relato censitum est. Ta- lis est sententia, cuius meminit Seneca lib. 1. de *Clement.* cap. 24. *In Senatu dicta est aliquando sententia, ut ser- ues a liberis cultus discerneret: unde apparuit, quan- tum periculum immineret, si servi nostri numerare nos co- piassent.* Talis apud Tacitum lib. 15. (c. 22.) *Magno assensu celebrata sententia, non tamen SC. perfici potuit,* abnientibus Consulibus ea de re relatum. Excessit qui- dam Senator et questus de insolentia libertorum, ma- gnun componuit nunerum simul censentium, ut adver- sus male meritos ius reuocandae libertatis daretur. Con- sules non ausi referre de eo, multo minus SC. facere, prescriperunt tamen ad Caesarem consensum Senatus, et ita quidem, ut haud dubie decretum impetraturi. Non igitur petunt, ut ea de re consilium capiat: sed statim, ut auctor constitutionis de reuocandae libertatis intre fiat;

*ut inter paucos et sententiae aduersos:* id est, quoniam pauci huic, non relationi, sed modo sententiae, aduersati essent. Poterat enim par esse numerus suadentium dissuadentiumque relationem, ut propterea arbitrio Cæsaris opus esset. Hic autem adeo consentire aiunt suffragia, ut ne relato quidem, sed tantum obiter auctoritate sententiae loco prolata, pauci rem suspenderent et caeteris aduersarentur. *Vt inter paucos et sententiae aduersos,* pro, etiam sententiae aduersos. Lib. I. cap. 4. *postquam iam prouecta senectus aegro et corpore fatigabatur.* Ita scribitur rectissime. Non potuit hic de animo dixisse Tacitus. Augusti quippe animus integer et curis indelassatus ad extremum usque spiritum fuit, nec ullum ante efflatam animam alienatae mentis signum ostendit, praeter quod subito pauefactus a 40 iuuenibus abripi questus est. Idque præsagium erat. Deinde consilium Taciti est auguria certissima mortis Augusti et muturae dominatio- nis describere, quae duo facit, *prouectam iam senectutem,* (naturae autem ordo senes citius promittit morti) atque in illa senectute prouecta (nam et vegetum senium esse potest) *et corpus aegrum.* Vnde merito properus finis præsumtus et rerum nouarum cogitatio. Haec quidem sunt complanata: nec de aequis iudiciis despero. Caetera sic legimus: *vine an aequo cum patronis iure age- rent?* sententiam coram confutarent, an verberibus manus ultro intenderent? impellere poenam suam dissuaden- tes. Hoc est, parum abesse, quin dubium facerent, vine cum patronis agere, an aequo iure, ut pares cum paribus, velint? parum abesse, quin irruimperent in curiam, non modo ut sententiam contra se dictam arguant, sed etiam, ut manus intentent sententiae auctoribus: denique quid aliud agere aduersantes, quam ut arcessant poenam suam et in se ruinam trahant? *Sententiam confutare,* ut Teren- tius in Heautont. (act. 5. sc. 1. v. 76.) Hic ita, ut liberum aequum est, dictis confutabitur. Et in Phormio- ne (act. 3. sc. 1. v. 13.): *Confutauit verbis admodum iratum*

iratum patrem. Cicero 2: Tusc. (cap. 23.) *in primis que refutetur ac reiiciatur Philisteus ille clamor. Verberibus manus intenderent*, ut Lib. 3: ann. (c. 36.) *libertique etiam ac servi patrono vel domino, cum voces, cum manus intentarent, ultro metuebantur.* Postrema in vitio cubare, praeter sensum ostendit Florentinus codex, in quo *impulere vel.* Nos inde facimus *impellere.* Est autem *impellere poenam suam*, malum quaerere sibi iumento suo, arcessere sibi pestem: translatione ducta a mole, quam concutias et impellas hoc exitu, ut corrundo te ipsum elidat. Sic Lucanus lib. 5. (v. 41.) *fatorum impellite cursum.* Et saepe. Est autem libertas plerunque ingratum donum, et primo grauis datori. Cicero lib. II. epist. 12. *Omnino hoc est populi, maximeque nostri, in eo potissimum abuti libertate, per quem eam consecutus fit.* Liuius lib. 39. (cap. 26.) *Ita seruorum modo praepter spem repente manumissorum, licentiam vocis et sine guae experiri, et iactare se se in festatione et conuictis dominorum.* Ipsum illud, *incipere relationem*, si hoc quoque notandum est, habes lib. 5. (c. 4.) *inscrere se dubitantiibus, ac monere Consules, ne relationem inciperent.* Constitutio, ut Suetonio in Tiberio cap. 33. *constitutiones quasdam Senatus rescidit.*



## C A P V T X X I I I

*Horatius plusculis locis ex-  
plorans, semel correctus. Tydi-  
des superis par. Male dispar.  
Quærere parem. Male. Se-  
neca illustratus et Palladius.  
Nescientes spiritus. Corybantes  
fatores iniiciunt. Inrefectus*

*pollex Canidiae sagae. Cura-  
re, curatio, cura, incuria de-  
capillis, eorumque contum. Ap-  
puleius defensus. Congestus.  
Arnobius defensus. Pleonasmī  
genus elegans.*

**H**oratius lib. i. od. (6. v. 16.) *Tydidem vocat supe-  
ris parem.* Id Lambinus explicat *dā̄μον̄ lō̄v̄,*  
*Στρείνελαν̄.* At qui sapiet, cum Diis comparatum,  
puta Marte et Venere, intelliget. Ut Linius lib. 5. obla-  
tus in aia par *Mauilius Torquatus.* Statius lib. (6.) Theb.  
(v. 839.) *inde haec audax fiducia tantum Oenidae superare  
parem.* Valerius Flaccus lib. 5. (v. 43.) Herculem  
fignans: *ubi monſtriferae par ille novocæ.* Sic etiam  
haec Lambinus eodena lib. od. 17. (v. 25.) *ne male dispa-  
ri.* *Incontinentes, iniiciat manus.* Interpretatur *dispari,*  
*inbecilliori:* sic tamen ut dubitet, an non sit, respon-  
denti male in amore: an vero cum Passeratio apponat *to-*  
*male rā̄ iniiciat.* *Male dispari* est non bene iactanti ahe-  
neum iugum, cui impares formas et animos Venus sub-  
misit, ferre iugum pariter dolosae, non aequanti munia  
comparis, quibus ipse verbis alibi vtitur, postremi tamen  
alio sensu. Sic apud Terentium, (Eun. 1, 2, 12.) *pars*  
*acqua amoris.* Propertius (3, 24, 28.):

*Tam benē conueniens non finis esse iugum.*

Linius lib. i. (cap. 46.) *impari iungi.* Valerius Maximus de Viriplaca (2, 1. ex. 6.): *in pari iugo caritatis.* Horatius lib. 4. (od. ii. v. 31.) *disparem vites.* Et fru-  
stra Behotius aliter accipit illud: *Sed quaeret iratus  
parem.* *Male dispar,* vt *male ostendere* apud Senecam  
(in Thyest. act. i. v. 3.):

*Quis male Deorum Tantalo viuas domus  
Ostendit iterum?*

Vbi fallitur Scaliger, cum coniungit *male deorum*, et putat Latinos dixisse *maledeūs*, vt Graeci *κακοδαιμόνων*, ad Maniliū. Sic apud Fabiuī: *et male in hanc diem ser-  
vati fato sēnes.* Nihil frequentius Nasōni. Referunt tamen hunc Scaligeri errorem lib. 55. Aduer. c. 5. et lib. 60.  
cap. 13. Barthius, aliasque vir insignis, nisi quod *male  
deos* suos nolunt esse *κακοδαιμόνων*, sed *κακες δαιμόνων*, malos vel inferorum deos. Et quod salissimum est, vtroque loco ingerit Barthius eosdem Palladio dici *nocentes  
spiritus* lib. 1. tit. 35. *Serpentes austerritate fugantur, et  
nocentes spiritus innocentia fumi grancolentis exagitat,  
Vramus galbanum, vel cornu cornu, radice lili, caprae  
vngulas.* Hoc genere monstra noxia prohibentur. Minime enim, inquit, de serpentibus ea verba capienda sunt: et quasi ea vox maxime fidem interpretationi adderet, *MONSTRA* sic Latinis literis scriptum exhibit. Sed *nocentes spiritus* utique nihil sunt aliud quam adflatus pe-  
stilentes serpentium, de quibus loqui incepérat. Quidius l. 3. met. (v. 75.)

*quique halitus exit  
Ore niger flygio, vitiatas inficit aurae,*

Ea monstra vocantur, vt Statio (Silv. 3, 1. v. 47.) angues  
in Herculem infantem immisisti: *quum printi noueret  
Monstra manu premeret.* Et cur Africa monstrorum ma-  
ter? His autem odoribus fugari angues etiam Colomello, Plinius passim, Virgilius, Lucanus et alii docent. Aa  
et *male* *dii* Barthiani, Exorcistas viderint. L. 1. od. 16.  
(v. 5.)

*Non Dindymene, non adytis quatit  
Mentem sacerdotum incola Pythius,  
Non Liber aeque, non acuta  
Sic geminant Corybantes aura.*

Tor-

**Torrentias:** Non Corybantes tam saepe collidunt aera,  
ac irae animos. Quod vero, cum Dindymenē se vel  
dixerit, nunc comitatum ejus iterum attingit, ideo id  
eum facere interpretor, vt si quis forte sacerdotum men-  
tes inquietari neget, is, quod negare non possit, aera a  
Corybantibus pulsā consideret. Λῆγος λῆγοι. Plane no-  
va vis iniiciendi furoris est, quae attribuitur Corybantum  
aeribus, nec repetitur quicquam ex ante dictis. Simili-  
ter has species distinguit Euripides Medea:

Σὺ γάρ ἐνθεός, καὶ Κῆρα,  
Εἴ τ' ἐκ Παύος, εἴδ' Εκάτης,  
Η σεμυῶν Κορυβάντων,  
Η ματρὸς ψεύσας Φορταλές.

Quidius (Ep. 4, 48.): *Quaeque sub Idaeo tympana colle  
mouent.* Nam moueri dicuntur *oi ἐνθεωμένοις*. Hoc  
ergo dicit Horatius: non sic, non eo effectu magis ge-  
minant aera Corybantes, nempe vt expellant mentes,  
quem irae tristes agitant easdem et emouent. Epo-  
don 5. (v. 47.)

*Hic inrefectum saeva dente liquido  
Canidia rodens pollicem.*

**Inrefectum**, ajunt, valde seductum. aut non resectum id  
enim beneficæ magis conuenit, longos curuosque gestare  
vngues, quos ineantationes suas ineditando arrodant, quod  
summam animi attentionem demonstrat. Et ita doctissi-  
mus Torrentius. Sed enim longis et inrefectis vagiibus  
saga fingitur, tum ob illuuiem et foeditatem corporis,  
tum quod eam illis dant rabiem, vt quae alii ferro et cul-  
tris dissecant, ipsae vnguis dentibusque expediant. Ho-  
ratius (1. Sat. 8. v. 27.) de Canidia et Sagana:

scil.

*scalpere terram  
Vnguis et pullam diuellere mordicus agnam.*

Lucanus de sua Erichtho:

*tunc omnes auide desaeuit in artus,  
Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos  
Effodisse orbes.*

Denuo Horatius lib. I. Epist. I. (v. 94.)

*Si curtatus inaequali tonfore capillos  
Occurri, ride.*

Lambinus hic obtinet antiquum: *reclamantibus*, ait, *fero omnibus libb. MSS. qui habent curatus*, *ego vulgatum tenui curtatus*. Solus hic constantiam docere possit. Ego in tribus scriptis codicibus item *curatus* inueni: in eque aliter omnes Cruquiani, vno excepto, qui *curtatus* habuit, sed eraso T. Quibus ille timide assentitur, ut capillos lotos et vnglos, de quibus nihil hic Flaccus, intelligat. Torrentius non displicere ait, sed receptum se seruare. Non subolebat viris eruditis, praeter studium ornandi totius corporis proprium esse hoc verbum: *comitus capillorum*. Petronius (c. 107.): *Voluerunt enim, antequam condescenderent, exonerare capita molesto et superuacuo pondere: sed celerior ventus disfusil curationis propositum.* In tot commentatorum struicibus, quibus ille libellus obrutus est, non vidi, qui tam elegante innotionem obseruauerit. Phaedrus (2, 2. v. 8.): *Qui se putaret pingi cura mulierum. neinpe vellentiu[m] crines.* Valerius Flaccus lib. 8. Argon. (v. 237.)

*Tum nouus impleuit vultus honor, at sua flavis  
Reddit[us] cura comis.*

Seneca

Seneca lib. 1. Nat. Quaest. Tunc quoque, cum antiqui illi viri incondite viuerent, satis nitidi, si squalorem opere collectum aduerso flumine eluerent, cura comere capillum fuit ac prominentem barbam depetere. Ioannes Satesberiensis lib. 6. de nugis curialium cap. 3. Si calamistrati curatiue Actaeo non cedant Apollini. Allusit et Paullinus Epist. 104. Remedii et doloris nouacula nobis Christus est, qui cor nostrum circumcidit, vita radit, animae caput levigat, faciem mentis accurat. Sic Graeci τημελεῖν, de pectendo potissimum capillo. Plutarchus Artaxerxe: δενδῆναι φησὶν αὐτῷ τὸν Κλέαρχον ὁ Κρησίας, ὅπως πτενὸς ἐυπόγησε τυχόντα δὲ καὶ τημελόσαντα τὴν πεφαλήν. Idem in conuiuio septem Sapientum: Ανάχαρσιν δὲ πόθεν ἔτω τημελεῖ φιλοσόργως; Dixerat: Ο δὲ Ανάχαρσις ἐν τῇ σοφᾷ καθῆσο, καὶ παιδισκη προειπήσει τὴν κόμην ταῖς χερσὶ διακείνεσσα. Εθείρα Hesychio, κόμη τημελεύμενη. Et sic e contrario impexorum capillorum proprie *incuria*. Tertullianus de poenitentia: Capilli *incuria* horrorem leoninum praferente. Appuleius Apol. Capillus horrore implexus atque *impeditus*, stupido tomento assimilis et inaequaliter hirtus et globosus et congestus, prorsus intenabilis diutina *incuria*. Itaque recte etiam scribitur lib. 6. metam. Caudaeque setas *incuria* congestas et horridas comta diligentia pestinabo. Inepte liber ille, qui *incuria* lauacri congestas. Nec Steuechius iure congestas in contextas mutauit. Sic frondem congestam pro implicita contextaque Seneca Epist. 90. Hinc etiam absoluemus culpa, quod vexatur apud Arnobium lib. 5. partem ictam corporis, per quam secus foemineum et subolem prodere et nomen solet acquirere generi, eam longiore ab *incuria* liberat, facit sumere habitum puriorum, et in speciem levigari nondum duri atque striculi fusionis. Partem eam corporis longiore ab *incuria* liberari id nescio quid sit, inquit Steuechius: fortasse an dici possit auctorem scripsisse, longiore ab interula liberat. Pari errore corrigit eodem libro: quid nouatio et reuelatio pudendorum? sibi persuasissimum

fissimum in antiquis codd. fuisse *noudatio*. At saltem originem vocis *nouacula* cogitasset. Neque enim ignorare potuit frequentissimum hodieque in Italia et Hispania totoque Oriente morem. Nec placet, *genericum, longiore*, quod ipse et Romani subiiciunt, offensi velut repetitione prouocabuli. Quare et Behotius lib. 3. Apop. cap. 5. *Parte ista*, scribit superius: et Salmasius edidit: *generi, tum longiore*. Atqui scitus est Pleonasmus. Plautus Pseudolo (act. 1. sc. 5. v. 114.): *Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit, Eam circumducam lepide lenonem*. Liuius lib. 1. (cap. 19.) *regno ita potitus urbem nouam conditam vi et armis, iure eam legibusque et moribus de integro condere parat*. Iterumque de Lucretia (lib. 1. cap. 58.): *culturum, quem sub ueste habebat, eum in corde defigit*. Male denique Steuechius delet τὸ facit, et enallagen somniat in sumere et leuigari, pro sumebat et leuigabatur. quod ad mulierem ipsam ea verba pertineant, quae puriorem habitum sumserit, non aliam sumere fecerit. Immo mulier facit et curat partem illam sumere habitum puriorem, partem illam leuigari et iuuenescere. Quare et frustra Behotius dubitat, num melius sit vadit.



## C A P V T XXIV

*Appuleius tribus locis corre-  
tus. Pulcritudine honestati  
virentis. Sedali. Officis,  
Glossarium correctum. Proxi-  
mū. Cicero defensus. Plauto  
verus lectio restituta. Patro-  
nus an cliens propior. Clien-*

*tes periculis iudicariis patrono-  
rum adlocuti. Iustino Ius.  
Proximum argumentum. Ho-  
mo iustus et morum. Homo  
temporum. Avgvstos Rgwtor nq  
morw. Curtio lectio veteris fir-  
mata.*

**A**ppuleius in *Apologiae Quippe eius (coelitis Vene-  
ris) Amorem non amoenum et lascivium, sed contra  
incontum et serium, pulcritudine honestatis  
virtutis amatoribus suis conciliare et si quando decora  
corpora commendat a contumelia eorum proced absterre.*  
Catalobonus, *incorruptum, et, virtutis amorem amatori-  
bus. Meursius; eum vult, et interpretatur: Eum, scili-  
ter Amorem Veneris coelitis, amatoribus suis, honestati-  
s pulcritudine virtutis, conciliare non amorem lascivium  
et amoenum, sed incontum et serium. Ehmenhorstius  
edidit ex Flor. *virtutes*. Atqui *virtutes corpora non sunt,*  
*et de Socratica, hoc est, casta inindecessio* lequel aucto-  
rem et contextus et haec philosophiae ratio evincit. *Vni-  
ca litera impedit viros optimos, et scribendum: sed  
contra incontum et serium, pulcritudine honestatos virtutis  
amatoribus suis conciliare.* Amor ille incontus et  
serius, inquit, *τὸν ἔρωτα τὸν ἔρεσθην*, non formae  
bono, sed virtutis pulcritudine commendat: atque inter  
eum, qui hac honestatus sit, amatoremque leno est.  
Non curat igitur, an *οὐ ἐγώιεν* formosus sit, modo in-  
dolem habeat virtuti factam. Si tamen quando decora  
etiam corpora commendat et conciliat, non florem aeta-  
tis in iis consecitari *τὸν ἔρεσθην* patitur, sed ab eorum  
contumelia illum absterret. *Contumelia*, ut apud Cice-  
roneum de haruspicum responsis: *atque ibi piratarum  
contumelias perpessus, etiam Cilicum libidines Barbaro-  
rumque satiavit. Liuius: quae aetas formaque, miseri-  
cordiam**

*cordiam elicere poterat, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt.* Ut Graecis οὐβεῖς et ei cognata; de quibus vbertim docteque vt omnia, ad Tyrium Maximum vir incomparabilis, nostrorumque olim studiorum benignissimus fautor, Daniel Heinsius. Nihil praeterea in Appuleii verbis vitii est. *A contumelia eorum absterrere*, intellige Amorem Coelitis Veneris amatores, si tamen hoc notari dignum, ne placeat, quod nonnemini, abstinere aut abhorrire, aut contumeliam. Eadem Apologia: *Prome tu librum ex Graecis meis.* Si quos forte hic amici habuere, sedulique Naturalium Quæstionum: atque eum maxime, in quo plura de piscium genere tractata sunt. Lipsius emendat: *sed utique Naturalium Q.* vti ediderunt Wouuerius, Gentilis, et alii. Sed et Caſaubonus, omnino ait ita legendum, nam illud vulgatum *sedulique* ineptum esse. Acidalius ad Velleium temere vulgatum mutari a viro magno statuit, et *sedulus naturalium quæſtionum* vult dici, vt Gellio, *Plauti non indiligens.* Nimirum fugit eos, quos auctor dicebat *sedulos.* Id eruditæ nos docet Glossarium vetus: *Sedule σπεδαῖος.* *Sedulitas πρεσβεῖα, σπεδὴ.* *Sedulus, officiosus, μόνιμος καὶ σπεδαῖος.* Ita scribendum. non *efficioſus.* Vox non poterat melior dari ad explicandam alteram. Idem Glossarium: *Officium, φρόντισμα, ὑπηρεσία.* Petronius: *At ego ne mea quidem vestimenta ab officioso recepiſsem.* Statius: *Ego tamen huic operi, non ut unus e turba, nec tantum quasi officiosus, assilui.* *Seduli* igitur, qui alteri adſunt, apparent, officium præſtant: vt hic reo Appuleio aduocati, quos proximos dicit Cicero in Verrem. Lib. 5. cap. 64. *Cum haec omnia, quae pollicor, cumulate proximis tuis plana fecero.* Vbi fruſtra Laibinus haeret, fruſtra Lipsius corrigit: *diebus proximis plana fecero:* quod totum caput est 19. lib. 2. Var. Lect. Nam proximi ſunt aduocati et studioſi Verris, qui in iudicio aderant, qui in rei ſubſelliis: vt recte cepit Hotomannus. Lib. 2. (c. 44.) eiusdem operis: *Videtis illum,*

illum, qui tabulas tenet, qui scribit, qui monet, qui proximus est. Plautus Mostell. a. 2. sc. 1. *Pluma haud interest, patronus an cliens propior sit Homini, quo nilla in pectore est audacia.* Ita legendum: non potius, ut Lambinus; non probior, ut Scioppius; multo minus propior, ut Salmasius. Nihil interest, periclitanti adsit, proximus sit potius ut patronus, an ut cliens. *et propior resoluendum in magis prope.* Vtrumque autem genus aduocatorum. Vnde apud Iustinum lib. 17. Chion et Leonides conspirati in Clearchum, et accedentes tyrannum specie litis, *quinquaginta cognatos, veluti clientes, in infidiis locant.* id est, aduocatos, officiosos, studiosos. Solebant enim clientes patronorum pericula in iudiciis excipere, *dicas te aliorum ides η Σημιας οφελοντων δημοσιας αρχηγονος εχσας τιμητας εκ των idion λυθον χειματων,* ut ait Dionysius: et multo magis illis aduocationem praestare, tam Romae. quam in Graecia. Nepos Timotheo (c. 4.): *Cum Athenis adolescentulus causam diceret, non solum amici hospites que ad eum defendendum conuenerunt, sed etiam in eis Iason tyrannus.* Sic proximi extra hanc causam, qui circa sunt, qui lateri haerent, et frequenter nobiscum sunt. Cicero II. ad Att. cap. 25. *quibus erroribus et miseriis proximi utinam mederi maluissent, quam obesse.* In Pisonem (cap. 32.): *Caesar me sui totius consulatus, eorumque honorum, quos cum proximis communicauit, solum esse voluit.* Sic proximum argumentum Appuleio in hac ipsa Apologia, praesens, praesentissimae fidei: *tam aptam coniecturam? tam proximum argumentum.* Minutius Felix (Octav. p. 40. ed. Wouv.): *Quid Mantuanus Maro? nonne apertius, proximus, verius?* Quae etiam male coniecturis vexarunt. Tertullianus de testim. animalium: *si ea quae tam facilia, tam assidua, tam proxima hodie sunt.* Proximi igitur quoque qui seduli. Horat. lib. I. Ep. 7. (v. 8.) *Officiosaque sedulitas et opella forensis.* Pedo Albinuanus in mortem Drusi:

*Certat*

*Certat onus letti generosa subire iuuentus,  
Et studet officio sedula colla dare.*

Vnde liquet, distinctionem solum mutandam: *Promet tu librum ex Graecis meis ( si quos forte hic amici habuere sedulique) Naturalium Quaestionum.* Eadem apologia: *Homo iustus et morum dedit operam, quod male partum erat, ut male periret.* Haec vetus et Ms. etiam Flor. lectio est. Beroaldus primum asterisco notauit ut vitiosam aut defectam. Coluius supplet: *et morum integer.* Steuechius, *homo iustus ex more:* quod nunc quoque alii pro suo adoptant, indubie tamen aliquid putant deesse. Casaubonus voluerat: *homo iustus et verus.* quod in contextum quarundam editionum migravit. Sc. Gentilis, *et morum haud spennendus.* Quantacumque sit haec conspiratio, non efficiet, ut nos de fide atque integritate horum verborum vel minimum dubitemus. *Mores κατ' ἔξοχην* ponuntur interdum pro bonis moribus, seu civili honestaque viuendi ratione. Seneca Agamemn. *Periere mores, ius, decus.* Statius lib. 12. Thebaid. (v.165.) *bello cogendus et armis In mores hominemque Creon.* Hic ergo *homo iustus, et morum,* qui *integer vitae scelerisque purus est,* cuius omnes temperati moderatique mores. Accipienda haec *κατ' αὐτίστατην.* Curtius l. 5. c. 3. *Madates erat regionis praefectus, haud sane temporum homo, quippe ultima pro fide experiri decreuerat.* Ita Modius ex MSS. nec villa parte dissentientia excepit duum codicum: ita, qui familiam dicit, omnium antiquissimus Florentinus. Nam ne hic quidem reliquerunt intactum, qui tantum sibi in scriptis veterum permisere, subiecto, *huius regionis praefectus, haud sane temporum multorum homo.* At Curtius *hominem temporum* dixit, qui ex temporibus et fortuna pendet, qui totus ad temporum varietatem se componit ac mutat. Tale est, in declamatione sexta Fabio attributarum: *Illa exempli mulier, illa seculi decus.* Et *iudicium exempli, in eadem:*

*cum iudicium agatur exempli, tandem causam suam intellegere.* Tertullianus aduersus Marcionem lib. 4. *Excidit ei vel de Petro, legis homine.* Nec valde differt apud auctorem declamationis pro Cicerone in Sallustium (c. 2): *numquid Scipiones et Metelli ante fuerint aut opinionis aut gloriae, quam eos res gestae et vita innocentissime ab ea commendauit.* Quae tamen audaciora sunt, quam illa Curtii et Appuleii. Videtur in his plerisque subaudiri apud Graecos ὅλος, apud Latinos totus. Aristea de 70 interpretibus: αἱδί εἰσὶν ἀνθρώποι· βρωτῶν καὶ ποτῶν καὶ σκέπης οὐ γάρ πᾶσαι διαθεσις αὐτῶν ἐπὶ ταῦτα καταφεύγει. B. Apostolus in posteriore ad Thessalonicenses 2, 3. καὶ αἴποκαλυφθῆ ὁ ἀνθρώπος τῆς αἰματιας. Et revelatus fuerit homo peccati. Demosthenes de falsa legatione: ὅτι μοι δοκεῖσιν ἀπαντεις οἱ περὶ ἡμῖν αἰγῶνες ἐχὶ ηττου τῶν καιρῶν οὐ τῶν πρεγμάτων εἶναι. Cicero pro Cluentio (cap. 50.): *Omnes enim illae orationes causarum, et temporum sunt, non hominum ipsorum, et patronorum.* Illud totus additum apud Liuium lib. 3. (cap. 36.) *Hominum, non causarum, toti erant, apud quos gratia vim aequi aequarat.* Seneca de benef. lib. 7. cap. 26. *alius ab domini seruit, alius lucri totus est.* Plinius lib. 5. epist. 16. *Expulsiisque virtutibus aliis, pietatis est totus.*



## C A P V T    X X V

*T. Liuii constituerit et declaratus locus. Adiutorium vim, arrerare. Excepit, non Latinum. Decernere non dicebatur populus Romanus. Usurpare ius. Usurpare ius vi adempta. Vis et imago vel species. Patres auctores comitiis, ut Tutores pupillis auctores. Senatus auctoritas. Ea infracta Publili Voleronis et Laetorii rogationibus de tributis comitiis. Item legi Horatia et Hortensia de plebiscitis. Plebe scita et Senatus consule a interdum de iisdem rebus interposita. Unde idem ex Pl. et SC. gestum aliis atque aliis scriptoribus sine uitio dicitur. Infracta et legis Sextiae Liciniae extorta approbatione. Eversa et precaria facta legibus Publilia et Mac-*

*nia. Man. Ciriis quomodo e quando Patres auctores fieri coegerit comitiis, quibus plebius Consul creabatur. Reprehendere. Patres olim et reprehensorum comitorum. Sallustio utilis opera data. Quo Tribuni nos plebei modo. Libera ab auctoribus Patriciis comitia. Quo modo plabs Romana, que pro aliis tolerabat, pro se agere vel non agere iubebatur. Quomodo nobiles bello persequi cum suis imaginibus Mitridatenses. Detorium, et oxulum reliquias. Tribuni seditionis rogationibus cogebant interdum adscriptis verbis Patres auctores fieri. Sulla restituere ius. Patribus voluit. Quomodo id Patres de eis causa usurparint.*

**Q**uod Cicero scribit lib. 3. (cap. 10.) de legibus, plebs Romanae ita datum libertatem, ut multis praeclarissimis adduceretur, et auctoritati principum cederet: eius rei argumentum est, quod significat Liuius l. i. c. 17. in interregno post Romulum: *Patres ita gratiam sineunt, summa potestate populo permissa, ut non plus darent iuris quam retinerent. decreuerunt enim, ut cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent: hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem ius vi adempta. priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitorum euentum Patres auctores fiunt: Haec quum primum scriberentur, nihil habebant obscuritatis; nunc dudum doctissimos et veterum peritissimos exercuerunt. Glareanus probat vi ademptum, quod olim leggebatur; putat autem oblique Iuliun Caesar-*

rem denotari, quem propter Augustum nominare sit veritus; nisi quis maluerit ad eius seculi seditiones referre, quod Caesarum praecessit. Neque aliter ad Sallustium legit Ciacconius: et si sciret a MSS. Sigonium restituisse, *vi adempta*; meo iudicio recte: sed interpretatur perperam. Nempe, hodie, inquit, usurpatur idem ius, nisi fortasse vis aliqua fiat a Tribuno plebis, qui sine auctoritate Senatus cum populo agat. Non haec Liuii mens, etiamsi Latinum esset, ut esse vix putamus: *adimo vim, aīrī rōū excipio, vel exceptam volo vim.* Eodem tamen relabitur Turnebus lib. II. Aduers. 17. viiis enim primo bene cepisse, prodit se, quum subiicit: „sed, ut ante comitia, in incertum tamen euenterunt, auctores fierent. neque enim plerunque, quod censuerant, populus decernebat: interdum etiam vi facta ne auctores quidem fiebant.“ Ne dicam de *exuperatione illa populum decernere.* Henr. Stephanus lib. I. Schedia. cap. 24. *idem ius vi adeptum.* Vin. Pighius ad annum V. C. 466. *usurpatur inde ius vi adeptum:* vim putat esse legis Maeniae: et dici ab Liuio, suo quoque tempore in comitiis ius quoddam vi paratum, hac lege Maenia scilicet, usurpari ex illo primo Patrum iure proueniens. Quae omnia mihi longe remota a sententia Liuii videntur. *Usurpare ius,* est facere, quod documentum fit nostri iuris et potestatis. Lib. 3. (cap. 71.) *quoniam more Ardeates Aricinique, cuius agri ius nunquam usurparerint incolumi Coriolana re, eum se a populo Romano intercepturos sperent?* Lib. 5. (cap. 12.) *non tamen ultra processum, quam ut unus ex plebe, usurpandi iuris causa,* P. Licinius Calvus, Tribunus militum consulari potestate eraretur. Lib. 41. (cap. 10.) *palam res odiosas fieri, etiam usurpandi iuris causa.* Tacitus lib. 4. Hist. (c. 25.) *Tum e seditionis unum vinciri iubet, magis usurpandi iuris, quam quia unius culpa foret.* At *usurpare ius vi adempta* est solennibus quibusdam peractis testari ius tuum, et si ut eo idque exequi prohibearis. Ut hodie que

que Principes amissa regna titulis retinenter. Ut Caesar ciuitates quondam Germanico imperio socias, postea Hispanis transmissas et destitutas, nunc libertate armis vindicata Belgico concilio adscriptas (interque alias eam ubi haec scribebamus) ad conuentus procerum literis publice missis citat. Distinguunt Liuinius inter usurpationem iuris et vim, ut Tacitus vim et imaginem separare solet. Lib. 3. annal. (cap. 60.) Tiberius vim principatus fibi firmans, imaginem antiquitatis Senatui praebebat. Lib. 15. (c. 14.) Vasaces imaginem retainendi donandive penes nos, vim penes Parthos memorat. Sic Liuinus lib. 28. (cap. 24.) componit vim imperii abstulisse et speciem dictio parentium seruare. Et Cicero vera comitia curiata et illa ad speciem atque ad usurpationem vetustatis per triginta lectores adumbrata, secunda agraria. (cap. 12.) Patres ex antiquo obtinebant, uti comitiis, quaeque illic agerentur, auctores essent. Quod a patre et populi et Senatus Romulo acceperant. Dionysius (lib. 2. ed. Sylb. p. 87.) Τῷ δὲ δημοτικῷ πλήθες τρία ταῦτα ἐπέτρεψεν, αἱρεχαιρεσιάζειν τε καὶ νόμος ἐπικυρεῖν, καὶ περὶ πολέμων διαγνώσκειν, ὅταν ὁ Βασιλεὺς ἔφη, εὖτε τέτων ἔχοντι τὴν ἐξουσίαν ανεπίληπτον, ἀν μὴ καὶ τῇ βελῃ ταῦτα δοκῆ. Eius iuris haec vis erat, ut quod iussisset populus, lex ratumque esset, si Patres approbassent: hi si auctoritatem suam adiungere recusarent, ut ad irritum recideret. Perinde ut in iure civili tutorem δεῖ αὐθεντεῖν ἐν τοις γυγνομένοις ὑπὸ τῆς πεπίλας, καὶ τὸ μὴ κατ' αὐθεντίαν τέττα πραχθὲν, εὖτε γεγονέναι δοκεῖ, ut ait Theophilus: hoc est, oportet in quibusdam, quae a pupillo geruntur, auctorem esse: et si quid sine auctoritate illius factum fuerit, nihil factum esse videtur. Exemplum apud Plutarchum in Coriolano: eum exsulem plebs fortuna et impetu hominis perterrefacta reuocabat: non placuit Patribus: itaque ἐξενεχθείσης τῆς γνώμης εἰς τὰς πολλὰς ὁ μὲν δῆμος ἄκυρος οὐ τῷ ψήφῳ καὶ νόμῳ τι ποιεῖ ἀνευ προβλεύματος. Haec toties

## OBSERVATIONVM

toties antiquis commemorata *Senatus auctoritas*, *Patrum auctoritas*. Cicero lib. 3. de legibus (cap. 12.): *Nam ita se res habet, ut si Senatus dominus (non vt tyrannus dominus Latinis, sed vt Graecis κύρος, auctor) sit consilii publici, quodque is creuerit, defendant omnes, et si ordines reliqui, principis ordinis consilio rempublicam gubernari velint; possit ex temperatione iuris, cum Potestas in populo, Auctoritas in Senatu sit, teneri ille moderatus et concors ciuitatis status. praesertim si proximae legi parabitur. nam proximum est: Is ordo vitio vacato.* Eam boni et bonarum partium homines semper conferuarunt: at illi, qui multititudini, quae dicarent facerentque, probare contendebant, popularis aurae captatores, varie imminuerunt. Pro Sextio Cicero, (cap. 46.) quae bonorum tuenda principibus et vel capitis periculo defendenda praecipit, nominans: *Religiones, auspicia, potestates magistrorum, Senatus auctoritas, leges, mos maiorum* etc. Initium minuendi iuris huius Patrum factum est comitiis, quibus Seruius Tullius rex creatus est. Is enim suffragiis plebis contentus, χαίρεν τῇ Εὐλῃ Φρέσκαις; η ἐπιχωτευ ἐπικαιρόσσι τὰ τῷ ἀπορτινῆ πλῆθες, ὥσπερ τεττή ποιεῖν ἔδος ήν, κατέσχε τὴν αρχὴν, vt scribit Dionysius lib. 4. (ed. Sylb. p. 218.) Maiorem plagam accepit tributis comitiis Publilia ac Laetoria lege introductis et Patribus ex concilio plebis submotis, Linius l. 2. a c. 56. Relictum Patribus Patriciisque, vt essent auctores centuriatorum et curiaturum comitiorum, vt appellat eos Cicero: et si Patricii, vt cuique aliquid acciderit, quare commodius sit esse plebeium, se plebeis adoptandos dederint, breui futurum ait, *vt populus Romanus neque regem sacerorum, neque flamines, nec satios habeat, nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes, neque auctores centuriatorum et curiaturum comitiorum: in oratione pro domo.* (cap. 14.) Nocuerunt quoque Hotatia et Hortensia leges, vt plebiscita etiam Patricios obligarent: inuitis

inuitis enim vi plurimum iniungebantur, nec refutandi copia erat. Sed Patres retinendi iuris causa Senatusconsultis eadem sanciebant, vt ita, quae plebes iussisset, iis parere magis ob decretum ordinis sui, quam honore plebis viderentur. Vnde fit, vt quae *ex plebeiscito facta vel gesta sunt, eadem interdum ex Senatusconsulto facta vel gesta esse veteribus dicantur.* Non quasi plebiscita, quae Senatus approbare esset coactus, *Senatusconsultorum nomen obtinerent, quod excidit nonnemini:* sed quia in iisdem rebus intercesserat vtruanque, et honestior auctor erat Senatus, vbi vtrouis vocabulo vti licet, et ipsi quandoque qui res gesserunt, et eorum exemplo scriptores, *Senatusconsultum nominare maluerunt.* Sic Pompeius se *Imp. iterum, Praefectum clas- sis et orae maritimae ex S.C. in numismatibus antiquis vocare maluit,* et Velleius ipsum. (Lib. 2, cap. 31.) Certe Velleius: nam nummos dubitare possis, vtrum praferant *ex S.C. habuisse Pompeium hanc curationem, an S.C. iussos triumuiros auro, argento, aere hanc memoriam prodere.* Sic de reditu Ciceronis simul et Plebiscitum et *Senatusconsultum factum est, vt ex tertio ad Atticum videre est: epistola 23. habet caput vnum Plebisciti: epis- tola 26. scribit, se lationem exspectare: si obrectetur, usurum auctoritate Senatus, et potius vita quam patria caritatum. Grauius autem hoc ius Patrum concussum est post tribunicias rogationes de modo agrorum, de fo- no, de altero consulatu acceptas: tum enim *quia Pa- tricis se autores futuros negabant, prope secessionem ple- bis res terribilesque alias minas ciuilium certaminum venit:* nec prius concordia rediit, quam facto S.C. *vt Patres autores omnibus eius anni comitiis fierent,* vt refert Liuius lib. 6. extremo. Sed haec ipsa vis, et si mali exempli, iuris tamen Patrum quodammodo affirmatio est: nisi enim reverentiam eius aliquam habuissent, et verum putassent comitiis iussa non valere sine auctoritate Senatus, non eam minis tantis et terroribus accede-*

re

re fibi coëgissent. Dein adeo praegrauauit plebis potentia, ut anno ab V. C. 414. Q. Publilius Philo Dictator rogationem male popularem pertulerit, qua *legum, quae comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium, Patres auctores fieri iubebantur*, teste Liuio lib. 8. c. 12. Quam confirmatam vel repetitam postea fuisse lege Maenia suspicari licet ex Ciceronis Bruto (cap. 14.), vbi de Curio: *quod is Tribunus plebis, interrege Appio Caeco, comitia contra leges habente, quum de plebe Consules non accipiebat, Patres ante auctores fieri coegerit: quod fuerit permagnum nondum lege Maenia lata.* Meminit eiusdem rei Aurelius Victor, in eodem Man. Curio Dentato: *Tribunus plebis Patres auctores fieri coegerit comitiis, quibus plebeius magistratus creabatur.* Non enim curiata comitia illa, vt quidam ad hunc locum fabulatur, sed centuriata fuere, quippe quae Consulum fuerint. Atque id accidisse (vt etiam notauit Pighius) anno V.C. 445. credibile facit Liuius l. 10. (cap. 11.) et si vix satis hic intentus: *Eo anno (nec traditur causa) interregnū initum. interreges fuere Ap. Claudius, dein P. Sulpicius. is comitia consularia habuit.* Videtur immo et Appius habuisse, quicumque deinde ante illum interrex fuerit: et videtur insita pertinacia reddere Patriis alterum Consulatum tentasse, eoque nullius de plebe candidatorum rationem habuisse: idque cum repugnante Man. Curio Dentato Tribuno plebis perfidere nequisset, interregno abiisse, non peractis comitiis. Coëgisse autem Patres, ante auctores fieri potest Curius, si induxit tribus, vt consentirent non ferre suffragium, nisi iam tum ante initum suffragium Patres auctores fierent, seu confirmarent SC. se quicumque fierent pro tribu, nomina accepturos. Quod vbi obstinatum plebi, diutius autem vacare summo imperio rempublicam periculosum, desierunt iniustiam obtainere velle, et legi Sextiae Liciniae concessere. Respexit eodem Victor, quum capite sequenti de Appio: *Ne Consulatus cum plebeis communicaretur, acerrime restitit.*

*restitit.* Falluntur enim, qui hoc referunt ad App. Claudio Crassum nepotem Decemviri, A. V. C. 386. legi Liciniae de Consulatu cum plebe communicando. vehementer aduersatum: nisi eundem, qui tunc legem Liciniam diffusasit anno prope nonagesimo post volunt etiam pacem cum Pyrrho diremisse. Commodo autem Tribunatus Curii coniicitur in hunc annum, quum octennio post Consul de Samnitibus, Sabinis et Lucanis triumpharit. Hae Publicia Maeniaque leges plane *iuris* tantum *vsurpandi* facultatem Patribus reliquerunt, *vim* ademerunt: neque ultra licuit auctoritatem negando irrita reddere, quae populo comitiis placuissent. Quo respiciens etiam Cicero ait amisisse Patres, *ut reprehensores essent comitiorum*, hoc est, reprehenderent et rescinderent non adprobando comitiis perlata. In oratione pro Plancio (cap. 3.): *Nam si ita esset, quod Patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum, id habarent iudices. quod multo minus est ferendum. tum enim magistratum non gerebat is, qui ceperat, si Patres auctiores non essent facti.* Sic reprehendere pro irritum reddere in orat. 2. agraria (cap. II.): *Maiores de omnibus magistratibus bis vos sententiam ferre voluerunt, ut esset reprehendendi potestas, si populum beneficij sui poeniteret.* Eodem digitum intendit Sallustius in lib. 3. (pag. 972. ed. Cort.) Historiarum, in oratione Macri Licinii Tribuni plebis: *ne vos ad virilia illa vocem, quo Tribunos plebei modo, Patricium magistratum, libera ab auctoribus Patriciis suffragia maiores vestri parauere.* Haec vetus et veterum librorum optima scriptura est, quam homines doctissimi lima sua detriuerunt. Carrio, *quo Tribunis plebei mandando.* Ciacconius: *queis Tribunos plebei, Patricium: aut, queis Tribunos plebei, modo Patricium.* Ful. Vrsinus: *queis Tribunos pl. modo, modo Patricium.* Aus. Popma: *quom Tribunos plebes, modo Patricium.* Perinde est quasi dixisset: illa virilia, *vt parauerint Tribunos,*

nos, vt Consulatum, vt suffragia non adstricta approbationi Patrum. Nam, quo *Tribunos plebei modo*, eleganti τμόes dictum, autē τε quomodo *Tribunos plebei*, et illud quomodo ad duo sequentia intellectu repetendum est. *Lbera ab auctoribus Patriciis suffragia* sunt non dependentia a ratihabitione, vt loquuntur Iurisconsulti, et auctoritate Patrum, non obnoxia istis auctoribus et reprehensionibus: quod quidem lege Publilia et Maenia comparatum est. Nam ne hoc quidem cepit Ciacconius. Ait enim: et vt postquam Patres omnia, quae populus in comitiis ageret, approbassent, tamen ipsi post haec libera haberent suffragia. Quid sibi vult illud *tamen*? Immo ideo maxime et nimis libera erant suffragia, quod Patres et concilio plebis erant exclusi et non possent non approbare, quicquid in comitiis populus ageret. Sed et quae proxime sequuntur, pessime his connectit Ciacconius. Facit loquentem Macrum: et si ad haec virilia vos non shorter, tamen quamvis potestas in vobis sit, Iouem potius consultorem expectatis, quamvis vobis in ipsi consulitis. Quae autem haec oratio? Artificium Tribuni est admonendo suadere, quae se negat suadere. Vult enim populum sibi ipsum restituere tribuniciam potestatem pleno iure, quod imminuerat Sulla; non exspectare Patres aut Pompeium. Dicit ergo: *Dein (ne vos ad virilia illa vocem, quo *Tribunos plebei modo*, Patricium magistratum, libera ab auctoribus Patriciis suffragia maiores vestri parauere) quum vis omnis, Quirites, in vobis sit, ut, quae iussa nunc pro aliis toleratis, iam pro vobis agere aut non agere possitis.* Intelligo ad hanc clausulam, censio faciendum ex superioribus: dixerat enim: *Quid censes igitur, aliquis vestrum subiecerit. Primum omnium omittendum illum morem*, etc. Dein. Pro aliis comitia inibant honores mandaturi solis Patriciis: pro aliis capiebant arma, et tolerabant militias, vt Patriciis nascerentur triumphi. At vos, quid possitis, noscite, et sine ad comitia acceditis, pro nobis ea celebrate, et vestrorum

fratribus quoque hominum in illis rationem habete; siue  
 ad arma eundum est, pugnate pro vobis, et date operari;  
 ut ad vos quoque praemia bellici laboris veniant; non a  
 patreis intercipiantur. Quod si haec quandoque non  
 agere inauultis, curate, vt diceat non agere pro vobis;  
 hoc est, non vt interiu, dum vos quietis, illi domi-  
 nentur, et securiorem potentiam habent: sed vt quiet-  
 scatis pro vobis et vestrorum comitiorum ergo. Nihil  
 autem horum obtinebitis, nisi restitutis, in quem  
 accepistis, locum tribunis. Hic finitur haec senten-  
 tia. Illud, *Iouem aut alium quem deum, nota*  
*ignauiae exprobatio est.* Et, vt minus appareat vim  
 fastigii, saltem suader paullo post, vetus telum re-  
 ferant, detrectent militiam, non dent nomina ad dele-  
 dum. Hoc enim velunt: *magis vti requiem capiatis:*  
*Et ita tuncmodo ne amplius sanguinem vestrum praebetis,* reasco. Gerant habeantque suo modo imperia:  
*quasranc triumphos:* Mithridateim, Sertorium et reli-  
*quias exsultum persequantur cum imaginibus suis,* abfit  
 periculum et labor, quibus nulla pars fructus est. Vbi  
 inserunt Ciacconius et Vrsinus: ab iis abfit. quasi non  
 multo antiquius haec intelligentur. Illud scitum et ama-  
 rum: *persequantur cum imaginibus suis:* vt ad Alexan-  
 drum seditioni milites, iubentes eum solum cum patre suo  
*Hammone inire bellum,* apud Iustinum lib. 12. (c. II.)  
 Ne Patricius quidem cum Ciacconia et aliis in *Patribus*  
 mutare ausim, et si ad sensum nihil interficit, ob Liuui  
 lib. 6. et Cicero his in orat. pro domo regba. Quum igit  
 tur hoc ius amississent Patres, atq; ne requisitis quidem  
 illis, quos aduersarios sciebant, perferebant leges: alii  
 violentius ipsis legibus hoc addebant, vt, quantumuis  
 inuiti, auctores fierent. Ut Appuleius Saturninus, εἰ  
 κυρώσετε τὸν νόμον ὁ δῆμος, τὴν Βελὴν πένθη ἡμέρας  
 ἐπομόσα πειθήσεων τῷ νόμῳ, vt est apud Appianum  
 lib. 1. ἐμφυλ. Ut Cornelius προσέγενετο τῷ νόμῳ,  
 τὴν τε Βελὴν πάντας περὶ αὐτῶν προβελούειν, apud  
 Dio-

Dionem lib. 36. Tentauerunt ius antiquum Patribus restituere Sulla et Q. Pompeius Consules: εἰσηγήσαντό τε, inquit Appian. lib. I. ἐμφ. μηδὲν ἔτι αὐτοῦ βάλευσιν οἱ τὸν δῆμον ἐσφέρεσθαι νομοσιμένον μὲν ἔτοι καὶ πάλαι, περιβαλευμένον δὲ ἐκ πολλῶν καὶ τὰς χειροτονίας μὴ καταὶ Φυλᾶς, αὐλᾶς κατὰ λόχων, ἀς Τέλλιος Βαρδεὺς ἔταξε, γέγνεσθαι. Sed hoc si decretum est, non diu valuit, utique restituta tribunicia potestate. Itaque Patres, dicens tantum et usurpandi iuris sine vi causa, in ordinariis magistratuin, sed et in legum comitiis, etiam non desiderati, modo rei non aduersarentur, vltro, quod ait Liuius, auctores siebant: antequam suffragia ferrentur, dubio etiam et incerto, quo inclinaturus esset populus, decerniebant rata et ex sua auctoritate fore, quae populus esset iussurus. In incertum cœnatum quid dixerit Liuius, ipse interpretatur lib. 43. (c. 14.) *Consules comparare inter se Italiam et Macedoniam auctoritatem placuit; priusquam id fors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti ficeret, in utramque provinciam, quod res desideraret supplementi, decerni.*



**IOH. FREDER. GRONOVI<sup>I</sup>**  
**OBSERVATIONVM**  
**LIBER SECUNDVS**





IOH. FREDER. GRONOVI<sup>I</sup>  
OBSERVATIONVM  
LIBER SECUNDVS

---

CAPVT I

*Plauti locus illustratus. Mol-  
lis manus chirurgorum. Mer-  
curii est demulctu virgae so-  
mnos ducere. Ducere somnum.  
Auctor Herculis Furensis de-  
fensus. Tractim tangere ali-  
quem vt dormiat. Tactu of-  
fendebant magi, et tactu leua-  
bantur offensiones. Silii vetus  
lectio bis asserta. Strabo de-  
fensus. Επωδοι Ἐφαντέμου.*

*Praecantatores. Macrobius il-  
lustratus. Mulcere uera. Ra-  
dere corpora tractim. Lucre-  
tius bis correctus apud Fulgen-  
tium. Tractare vulnera, of-  
ficium. Minus uno, minus par-  
te, et similia. Tota acies par-  
tus. Manilii probata MS.  
lectio. Explicata lex i. n. 9.  
D. de aedil. edicto. Ouidius dif-  
ficillimo loco tentatus.*



Eineantem a Thebano portu solito maturius do-  
minus, partim heri iussu, partim vt euangelia  
caperet, Sofiam personatus Sosia Mercurius  
in Amphitri. Act. i. sc. i. (v. 156.) inter alios saeuos iocos ita  
excipit: *Quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat?* Disputant eruditii, vnde sit petita haec loquendi ratio;  
Volunt autem a nutriculis, quae βανκαλίσσαι etiam

palma leniuscule pusiones difficilius dormientes mulceant. Memini, quod huc faciat, legisse apud Platonem lib. 6. de legibus: ηνικας γαρ αν πε βεληθωσι καταικομικεσν τα δυσπνηντα των παιδων αι μητρέρες, ωχ ησυχιαν αυτοις προσφέρεσσιν, αλλα τεναντιον κινησιν εν ταις αγκάλαις αεισθαν, καὶ β σιγην, αλλα τινα μελαθαν. Et conueniunt delicati illi Theocriti versus in Ηρακλίσκῳ (v.6.)

Απτομέναι δὲ γυναι κεφαλαις μιθήσατο παιδῶν.  
Εῦδετ, ἐμαὶ Βρέφεσ, γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὑπνον,  
Εῦδετ ἐμαὶ ψυχαῖ, δύ αἰδελφεως ἔυσοα τέκνα.  
Ολβίοις ἐναξοῖσθε καὶ ὅλβιοις αὖ ἵκοισθε.

Non tamen huc respexisse Plautum crediderim. Gebhardtus medicorum ritibus hanc formulam acceptam refert, qui mollem manum aegris imponere, et manu pendente tractimque istis somnum conciliare soliti sint. De molli manu scio quidem, et saepe eam inculcat Caelius Aurelianus: cuius verba nonnulla adscribenda, ut pateat, quis eius usus in curando fuerit. lib. 1. Acut. *Per interualla denique erit etiam oleo profundendum, et manibus leui- ter defricandum, sed non impressis.* Ibidem post paullo: *tunc residuum corpus oleo perungendum molli tactu ma- nuum.* Lib. 2. c. 6. *vt ea quae in corpore frigida fuerint mem- bra, blando tactu manibus continenter leui cum fricatio- ne vaporemus.* Lib. 1. Tard. *manu etiam calida et digitis molli tactu loca dolentia contingenda cum requie et silen- tio aegrotantis.* Aliis locis innumerabilibus. Silius:

*ligat inde et vellera molli*

*Circumdat tactu.*

Hinc clarum est, mollem manum medicorum nequam somno conciliando esse, sed partibus affectis calefaciendis et leniendis. Nihil ergo hic medicis Plautus debet. Cogitare debuissent, haec dici in persona Mercurii. is virgae demulctu somnos iniicere credebatur. seu, ut ait Orpheus, ἐνέρω ἔανδω Σέλγεν ὑπνοδάτιδι πάντας. Home-

Homerus: τῇ τὸν ἀνδρῶν ὄμματα θέλγε. Ouidius  
lib. I. Metam. (v. 715.)

*firmaque soporem  
Languida permulcens medicata corpora virga.*

Lib. 2. (v. 735.) de virga eius:

*qua somnos ducit et arcit.*

Iude factum, vt quicquid conciliat somnum, id *ducere somnos* diceretur. Horatio (Epod. 14, 3.) *pocula, Lethaeos ducentia somnos.* Seneca Hippolyto (v. 511.): *caespite aut nudo leues Duxisse somnos.* Martianus: (de Nupt. Phil. Lib. 1.) *crepitacula tinnitusque, quibus infantis somnum duceret.* Recte ergo dictum, nec reprehendendum est in Hercule Oetaeo (act. 2, v. 645.):

*Caespes Tyrio mollior oftro,  
Solet impauidos ducere somnos.*

id est, inuitare, arcessere. Tibullus lib. I. eleg. 2. (v. 79.)

*Nam neque tam plumae, nec fragula picta soporem,  
Nec sonitus placidae possit aquae.*

Sed de Mercurio iterum Ouidius (Met. II, 307.):

*Virgaque mouente soporem  
Virginis os tangit. tabitu iacet illa potenti.*

Et somnum *Deomoiῶν* Silius lib. 10. (v. 356.)

*tangens medicata corpora virga  
(tangens lethaea tempora virga.)*

non autem: *medicata corpora virga.* apud Ouid. est  
Met. I. v. 716.

*permulcens medicata lumina virga.)*

Vt Statius in 5. Silv. (4. v. 18.) *extremo me tange cacumine virgas.* Qui de Mercurio in Thebaide (2. v. 30.):

*Ni Deus horrentem diuino (ibi: lethaeo) vimine mulcens  
Languida tergemino domuisset lumina somno.*

Quae ideo addidi, vt rectius Plautinae locutionis indoles peruidetur. Singula enim verba hic explicantur: *sopor, tangere, ducere, permulcere.* *Tractim σύρειν* est in duobus posterioribus. Hinc inter ludibria artis magicae erat, vt praeter carmina tactu etiam offenderent, aut deuotiones soluerent. Maro (Aen. 7. v. 754.):

*Spargere qui somnos cantuque manuque solebat.*

Haec est *mala manus*, qua obiectum aliquid Sofiae putabat Amphitruo. Gratius Cyneg. (v. 362.)

*Aut tactu impositis mulcent pecuaria palmis.*

Silius Italicus lib. I. (v. 422.)

*Nec non serpentes diro exarmare veneno  
Ductus Atyr, tactuque graues sopire chelydros.*

Idem lib. 8. (v. 501.) de Marfis: *tactuque domare venena.* Plinius lib. 7. cap. 2. *Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium, genus hominum fuisse tradit, quos Ophionenes vocat, serpentium ictus contacatu leuare solitos et manu imposta venena extrahere corpori.* Lib. 28. c. 3. *vt ex his familiis, quae sunt terrori serpentibus, tactu ipso leuant percussos subiue medico.* Symmachus: *Quis Colchus aut Thessalus cantu et manu has offensiones levasset?* Sed et Ennodius, *digitis incantatorem Thessalum,* ait, *aut violentis euocare carminibus aspides.* Scio haec pridein ab aliis monita, quorum segetes non excantamus: sed repetenda fuerunt, vt frangeretur pertinacia eorum, qui noluerunt credere recte a Modio ex Ms. emendatum lib. 3. Sili (v. 300.):

*Marmoridae, medicum vulgus, strepuere cateruis:*

*Ad quorum cantus serpens oblita veneni;*

*Ad quorum tactus mites iacuere ceraestas.*

Itemque

Itemque lib. 5. (v. 354).

*Vngere vulnus*

*Herbarum hic succis, ferrumque e corpore cantu  
Exigere, et somnum tallo mifse chelydro,  
Anteibat cunctos.*

Strabō lib. 13. de Parianis: Ενταῦθα μυθέντοι τὸς ὄφεων γενεῖσι συγγένειαι τὰς ἔχειν πρὸς τὸς ὄφεων φύσεις. Φύσεις αὐτῶν τὰς δέξειν τοῖς ἐχιοδήτοις αἷνος εἶναι, συνεχῆς ἐφεπτομένες, ὥσπερ τὰς ἐπαρδές. Emendat Dausqueius συνεχῶς ἐπαρδομένες. Male, nam ἐπωδοὶ ipſi tactu vtebantur. Plinius (l. c.) de his ipſis non praeteritus Casaubono: *serpentium itus contactu leuare solitos et manu impoſita venena extrahere corporis.* Hi ἐπωδοὶ Latinis praecantatores. Augustinus in ferme de tempore: *Nullus sibi praecantatores adhibeat.* Et mox: *sed iterum dicis; aliquantes, si praecantatores non fuerint, aut de morsu serpentis aut de alia qualibet infirmitate prope usque ad mortem multi periclitantur.* Maintinet et alibi. Et tales intelligo praesantatriem apud Plautum Milite. (3, 1. v. 99.) Ex his quoque constat apud Macrobius lib. 2. ia Sominum Scipionis cap. 3. de Musica recte haberi: *Corporum quoque morbis medetur: nam hinc est, quod aegris remedia praefantes praecinere dicuntur:* nec addendam voculam mulieres vel anus, quae ob similitudinem praecedentis vocis *praefantes* exciderit, ut placebat Scipioni Gentili ad Appuleii Apologia. Neque enim praecantatores mulieres vel anus. Nam ut renuntiantur ad Plautum, ab isto quoque Mercurii musere tralatio ducta. Ludit verbis ambiguis: *trahim tangam illum, ut dormiat:* est et: *virgam utroque ducam super illius oculos, ut conniveat et sopiatur:* et praeterea: *Alapam ei ducam, repetamque toties, donec in ferreum soporem collocetur.* *Alapam ducere* Latinis (Phaedr. 5, 3, 2.) dicunt. Seruusque ante (v. 141): *hic pugnis fasiet hodie ut dormiam.* Hoc ipsum *trahim tangere*

*gere Lucretius mulcere et radere tractum dixerat, si dicimus  
set per editores. Lib. 4. vers. 138.*

*Vt nubes facile interdum concrescere in alto  
Cernimus et mundi speciem violare serenam,  
Aera mulcentes motu.*

Ita enim MSS. Codic. et bene Lambinus, pro quo supponit Gifanius: *Aera mulcentes motum. hoc est, coepit hircum mulgere. Nubes motu aera mulcentes sunt per aërem se lente trahentes. Cicero in Arateis (v. 87.).*

*At propter se aquila ardenti cum corpore portat  
Igniferum mulcens tremebundis aethera pennis.*

Non enim *malgens*, quod hic quoque applicat Gifanius Lib. 6. (v. 145.)

*Fit quoque enim interdum, ut non tam concurrenre nubes  
Frontibus aduersis possint, quam de latere ire,  
Diuerso motu radentes corpora tractum.*

Sic scripsimus, cum in optimo Ms. inuenissemus: *corpo-  
re tractum. Lambinus, corporis tractum, Gifanius cor-  
poris tactum. Quod ibi mulcere, hic radere tractum est:  
misi quod hoc asperius et illuc nubes aërem mulcent, hic  
ipsae inter se corpora tractum radunt. Idein explicatur  
per ducere statim:*

*Aridus unde aures tergit sonus ille, diuque  
Ducitur.*

Hinc *tractum* dixere, quiequid lente et tractum fit. Fulgentius de continentia Virgiliana: *stupida fronte arcanum  
quiddam latranti intrinsecus tractu submurmurans. La-  
tranti tractu est latratu vel murmure lentato; lente tracto.* Sic Prudentius (Apoth. v. 458.): *Apollino frontem sub-  
mittere gypso, pro, gypsato Apollini. Eidein (l. c. v. 615.)  
signorum tractus pro fideribus lente et tractum, vt vide-  
tur, momentibus. Cicadas stridorem edere cum tractu  
ait*

ait Plinius. *Raucum trahit haberarum Plutonis Claudioianus* (de Rapt. Prof. 3. v. 198.) *Improba ergo correctio Gonsalii*, qui in Fulgentio scribit: *latranti intrinsecus rictu.* in qua tamen ille in coelum abit, et sibi *τὰ πάντα* est. *Nam trahere vulnera* apud Statium lib. 3. (Theb. v. 153.) quod adhibet Gebhardus, adeo alienum est, ut sit officium non nisi mortuis praestari solitum. *Vt et lib. II. (v. 624.) quos nexus fratrum, quae vulnera trahit?* Ouidius lib. 12. (v. 423.) *morientes excipit artus Impositaque manu vulnera fouet.* Alexander Clitum *amplissi mortuum, vulnera trahere* etc. apud Trogum 1. 12. (c. 6.) Non meliore iudicio Gebhardus ad medicos et *σωστας* trahit verba Ouidij l. 4. de Ponto eleg. 15. (v. 41.)

*Teque meae causam seruatoraque salutis,  
Meque tuum libra norit et aere minus.*

Quasi salutem det, seruetque nemo, praeterquam medicus: quasi aes tantum ad *σωστας* pendatur medicis: quatinquam locum corruptissimum esse autumat. Quidam *magis pro minus* voluere, quos inter Brissonius lib. 6. Form. Nam Bersmanni codex, *Meque tuum manus non tenuante libra, improbissime.* Nos non corrugendum, sed explicandum putabamus. Tuus, inquit, sum: *inimo mancipium tuum*, nisi quod sola libra et aes meas mancipationi absuerunt. Per aes et libram res olim dominum mancipatione mutabant, quae res erant mancipia et nexus abalienabantur. de quo Boëthius ad Topica Ciceronis. Simile quod refert Cicero lib. 1. de Oratore, (cap. 53.) Galbam duos filios suos paruos tutelae populare commendasse, ac se, tanquam in procinctu testamentum ficeret, *fine libra atque tabulis* Populum Romanum tutorem instituere dixisse illorum orbitati. *Tuus libra et aere minus,* videtur pulcre dictum, ut sit, *Tuus tantum non mancipio.* Et sic alibi quoque veteres ludunt *τὸς minus.* Manilius lib. 1. (756.)

*Romanus viri, quorum iam maxima turba est:  
Tarquinioque minus reges, et Horatia proles  
Tota acies partus.*

Ita rectissime Gemblacensis. Quia enim tergemini fuerunt, proque tota acie Romana et causa trea deceidebant, tota acies acute vnius *partus* dicitur. Male Scaliger, *partis*. Sed bene probat illud: *Tarquinioque minus reges.* i. omnes reges Romani excepto Tarquinio. Excludit enim Superbum ab heroum consortio. quod si respxisset Barthius, non tantopere placuisse ei: *Tarquinioque nimis reges.* Cicero lib. 1. (c. 45.) in Verrem: *si protulerit, uno signo ut sit minus, quam ex lege oportet, non des possessionem.* Eodemque (cap. 57.): *tamen si quid potest esse apertius quam nunc est, ut uno minus teste haberet Rabonio.* Ouidius lib. 12. (v. 554.)

*Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno  
Viribus.*

Lib. 1. de Ponto el. 8. *vno Nempe salutaris, quam prius, ore minus.* Columella praefat. lib. 10. *superioribus novem libris hac minus parte debitum, quod nunc persoluimus reddideram.* Cornutus in Persi Sat. 1. (ad vers. 95.) *Costam dicit subduci, et molliorem versum factum, quod foeminae dicuntur una costa minus nasci.* Sic et apud Vl. pianum aliquando intelligendum putabam in L. 1. π. 9. D. de aedil. edict. *Ne quo enim nos, inquit, minus animi virtus aliquos sanos intelligere decere.* Vbi Haloander audacius: *minus animi quam corporis.* Sed neque istud genus loquendi huc pertinet. *to minus referendum ad sanos, non ad animi vel virtus, hac sententia: neque enim minus sanos intelligi oportere, qui virtus animi quibusdam laborant, seu ob quasdam animi affectiones et vitia.* Sequitur enim: *alioqui futurum, ut in infinito hac ratione, multos sanos negaremus. ut puta leuem, superstitionem, iracundum, contumacem, et si quae similia*

*lia sunt animi vitia.* Apud Nasonem (ex Pont. 15. v. 14.) tamen nondum omissis suspicio purgata est, si consideres, quae praemisit:

*Pars ego sum census quantulacunque tui,  
Quam tua Trinacia est, regnataque terra Philippo,  
Quam domus Augusto continuata foro, etc.  
Tam tuus en ego sum.*

Hoc plane est libra et aere: qui nunc ergo minus libra et aere? Libet tentare δέντρον πλάνην, et si non fallit conjectura, cecinit Sulmonensis cygnus:

*Semper inoblita repetam tua munera mente:  
Et mea me tellus audiet esse tuum.  
Audiet et, coelo posita est quaecumque sub illo,  
(Transit nostra feras si modo Musa Getas)  
Teque, meae causam seruatoremque salutis,  
Meque, tuum libra, nouit, et aere, minus.*

Mea tellus, Sulmo, Roma, Italia, me tuum esse audiet: Sed audiet idem etiam, quaecumque sub alia quavis coeli parte terra posita est, et te, meum seruatorem, meque, libra et aere tuum, minus nouit.



CAPVT



## C A P V T . I I

Duum Ciceronis locorum explicatio, quaternum restitutio. Nihil temeritate fortius. Natura caret ratione atque consilio. Necessarium idem quod naturale. Necesitas, pro natu- tura. Seneca emendatus. Geometrica didicisse. Ionica. Luciano lux. Granaria Puteolis. Gladiatorum votum, dominis satisfacere. τὸ Si eleganter omissum. Niue vri.

**C**icerone lib. 1. de natura Deorum in ipso principio (cap. 1.) : prudenterque Academicos a rebus incertis affectionem prohibuisse. quid est enim temeritate fortius? aut quid tam temerarium tamque indignum sapientis grauitate atque constantia, quam aut falsum sentire, aut quod non satis explorare perceptum sit et cognitum, sine ulla dubitatione defendere? Pro fortius Lambinus vult scribi turpius vel foedius, ut coniecerat Manutius; tanta fiducia, ut omni antiquitatis situ, carie et putrone, potentiores dicat rationem et veritatem: declaratque multis contra αλαζόνα quendam, ut ait, qui vulgariter defendat. Iste αλαζών, credo, est Turnebus lib. 14. adv. c. 14. ubi fortius putat esse inconsideratus et vehementius et impotentius, quodque magis impetu coeco, fortuito turbidoque rapiatur. Sic enim dici fors fortuna, et a Cicerone lib. 4. Tuscul. Q. (cap. 23.) Semper Ajax fortis, fortissimus in furore. quod esset eius vehementissimus et acerrimus impetus. Eique assentitur Gruterus. De forte fortuna docuerunt nos pridem docti viri, id longe esse aliud. At cum Ajax fortissimus in furore dicitur, loquitur Tullius ex sententia eorum, qui iram dicebant esse fortitudinis cotem. Nam ipsum quidem ex sua mente pro inconsiderato ponere non posuisse *fortem*, statim declaratur in sequentibus, cum fortitudinem definit animi affectionem, legi summae in perpetiendis rebus obtemperantem: aliisque quae subiungit. Io. quoque Camerario τὸ fortius congruere non videtur, sed suspicari aliquem posse in archetypo fuisse, spurcius. Quid quaeris?

tantos

tantos viros non vidisse τὸ temeritate esse ablatum instrumenti, et poni pro temere agendo, aut per temeritatem? Quid enim iuuat, inquit, quaecunque causam temeritas? quid porro tam temerarium, quam de incertis certainam sententiam proferre, et pertinaciter tueri? Seneca de prouidentia cap. 4. *quantum nationibus nudis et inopia fortioribus labor praestet.* Lib. 2. cap. 16. vbi demonstrare nititur sidera esse animantia: *Ordo autem siderum et in omni aeternitate constantia neque naturam significat, est enim plena rationis; neque fortunam, quae amica varietati constantiam respuit.* Hic iterum misere Lambinus haeret, vultque scribi: *est enim expers rationis.* At verba illa: *est enim plena rationis,* non ad naturam, sed ad *constantiam*, fuerunt referenda. Habet enim et natura constantiam. Vnde in Topicis (cap. 17.): *In natura et arte constantia est, in caeteris nulla.* Sed constantia siderum non est naturae: quia plena rationis est. At naturam censuerunt esse vim quandam sine ratione carentem motus in corporibus necessarios, vt affirmat auctor in hoc libro. Seneca in praefat. lib. 1. nat. quaest. *Sunt qui putent hoc uniuersum, in quo nos quoque sumus, expers esse confilii, et aut ferri temeritate quadam aut natura nesciente quid faciat.* Ideo naturam causam necessariam indigent Philosophi. Et qui astrorum ordinem ac motum a natura, non a ratione, vt ibi Cicero, proficiuntur, *necessarium eum vocant.* Sic et *necessitas* simpliciter natura. Phaedrus (3, 15, 17.): *Facit parentes bonitas, non necessitas.* id est, ordo naturae. Nimis, vt ait Charisius apud Rutilium Lupum, (1, §. 9.) *nullo confilio liberos generamus.* Haec est sententia Statii (2. Silv. 1, v. 87.): *natos genuisse necesse est.* Sic voluntatem naturae opponit Manilius (4, 113.): *natura dedit fruges: non ulla voluntas.* Basilius ad Leonem filium: οὐ μὲν γὰρ ἐκ τῆς γένεσις φίλας ἐγένετος, αὐτὸν ἐκ Φύσεως, περιγέγονεν, οὗτος δὲ εὔστοις σὺν δικῇ κριθεῖται. Hinc Gallus Asinius aiebat neminem recte ita loqui, poterit

*nitore sese, quod natus fit, aut quod mortalis fit, aut quod ex offenso forte vulneratoque corpore dolorēm sentiat: quando istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum nec arbitrium, sed ea ingratis nostris vi ac necessitate naturae nobis accidunt, Gellius lib. 17. cap. 1. Sic Anaxarchus, cum Alexandrum doceret praedicta magorum contemnere, siebat, si fatis content, ignota mortalibus; at si naturae debeantur, immutabilia, teste Iustino lib. 12. (c. 13.) Sic Polybius coniunxit ἐνοργκαῖος καὶ φυσικῶς ἀπτελέμενα, lib. 6. Euripides Troadibus (v. 884.):*

Ω γῆς ὄχημα, καὶ πᾶς γῆς ἔχων ἔδραν,  
Οὐεις πότ' εἴ σὺ δυσόπαιος εἰδέναι,  
Ζεὺς, εἴτ' αὐτόγκη Φύσεος, εἴτε νές Βροτῶν.

Seneca ita usus erat vocabulo *necessitatis*, si dacti viri intellexissent, lib. 1. de benef. c. 1. Non est autem, quod tardiores faciat ad bene merendum turba ingratorum. Nam primum (ut dixi) nos illam augemus: deinde ne Deos quidem immortales ab hac tam effusa liberalitate sacrilegi negligentesque eorum deterrent. Vox liberalitatis est a liberalitate Agricolae. Quam mutans Muretas, benignitate, quod nunc est in editiones receptum, substituit. At o. Mssc. ab hac tam effusa necessitate. Per necessitates onera publica, quae in populum et alias imperii res erogari solent, intelligi et hic posse Gruterus existimat. Lipfius coniectat: effusa nec cessante benignitate. Sic non purgatur Seneca insiticiis emblematicis. Amo ergo veterem lectionem: ne Deos quidem ab hac tam effusa necessitate sacrilegi negligentesque eorum deterrent. hoc est, a prolixa illa et necessaria atque insita ipsis mente vniuersae mortalitati prouidendi. Ea enim opinio Philosophorum de Diis erat, non posse eos non iuuare genus humanum, etiam indignis modis ab hominibus acceptos, male cultos; certe nocere non posse. Cicero 3. de Off. (cap. 28.) *Hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo, qui Deum nihil habere ipsum*

*ipsum negotii, nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, qui Deum semper agere aliquid et moliri volunt, nunquam nec irasci Deum nec nocere.* Seneca lib. 7. de ben. c. 31. *vnam potentiam sortiti, prodeesse.* Epist. 95. *Quae causa est Deus beneficiendi? natura.* Errat, si quis putat illos nocere velle: non possunt. nec accipere iniuriam queunt nec facere. Saepe hoc inculcat. *Necessitas ergo effusa Deorum est illa late patens benignitas, necessaria ipsis et naturalis.* Quid clarius verbis sequentibus: *Vtuntur natura sua, et cuncta, interque illa ipsos munera suorum malos interpretes, iuvant.* In Consol. ad Polybius: *Natura nulli se necessitatis suae gratiam facturam esse testata est.* i. e. ordinis sui. Lib. 5. de beneficiis cap. 9. *Beneficium res voluntaria est: at prodeesse sibi necessarium est.* Dixerat autem: *Nemo enim sibi beneficium dat, sed naturae suae paret, a qua ad caritatem sui compositus est.* Ad Heluiam cap. 6. *lex et naturae necessitas.* Lib. 1. de Finibus cap. 6. *Quod profectio nunquam putauisset, si a Polyaeno, familiari suo, Geometriam discere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere.* Pall. quinque *Geometricam* praeferre, idque sibi placere ob eandem vocem paullo post repetitam, notat Gruterus. Et fane nos quoque in membranis bonae frugis sic redditum vidimus. Itaque detracta alia litera scribendam: *Geometrica.* Sic enim i. Tuscul. (cap. 24.) *ut gradatim respondens eo perueniat, quasi Geometrica didicisset.* Et eodem libro (cap. 17.): *Platonem ferunt didicisse Pythagorea omnia.* Plautus Pseudolo: *ego qui probe Ionica perdidici.* Lucianus de mercede conductis: *ἢ ὀρχησοδάσκαλος, ἢ Ιωνικὸς συνέργεων.* Vbi male verterunt, iocos ionicos: non enim iocos, sed motus Ionicos modosque haec vox continet. Hinc Iustino quoque placuit in praeificatione contracti Trogi: *qui Graeca didicissent.* Lib. 2. de finibus cap. 26. *Vtilitatis causa amicitia est quaesita.* Numquid igitur utiliorum tibi hunc Triarium putas, quam si tua sint Puteolis gramina. Offensus graminum voca-

vocabulo P. Manutius substituit *prædia*. Repugnat Pet. Victorius, et *gramina* interpretatur campos, ex quibus foenum cogitur, lib. 1. Var. Lect. cap. 16. Aduersus quem multis Muretus lib. 7. Var. cap. 20. et profert e Ms. *quam tua sint Puteolis granaria*: tanquam Torquatus *granaria* quaedam Puteolis, e quibus fructus magnos caperet, habuerit. At illud Si nusquam defuit Gruterus, cui tamen in uno codice *granaria*, in altero occurrat *gramana*, vixque dubium est, quin ita scribendum sit, sed prima litera maiuscula, ut sit nomen fundi uberioris in traetu Puteolano. Mihi quum eadem, quas modo appellauit, fidae membranae, illis etiamnum inconsultis, obiecissent *gramana*, statim subiit *granaria*: quae tamen intelligebam Puteolis in celeberrimo emporio fuisse non Torquati, sed et publica propter cataplos, qui quotannis ex provinciis frumentariis eo appellebant, et variorum priuatum, qui in eisdem provinciis vel latifundia possiderent, vel conductas a republica arationes haberent. Contra particulam eandem abesse malim, ut vulgo est, lib. 2. Tusc. Quaest. cap. 17. *Gladiatores, aut perditii homines, aut barbari, quas plagas perferunt?* quomodo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? quam saepe appareat, nihil eos malle, quam vel domino satisfacere vel populo? mittunt etiam vulneribus confetti ad dominos, qui quaerant, quid velint: satisfactum iis sit, se velle decumbere. Turnebus in liberis calamo scriptis legi ait: *si satis his factum non sit;* id, que optimam efficere sententiam, lib. 4. cap. 18. Haud scio quam, nisi quam collegit inde Lipsius lib. 2. Satural. cap. 21. nempe, ut de illis dicatur, qui vitam rogarabant, mortem deprecabantur. Sed id fortitudinis exemplum non est, et repugnat Ciceronis proposito. Gruterus notat Turnebi lectionem placuisse Lambino et accedere fere duos Palatinos: alios ex conjectura: *ni satis factum sit:* Vaticanum, *si satis his ositum sit.* Ego vero nec sententiam illam esse condeo, et haec ludibria librariorum

riorum nihil aliqd ostendere, quam Ciceronem scripsisse:  
*satis his factum sit.* Non vult rogasse vitam, sed defatigatos deque victoria vitaque desperantes differre mortem, et contari se submittere ad audiendum illud, *Recipe ferum*, donec a dominis testimonium operaे satis gnauiter editae impetrent: significantes, si iudicio illorum nondum responderint, se, quamquam poene confessos, ultimis viribus aduocatis ad restitandum et ad impediendum victorem obduratuos; fin, se commeatum sibi mortem fortiter subeundo datus. Verbum *satisfacere* sic apud Quintilianum declam. 305. *Plurimum tamen adhuc ad dolorem pertinet, quod te spectante pugnauerunt: ille grauissimus dolor, quod ad inimici voluptatem satisfecerunt.* Fraudi fuit praeter ignoratum arenae morem τὸ Σι omissum et τρυπητὸς τὸ satisfactum: quae gratiam orationis augent. At in eodem capite: *Pernocētant venatores in niue: in montibus vri se patiuntur:* tam displicet pernoctare in niue, quam vri in montibus. Quin trajecta sunt verba, et scripsit Cicero: *Pernocētant venatores in montibus: niue vri se patiuntur.* Ut veteres passim frigoribus vri.



## C A P V T III

Ouidius in libris Tristium explicatus est correctus. Bella agere. Caesar et Pomponius Mela correcti. Genus. Capere dicuntur pictores ideas formarum. Deuia mulier. Forma verenda Fortunae. Sedet in ore pallor, macies, lacuna. Martialis correctus. Cingere

moenia. Arbores appetentes astra iungere montibus. Laeta cupressus. Virgilii Culex bis defensus. Iungere cyathos. Statio lux. Ouidius correctus. Iunctis vinis sopitus. Ardor coniungit arisbas. Valerius Cato defensus. Geticum, Celicum, Noricum.

**O**uidius lib. 1. Tristium, El. 2. (v. 77.)

Nec peto quas quondam petii studiosus Athenas,  
Oppida non Asiae, non mihi visa prius.

Sensus horum verborum est: non Athenas peto, non Asiae oppida, non alia quaevis visa prius. Quem expeditior rem reddet, si recipiatur lectio Ms. qui quondam fuit Bilibaldi Pirchaimeri: *non loca visa prius.* Lib. 2. (v. 230.) *Bellaque pro magno Caesar agit.* Malim hoc seruatum Ms. quam Gruteri, obit, aut quod alii, *habet.* Idque non vulgare loquendi genus usurpat Caesar lib. 3. Gall. cap. 28. *qui longe alia ratione, ac reliqui Galli, bellum agere instituerunt.* Sic Ms. membranae: *vbi subiecerant: gerere coeperunt:* Scaliger admissit alterum, ediditque: *gerere instituerunt.* Liuius lib. 10. (c. 31.) *supersunt etiam nunc Samnitium bella, quae continua per quartum iam volumen agimus.* Curtius lib. 4. cap. 10. *Finge iustum intulisse te bellum: cum foeminis ergo agere debueras?* Vbi frustra malint, *gerere.* Mela lib. 1. c. 16. *genus usque adeo quondam armorum pugnaeque amans, ut aliena etiam bella mercede agerent.* ita eniun vett. edd. non *gens*, vti Schottus edidit. Ut lib. 3. (c. 7.): *Seres intersunt, genus plenum iustitiae.* c. 9. *Pygmaei minutum genus.* Seneca epist. 95. *homines, iustissimum genus.*

*genus.* Sic pacem agere Iuuenalis (sat. 15. v. 163.): *ti-*  
*gris agit rabida cum tigride pacem.* Seneca ep. 94. *An-*  
*rum et argentum, et propter ista nunquam pacem agens*  
*ferrum.* Aelianus de animal. lib. 1. cap. 36. Κύρος δὲ  
 Ἀλκυόνος ἵστηται μὲν τὰ πελάσγη, εἰσένην δὲ καὶ Φίδιαν  
 ἀγεστὸν ἄνεμοι. Lib. 3. el. 1. (v. 61.)

*Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis*  
*Belides, et stricto stat ferus ense pater,*  
*Quaeque viri docto veteres fecere nouique*  
*Pectore.*

*Ms. docto veteres cepere nouique Pectore.* De quo non  
 est dubitandum. Nam et plane sic duo Florentini: ter-  
 tius in contextu quidem fecere, sed suprascriptum habet:  
 vel *cepere.* Ita digne loquitur de statuariis, qui ideas  
 sibi mente fingunt et concipiunt rerum, quas exprimunt.  
 Imitator Martialis lib. 7.

*Afra polunque pia cepisti mente, Rabiri,*  
*Parrhasiam mira qui struis arte domum.*

Loquitur de architecto, qui similiter schematismum con-  
 cepit. M. Seneca Controversia, quae inscribitur, Par-  
 rhasii Prometheus: *Non vidit Phidias Iouem, nec fecit*  
*ante oculos eius Minerua: dignus tamen illa arte animar*  
*et concepit deos et exhibuit.* Seneca filius epist. 58.  
*Exemplar picturae te habeo, ex quo capit aliquem habi-*  
*tum mens, quem operi suo imponat.* Lib. 3. Natural.  
 Quaest. cap. 27. *Dixit ingentia, et tantae confusioneis*  
*imaginem cepit, cum dixit.* Cicero in Oratore (c. 21):  
*Nec vero ille artifex, cum faceret Iouis formam aut Mi-*  
*neruae, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem du-*  
*ceret; sed ipius in mente infidebat species pulchritudinis*  
*extrema quaedam, quam intuens, in eaque defixus, ad il-*  
*lius similitudinem artem et manum dirigebat.* Iterum  
 lib. 3. El. 7. (v. 29.)

*Pone, Perilla, metum: tantummodo foemina nulla  
Neus vir a scriptis discat amare tuis.*

Sapit malam manum, si conferatur cum Ms. lectione: *tantummodo foemina ne fit Deuia, nec scriptis discat amare tuis.* Deutus idem quod erro in Ep. Sapphus (Heroid. Ep. 15. v. 53.): *erronem tellure admittite nostrum.* Et decentius est, si ad foeminam scribens moneat modo, ne foeminæ ex scriptis eius amare discant. Ex Florent. vnu: *tant. foemina nulla Deuia ne a scriptis:* alter, *nulla Deuia nec scriptis:* tertius; *foemina non fit Deuia ne scriptis.* Idemque ex duobus notauerat Politianus. Forte: *ne fit Deuia, neu scriptis.* Eod. lib. El. 8. (v. 35.)

*Haeret et ante oculos veluti spectabile corpus  
Adstans Fortunae forma videnda meae.*

Omnino legendum vt Ms. *Adstans Fortunae forma verenda meae.* i. e. desyn, ex veterum superstitione. Notum Brutii nocturnum visum paulo ante Philippense praelium. Similia de Constantio narrat Ammianus l. 21. et de Juliano lib. 20. Sed et sic Florentinus: *etsi duo, legenda.* Animus quoque mihi conturbatus est, inquit, et quocumque me conuerto, oberrat oculis, quasi corporeæ species, *imago meæ fortunæ,* quasi meus Alastor, quasi addita mihi aliqua Eumenidum. Elegia 9. (v. 18.)

*Et quamquam supereft ingens audacia menti,  
Pallor in attonitae virginis ore fuit.*

Et hic genuinum reddit Ms. in quo: *virginis ore sedet.* Vt lib. 2. Met. de inuidia (v. 775.):

*Pallor in ore sedet maciesque in corpore toto.*

Sic Martialis de stignatis (II, 85, v. 14.): *In vetuli pyxide qualia fronte sedent.* Itaque apud eundem legendum ex Ms. lib. 8. ep. 59.

*Adspicitur*

*Adspicis hunc uno contentum lumine, cuius  
Lippa sub attrita fronte lacuna sedet.*

Lib. II. (ep. 92. v. 6.) et tenero sedet in ore lues. Sic alii  
quot locis in Senocae Tragoediis. Lib. 4. Trist. El. I.  
(v. 77.)

*Hoffis habens arcus imbataque tela veneno  
Saevis anhelanti moenia lustrat equo.*

Ms. suauissime: *anhelanti moenia cingit equo.* Quod  
et si simpliciter possit intelligi, circumdat equitatu: ta-  
men gnarus genii Nasoniani explicabit, obequitat, circum-  
equitat. Ut Lucanus Lib. I. (v. 594.)

*Longa per extremos pomoeria cingere fines  
Pontifices.*

pro, circumire. Idem lib. 9. (v. 372.)

*Audet in ignotas agmen committere gentes,  
Armorum fidens et terra cingere Syrtim.*

Sic Claudio (initio): *sol perpetuis mundum complexus  
habenis. Saltu fossas iungere* Statio lib. 2. Achill. (v. 424.)  
pro quo alii continuare. Latinus Pacatus (c. 39.): *spatio  
lucis unius Illyrico continuauit Aquiliam. Iungere ri-  
pas* Silio l. 15. (v. 771.) Liuius lib. 21. (c. 5.) *in Olcadum  
fines prius induxit exercitum, ut non petisse Saguntinos,*  
*sed rerum serie finitimus domitis gentibus iungendoque  
tractus ad id bellum videri posset.* Sic in Culice (v. 152.):

*Appetit aëreis coniungere montibus astra  
Ilicis et nigrae species et laeta cupressus.*

Sic scribeendum est, non contingere. Non bene Scaliger,  
*motibus.* Contendunt, inquit, haec arbores, vt astra  
iungant montibus aëreis siue altis. Quomodo? vt pons  
riparum. Sed et quod idein vir diuinus dubium mouet, cum  
laeta interpretatur αὐθιλαφής, et quia cupressus minu-  
tissima

tissima habet folia, laetam esse et αὐθιλαφῆ non posse fatetur, causam non habet. In frugum enim et arborum vbre quiduis suo in genere *laetum* est. Nec magis arboris foliis minutis, modo florens vigensque, ideo *laeta* dici nequit, quia αὐθιλαφῆ non est, quam Maro (Georg. init.) errauit cum *laetas* dixit *segetes*. Vnde *laetare* et *laetamen* rei rusticæ scriptoribus. *Hilarem* quoque ex *tristem* arboreum pronunciat Palladius. Male ergo Giffa-  
nius, et si erudite: *Letaea cypressus*. Nec opus cum Barthio lib. 21. adv. c. 9. communisci peculiare genus huius arboris Gratii. et amoribus dicatum. *Laeta* simpliciter est florens suumque vigorem habens. Inter gratas vmbras non daphnones modo et platanones, sed et aëriae cyparissi numerantur. Valerius Cato in Diris: *coniungat et ardor aristas*. Vbi male Scaliger: *contingat*. Statius in balneo Hetrusci: (I. Silv. 5. v. 10.)

*Iunge puer cyathos, atque enumerare labora.*

Cum biberent ad nomina amicorum amicarumque, numeranda erant omnino pocula, ut lex obseruaretur συμποταῖς. Continua, inquit, cyathos, puer: aliosque super alios porrige: et ipse laborem sume enumerandi: nam mihi non vacat, qui inter bibendum Hetrusci canobalnea. Epicedio Phileti: *cui maior stemmate iuncto Libertas ex mente fuit*. *Iunctum stemma* non est propinquus nobilitatis gradus, quo aliquem contingimus: sed longa serie continuatum stemma. Sic Quidius lib. 12. metamorph. versu 31.

*In tanto strepitu iunctis fine fine iacebat  
Sopitus vinis et inexperrectus Aphidas.*

Vulgo, *cunctis venis*. Sed *iuncta vina*, vt *iuncti cyathi*, poculis ad pocula additis. Lib. 5. Tristium, El. 13. (init.)

*Hanc tuus e Getico mittit tibi Naso salutem,  
Mittere si quisquam quo caret ipse potest.*

Non

Non erit melius: e Getico mittit tibi Naso salutem Littore. Nam Geticum dixit, ut Illyricum, Vindelicum, Noricum, Celticum, barbaricum, hosticum, pacatum dicebant. Liuius lib. 5. (c. 34.) penes Bituriges summa imperii fuit, hi regem Celto dabant. Lib. 29. (cap. 2.) hostico, tanquam pacato, clementer ductis militibus. Manilius lib. 4.

*Taurus simplicibus donabit rura colonis  
Pacatique labor veniet.*

Sic Graecis passim η βασικος, η πολεμιος.

## C A P V T IV

C. Cornelio Tacito verus legitio non semel restituta et explicata. Exercitus. Inexercitus philosopbus. Exercitus animus, Sallustius correctus. Habitum et ore ad exprimendam imaginem honesti et exerciti. Respondere, in delectu, in iudiciis, in foenore. Respondere ad reliqua. Pascere. Quintilianus defensus et illustratus. Seniores respondent quiete. Sentire, sensus. Subire verba. Vocare, frui, usu non vulgari.

**V**erba sunt lib. 16. ann. cap. 32. Quantum misericordiae saeuitia accusationis permouerat, tantum irae P. Egnatius testis conciuit. Clions hic Sorani erat, et tum emtus ad opprimendum amicum, auditoratem Stoicae sectae praeferebat; habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti et exerciti: caeterum animo perfidiosus et subdolus, auaritiam ac libidinem occultans. Honesti et exerciti habent omnes scripti et veteres. Id vero Lipsius primum sollicitauit, Pichena audacior loco monuit. Exercitus, qui virtutis praeceptis imbutus, decretisque animum compositus et gubernans, rectum et rigidum vitae iter insistit, firmus aduersus irritamenta atque illices vitiorum et seculi. Locutio petita ab athletis, quo-

rum propria ~~ad exercitium~~. Gaudent vero veteres in philosophiae disciplinis similitudinibus et translationibus a re athletica vti. Cicero (Tusc. 5. c. 39.) Asclepiadem vocat *non ignobilem nec inexercitum philosophum*, ut ipsi e membranis scriptis eruimus et postea occupatos nos a Schotto cognoscimus. Idem ad Quintum lib. 3. epist. (3.) *Cicero tuus nosterque summo studio est Paeonii sui rhetoris, hominis, opinor, valde exercitati et boni.* Sallustius orat. 1. ad Caesarem (cap. 8.): *vbi animum, quem dominari decebat, seruitio oppressere, nequicquam eo postea hebeti atque clando pro exercito uti volunt.* Ita scribendum, et ita Ms. Ciacconii. Vulgo absque sensu, nequaquam, et exercitio. Alibi Sallustius (Cat. cap. 2.): *pars ingenium, alii corpus exercebant.* Igitur *habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti et exerciti*, cuius is habitus, ea frons, quae honestum hominem et firmum atque exercitum philosophum praeferret. Talis erat Eu-molpus Petronianus, senex canus, exercitati vultus, et qui nescio quid magnum videretur promittere. Hos *doctrina oretenus exercitos appellat alibi Tacitus.* (Ant. nat. 15. 45.) Obuiæ sunt querelæ veterum de huiusmodi fucis, pallio et frontis tristitia rigidam sectam mentientibus, hoc est, formatis habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti et exerciti. Lib. 14. cap. 54. in oratione Senecæ: *Supereft tibi robur, et tot per annos nixum fastigii regimen: possimus seniores amici quiete respondere.* Varie haec tentarunt viri docti. Vertranius: *possimus seniores animum quieti per te spondere.* Muretus, *possimus.* Lipsius, *quietem iure spondere:* vel, *possimus seniores amici quietem:* vel denique, *quietem respondere.* Acidalius: *regimen possimus s. am. quiete reponere vel deponere.* Vnus Ioh. Petrus Maffaeus apud Acidaliū, vulgatum retinet: esse enim metaphoram ab agricultura: vt terra *respondeat* agricolarum votis, si aliquando quiescat, ita amicos Neronis satisfacturos ei etiam in ista actate, si otium concedatur. Nec nihil

nihil dicit, nec omnia. Non quidem ab agricultura petitum est, nam et ibi tralatum: sed tamen respondere est adesse ad diem, et sic satisfacere. Proprie sic respondere dicuntur, qui citati ad nomen respondent, siue in delectu, siue in iudicio. Liuius lib. 43. (cap. 16.) *Quum delectus habendi maior quam alias propter bellum Macedonicum cura esset, Consules plebem apud Senatum accusarunt, quod iuniores non responderent.* Cicero lib. 1. in Verrem: (init.) *hanc opinionem populo. Romano fuisse, C. Verrem altera actione responsorum non fuisse.* Et mox: *praefecto est: respondet: defenditur.* Lib. 2. de finibus (cap. 16.): *profectus in exsilio Tubulus statim, nec respondere ausus.* id est, iudicium subire. Quod qui faciunt, quia praefecto sunt, occurrunt in tempore, veniunt ad constitutum, ideo respondere in multis aliis est ad condictum apparere, aut exspectatum, et facere, vt quicum res iis est, hactenus acquiescant et sibi satisfactum putent. In primis debitores ad diem soluentes. Lib. 16. ad Atticum ep. 2. *Quamquam enim reliqua satis apta ad soluendum, tamen sit saepe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus.* Seneca epist. 81. *Non respondeant potius beneficia, quam non dentur.* Idem epist. 87. *familiam nemo speciosorem habet, sed nominibus non respondet.* Nat. Quaest. lib. 2. cap. 47. *Finita fulmina ad diem respondent.* Et sequenti: *Aequa enim et talia ad diem respondent.* Lib. 4. cap. 2. *Nec computatio fallit agricolam: adeo ad mensuram fluminis respondet, quam fertilem facit Nilus.* Hoc profit Quintiliano l. 6. c. 4. *Et dispensatori, qui cum ad reliqua non responderet, dicebat subinde: Non comedи panem, et aquam bibo: Pasce et redde quod debes.* Salmasius corrigit: *quum reliqua non responderent: ad Spartiani Hadrianum.* Sed in Addendis videtur voluisse: *quum reliqua non responderet, nam ait, Respondere reliqua dicitur, qui reliquum soluit, et parem rationem facit, vel pariat.* Et ad ius Atticum et Romanum: *Qui reliqua respondent, ii sunt, qui, quod ex de-*

bito superfuerat non solutum; solutint: Ita locutus est Quintilianus. Ego vero, quam Latine dictum sit *responde-re reliqua*, haud scio: nec opinabor Latinum esse, prius quam eius sermonis exemplum videam. Scio autem *ad reliqua respondere id esse*, quod vult ὁ πάντα dici *responde-re reliqua*. Quintilianus lib. 5. cap. 10. neque enim cum proposita fuerit materia dicendi, scrutanda singula et officiatim pulsanda, ut sciant, an ad probandum id, quod intendimus, forte respondeant. l. 8. praefat. Si praepara-ta vis dicendi fuerit, erunt in officio, sic ut non ad re-quista respondere, sed ut semper sensibus inhaerere videan-tur. Scribonius Largus in praefat. Nam primum cibis ratione aptoque tempore datis tentat prodeesse languentibus. deinde si ad hos non responderit curatio, ad medicamento-rum decurrit vim. cap. 1. nonnunquam vix ad duas tres-ve respondet curatio. Accepit a Cornelio Celsῳ, qui pas-sim huc verbo eleganter vtitur. Substituit in eodem Sal-masius loco: *Passer redde quod debes*. Facilius hoc fe-ras in Gebhardo, qui similiter corrigit lib. 3. Crepund. c. 1. quam in Salmasio. Quid enim? non meminerat τὸ Πάσσειν interdum esse idem, quod epulari lautiū aut conuicium dare. Spartianus: *cum plurimis fumentibus paſſeret*. Ille dispensator, cum reliquaretur, appellatus ingerebat suam frugalitatem, ut demeret sibi suspicionem consumptae per luxum herilis pecuniae. Dicebat, *Nigrum edo panem* (ita enim lego) *et aquam bibo*. Regerit Afer: Tu vero vel *paſſe*, id est, apparatis epulis te et alios inuita: modo reddas, quod debes. Sic etiam *re-ſpondere ager* dicitur, qui votis aratoris satisfacit. Atque ita *respondere reipublicae* esset, quod Cicero dicit *satis-facere*. Bruto (cap. 62.): *M. Catonem patrem, Q. etiam Catulum filium, abducamus ex acie, id est, a iudiciis, et in praeſidiis reipublicae, cui facile satisfacere possint, collo-cemus.* L. 10. fam. ep. 14. Sperabamque etiam Lepidum temporibus admonitum tecum et reipub. satis esse factu-rum. Bonus ciuis debitor est patriae vel Principis sui, eique

eique dum potest, debet respondere consilio, labore, pecunia, vita. At illi, quibus est exacta aetas, ipso otio cum dignitate satis respondent, dum iunioribus sunt exemplo. Hoc igitur Senecam dicere vult Tacitus: Corroborationes, quam necesse est, et bene magno tempore tibi fundata stat potentia: nos seniores amici satisfacimus tibi etiam otium lacefendo, et in reliquum tuis confidendo viribus. Hoc est: *possimus seniores amici quiete respondere.* Iterum lib. 16. cap. 34. annal. (vagamur enim) ait auctor: *Eos codicillos Nero properanter accepit, spe exterritum Thraceam sensisse, per quae claritudinem principis extolleret, suamque famam dehonestaaret.* Haec vera et docta lectio est, quicquid Lipsius et Pichena: *Thraceam scripsisse.* *Sensus* verbum rhetorum est. Fabius lib. 8. c. 5. *Consuetudo iam tenuit, ut mente concepta sensus vocaremus; lumina autem, praecipueque in clausulis posita, sententias.* Hinc apud M. Senecam: *dixit hunc sensum.* Sic igitur *sensisse*, est, eos sensus concepisse. Lib. 15. an. *Ipsa retuli verba, quia non, ut Senecae, vulgata erant, nec minus nosci decebat militaris viri sensus incomitos, sed validos.* Cicero lib. 1. epist. 9. *idque non solum fronte atque vultu declarant, sed etiam sensu saepe iam tabellaque docuerunt.* Lib. 10. epist. 2. *quicquam libere de republica sentias.* Pro Sulla (c. 8.): *in Senatu sentire libere.* Lib. 10. cap. 27. depositus prope locus est: *Haud sum ignarus, fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis inesse, in ciuitate omnium gnara et nihil reticente, nedum Consulem designatum, cum uxore Principis, praedicta die, adhibitis qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum causa conuenisse: atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud deos.* Existimem vulgatam esse probam, vt ad τὸ subisse subaudiatur ex praecedenti membro, *auspicum verba, neimpe eandem Messalinam.* *Subire verba* dicitur, cui dictat pia vota sacerdos, cuius preces praeit. Sermo non indignus Cornelio, respondens τῷ *praeire verba.* Ominata verba, quae praeiuit auspex, subiuit

uit. Messalina, id est, repetiuit, in ea verba iuit. Quae insolentia hic esse posset, tollitur vulgari, *praeire verba*. Alias *subire* est respondere, vt suscipere, subsequi, prosequi. Claudio *4.* Conf. Honorii (v. 352.): *distrurum pictura parentem Voce subit.* Consulatu Manlii (v. 173.) *subit ille loquentem Talibus.* Curtio (4. c. 6.) *subire ritus, conditiones* Tacito, nempe quas alter praeiuit. Ceterum sic omittere voces, quae subaudiantur e proximo; frequentius bene et in primis breuius locutis quam necesse sit moneri. Immo nec e proximo interduna, sed e perpetuo vnu sermonis. lib. 2. Hist. c. 40. *Incertus undique clamor accurrentium, vocantium: et ut cuique auclacia vel formido,* etc. Ita enim scripti libri. Subdidicunt male, *clamantium.* Nec bene coniiciunt, *boantum, vocitantum.* Intelliges, vocantium aliorum alias, aut quosdam notos. Lib. 3. c. 83. *velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exultabant, fruebantur.* Vti apud Senecam lib. 3. de ira, c. 23. *Paranti demum excusationem obstitit: et, fruere, inquit, mi Pollio, fruere.* Quintilianus declam. 19. *quamdiu pariter fruemur, pariter dileximus.* Frustra hoc quoque sollicitarunt.



CAPVT

## C A P V T . V

*Manilius saepius emendatus, tentatus. Regere socios actus.  
et illustratus. Curuare motus. Descriptio ſudiorum rorū diuinitatum  
Vmbratus currus. Arcera. ῥητορικής ex fententia Ma-  
Vmbra parietum. Petronius nili. Partus Tauri. Nemaeus.*

**M**anilius lib. i. verſu 523.

*At manet incolumis mundus, suaque omnia feruat,  
Quem nec longa dies auget. minuitue feneſtus,  
Nec motus punto currit, cursusque fatigat.*

**Ms.** *Nec motus punto curuat.* i. vel puncto flectit mo-  
tus, deuios facit, exerrat ſtato tramite. Explicat mox  
per partes.

*Nunquam transuersas ſolem decurrere ad Arctos,  
Nec mutare vias, et in ortum vertere cursus.*

Non igitur inepte ſic v. c. vt persuadere voluit Scaliger.  
**Cicero** lib. 2. (cap. 19.) de nat. deor. *Nam cum dō ſunt  
genera ſiderum, quorum alterum ſpatiis immutabilibus  
ab ortu ad occasum commens, nullum unquam cursus  
ſui veſtigium infleſtat.* Lib. 2. v. 139.

*Sed ſolus vacuo veluti veſtigatus in orbe  
Verbere agam currus, non occurſantibus ullis,  
Nec per iter socios commune regentibus actus.*

Vir ſummus cum obuiam haberet veterem lectionem ex-  
peditam et ſuauem, ſic amauit coniecturam ſuam, vt ne  
quidem indicare illam dignaretur. Vulgo, *Verbera tunc  
currus.* At Ms. Geibl. *Vmbrato currus*, i. teſto. Ut  
iam monuit Carriol. l. 2. emen. 2. quem ille noſſe noluit.  
Nonius: *Arcera, plauſtrum eſt ruficum, teſtum undique  
quasi arca.* Significat carpentum arcuatū, quales  
deorum tensae in nummis viſuntur, et in illo inſigni,  
qui inſcriptum habet: *S. P. Q. R. MEMORIAE  
AGRIP-*

*AGRIPPINÆ.* Verbum restituendum Petronio  
(cap. 135.):

*At paries circa palea satiatus inani  
Fortuitoque luto clavis numerabat agrestis.*

Vt alios omittam, Salmasius: *clausos munibat.* Velim,  
*clausos umbrabat agrestes.* Cicero, 2. Tuscul. (cap. 15.)  
quae caeteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris  
occultantur. Claudianus: (de Nupt. Hon. et Mar. v. 148.)

*Vmbratura Deam retro sinuatur in arcum  
Bellua.*

Scribendum igitur:

*Nec turbæ carmina condam:  
Sed solus vacuo veluti vestabor in orbe,  
Vmbrato curru, non occurstantibus ullis,  
Nec per iter socios commune regentibus astus.*

Tò astus nihil hic habet actui iurisconsultorum affine.  
Regere socios astus, est simul iugum eorum agere, si-  
mul per idem iter vehi. Nemine obvio, nomine per  
communem viam regente socios astus, pariter atque ego  
currum agente. Seneca de vita beata cap. 26. *Nihil ma-*  
*gis persuasi mihi, quam ne ad opiniones vestras astum*  
*vitae meae flecterem.* Curtius lib. 5. (cap. 13.) inuenta,  
quae Darijūn uhebant, nullo regente decesserant militari  
via. Eodem libro secundo a versu 510, quae signa Zos-  
daci quibuscum aliis pugnant, ex ratione artis, tradit  
Manilius: qui locus mirifice frustratus est sumnum vi-  
rum. Diagramma τῶν διακόνων καὶ τῶν διακομένων  
Ζῳῶν hoc facit: Aries persequitur Virginem: Taurus  
Cancrum, Libram, Scorpium, Pisces, Arietem, Leonem;  
Virginem: Gemini Arietem, Leonem, Sagittarium, Ca-  
pricornum, Virginem, Pisces: Cancer Libram: Leo  
Virginem: Virgo. Cancrum, Capricornum, Scorpius,  
Sagit-

Sagittarium, Pisces: Libra Pisces, Cancrum, Capricornum, Scorpium, Sagittarium: Scorpium Arietem, Leonem, Sagittarium: Sagittarius Virginem, Pisces: Capricornus Cancrum, Libram: Aquarius Capricornum, Scorpium, Sagittarium, Pisces: Pisces Virginem. At longe aliter Manilius. Arieti, inquit, aduersantur Virgo, Libra, Pisces: Tauro Cancer, Libra, Scorpis, Pisces: Geminis Aries, Leo, Sagittarius: Cancro Capricornus, Libra, Virgo, Taurus: Leoni Virgo, Libra, Pisces: Virginis Taurus, Centaurus siue Sagittarius, Pisces, Capricornus: Librae Capricornus, Cancer, Aries, Leo, Sagittarius, Scorpis: Scropio Aquarius, Gemini, Taurus, Leo, Virgo, Libra: Sagittario vel Centauro Gemini, Libra, Virgo, Aquarius: Capricorno eadem prorsus: Aquario Leo, Centaurus, Aries: Piscibus Aquarius, Gemini, Virgo, Sagittarius. Quod si Scaligeri modo turbare ordinem libet, et τὰ διωκοντα  
priore loco ponere, ita faciendum erit: Aries persequitur Geminos, Libram, Aquarium: Taurus Cancrum, Virginem, Scropium: Gemini Scropium, Sagittarium, Capricornum, Pisces: Cancer Taurum et Libram: Leo Geminos, Libram, Scropium, Aquarium: Virgo Arietem, Cancrum, Leonem, Scropium, Sagittarium, Capricornum, Pisces: Libra Arietem, Taurum, Cancrum, Scropium, Sagittarium, Capricornum: Scorpis Taurum et Libram: Sagittarius Geminos, Virginem, Cancrum, Aquarium, Pisces: Capricornus Cancrum, Virginem, Libram: Aquarius Scropium, Sagittarium, Capricornum, Pisces: Pisces Arietem, Taurum, Leonem, Virginem. Haec descriptio Maniliana est, a qua toto coelo deerrauit ὁ πάντα, dum festinans ad vitia scripturae vulgatae demenda otium sibi negat. vers. 512.

*Lanigero genitis bellum est cum Virgine natis  
Et Libra, gemini Piscis quos protulit vnda.*

*Ita legit, et interpretatur: Bellum est sub Ariete natis  
cum illis, qui sub Virgine: item illis, qui sub Libra,  
cum*

cum illis, qui sub Piscibus. Non miror accusari Maniliū, vt sui oblitum et eadem bis diceantur, vbi sic accipitur. At nihil ille hic de hostibus Librae, sed inferius: ordine enim cuiusque signi exsequitur aduersarios eodem, quod menses in anno permutant. Hic scilicet Arietis aemuli traduntur et sub Ariete natorum, scilicet non Virgo tantum, sed et Libra et Pisces. Itaque scripsit Manilius: *cum Virgine natis Et Libra, et Gemini.* Cum sub Virgine, sub Libra, sub gemino Pisce natis. Sequitur:

*In partes Tauri sub Cancro nata feruntur  
Pessora.*

*In partes*, inquit Scaliger, hoc est, in contrariam factio-  
nem. quas enim hic *partes* vocet, esse quas Mathema-  
tici *aspects*: et metaphoram a ludo pilae, in quo per  
factiones luditur. Intempestiuā eruditioñe. Nam ista,  
*Lanigero geniti*, et *Virgine nati*, et *Piscis quos protex-  
tit*, et *quos Geminorum fidora formant*, et *In Cancro  
geniti*, et *Capricorni semina et Librae partus*, et *Sagit-  
tarii de fidere partus*, et *Lanigeri partus*, et mox, *cum  
Lanigeri partu*, haec, inquam, omnia, vt tamen multa  
studio transeam, claimant legendum esse: *In partus  
Tauri.* id est, aduersus natos sub Tauro. Difficile est  
hoc non videre: sed ita placebat ei obseruatio de *parti-  
bus et ducenariis*, vt eam differre non posset. Ibidem  
male separat et iungit:

*In Cancro genitos Capricorni semina laedunt.  
Et Librae partus et quos dat Virginis astrum,  
Quique sub aduersi numeratur fidere Tauri,  
Lanigeri communis erit rabidique Leonis  
Hostis.*

Quasi Libra, Virgo, Taurus, terna scilicet *fidēs*,  
Arieti et Leoni aduersarentur. Nam Libra, Taurus,  
Virgo pertinent ad aduersantes genitis sub Cancro, ita vt  
cohaereant:

*In Cancro genitor Capricorni semina laedunt,  
Et Librae partus, et quos dat Virginis astrum,  
Quique sub auerſi numerantur fidere Tauri.*

Cur enim potius *numeratur?* annon *semina* et *partus* et *quos dat*, pluratiua sunt? *Auerſi* legendum vedit et Salmasius ad Solinum. Ut alibi idem Taurus *Auersus* *venit in coelum*. Male ibidem Scaliger: *sed totidem bellum subscribitur astris*: hinc incipere ait sententiam, et totidem signa subscribebile in Erigonem. Immo hemistichion illud finit praecedentem sententiam, scribendumque:

*Lanigeri communis erit rabidique Leonis  
Hostis, et a totidem bellum subscribitur astris.*

Leoni ait totidem eademque signa obtrectare, quot quaeque Arieti, nempe Virginem, Libram, Pisces. Rursum praeceps: *At te, Capricorne, rigentem Maxima turba petit.* Quid enim hic Capricornus inseritur, quem ordinem requirit versu 533.

*Haec eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.*

Rursus autem superuacuo ingenio ad illud, *Maxima turba*: Romane dictum, inquit, *Maxima turba, τὰ λογικά*; sed et decurtata locutio pro optima maxima, ut Varroni *nux iuglandis optima maxima*, item *fundus optimus maximus* in vett. actionibus. Immo gerrae gerinanae optimae maxime. Scribendum est:

*Erigone Taurumque timet, geminumque sub arcu  
Centaurum, et Pisces, et te, Capricorne, rigentem.*

Non totidein signa constituit aduersa Virgini, quot Arieti ac Leoni, terna videlicet, quod sentiebat Scaliger, sed quatuor, Taurum, Centaurum, Pisces, Capricornum. Sequitur, ut conceperat Manilius:

*Maxima turba petit Libram, Capricornus, et illi  
Aduersus Cancer, chelis quod utrumque quadratum est,*

N

Quas-

*Quaeque in Lanigeri numerantur signa trigono.*

Libram dicit habere maximam turbam contrariam. Hactenus enim tantum tria aut quatuor singulis opposuit: Librae seiuges hostes veniunt: Capricornus, Cancer, Aries cum suo trigono, id est, cum Leone et Sagittario, Scorpius. De Scorpio hic quidem filet, sed altero sequente versu: *Libramque fugit, metuendus et ipsi.* Nempe Librae. Ita enim legendum, non *Ipsé*, quod sensu caret. Ideo subiungit Scorpium totidem signa hostilia habere, quot Libram, sex nimirum, Aquarium, Geminos, Taurum, Leonem, Virginem, Libram. Mox de Aquario:

*At quos aeternis perfundit Aquarius vndis,  
Ad pugnam veniens agitat totumque trigonum  
Turba, sub vnius iuuenis virtute, ferarum.*

Obscurissimum dicit hunc locum Scaliger, cuius sensus sit: At turba ferarum duce Aquario agitat natos sub Aquario et toto trigono. Quod perinde est ac si dicam: Turmae Poenorum duce Scipione aut Marcello agitant legiones Romanas et socios Latinos, qui sub iisdem Scipione vel Marcello militant. Quomodo turba, quae sub Aquario est, potest agitare, quibus fauet Aquarius, eiusque collegium, Libra et Gemini? Quomodo turba ferarum est sub Aquario, cui inimicissimum eum statuit Manilius? Primum egregie Venetus: *Ad pugnam Nemeaeus agit.* Leo videlicet: vt infra: *quam te, Nemeae, sub uno.* Deinde aut traiectio est, vt intelligas, quos coelestibus vndis Aquarius rigat, seu qui sub Aquario nascuntur, iis et toti trigono (qui sub vnius iuuenis, Aquarii, nempe, virtute est) Leonem et turbam ferarum pugnam intentare: aut unus ille iuuenis, sub cuius virtute turba ferarum censetur, est semifer Centaurus. Reprehendit Scaliger inter ea, quae oblitus sui bis eadem dicat Manilius, quod de Tauro et Scorpio: Taurus, ait, persecuitur Scorpium. bis hoc dicit: *et quae dat Scorpius: acer:* tum,

tum, Taurum atque Leonem, etc. Sed non potuit aliter Manilius: priore loco inter hostes Tauri ponit Scorpium, posterioro inter hostes Scorpiorum Taurum.

## C A P V T VI

M. Seneca varie emendatus et explicatus. Sector. Domini natus sector, domina hasta. Cassius ad Ciceronem explicatus. Caesar filium vidit sectorem. M. Antonius testamento Caesaris filius. Caecilius Sullae filius et Sullae frater. Fratres etiam patruelis. Gracidianus Marius quomodo Caii Marii frater. Floro lux. Crassus et Scænula fratres. Cicero defensus. Decidere. De negotio

decidere. Non decipere est aderare, sed decidere. Defensus denuо Tullius. Arrius Menander in l. 4. D. de re milit. restitus. Aliqua re decidere cum aliquo. Caesar leviter corruptus. Communicare quidcum aliquo, non alicui. Quibuscum male pro parum Latino reprehensum. Mori per frarrem non parricidam. Silius corruptus. Vestis, quae ostrom fufiudit auro.

**C**ontrouersia 6. Buteo longe arcessito colore usus est; voluit eam nubere non inuito patre, sed secreto suadente, palam dissimulante totum hoc gestum. Ad quae sic notat praecipuu M. Senecæ sospitator A. Schottus: Σόλονος λόγος est pro ducere: nisi concise dictum pro, voluit eam filii nubere. In vet. cod. nudari legitur pro nubere; in margine, videri. Notat etiam τὸ γυναικεῖον νυφαριστήρα nubere uxoribus dictos. Accipit illa, voluit eam nubere, pro verbis conceptis rhetoris Buteonis, quasi captus a piratis dicatur nubere voluisse filiae Archipiratae. Quae mens Senecæ non est. Paullo ante: voluit ille et amoris commendationem detrahere. Infraque: solus Pollio iudicio facisse uult eam. Ita hic Buteo voluit (hoc est, pro colore dicit) eam (filiam Archipiratae captivo nunc dimisso) nubere non inuito patre (Archipirata) etc. Controuersia 9. Vidi ego magni exercitus ducem sine comite fugientem: vidi ambitiosa turba clementum limina deserta;

N 2

sub

*sub domino rectore venalia.* Quis ille *dominus rector?*  
*Scribe: sub domino sectore venalia.* *Sector* qui bona con-  
 fiscata, quae et ipsa *seccio* dicebantur, simul emit, ea  
 demque singulis postea vendit. De quibus multa veteres  
 et ex iis docti viri. Pulchre dicitur *sector dominus*, inci-  
 vili nomine. Iuuenal. Sat. 3. (v. 33.)

*praebere caput domina venale sub hasta.*

Cicero in Orat. pro Quintio (c. 15.): *Ergo hercule cuius-  
 bona ex edicto possidentur, huius omnis fama et existima-  
 tio cum' bonis simul possidetur: cui magistri fiunt et do-  
 mini constituuntur, qui, qua lege et conditione pereat,  
 pronuncient: de quo homine praeconis vox iudicat.* Vnde  
 Tibullus *ire sub imperium ea bona dicit lib. 2. El. 4. (v. 53.)*

*Quin etiam sedes iubeat si vendere auitas,  
 Ite sub imperium sub titulumque lares.*

Alludit M. Seneca ad Pompeii Magni historiam. Vide  
 Ciceronem secunda Antoniana, Plutarchum in vita Anto-  
 nii, Valerium Maximum lib. 6. cap. 2. Ad eandem se-  
 ctionem respicit C. Cassius ad Ciceronem famil. lib. 15.  
 epist. 19. vbi iocatur in mortem P. Sullae, qui cum vi-  
 brasset hastam dictatore propinquuo suo; idem sexto et  
 tricesimo anno post, vt ait Cicero lib. (2, 8.) de offic. a sce-  
 leratiore hasta non recessit: *Nec tamen Caesar diutius nos  
 eum desiderare patietur. nam habet damnatos, quos pro  
 illo nobis restituat: nec ipse sectorem desiderabit, cum  
 filium viderit.* Filium, intelligo M. Antonium, quem  
 Cn. Pompeii sectorem fuisse toties exprobrat Cicero Phi-  
 lippica II. (cap. 39.) et in eadem Caesaris testamento fi-  
 lium appellat: *Cuius tu imperatoris quaestor fueras,  
 dictatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis  
 auctor, praedae socius, testamento, ut ipso dicebat, filius.*  
 Errat P. Manucius filium hunc faciens P. Sullae, qui patrem,  
 vt ait, imitabitur; itaque sectore non carebimus; et ad  
 haec confirmanda aduocat epistolam 3. lib. 3. ad Q. Era-  
 trem.

trem. Inuenio quidem in loco illo: *Gabinium ambitus reum fecit P. Sulla, subscribente priuigno Memmio, fratre Caecilio Sullae filio.* At is L. Caecilius non huius Sullae, sed patris eius filius est, huius frater, quem etiam nominat in oratione pro Sulla, cap. 22. Videtur P. Sulla habuisse vxorem, quae Memmio cuidam ante nupta priuignum eius nominis posteriori marito dederit: Pater vero huius Sullae aut alterum ex filiis in adoptionem Caecilio alicui dedit, aut habuit vxorem ante Caecilio nuptam, atque ex ea priuignum Caecilium, fratrem vterinum P. Sullae. Potuit etiam patruelis esse P. Sullae adoptatus ab Caecilio. nam et hi fratres. Cicero ad Atticum lib. 2. epist. 7. *Cicero tibi mandat, ut Aristodemo idem de se respondeas, quod de fratre suo, sororis tuae filio, respondisti.* Sic lib. 5. de Finibus: (initio) *L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore germanus.* Pro Coelio (cap. 24.): *quomodo ille furenti fratri suo patrueli consularis restitisset.* Sic M. Marium Gratidianum C. Marii septies Consulis fratrem appellari censeo, quem scilicet Marcus Caii patruus de Gratidio adoptauerat, Caiique patrualem reddiderat. Adoptatum fuisse a C. Mario seniore discimus ex variis auctoribus, inquit Pighius ad annum 656, ac in primis ex L. Floro lib. 3. cap. 21. qui C. Marii ducis partium a L. Sulla Praeneste obseSSI fratrem appellat. At nusquam Florus illud, *a L. Sulla Praeneste obseSSI.* Tantummodo Marium ducis ipsius fratrem vocat, quod cur de Mario patre non intelligam, nihil rationis video. Nam vt concedam aliquando adoptasse, qui filium haberent ex se genitum, tamen id admodum raro contigisse puto. Fingi autem, quod Freinsheim placuit, Marii septies Consulis fratrem sustulisse Marium iuniorem, dein hunc fratri dedisse adoptandum, ipsi autem deinde Gratidium adoptione adscitum, operosum mihi et molestum videtur. P. Licinius Crassus Mucianus (quoniam ad haec deuenimus) P. Mucii Scaeuolae frater fuit. Cicero lib. 4. Acad. cap. 5. *Duos vero sapientissimos*

*et clarissimos fratres P. Crassum et P. Scaeuelam.* Fallitur P. Manucius, cui *τὸιοι fratres* olet mendum: nam Crassum et Scaeuelam fratres non fuisse constat, inquit. Immo contra, nam lib. I. de Oratore cap. 37. *P. Crassum illum Diuitem, cum P. Scaeuelae frater esset.* Vbi male praeferit, *cum P. Scaeuelae supereisset*, Guilelmus lib. 2. Verisim. cap. 4. neque enim Crassum Scaeuelae aut natura aut adoptione fratrem fuisse, succinente Grutero et aliis. Tamen reprehendit se Guilelmus, quod Pomponius IC. queque Crassum Mucii fratrem dicat: de correctione tamen in sententia mansit. Clare Cicero in Bruto (c. 26.): *cum esset P. Mucii filius, fratremque haberet P. Scaeuelam.* Hinc Rutilius in vitis IC. naturalem ortum e Crassorum gente habuisse statuit, sed adoptione in Muciam gentem transisse. Sic appellari debuit P. Mucius Scaeuela Licinianus. Contrarium verum est: Mucius enim nasciebatur, in Licinios adoptione transiit. *Supereisse autem Scaeuelae, id est, tutelam eius gessisse*, qui potest Crassus dici, quum parum aetate distarent? immo Scaeuela forsan antecederet? Certe Consulatum prior cepit, anno nonne urbis 620. cum L. Calpurnio Pisone: at Crassus biennio post cum L. Valerio Flacco. Controversia 9. *Pouca nosti, pater, crimina: et litigauimus aliquando et cecidimus, et fortasse, quod non putas, peierauimus.* Eodem modo lib. 2. Excerptor. cont. 2. legitur. Et tamen verum est reliquise Senecam: *et litigauimus aliquando et decidimus.* hoc est, transegitimus de litigio et reconciliati sumus. Cicero in Verrinis: (Verr. I. cap. 48. *Decebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem sibi ire iussurum.* Pro Roscio (Am. c. 39.): *ut cum Chrysogono transfigeret atque decideret.* Ad Atticum lib. I. ep. 8. *Quod de Tadiano negotio decidisse scribis.* Volunt insolenter hoc dici, quum ipsi praeferant e quibusdam libris, *decepisse*, quasi *decipere* sit abolere, tollere quod ante fuerat institutum. At quid hoc insolentius? Nam Glosarii auctor, qui *Decepit* interpretatur *ἀδετεῖς*, *ἀνέργειας*, *ηπάστημα*

*ηπάρτησιν*, tria verba confundit, *decidere*, *excipere*, *decipere*. *Απαρτᾶν decipere* est. Εγεργεῖν non decipere, sed excipere: vt quum Iustinus lib. 22. (c. 8.) cum persequi regem vellent, a Numidis excepti in castra revertuntur: id est, ἐγεργευσάμενοι quum Virgilius, (Ecl. 3, 18.) *excipere insidiis*. At qui decidunt, aliquo modo *αθετήσιν*. Vnde in eodem Glossario: *Decisiones*, *χρέων αποκοπά*. Sic enim infirmantur tabulae. Aurelius Victor in Aemilio Paullo: *In hac laetitia duos filios amisit, et progressus ad populum, gratias Fortunae egit, quod, si quid aduersi reipublicae imminebat, sua esset calamitate decidum.* Hoc quoque irritum et sublatum intelligimus. At quod illi insolentiae accusant, id probat ipse Cicero in oratione pro Q. Roscio (cap. 12.): *De re tota*, inquit, *decidisti. Ergo huc uniuersa causa deducitur, utrum Roscius cum Flavio de sua parte, an de tota societate fecerit passionem.* Iustinus lib. 31. *Quod ad bellum pacemque pertineat, nihil neque gratiae dari, neque de iure patriae decidi posse.* Martialis (9. ep. 4. v. 6.): *Decidat tecum qua pater ipse Deum.* Arrius Menander in leg. 4. π. 8. D. de re militari: *Non omnis qui litem habuit, et ideo militauerit, exauctiorari iubetur: sed qui eo animo militiae se dedit, ut sub obtentu militiae pretiosiorem se adversario faceret.* Nec tamen facile indulgendum est (sc. ne exauctorentur) iis, qui negotium ante habuerunt: sed si quis extra ordinem iudicationis transactione decidit, indulgendum est. Ita legendum pro corruptissimis vulgo: vnde multum negotii summis viris fecerunt. Habeant in antecessum ipsam emendationem studiosi: rationem redemus otiosiores. Quintilianus declam. 12. *An existimas, hanc legatis dari peccandi licentiam, ut quaecumque scelera in eo officio commiserunt, cum his omnibus hac una lege deciderint?* Utitur eodem modo Seneca contr. 2. *Obscene dixit Murrhedius rhetor: unde scimus an cum conuenientibus pro virginitate alio libidinis genere decideris?* Ita enim scribendum. Male quidam, dedideris.

Sed et vulgo dēest *cum*, nempe absorptum a prima syllaba vocis sequentis. Sic apud Caesarem lib. 3. de bello ciuili cap. 18. *adhibito Libone et L. Lucceio et Theophane, quibus communicare de maximis rebus Pompeius consueverat.* Haec tenus neque apud Ciceronem neque quemquam eius aei inuentum *communicare* cum dandi casu illius, qui quid *cum* altero commune accipit. Solum hoc, vt singulare notat Gifanius in obseruationibus. Nam quod ex Tullio addit: *id aut ēreptum illis aut nobis cum illis communicatum*: fugit eum ratio. Etenim auferendi casus vna cum sua particula hic apparet, et *τὸ nabis pro a nobis positum*, more casus passiuorum. Vt ad Q. Fratrem (1, 1, 15.): *Sed ea tibi est communicanda tecum, prodenda liberis nostris.* In diuinatione in Caecilium: (cap. 4.) *quae cum his civitatibus C. Verri communicata sunt.* Alibique. Caesar semper aut absolute, sic vt *cum his*, aut *inter illos* subaudiri velit, aut *cum auferendi casu* vtitur. Itaque et hic scribendum: *quibuscum communicare.* Mirabilis prorsus Douzae lapsus est lib. 1. centur. cap. 25. vbi eos ait peccare largiter, qui pro *quicun* in pluralibus datiuis (ablatiuis dicere volebat) usurpare ausi *quibuscum* vel etiam *queiscum*: si tamen haec verba intelligo. Et existit tamen vir doctissimus, qui ex illo repeteret. At Ciceroni quid frequentius? Cont. 16. *Volo mori, sed pura manu tua: hoc pietatis tuae munus ad inferos perferam (licuisse mihi per fratrem aliter quam parricidae mori).* Quia postrema virgulisa circumscripta absunt a Cod. Brugensi, inducenda ea putat Schottus, nec enim idoneum sensum habere. Cui non facimus secundas, sed Senecam suo ore loquenter damus: *hoc tuae pietatis munus ad inferos perferam, licuisse mihi per fratrem aliter quam parricidam mori.* Non recuso, inquit, mori: sed te scelere viliari noli. hoc ergo permitte mihi, vt ad inferos tuae innocentiae testimonium perferam, nimirum cum me mori cogeres patris iussu, non fuisse te parricidam.

Supra:

Sapra: ministerium an poenam esse voluisse? vindicem an parricidium? Infra: non potui facere parricidium, et (quam erramus homines!) factum putavi. Frater, inquit, tu primus in domo parricidium facies. Frequentissimus ille error librariis. Nunc vnum addemus Silius locum lib. 15. Pun. versu 25.

*Altera Achaemenum spirabat vertice odorem,  
Ambrosias diffusa comas, et ueste resfulgens,  
Ostrum quae fuluo Tyrium suffuderat auro.*

Ita scripsit Silius, innuitque staminis purpureo aurum fuisse intextum. Editiones habent: *Ostrum quam fulvo*: quod cum sine sensu esse videret interpres, nubem nube interpunctionis mutabat, aut corrigebat misere; e ueste resfulgens *Ostrum quod fuluo Tyrius*. Quis dubitet inuenturum, cui hanc εὐσοχίαν approbet?

## C A P V T . VII

*Lucretius multis locis emendatus et illustratus. Verba actiua absolute posita subaudito r̄ se. Culta loca reddunt manibus meliores foetus. Syllaba brevis producta ante R. Vergere, innergere, insperatus. Apuleius, Ouidius bīs, Lucanus correcti. Vergere amoma.*

*Vergere nūsus. Inuergitur color et lumen in res. Claudio lux. Chlamys effluit. Chlamys auro, limbo. Effundere radios. Guntherus defensus. Euntrōis adīdāv apud Ciceronem a siulea interpretatione vindicata. Diet sine faece. Martiali veteris letio asserta. Colata scrēitas.*

Desperatus fere est Lucretii locus lib. 4. versu 70.

*Nam certe iacier ac tergeri multa videmus  
Non solum ex alto penitusque, ut diximus ante,  
Verum de summis ipsum quoque saepe colorem.*

N 5

Ita

Ita edidit Ob. Gifanius, cum MSS. ipsius haberent, *iacerē ac mergerī, corgerī, iergerī*. Vulgo *iacere ac iaculari*. Lambinus: *iacere atque emergere* vel *emergi*; aut, *nam iacier certe atque emergere*: siue dēnique, *nam detergeri atque emergere*. Turnebus: *iacere ac tergeri*. Illud stupeo, potuisse placere Gifanium sibi in hoc genere versus, quale nullum in tota antiquitate reperitur. Nos cuin in Vossiano Codice, *iacere ac inuergiri*, ita tamen, vt *C* et *IN* in medio vacuo inter duos versus suprascriptae essent, inuonissemus, non dubitauimus scribere:

*Nam certe iacere ac inuergi multa videmus.*

Quod paullo latius asseremus. *Iacier ab ingenio est editorum, non Lucretii. Subaudiendum ad iacere prouocabulum se, notissimo Graecisimo. Sic Comicus ait rem diuinam fecisse et rem seriam velle agere mecum.* Lucretius lib. 3. versu 69.

*Vnde homines dum se falso terrore coacti  
Refugisse volunt longe longeque remosse.*

Ita omnes veteres. At quia *remosse* agens, *refugisse* absolutum, ex coniectura *remasse* substituit Gifanius, Lambinus recesse. Iterum lib. 4. versu 470.

*Denique nihil sciri se quis putat, id quoque nescit  
An sciri possit: quoniam nihil scire fatetur.*

Ita plane Vossianus codex et tres Lambini. Gifanius: *quom se nihil scire: quae coniectura fuerat Lambini: ut et quod se nil.* Lib. 6. versu 1215.

*Vsq[ue] adeo mortis motus his incusserat acer.*

Haec vet. codicum lectio est. *Incusserat*, scilicet se. Malę Gifanius, *inuaserat*; alii aliter. Seneca epist. 95. *Quanta circa nepotum focos iuuentus premit. τὸ circa deleuerunt, qui ad τὸ premit non subaudierunt τὸ se.*

Frustra

Frustra citat Gifanius ex lib. i. quod ipse conjectura sua corruptit versu 209.

*quoniam in cultis praestare videmus  
Culta loca et manibus meliores reddier foetus.*

Vbi etiam Lambinus edi curauit, *reddi foetus*: et confidentissime, sic legendum, ait, libris o. Ms. et veteribus editis, in quibus *reddere*, reclamantibus. Videntur magna ambitione certare viri isti duo doctissimi, uter audacius in Poëtam grassetur. *Culta reddunt meliores foetus manibus*, id est, labore manuum, aut cultu. Sallustius (Iug. 73.) : *opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitae erant*. Cicero 2. de off. (cap. 4.) *Ex quibus omnibus multisque aliis perspicuum est, qui fructus, quae utilitates ex rebus iis, quae sunt inanimae, percipiuntur, eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere potuisse*. Lucanus lib. 5. (v. 535.) *manibusque inopem duxisse senectam*. Sed Sallustiana phrasí Lucianus περὶ τὸ ἐνυπνίῳ τῷ σώματι πονῶν, καὶ τὸτῷ τὴν αἰσθασαν ἐλπίδε τῷ βίᾳ τεθειέντος. Hinc Abdalonymus apud Curtium (4, 1, 25.) de priore fortuna sua: *Hae manus sufficere desiderio meo*. Verus scilicet, haud dum rex, χειρῶν τούτην αἴποχειροβιότος. Possit interpretari, siue *reddere* se meliores foetus, siue *culta loca et praestare in cultis et reddere foetus meliores manibus*. Oblitus est sui Gifanius cum in indice netat *reddere* verbum absolute accipi lib. 4. vers. 309.

*Et cum tauru data est, fit rursum ut dextera fiat:  
Inde retrorsum reddit et conuertit eodem.*

Sed cum o. v. habeant *redit*: et hoc orationis filium requirat, retinere id malim; posteriorem τῷ *Inde* producere auctoritate Graecorum Poëtarum, quia R prima litera sequenti est voci, ut versus sibi constet. Similiter eodem libro supra versu 362.

*furiique*

*fieri que perinde videmus  
Corpore tum plagas in nostro, tanquam aliqua res  
Verberet.*

Vbi eadem vis literae ad ultimam in aliqua producendam. Neque placet, quod Lambinus refingit, *aliquae res*; Gifanius vult verbum miurum Lucretio excidisse. *In-*  
*vergi* dixit ab *inuergere èveçyermæs*, vt, quod notum omnibus apud Maronem, (Aen. 6. v. 244.) *inuergit*  
*vina sacerdos*. Herc. Fur. (v. 99t.) *quo se coecus inuergit furor?* Et sic legendum ex MSS. apud Appuleium quo-  
inodo et Wouuerius edidit, lib. 9. *At ego sine villa mora*  
*progressus etiam obuio gradu satis fitienter pronus et*  
*totum caput inuergens salutares vere quidem illas aquas*  
*hauriebam*. Sic simplice vtitur Lucretius l. 2. (v. 2II.)

*In terras igitur quoque solis vergitur ardor.*

Idqñe verbum restituendum Ouidio lib. 1. de Ponto,  
El. (9. v. 51.)

*Ille tibi exsequias et magni funus honoris  
Fecit, et in gelidos fudit amoma finus.*

MSS. *vertit aroma*. Pircheimeri et Florent. *vertit amo-*  
*ma*. Lego: *et in gelidos vergit amoma finus*. Et lib. 4.  
metamorph. vers. 506.

*Dumque pauent illi, vertit furiale venenum  
Pectus in amborum, praecordiaque intima mouit.*

Scribo: *vergit*. nempe Furia, quod in aere cauo coctum  
habebat. Statius lib. (6. v. 211.) Thebaid. *Spumantesque*  
*nero pateræ verguntur*: Qui lib. 4. (v. 452.) *Inclinat*  
*Bacchi latices*. Vnde appet ratio huius actionis. *Ver-*  
*gendo enim et modica inclinatione pateram effundimus*.  
Lucanus lib. 1. vers. 54.

*Sed neque in Arctoo sedem tibi begeris orbe,  
Nec polus aeyerfi calidus qua vergitur Austræ.*

Sic

Sie praeter Pulmannianos nos in compluribus MSS. invenimus. Vulgo: *vertitur*, Lib. 4. *nec segnis vergere ponto Tunc erat astra polus.* Sic iidem. In vitio cubat etiam Lucanus lib. 6. versu 482.

*Terra quoque immoti concussit ponderis axem,  
Et medium vergens nisu titubauit in orbem.*

Alii cod. *titubauit nisu*: alii, *nisi titubauit*. Sed ne ambigas veram lectionem esse, quam Ms. Pircheimeri representabat:

*Et medium vergens nisu titubauit in orbem.*

*Nisu* est accusatiuus pluralis. Lib. 7. (v. 504.) *fortuna diu rerum tot pondera vergens.* Seneca in Oedipo: (Act. 4. v. 887.) *Lene sed modicum fluens Aura nec vergens latus Ducat intrepidam ratem.* Omitto Poëtas sequioris aei, qui frequenter ita loquuntur. Denique *inuergi* corpora minuta siue exuuias, ut alibi *mitti*, et ipsa de corpore fusa vagari ac volitare dicit: et praeceps a circumseptis in res colorem inuergi. Πομιλμαρος, ος ξύμπαντος χρόας ἐκάλεσσεν, φλόγας τῶν σωμάτων ἐκάστων ἀποβρέπταν appellat Plato in Timaeo. Liquidum autem et ignem dixit Maro. (Ecl. 6. v. 33.) Color non appareat sine luce, ideo lux coloris definitio nem intrat. Hinc *luces* pro coloribus Manilius: *Tyrias imitata papauera luces.* *Lucens* pro colorato. Funditur autem lumen: et sic quoque color e corpore apposita tingens. Seneca epist. 82. *Cubiculum lucidum dicimus: hoc idem obscurissimum est nocte: dies illi lucem infundit, nox eripit.* *Infusum lumen* in pallam Statio lib. 12. (v. 312.) Cui geminum illud Silii lib. 12.

*Redditur extemplo flagrantior aethere lampas,  
Et tremula infuso resplendent coerula Phoebo.*

Ex sententia eorum, qui τὰς τῶν εἰδώλων ἀποβρέοις et lumen nihil aliud quam effluuiem corpusculorum a corpore

corpo lucido credebant. Nequequam huc referunt  
viri docti Claudianum in 4. Cons. Honorii: (v. 208.)  
*simili chlamys effluit auro.* Intelligimus: chlamys auro  
simili picturata aut texta effluebat, hoc est, ut alius, de-  
center vndebat. Proprium hoc verbum vestitus laxi,  
qui ad ornatum diducitur. Tibullus (1, 6, 40.) *Effluit*  
*effuso cui toga laxa finu.* Statius i. Achill. (v. 347.) *ve-  
tusque latentes Didicit.* Quare apud Phaedrum (5, 1, 22.)  
de Menandro, *vestitu affluens.* nisi per hypallagen dixit  
ille: *vestitu effluens.* Fundere amictus, Statius in Coma  
Earini. (v. 55.) *Descendunt vestes,* in 10. Theb. at in 4.  
(v. 266.) *vndante finu,* ut Virgilis, (Aen. i. v. 320.)  
*fluentes finus.* Relipexit autem Claudianus illa Papinii:  
(5. Theb. v. 438.)

*Oebalidae gemini:* *chlamys huic, chlamys ardet et illi:*  
*Ambo hastile gerunt: humeros exsertos uterque:*  
*Nudus uterque genas: simili coma fulgarat astro.*

*Chlamys simili auro,* ut Virgilio (4.) Aeneid. (v. 137.) *chla-  
mys pinto limbo,* Martiali (Spect. ep. II. v. 3.) *laço ve-  
nabula ferro.* Funditur vero lumen, et infunditur et dif-  
funditur et perfundit corpora, etiam effunditur. Gun-  
therus lib. 5. Ligurini:

*Principis aduentu veluti noua solis imago  
Cooperat optatae radios effundere pacis.*

Non debebat hoc verbum offendere CL. Rittershusium,  
ut diffundere mallet. Seneca lib. 5. de benef. c. 6. qui-  
bus sol intercursu lunae vetetur omnes radios effundere.  
Subtilitas est Marci lib. 8. τῶν εἰς ἐκτὸν, dogmatis mo-  
ralis causa: Οὐδεὶς κατακεχύθει δοκεῖ, καὶ πάντη γε  
κέχυται, & μὴ ἐκκέχυται, αἷλα χύοις πάντες τάσις  
εστιν. Graeci quoque ἐκχυτινοί ὄντες, et cum illis  
Cicero lib. 2. ad Atticum, ep. 3. sed de radiis oculorum,  
non solis. Si enim cernimus emissione radiorum, suauio-  
res fenestras angustiores: si recipiendo imagines, latae  
fene-

*feneſtræ probandaे, quod ἔμπτωσις εἰδώλων impediatur anguſtiis.* Nemo interpretum ignorat Ciceronem iocari in Stoicorum et Epicureorum de viſu diuortia. Sed longe ſuauior Cicerone Gutherius lib. 2. de iure Manium cap. 16. Alludere ait Ciceronem ad id, quod putabant in ſomniſ apparere *Vmbras*: tum quod dominus aedium nouarum Larem ſalutabat ſacro facto, quo iſ *Vmbras* expelleret: tum in triftitia temporum eum in fugandis Lemuribus laſlus *Vmbrarum* pertimēſcere, quas εἴδωλα vocet, quum ſint Σκιαὶ. ſed et *Vmbras* dici, qui ad coenam venirent non vocati, eoque *Vmbras in anguſtiis labotraturas*, dicere Tullium, qui cupeſet, vt paucioribus comitiibus adeffent conuiuae: idque confirmari, quia in extrema epiftola mentio fiat Compitalium, quod fuerit deorum inferorum festum, et lautiſ eptulis celebraretur. Quid haec omnia, niſi laruae de laruis? Apud Lucretium ſi quis malit, iacere ac ſe vergere, id eſt, fundere, non repugnabo. Affine ſuperioribus, quod apud Martialem lib. 8. ep. 14.

*Hibernis obiecta notis specularia puros  
Admittunt ſoles et fine faece diem.*

Omne fere impurum *faex* dicitur. *Faecem populi, defaecari mentem* ſciimus. Cum autem peculiari phraſi lumenis ſit, et ſic diei, liquidum eſſe, quis adeo iniquus, vt grauari audeat, *faecem diſi*, pro pluuiā, niue, grandine, et illis quea liquidum illud adnubilant, conſpurcantque ac turbant, poni? Suauiffimum immo et digniſſimum Martiale eſt. Neque aliter Homeruſ αἴθέρα dixit Ἰλ. 6. (v. 424.)

τιθήσθε δὲ ὀρυμαχύδος  
Χάλκεον ἐρευνὸν τὸ δι αἰθέρος αἴτηγετοιο.

hoc eſt, liquidi, faece carentis. Ut *liquidam lucem* dixit Liuius lib. 22. (cap. 6.) Dixerat enim Homeruſ ante, (I. I. v. 371.)

πολέ-

πόλεμιζον ὑπ' αἰθέρος πέπτωτο δ' αὐγὴ  
Ηελίος ὀξεῖα νέφος δ' εἰς Φαινετο πάσης  
Γαῖας δὲ δέρεται.

Aequa audaci translatione somnium colatum, quasi sine faece, liquidum, non turbulentum dixit Tertullianus de anima c. 48. *Certiora et colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus, quasi iam emergente animarum vigore produtto sopore.* Et plane colatam serenitatem coeli inuenire est apud eundem eruditissimum scriptorem lib. II aduersus nationes: *Necesse est, in corpore et quantum velis integro ac puro ut naevus aliquis effructicet, aut verrucula exsurgat, aut lentigo sordecat.* Coelum ipsum nulla serenitas tam colata purgat, ut non alicuius nubeculae flocculo designetur. Quid clarius ad faecem diei apud Martialem adstruendam possit excogitari? Adeo reciproca haec sunt, ut limpida aquam descripturus Boëthius dixerit: (de Cons. Phil. I. Metr. 7. v. 9.) *Parque serenis Vnda diebus.* Haec ideo fusius, quia magnus Cuiacius legendum *sine sole*, ex Ms. suo, quicum tamen omnes alii discordant vulgatum feruantes, doctis viris iam persuasit: Morellus *sine nube* ex nescio quo vetere protulit ad Balneum Hetrusci. Philo περὶ πρεσβείας (pag. 1042.) προσάττει τὰς ἐν κύκλῳ θυρίδας αὐτοληφθῆναι τοῖς οὐάλω λευκῇ διαφανέσσι παραπλησίως λιθοῖς, οἱ τὸ μὲν φῶς ἐκ ἐμποδίζεσιν, ἀνεμον δὲ σφραγεύσοι καὶ τὸν αἴφ' ἡλίος φλογυμόν.



## C A P V T VIII

*Curtio decies reddita vetus scriptura. Tormento excissa. Tenedon nominatio casu non dicitur. Bassus Bactrianorum Praetor. Submitti genu. Definare urbem futuris muris po-* lenta. *Vegetius defensus et Ammianus. Hoc tertio. Inlati praefidiis. Fluctuari. Spondere pro aliquo quo cinctrices, totidem corporis decora.*

*C*urtius lib. 4. cap. 1. *Hephaestionique permisum, ut quem eo fastigio Sidonis dignissimum arbitraretur, constitueret regem.* Otiosum illud Sidonis. Scribendum puto: *quem eo fastigio e Sidoniis dignissimum arbitraretur.* Non enim quemcumque aut vndecumque ortum, sed ciuem et ipsorum generis voluit praefici. cap. 2. *Non tormenta, nisi e nauibus procul, excussa emitti, nec scalae moenibus applicari poterant.* Vera lectio: *non tormenta, nisi e nauibus procul, excussa mitti.* Vbi τὸ mitti iam occupauit Modius, quippe scriptorum est. Infra: *quum tormento afferes promouissent.* L. 7. (cap. 9.) *Torrenta saluti fuere, quibus in confertos ac temere se offerentes haud frustra excussa sunt tela.* Lib. 8. *et turrem admovebantur, et excussa tornientis tela emicabant.* Eodemque: *excussas tormentis praegraues hastas.* Simili mendo Liuii lib. 24. liberauimus. Cap. 5. *Tenedon quoque receptum, incolis vltro vocantibus. Statuerant et Chion occupare: sed Pharnabazus etc.* A Modio est, et ita tuetur Freinsheimius, vt *Tenedon receptum dicatur, subauditio τὸ oppidum.* Sed nec *Tenedon nominatio casu fero, et intellectum talem vocis oppidum siue exemplo esse opinor.* Florent. Dan. et Pal. *Tenedon quoque receptaculum, incolis vltro vocantibus, statuerant occupare.* Vbi vides deesse illa et Chion: quae nec fuerunt in scriptis Modii, nec in editione Gymnici, vt testatur idem Modius. Ea sine dubio interposuerunt recentiores ex Arriani libro tertio, qui ostendit, quae sequuntur, ad Chium pertinere, et de vtraque insula contin-

Q

nen-

## OBSERVATIONVM

nenter memorat. Habuerunt etiam editi antehac illud *receptaculum*, sed cum id solum sine sensu esset, addiderunt *hostium*. Restituimus ex scriptura veteri: *Teneo quoque recepta, Chium, incolis vltro vocantibus, statuerant occupare.* Vides ut se res det ipsa sine villa violentia. Ex *receptaculum* fecimus *recepta Chium*: verba autem illa, *incolis vltro vocantibus*, iuxta bene referri ad *Tenedon*, quae sequuntur, demonstrant. Cap. 6. *Duces ergo copiarum Babyloniam conuenire, Bessum quoque Bactrianorum ducem, per quam maximo posset exercitu coactio, descendere ad se iubet.* Quum non placeret illud *per quam maximo*, recurri ad variantes, vbi *τὸ ducem* Flor. Dan. Bong. exsulare vidi. Recte: scripsérat enim Curtius: *Bessum quoque Bactrianorum P R. quam maximo posset.* Hoc est, *Praetorem*; vnde imperiti librarii fecerunt *per*. Eodem capite: *Vetus disciplina regum silentium vitae periculo sanxerat.* Lingua grauius castigatur quam *vllum probrum*: *nec magnam rem magis sustineri posse credunt ab eo, cui tacere graue sit.* Vir doctissimus emendat: *nec magnam rem Magi sustineri.* Quod quidem adeo certum putat, ut probatione non indigeat. Si tamen mentem historici consideres attentius, importunam hic videbis Magorum mentionem. Fallor an vox *magis* per errorem obrepfit. Nam cum *sustineri* explicuisset quis, *agi*, idque in contextum esset relatum, apposita ultima praecedentis, prima sequentis vocis litera ex *agi* factum est *magis*. Abestque ea vox ab uno Florentinorum. Nec vero corrigendum, quod paullo inferius: *Linqui deinde animo et submitti genu coepit.* Ita enim Lucretius lib. 1. (v. 93.) *terram genibus submissa petebat.* Ouidius lib. 4. met. (340.) *Flexumque genu submisit.* Nam *submitti genu* dictum, ut Suetonio, *dextrum genu lapide illus.* Cap. 8. *Fama est, cum rex urbis futuris muris polentam, ut Macedonum mos est, definasset, auium greges aduolasse et polenta esse pastas.* Sic editiones. At Modius, cum reperisset in MSS. *urbis futu-*

*futurae muros polenta, ut Macedonum mos est, destinasset, ultimum autem verbum non intelligeret; in caeteris quidem retinuit lectionem Ms. pro *destinasset* vero supposuit *designasset*. quippe Valerius in eadem historia: *polentaque urbis futurae lineamenta duxisset*. In nostris vtriusque excerptis, *polenta*: in altero etiam, *futuri muro*. Ut verosimile sit relictum a Curtio: *cum rex urbis futurae muros polenta, ut Macedonum mos est, destinasset*. *Destinare*, quod fugit Modium, idem est quod *designare*, notare. Sic in Dioxippi historia lib. 9. *Coniectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, ferre non potuit*. Eodem libro: *Intellectum mare destinari ab ignaris naturae eius*. Virgilius Culice (v. 389.): *locum capit, hunc et in orbem Destinat*. Liuius lib. 10. ex his, 225, qui omnium consensu destinabantur et infandae colonorum caedis et defectionis autores, vindictos Romam deducunt. Sic Vegetius: *Ad quem castrorum positio, valli, et fossae destinatio pertinebat*. Vbi frustra coniicit Lipsius: *designatio*. Ammianus Marcellinus lib. 23. et aliam fidem vaticinii Delphici, *quae Atheniensibus ad certandum contra Medos oblique destinauerat mare*. Vbi praeter necessitatem vir doctissimus: Malim, inquit, *designauerat*. Florentinorum tamen optimus cum duobus aliis eiusdem Bibliothecae: *cum rex urbem futuris muris polenta etc. destinasset*. Quae fortassis omnibus aliis praeferenda lectio. *Urbem destinavit, id est, designavit et metatus est urbis condendae locum. quatenus? futuris muris*, hoc est, ea parte, qua muri ducendi essent, seu locis futurorum murorum. *qua nota destinavit? polenta sparsa*. Virgilius lib. 5. Aeneid. (v. 755.) *urbem designat aratro*. In Oratione legati Persici cap. 11. *Darium ut pacem a te iam tertio peteret, nulla vis subegit*. Leuiculum est et posset a minus attento praeteriri; quia tamen nefcio quomodo cultiorem facit orationem, monendum in Flor. principe et Pal. legi: *ut pacem a te iam hoc tertio peteret*. Eodemque modo Aldina, nefcio an et aliae*

retro. debuissent certe. Verum est, quod obseruatum nonnemini, τὸ τέταρτον hoc in visu non esse aduerbiū, sed ponit per ellipsis τῷ loco, tempore, numero. Iam hoc tertio, iam hac tertia vice. Valerius Flaccus l. 3. *extremum hoc vincis innescere palmas Dat famulis.* Sic Apost. 2. ad Cor. 13. (v. 1.) τέταρτον ἔχομεν πρὸς υμᾶς. Vbi Panicus terror Macedonici exercitus narratur, c. 12. *Coeli fulgor aeterno tempore internitens ignis praebuit speciem, flammasque splendere ex Darii castris velut latis tenderent praefidiis credebant.* Haec lectio, ne quis se frustretur, coniectura Modii est. MSS. eius: *velut illatis temere praediis.* Vnde, inquit, suspicetur alius: *velut illatas tenere.* Acidalius: *veluti laxius tenderent praefidia, vel, laxis tenderent praefidiis.* Quae omnia non capio. Vulgo legebatur: *velut illatas temere praefidiis.* Duo codices Gruteri cum duobus Florentinis: *flammasque splendere ex Darii castris velut inlati temere praefidiis credebant.* Itaque Aldina editio, nisi quod *illati*: tertius Flor. memb. *elati.* Causa terroris haec est. Non ignorabant Macedones se numero a Darii copiis immensum quantum superari. Propinquo igitur summae rei discrimine dum suam virtutem, hostium multitudinem varie apud animos suos componunt, εἰς υπογύνια vndiquaque se ignibus vident esse cinctos. Ita putatum, temere procedentes venisse in loca clausa praefidiis et custodiis subfessisque Persarum, qui latenter circumfusi ignibus excitatis significant infidias maturatas, captos Macedones et velut indagine clausos teneri, in eumque locum adductos, vbi neque animus ad pugnam neque ad recessum spes cuiquam superest. Illustrant verba Ciceronis (ad Attic. 8, 11.) in epistola ad Pompeium: *Ante d. 3. Kal. Mart. non dubitabamus, quin tu Brundusium peruenisses: nobisque iter ille omnino interclusum videbatur, neque minus nos esse captos quam qui Corfinium venissent; neque enim eos solos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidissent; sed eos nihilo minus, qui regionibus exclusi intra-*

*praefidia atque intra arma aliena venissent.* Caesar lib. 7.  
*Gall.* (c. 8.) *quod intrare intra praefidia periculorum pugnabat.* *Inferri, inferre signa, gradum alias praelentis virtutis est;* sed hic dicitur de imprudentibus. *Liuius lib. 4.* (cap. 39.) *donec impetu illati ab suis excludantur.* et alibi: *in insidias temere illati cum a frequentibus pallentes et locorum ignari circumvenientur.* *Silius lib. 5.* (v. 632.) *stagnisque intata est Daunia pubes.* Ut habent Ms. nam qui *latebat* defendere conantur, tales sunt quales hic pingitur Silio Daunia pubes. Notum vero est de hostium copiis, ex igne in castris accenso, si vicina essent, coniecturam capi solitam: item sociis a diuersa parte tendentibus fumo vel igne signum dari solitum. Post pauca: *Fluctuare animo rex, et modo suum, modo Parthenonius consilium sera existimatione perpendere.* Sic Modius, qui vulgo ait lectum, fluctuabatur. Suppositum utrumque pro vera lectione, quae in Aldina et omnibus, quas appellaui, membranis: *Fluctuari animo rex.* Ut Liuius lib. 23. (cap. 33.) *incertis adhuc viribus fluctuatus animo fuerat.* Lib. 32. (cap. 13.) *Ibi statuus rex aliquot dies habitus fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reuerti in Thessalam praestaret.* Seneca, alii. Cap. 14. Alexander ad milites: *Nec postulare se, ut fortiter capesserent praelium, ni ipse ceteris fuisse exemplum.* *se ante prima signa dimicaturum spondere, pro se quot cicatrices, totidem corporis decora.* Verbum spondere, sustulit Modius, credo, quia sic visum est, quando nullam MSS. facit in notis mentionem. Tollit et Acidalius, et pro se mutat in *pros*sus. Quorum penes nos excerpta sunt, omnes habent. Doctissimus Freinsheimius, cui nec lectio placet nec correctio, lectionem tamen sic tentat explicare: sibi nihil poscere Alexandrum praeter gloriam ex vulneribus, quae propter illam non sit refugiturus. Itaque distinxit: *se ante prima signa dimicaturum spondere pro se, quot cicatrices, totidem corporis decora.* Recte hoc quidem: sed longe alia sententia

tentia est: nempe quas gerat in corpore cicatrices, totidem decora corporis, militibus esse debere testes, vades et obsides regiae virtutis. Quod alterum argumentum est, quo confirmat, quod se militibus exemplum fortitudinis proposuerat. Sic Cicero agraria 2. (cap. 36.) *Nul- li po. Romano pro me maiores mei sponsonterunt.* Lib. 7. famili. ep. 5. *Casus vero mirificus quidam interuenit vel testis opinionis meae vel spon/or humanitatis tuae.* Neque aliter ipse Curtius lib. 9. (c. 2.) *veſtras manus intueor: veſtram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem prae- demque habeo.* Eodem pertinent illa apud Ciceronem. Pro Cluentio (c. 30.): *At condemnauit: hanc enim damnationem dederat obſidem Balbo et caeteris, ut deſtitutus ab Oppianito videretur.* Catilinaria 4. (c. 5.) *Habe- mus a Caesare ſententiam; tanquam obſidem perpetuae in tempi publicam voluntatis.* Pro Coelio (c. 32): *Habet a M. Coelio reſpublica duas accusationes vel obſides periculi vel pignora voluntatis.* Diuinat. extrema in Caecilium (c. 22.): *A nobis multos obſides habet populus Romanus.* Thucydides lib. 1. (l. 82.) μὴ γὰς αἴδοτι νομίσετε τὸν γῆν σὺν ᾧ οὐκέπονος ἔχετε. Idem lib. 3. (l. 46.) ἔγεντο χρῆστοι τῷ Θαύάτῳ τῇ Σηπίᾳ, ὡς ἐχεγγύω, πισένθατας χρῆστοι βελενύσασθαι. Sic etiam cicatrices Alexandri spondent pro virtute eius apud milites. Spondere, inquit, pro se vulnerum, quae cominus praeliendo acceperit, cicatrices, quarum quot vestigia fint, totidem in suo corpore decora et virtutis notas numerari. Ne quis miretur nos alibi tres Flor. alibi unum aduocare, monemus, tres illos tantummodo consuktos nobis de locis antehac hic tentatis; unius vero excerpta perpetua optimi et antiquissimi contigisse beneficio amplissimi Nic. Heinsii.



## C A P V T IX

*Seneca emendatus et defensus a transpositione virorum doctorum. Dirae Hecubae in Vlyssen. Ausonius et Silius correcti. Contextus ratis temere properatae. Propertius*

*emendatus. Rates causam leti texere. Poena. Alius Seneca locus tentatus. Domare. Sortem occupare, praemium eripere.*

**A** pud Senecam in Troadibus dicit Hecuba (v. 993.):

*Duc duc Vlysse: nil moror, dominum sequor.  
Me mea sequentur fata, non pelago quies  
Tranquilla veniat, saeuia ventis mare:  
Et bella et ignes et mea et Priami mala.  
Dumque ista venient, interim haec poena in loco est:  
Sortem occupauit, praemium eripuit mihi.*

Ios. Scaliger quinque posteriores versus ad finem eius scene reiicit: dein legit: *haec poena in lucro est; et, eripi.* Salmasius ad Solinum recte vidisse ait Scaligerum, versus in editionibus male ordinatos, ita, ut ille vult, ponendos esse, sed in ultimi versus vera lectione sententiaque eruenda plane caecutisse: legendum enim: *Sorte occupauit, praemium eripiant mihi:* quod sit: in hoc stadio misericarum et suppliciorum fors tribuit mihi, ut prima essem, et caeteros anteuerterem: sed ipsis opto, ut praemium mihi eripiant, et me supererent miseriis. Videntum primo an vulgatus ordo turbandus non sit. Sunt enim duum generum imprecations Hecubae: priores audito se Vlyssi famulam destinari in ipsum Vlyssen; posteriores viso Pyrrho, cum recordaretur caesam ab illo Polyxenam, ut hoc sanguine placarentur manes Achillis et solueretur classis, in vniuersam Graecorum classem. Illae hic, hae sub finem scena explicantur, recteque temporibus distinguuntur. Notant Critici, in votis aut diris solere Tragicos materia sumere ex iis, quae facta esse

postea docet fabula; Id artificium non insuperhabuit hic auctor, qui in persona Hecubae malas preces concipit ex iis, quae Vlyssi, et si fortem hanc, thesaurum quendam mali et velut Seianum equum, in Threcico litore reliquisset, postea contigerint. *Saeuities pelagi clare describitur lib. 5. Odyss. (v. 313.) per Neptuni iram.* in cuius periocha corrigetidus Aufonius: *qui contextu ratis temere properatae nauigationem solus aggreditur.* Vulgo, *properare.* *Contextus ratis temere properatae,* quam Hoinerus appellat *σχεδίν πόλυδεσμού,* (l. c. v. 338.) quo priore verbo decies in ea re narranda utitur. Sic Sallustio, (Iug. 54, 6.) *castella aut oppida temere manita:* Aminiano *temere contextis ratibus.* Nemo ignorat τὸ texere proprium verbum esse de structura nauium. Pacuvius apud Cic. lib. I. de diuin. (cap. 31.) *Tamque mari magno classis cito texitur.* Ouidius I. Trist. el. 3. (v. III.) *Pinea texta sonant.* Stilius lib. II. leuiter corrigendus versu 588. ex veteri Romana editione:

*Aeratas iussi texamus mille carinas.*

Nam vulgares, iussi. Claudioius I. de laud. Stil. (v. 313.) *quae silua carinas Texuit?* Propertius hinc iuuandus lib. 3. elegia (5, v. 41.)

*Ite rates curvae et leti contexte causas,  
Ista per humanas mors venit acta manus.*

Lipsius in Farnes, et Fulv. Gebhardus in duabus Pall. legi monuerunt: *et leti texite:* idque probant, vt sit hiatus. Scaliger corrigit etiam: *et leti texite causam.* Proleto ipso, vt Tibullo (3. el. 2. v. 29.) *causa Neaerae pro Neaera,* et IC. *causa bonorum,* hoc est, bona ipsa. At illa *causa Neaerae,* ipsius est inuentum, non Tibulli: apud quem exstat in libris *cura Neaerae.* Longe autem aliud est apud IC. *causa bonorum,* aut, quod addit Gebhardus, apud Rufinum (si scriptam lectionem recipimus: nam vulgo, *easum*) *communam cum omnibus obfisionis causam.*

*causam sustinere.* Hic enim *causa* pro statu vel conditio-  
nē ponitur, vt *in eadem causa esse*. Itaque non possunt  
hæc huc applicari. Moverunt tamen Passeratium, cui  
placet: *rates curuas et leti texite causam.* Recte *rates*  
*curuas.* Miratur Gebhardus in ea haeresi fuisse Passera-  
tium, vt crediderit nefas in Propertio hiulcum reperiti  
versum. Nusquam hoc Passeratius: sententia et ratio lo-  
quendi non patiuntur illud hiulcum, quo tantopere dele-  
ctantur. Allocutum potius homines quam natus ostendit,  
qui subsequitur, alternum brevior versus. Quid est  
autem *rates texere causam leti?* Neque enim sic locutus  
fuisse Propertius, nisi *texi de nauibus* diceretur, quae  
sunt *causa leti.* Scriptis ergo:

*Itē, rates curuas et leti texit̄ causas.*

Est, quod Grammatici vocant, *ἐν διαδύον:* Ite morta-  
les: *texite rates,* hoc est, totidem causas leti. Ovidius  
lib. (4. v. 547.) Fastorum:

*somnique papauera causas  
Dat tibi cum tepido latte bibenda puer.*

Sed quod in Aufonio notauiimus, praeuenisse Barthium  
postea vidimus lib. 21. Ad. cap. 1. Redeo ad Senecam.  
*Ventorum insania* quicum conflictatus Ulysses, tum in-  
hoc libro, vbi Neptuno inseruiunt, tum in 10. graphicè  
pingitur. *Bella,* quae gessit cum Ciconibus, habentur  
lib. 9. et denique in ipsa patria cum procis. de quibus  
Manilius (lib. 2, 6.):

*Vltimaque in patria captisque penatibus arma.*

*Ignis* quid aliud quam fulmen, quo Ulysses afflatus, socii  
ad vnum omnes post solis armamenta dilaniata interiere?  
lib. 12. *Hecubae tandem et Priami* quae potissima mala?  
nempe generasse faciem qua Troia conflagraret, potentis-  
simum Asiae regnum euerteretur, ipsi reges perirent.  
Vnde Hecuba: *Meus ignis iste est, facibus ardetis meis.*

Sic Vlysses mortem aptus est Telegoni, quem ex Circe  
genuerat, manu. Hae ergo omnes ad Vlyssem solum  
pertinent, nec sunt cum alteris confundendae. Qui me  
habebis, inquit, omnia ista habebis mala; nec enim cui-  
quam possessio esse possum, quem non infortunio ma-  
tem. Hoc enim credebant ex veteribus religiosis, qui  
cum hominibus scelerosis aut quarta luna natis aliquid rei  
suae commississet, eadem contagione supplicia eortam pati.  
Vnde apud Euripideum in Supplicibus ad Adraustum The-  
seus (v. 591.):

Ἄδραστος, καὶ μὴ μή νεκύμνωδαι τύχας  
Ταῖς σαῖς.

Sequitur dignissimus vindice nodus; quem soluere cona-  
bamur scribentes:

*Dumque ista venient, interim hoc poenae in loco est:  
Sortem occupavi, praemium eripui tibi.*

*Poenas, calamitas, cæruxiae.* Hippolyto (Act. 2. v. 439.):  
*Quod te ipse poenis graibus infestus grauas.* Quem  
versum paedagogicum appellat vir summus. Ut Seneca,  
inquit, *poenam* pro labore dixerit! Dixit pro labore mi-  
sero, eius, quem innuit nutrix iratis Diis natum fructu-  
vitae carere. *Quo nihil vulgarius.* Quid Bias voluit,  
quando qui deformem duceret, *ποινὴν* habere dixit? Pli-  
nius: *si quem poeniteat ictus eminus cominusque illati, et*  
*statim exspuat medium in manum qua percussit, leuat*  
*illico percussus a poena.* Seneca epist. 5. *Frugalitatem*  
*exigit philosophia, non poenam: potest autem esse non in-*  
*compta frugalitas.* Inueni apud Ouidium in Ms. lib. 2.  
(Met. v. 280.)

*liceat periturae vīribus ignis  
Igne perire tuo, poenamque auctore leuare.*

Vbi vulgo clademque. Vellem in pluribus. At apud  
Senecam *graibus grauas* vitiosum. Succurrit opportune  
opti-

optimus Florentinus: *Quod te ipse poenis grauibus infelix domas.* Homerus Odysse. d. (v. 244.)

*Αὐτὸν μὲν πληγῆσον αἰσκελίησι δαμάσσεις.*

Sententia prioris loci haec est: Oinnes istae calamitates mecum in te incident. et dum venient illae, interim nunc maxime hoc tibi in loco poenae est, quod ego sortem tuam inuasi, et prohibui, ne praemium acciperes. Si enim meum nomen non exiisset tibi, accepisses forte aliquam viridi aevo, formosam e captiuis, qua siue ad opus siue ad voluptatem vterere, quamque haberetis.

*Ισὸν ἐποιχομένην καὶ σὸν λέχος αὐτιόωσαν.*

Nune opportune factum, ut non tam ego ceciderim in sortem tuam, quam quod decens atque utile mancipium tibi evenerit poterat, praeuenierim atque excluderim. Sic sortem perdidisti; nec enim ducere iterum potes: praemio cares, quia accepisti anum effoetam, infelicem, quae nulli sit usus. Nempe duplicum respectum habet sortitiq illa, sortis ipsius, siue nominis, quod cuique exhibat, et praemii, cuius vice quisque sortem accipiebat. Haec duo diuidit. Sic in Medea, ipsa ad Iasonem: *hoc suades mihi, Praeftas Creusa.* Qui suadet et consilium dat, videtur et debet dare ideo, ut commode accipienti. Iason dat consilium Medeae, quod profit Creusa. M. Seneca contr. 31. *Occasionem beneficij quae fui; non concupiui praemium.* Sequitur aliud eiusdem Argentarii dictum, non isti cohaerens, sed aliunde pluribus verbis interpositis exceptum: *Praemium habet alter, alter percipit.* Sors datur ut sit praemium. Qui vero sortem accipit malignam, sortem habet, praemio caret. Apud Ouidium lib. (13. v. 485.) metam. de Hecuba: *Nunc etiam praedas mala fors.* Claudianus lib. 1. de raptu: (v. 100.)

*Tertia supremae patior dispensia sortis.*

*Occu-*

*Occupare sic Hieronymo in epistola ad Heliodorum: Vae illi, qui accentum talentum in sudario ligans, ceteris lucra facientibus, id tantum, quod acceperat, reservauit: illico Dei indignantis clamore ferietar. Et inox: Dum enim tu ignarus negotiator denarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupasti. Impediumento et obstaculo fuisti, quo minus alius eodem talento accepto hoc ficeret. Sic inquit illa, ego obstiti tibi, et occupavi locum, in quem utilis persona venire poterat, et haud dubie venisset, absque me fuisset.*

---

## C A P V T X

*Petronio verus lectio asserta. Deducere rationem. Suetonius defensus et Manilius forte. Ducere. Arnobio tax. Anni queis manet numerus apud Pomponium Melam. Cicero bis a correctione prohibitus. Ex eiusdem sententiam male a docto viro reprehensam ostendi- tur. Deducere. Rationem babere cum male habentibus. Alter Arnobii locus. Equus munus amantium. Asturco Macedonicus. Epigramma Martialis bactenus abnitor. Idem emendatus. Argoa carina. Manilinus correctus.*

**P**etronii verba sunt in Satira (c. 10.): *Iamdudum enim cupiebam amoliri custodem molestum, ut veterem cum Gitone meo rationem deducerem.* Differuntur opinionibus eruditii, vtrum deducerem an diducerem legi oporteat. Wouerio Polymat. cap. 7. apud Petronium, *rationem diducere* est, quod Plutarcho in Agesilao ἔντεδας καὶ διαλύσαι τὰς αἱρετοὶς. Et huc fere inclinant: ego ad alterum. Est enim *deducere rationem* idem quod *ducere*, putare. Accipiebant plerumque rationes bene longas, quae complures paginas facerent. Praeuocabulum ostendit eam continuationem decurrentium legendendo et recognoscendo aera serie aliqua et ordine

ne perscripta. Qualis et haec ratio est Petroniana perpetuæ confuetudinis: intelligit enim: viuerem more nostro. Sic Suetonius Augusto cap. 42. *Atque ita post hanc rem temperauit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi rationem deduceret.* id est, non pauciores ex aratiuncularum conductoribus, et minusculis negotiatoribus, quam ex otiosis urbanis descriptos et longo ordine recensitos in albo publicum frumentum accipientium haberet. Magnus interpres obseruat hoc noue dictum. Praeiuit tamen Arbiter. Fortassis et Manilius lib. 3. (v. 408.)

*Sic erit ad summam ratio deducta priorem.*

Nec enim mouet me hic codex ille, qui *perducta*. Sic Imperator in §. 23. de Action. *In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo seruus abstulerit, aestimatio deducitur.* i. e. fit vel dicitur. Et postremo aeuo auctor donationis dominae Willifundiae apud Marq. Freherum in Orig. Pal. appendice: *Si quis vero, si nos ipsi vel aliquis de haeredibus aut prohaeredibus nostris, seu quaelibet alia extranea persona, vel quacunque contra hoc testamentum venire temptauerit, aut id infringere voluerit: ante tribunal Christi rationem cum ipso S. Petro ducat in die iudicii.* Habet et hoc Iuain Venerein; non tantum *ducere*, verbum Arithmetices et ratiocinii proprium. Lucilius: *age nunc summam ducat sui aeris simul atque alieni.* A. Gellius lib. 1. c. 20. *In numeris etiam similiter κύλος ducitur, cum omne latus eiusdem numeri aequaliter in sece soluitur.* sicut fit cum ter terna ducuntur. Prosper de promiss. et praedict. ter enim quadragies ducata centum viginti faciunt. Sic intelligendum est illud Arnobii lib. 2. *Aetatis urbs Roma cuius esse in annalibus indicatur?* Annos ducit quinquaginta et mille. i. computat, numerat. Non recte *ducere* explicat durare vir eruditus. Ducuntur anni, queis manet numerus, vt loquitur Pomponius Mela, licet ingratias doctorum viorum,

rum, quibus eum castigatiorem debemus. Lib. 3. cap. 6. *Annorum, queis manet numerus, ab Iliaca tempestate principia sunt.* Pincianus falso haec verba Pomponio obtrudi autumat, Schottus ex margine huc irrepsisse. Sed anni, queis manet numerus, sunt, qui in temporibus deduci ac numerari possunt, qui non excedant memoriam annalium. Sunt autem antiquissimorum populorum, imino et aliorum, quaedam tempora, quae annis adsignari non possunt, ob serum aut inter ipsos aut inter alios, qui de illis tradiderunt, literarum usum. Hi sunt anni, quibus non manet numerus, neque in posteritate proditus ac seruatus est. In contrarium lib. 1. cap. 9. *Ipsi vetustissimi, ut praedicant, hominum, 300 et 30 reges ante Amasin, et supra tredecim millium annorum detales certis annalibus referunt.* Hoc est, annis queis manet numerus. Hinc illa tralatio in phrasē sane frequenti, rationem ducere. At alias deducere quid sit in ratiociniis, notum ex formula, *sive deductione.* Cicero (Verr. 3, 49.): *deductis tritici modiis 216 millibus, quanti decumae venierunt, reliqua sunt tritici 324 millia.* Sic lib. 1. de offic. cap. 18. *ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, et addendo deducendoque videre, quae reliqui summa fiat: ex quo quantum cuique debeat intelligas.* Haec optimorum Codd. et ipsius Tullii manus est. Car. Langius ex suis libris venditat *ducendo*: quod verbum ad rationes spectat, inquit: idque confirmat lib. 6. ad Atticum. Subscribit Guilelmus. Scio ibi legi, *centesimas ducere et foenus ducere quaternis centesimis.* Sed ista nihil ad praesentem causam: nec probant *ducere* esse imminuere summam et ei aliquid detrahere: ut hic *ducere* accipitur. Livius lib. 6. (cap. 35.) *deductio eo de capite, quod usuris pernumeratum esset.* Poëta vetus lib. 1. dc diuin. (cap. vlt.) *De his dimitiis fibi deducant drachmam, reddant caetera.* Lib. 2. (cap. 21.) de legib. *ut centum nummi ducerentur.* Sed aliter verba Ciceronis cauillatur homo doctissimus. Non video, inquit, *quotmo-*

quomodo aliqua reliqui summa addendo fieri possit. Seſe accuſet eo nomine: ſed vitium ſit in re, quae videri, an in perſona, quae videre debuit, videamus. Deducendo quideſem (pergit) hoc potest fieri: deduciſis enim pluribus numimis ex aliqua summa, id quod reſtat, *reliqui summa* vel *reliqua pars* dicitur: ex additione vero multorum numinorum id quod colligitur, neque *reliqui summa* neque *reliqua pars* dici potest, ſed *summa* diuntaxat dicitur. Primo peccat separando, quae separari non debent. Non enim dicit Cicero ex additione vel *addendo* videri, *quae reliqui summa fiat*, ſed *addendo deducendoque*: hoc eſt, dum vtraque pagina, et accepti et expensi, diſpungitur, et inter ſe confertur, atque aera aeribus modo adduntur, modo deducuntur, apparere, pares ſint rationes, an reliquum ſit, et vtrum illud reliquum ſit accepti quod nondum expenſum ſit, an expensi, quod nondum acceptum, et quantum ſit illud. Deinde et ex additione multorum numinorum colligitur, quae reliqui summa fiat. Finge me accepiffe vel debere centum: reddidiffe autem eiusdem, cui debebam, nomine ſoluiffe quinquaginta, rurſus alio die viginti quinque: numquid addendo illa 25 ad quinquaginta non intelligo, quae ſit summa reliqui, nempe 25? Parum igitur ſuae verecundiae consuluit vir idem eruditus, cum ſumnum oratorem, bonum non fuiffe numinorum ratiocinatorem colligit, et audet hunc soloecismum appellare. Scilicet, qui tantam pecuniam publicam quaeftor, aedilis, consul et proconsul, tantam ſuam, tricies quinqueſ ſeftertio coēnta domo, verſauit, quuin pueri noſſent aſſem in centum partes diducere, et tam diligenter rationes conficerent omnes patresfamilias, numinorum malus ratiocinator fuit? et neſciuit verbum eo pertinens ſine soloecismo proferre? Caeterum his verbiſ ut proprium domiciliū in ratiociniis, ita migratio-nes in alienum multae contingunt. Itaque Petronio, (c. 10.) *Veterem rationem deducerem*, eſt, agerem quae ſolitus. Arnobius lib. 1, *cum tibi ſit ratio cum male haben-tibus,*

*tibus*, i. si cum aegrotis tibi negotium sit. Non audiendus vir doctissimus, qui rescritbit oratio. Cicero pro Coelio (cap. 20.): *cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis*. Lib. 3. de nat. Deor. cap. 1. *Neque enim mihi par ratio cum Lucilio est ac tecum fuit.* Errat Lambinus aliquie, qui suppōnunt certatio. Iterum Petronius (c. 86.): *pro hac felicitate cras puero Asturconem Macedonicum optimum donabo.* Longam disputationem interpretis Hispani aduersus Macedonicum Asturconeum, quem ille *struthione* mutari velit, destruit Plutarchus lib. 5. *συμποσιακόν μὲν ἡδίσα τὰς ἐρωμένες δρῶντες ἔχοντας ἀλεκτρυόνα, καὶν ἄλλό τι τοῖς ἐρωμένοις δίδωσι, καλὸν εἶναι καὶ πεκοσμημένον ἐυπρεπῶς βέλονται καὶ περιττῶς τὸ δάρεον.* Achilles Tatius lib. 1. *ἳν δὲ μοι Κλεοδίς αὐτψίος ὅρφανος καὶ νέος, δύο σάνδαλοβηθήκας ἔτη τῆς ἡλικίας τῆς ἐμῆς, ἔρωτι τετελεσμένος μεράκις δὲ οἱ ἔρωις ἦν ἔτω δὲ ἔχει φιλοτιμίας πρὸς αὐτὸν, ὥσε καὶ ἵππον πρέσμενος, ἐπεὶ θεασάμενον τὸ μεράκιον ἐπήνεσεν, ἐνθὺς ἔχαρισατο, φέρων αὐτῷ καὶ ἵππον.* Immo et Aristophanes, quem ipse paullo ante adduxerat in aliam rem:

Καὶ τέσσας παιδας Φασὶ καύτο τέτο δρᾶν,  
Οὐ τῶν ἐρετῶν, αἷλα τ' αἴργυρίς χάρειν.  
X. Οὐ τὰς γε χερητές, αἷλα τὰς πόρνες ἐπεὶ  
Λιττοῖς οὐκ αἴργυριον οἱ χερητοί. K. τι δαὶ;  
X. Ο μὲν ἵππον αγαθὸν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικός.

Quaerit ille, quomodo Asturco possit esse Macedonicus? Nemo ignorat, in quanta dignatione fuerint equi Thessali. Diò καὶ λέγεται λόγος τοιότος, inquit Eustathius in Dionysium, ὡς Αθηναῖοι μὲν περὶ ναυτικὴν ἴσχύοληται τέχνην, Θετταλοὶ δὲ περὶ τὴν ἵππικὴν ἐμπειρίαν, Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν. Eaque primaria Macedoniae regio. Qui ex altero Asturico altero Macedonico prouenit: vel est Asturibus in Macedonia genitus, recte *Asturco Macedonicus* dicitur. Hoc si negat

get Gonsalius, magna pars rerum nomina sua amittent. Non erunt serica nostra *serica*, quia non lecta a Seribus. Et *Phasiani* nostri ab hoc nomine prohibebuntur, quia non Phase aduecti. Quod sane inficiatur Martialis in epigrammate elegantissimo, quod ex Ms. Pircheimeri codice primi publicamus. Erat illud positum lib. 13. post ep. 69. quod inscribitur *Phasianus*: eoque debet reponi vna cum lemmate: *Phasiani duo*,

*Quas Argoa prius transuexit Phasē carina,  
Oris aues sapidi foemina virque sumus.*

Qui id negabit Martialis esse, eum nos dicemus oris sapidi non esse. Ait autem, *prius transuexit*. i. olim, ut Gratius (Cyneg. init.): *prius omnis in armis Vis erat*. Exstat hoc epigramma et in membranaceo cod. Leidensi: sed corruptum. Nam pro *Argoa* legitur *Argiua*. Quod vitium est et in altero epigrammate 69. scribendumque:

*Argoa primum sum transportata carina.*

non *Argiua*. Alludit expeditionem Iasonis. *Argous* ab Argo naui, *Argiuus* ab Argis. Statius (Theb. 6, 342.):

*atque omne dictus  
Euneos Argoo.*

Valerius Flaccus (3, 692.):

*Argoa iubebat  
Vincla rapi Calais.*

Manilius: *Argoamque ratem per aplustria summa*. Vbi etiam vulgo: *Argiuamque*. Germanicus: *Fulgent Argoae stellis aplustria puppis*. Et saepe alibi. Correxitque, ni fallor, idem niendum in Cataleictis suis magnus Scaliger. Exstat etiam in Florentino: sed *masque* ibi pro *virque*. Vocabulum *Asturco* etsi ab Hispana gente denominatum, non mansit tamen solis equis in Asturia natis,

P. sed

sed communicatum est cum omnibus pari habitu gressu-  
que praeditis. Plinius lib. 8. cap. 42. In eadem Hispania  
*Callaica gens et Asturica, equini generis, quos thielde-*  
*nones vocamus, minori forma, appellatos asturcones gi-*  
*gnunt: quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis*  
*alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tolutim*  
*carpere incursus traditur arte.* Hic certe iam et Callai-  
ci asturcones. Sic Molossi non tantum in Molottide nati:  
sic Lucae boves etiam nuaquam in Lucania visi: sic Samia  
vbicumque facta: et similia innumera. Apollonius de  
Syntaxi lib. 3. cap. 23. Αλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχεται  
τίνος ἐννοίας. αὐτὸς δὲ καὶ τὴν ὀνομασίαν ἐληφε, καὶ  
τροπικάτερον μετῆλθεν εἰς κοινὴν ἐπίτασιν ὡς τὸ αἷ-  
ευς, καὶ ποτάμιος ἦ: καὶ η πύξις, καὶ διαφόρες  
ὑλης τυχη.

---

## CAPVT XI

Manilius pluries emendatus et explicatus. Meleager flam-  
mis absentibus usus. Idem morte reddens matri munera.  
Althaeae vita ante necem se-  
pulta. Ataeon filius imitan-  
dus. Mores canum venatico-  
rum numerare per urbes. Sibi  
non aegrum iamdudum credere  
corpus. Ignorare se. Tertul-  
liano lux. Tutus pontus. Du-  
biūm alcum. Statius defen-  
sus. Valerius Flaccus corre-  
ctus. et Silius. Fidem liminis  
sollicitare. Ouidius emacula-  
tus. Quaerere in ponto pontum.  
Paedagogus dominus dominum  
praetextae lege sequens. Ius.  
Ius experiri. Iudicati. Liuius  
et Plautus asserti. Pistrix se-  
met iaculata profundo.

**M**anilius lib. 5. vbi venatorum genesis pingit, a  
versu 176.

Te, Meleagre, colunt flammis habitantibus usum,  
Atque Atalanteos conatum ferre labores,  
Reddentemque tuae per mortem munera matri:  
Cuius et ante necem paulatim vita sepulta est.

Et

*Et Calydonea bellantem rupe puellam,  
Vincentemque viros, et, quam potuisse videri  
Virgine maius erat, sternentem vulnere primo:  
Quamque erat Actaeon filius imitandus et ante  
Quam canibus noua praeda fuit, ducuntur et ipse  
Retibus, et claudunt campos formidine mortis.*

Quam suauiter auribus doctis accident, quidque omnino mentis habeant *flammea habitantes*, viderint. Laudo Barthium, qui delirium id insigne librariorum vocat, lib. 5. Aduers. cap. i. Non placet tamen, *flammis Atalantidos*: quasi duplex flamma Meleagro adsignetur; fatalis in torre, et Venerea in Atalanta. Manilii censeo: *flammis absentibus ustum*. Hoc enim dignum mentione miraculum. Sunfit ab Nasone: (Met. 8. v. 515.)

*Inscius atque absens flamma Meleagros ab illa  
Vritur.*

Qui similiter ludit hoc verbo in persona Halcyones: (Met. II. v. 700.)

*Nunc absens pereo, iactor quoque fluctibus absens,  
Et sine me me pontus habet.*

Sed nec capio, qui Meleager dicatur *conatus ferre Atalantaeos labores*. Si modo versus loco positus est: nam editiones ante Scaligerum faciunt illum 179. Illud, *Reddentemque*, non ex Aeschyle *Ἐπτὰ ἐπὶ Θίβαις*, vt censem Barthius, petitum est, sed ex Ouidio (Met. 8, 504.):

*Bisque datam, primum partu, mox stipite rapto,  
Redde animam.*

Quod sequitur, *Cuius et ante necem*, et Scaliger et Barthius de Meleagro accipiunt: et alter ex Phrynichi Pleurone expressum notat, alter ceu diuinum admiratur. Mihi illa *paulatim sepulta vita nihil magis somnolentum*: sed definatre pronuntiatum a Manilio sic existimo:

*Cuius et ante necem cum gnato vita sepulta est.*

Non tam postea, ut accidit, sed iam tum viuam simul cum filio periisse ait, quem quia extinxerat, in se quoque deinde saeuuit. Versum, quem Scaliger transposuit, hic retinet cum vulgatis Barthius, ita mutatum: *Aequis Atalantaeos cognatum*: quasi diceret, iuxta cognatum Iugulis ferre aemulas Atalantaeo labori puerillas, ut viros, qui colant Meleagrum. Sed nec de puellis venaticibus Manilius; et oratio vicina respuit hanc interpretationem: nam τὸν κολυντὸν κοινὸν repetendum ad *bellantem pueram*. De qua quod scribit Manilius, id vehementer fecellit Scaligerum. Verba eius: *Quam videri sternente viros erat maius virgine. Mirum genus loquendi.* Cuius species vincentis viros erat supra sexum muliebrem, etiam supra Actaeonem ipsum, vel tunc, quum filius formidandus erat, antequam a canibus deuoraretur. Certe mirum et intolerandum genus loquendi. Mauult etiam *vulnere primos*: neque verisimile esse ait aliter scripsisse Manilium. Immo scripserat, *videre*. *Et quam feram potuisse videre*, cuius adspectum sustinere, *maiis erat virgine*, ei primum vulnus fixit Atalanta. Percepit hunc sensum et Barthius lib. 30. cap. 12. Sic infra:

*Tunc quoque terribilis, nec virginis ore videnda.*

Hic demum inferendus videtur ille incerti loci versus, leuiter correctus:

*Atque Atalantaeos conantur ferre labores.*

Iugulis orti colunt, inquit, te Meleagre, et bellanteis sub Calydonea rupe pueram, et conantur eius labores ferre, nempe venationem. Vana etiam comparatio Atalantae cum Actaeone, quam comminiscitur Scaliger; vana conjectura *mirandus*. Sed scribendum:

Qua-

*Quaque erit Actaeon fluis imitandus, et ante  
Quam canibus noua praeda fuit, ducuntur et ipsi  
Retibus.*

Et quatenus licebit humano imitari in fluis Actaeonem, antequam scilicet noua praeda suis fuit canibus, retibus pergent et ducentur. non in Nymphaea et Diana lauacrum. Quousque fas erit Actaeonem imitari, venando; non perueniendo, vbi cernatur lauans Diana. Versu 194. legimus:

*Et colare vagos inductis retibus amneis,  
Nec per nulla sequi dubitant vestigia praedas.*

Male vulgatur: *Ac per.* Immo non dubitant: et hoc fatu dignum inuestigari praedam, vbi vestigia nulla sunt. Eodem libro de canibus venaticis versu 200.

*catulos nutrire sagaces,  
Et genus a proavis, mores numerare per artes.*

Ms. Gembl. *mores numerare per urbes.* Verissime. *Per urbes* est per genitale solum. Res notissima ex Cynegeticorum conditoribus. Scimus *morem* et *artem* differre. At Manilio *mores* idem quod *artes*, instinctus nempe naturales, disciplina et adsuetudine confirmati. Nec aliter Gratius: (v. 154.)

*Mille canum patriae, ductique ab origine mores  
Cuique sua.*

Qui illi? nempe ut ad praelia fortis Medus et Celtes, ut sagax Gelonus, ut Perses et sagax et fortis. Vbi nisi in venatione? *Ars* igitur et *mos* illis, fortiores feras aggredi: *ars* et *mos* aliis latentes in cubilibus deprehendere etc. Varro lib. 2. de re rust. *Item videndum*, ut *boni seminis sint*, itaque a regionibus appellantur, *Lacones*, *Epirotici*, *Sallentini*. Sic Actaeoni Spartana gente Melampium, et Arcadem, et Sicyonium, et patre Dictaeo

sed matre Laconide natos adiungit Naso. Adeone autem nouum *Vrbes* poni pro populis, vt etiam coniectandum fuerit: *per ortus?* Nonne hoc est laborare potius, vt aliud quam vt melius dicas? Quam intellexit Virgilius (Aen. 2. v. 265.) *urbem, viro somnoque sepultam?* Lucas: (9, 91) *vel sceptrum vel Vrbes Libertate sua validas.* Caesar apud Petronium (Spec. Bel. Civ. v. 161.) : *Pulsus ab urbe mea.* Quid hoc? nisi e patria. Vbi de mulo-medicis versu 348.

*Ille tenet medicas artes per membra ferarum,  
Et non auditos mutarum tollere morbos.  
Hoc est artis opus, non exspectare gementes,  
Et sibi non aegrum iamdudum credere corpus.*

Scaliger ex Ms. probat, *non aegros.* Vulgatum enim ita intelligebat: et sibi ipsi seu suae curae credere corpus. Atqui nec hic sensus Manilii, et scriptio ista error librarii est. Tò *aegrum* accipiendum, quasi bis positum esset: *et iamdudum credere corpus aegrum, quod sibi non est aegrum.* id est, ignorat morbum suum, nec dum eum gemitu fatetur. A cognitione vero morbi incipit medicina. Sic apparet hoc longe suauius digniusque Manilio esse. Tertullianus de virg. vel. *Denudasti puellam a capite,* et tota iam virgo sibi non est: alia est facta. Alio sensu dixit idem, ignorare se, de cultu foeminaarum c. 3. *Sancta foemina fit naturaliter speciosa, non adeo fit occasio-*ni. Certe si fuerit, non ignorare, sed etiam impedire se debet. Def. Heraldus miratus, quid sit ignorare se, lib. I. Digress. cap. 15. scribitque *inornare.* Rigaltius edidit: *Sancta foemina, si naturaliter speciosa, non adeo fit occasio-*ni. Certe si fuerit, non adiuuare, sed etiam impedire se debet. De quo quid dicam, non habeo: certe magis in vulgata Tertullianum agnosco, quam in tanta mutatione. Si legendum *avt̄i τ̄s* fit. Si natura formam ei dedit, ne venetur illa viros, nec occasionem incendenda libidinis cuiquam praebeat. Si tam fit am-  
bitiosa

bitiosa pulcritudo, vt incendere possit, non modo negligens sui et formae nescia esse debet, sed vltro eam supprimere et infuscare. Quae norunt venerem suam, plerumque eam adiuuant cultu. *Ignorare ergo se*, hoc est, pulchritudinem suam, dicitur, quae illam non curat nec ostentat. Fit autem saepe, vt naturali specie potentes, hoc magis placeant, quo sunt comtae minus. Exigit igitur Tertullianus a Christiana virgine, vt si hoc ei contingat, non modo ignoret se, hoc est, formam suam neglectam habeat, sed et impedit, vt minus pulchra oculis curiosis offeratur. Virgilius lib. 8, (393.) *laeta dolis et formae conscientia coniux.* Hieronymus ad Demetriadem: *illa tibi sit pulcra, ista amabilis et habenda inter socias, quae se nescit esse pulcram, quae negligit formam:* Iterum in Manilio versu 426.

*Pendebitque super tutum sine remige pontum.*

*Illis in ponto iucundum est quaerere pontum.*

*Corpora quin mergunt undis, ipsumque sub antris*

*Nerea, et aequoreas conantur visere Nymphas.*

Et hoc peruerit ὁ πάντα scribendo: *tutus sine remige votum est Illis in ponto: iucundum est.* Longe doctius alteruhr. *Tuto ponto dubium* opponit Statius in Propeptico: (3. Silv. 2. v. 6.) *iuvensis dubio committitur alto Metius.* Ne corrigamus alueo, vel *dubiae alno*, vt quidam voluerunt. *Tutus pontus, fidus, in quo sine periculo quis fertur.* Valerius Flaccus lib. r. (v. 306.) *age, sumpe moras, dumque aequore tuto Currimus.* Ita scribo, vbi vulgo, toto. *Discrimen tutum* vocat Silius, vbi periculum de victoria erat, non de vita. Lib. 14. (513.)

*Sat erat decoris discrimine tuto,  
Sat laudis, quid fata puer maiora petebas?*

Alloquitur puerum disco, iaculo, saltu laudatum, qui spolium petebat de Consule. Quid affectabas, inquit, tantam fortunam, sat gloriae meritus, vbi nullum fatalis

victoriae discrimen est? nempe, in exercitatione campestri. Male vulgo: *falsa*. Sic Tacitus 5. Histor. (c. 6.) Libanum dicit inter ardores opacum *fidumque niuibus*. Ut Claudianus (1. Rapt. Prof. 168.) de Aetna, *πάντες χίονος ὀξεῖας τιθύνει*, verbo Pindari (Pythion 1.): *Scit niuibus seruare fidem*. Plinius lib. 16. cap. 43. *Secatur in laminas et ilex, colore quoque non ingrata, sed maxime fida iis, quae teruntur, ut rotarum axibus*. Tale est apud Ouidium lib. 3. Eleg. 1. amorum (v. 49.):

*Per me decepto didicit custode Corinna  
Liminis adstriciti solicitare fidem.*

Nam haec MSS. cod. lectio est. Labefactauit fidem liminis Corinna, ut sibi fidum esset, infidum custodi, hoc est, prohiberet sonitum cardinum et a matore inobser-vatum admireret. Adde Plautum Curcul. a. 1. sc. 1. *Ad-stricatum limen*, ut Appuleius *addubium*: *addubia fore pessulis firmatis*. Sic *fidem male ambularem* rerum venarium Petronius, (c. 12.) et *perfida examina apum vacuis ceris* Claudianus. *In ponto quaerere pontum* est ita versari in ponto, quasi hic pontus non esset, sed absconde-retur interius, quo inersi natant. Cicero in Verrinis (3. 18.): *sic erat deformis atque horridas, ut in media Siciliae parte Siciliam quaereres*. Florus lib. 1. cap. 16. *ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur*. Notum illud Terentii: *Tute lepus es et pulpamentum quaeris*. Manilius lib. 2. (v. 260.) *supereft et quaeritur unum*. Quae-runt ergo in ponto pontum, quasi ille ibi non esset, et peruvagantur arcana fluenta. Sic inox: *Et vitae ostendit vitam*. Hoc suaue acumen correctio Scaligeri plane hebetauerat. Rursum versu 449.

*Componet teneros etiam qui nutriat annos,  
Et dominum dominus praetextae lege sequatur;  
Quodque agit, id credat stupefactus imagine iuris.*

Verba diuini viri: Versa in incude tenaci forcipe. nun-quam sensum huic loco commodum ex postremo versu erues.

erues. Quare cum vitiasset eundem scripto, aget, credes, veri, post multos alios cum transponit: et furenter irascitur iis, qui hoc probaturi non essent. Alius vir eruditus ait describi simplicitatem praetextatorum, qui credant omnia paedagogi stupefacti, tanquam reuera sit illum dominus. Itaque genuinam scripturam esse: *Quodque ait, hic credat.* Retinemus versum suo loco, nullo apice mutato, et ita interpretamur: Qui dominus dominum sequatur, et quod agit, quod gerit imperium, quem minimum domini; id credat, id se habere reuera, eum se esse opinari possit, deceptus et blandiens sibi imagine potestatis, quae ei mandata est. *Dominum praetextae lege sequatur,* ait. Hinc scias, quain prudenter ad Plautum Bacchid. a. i. sc. 2. subnotetur paedagogi esse praetire adolescentem, et inde apud Graecos noinen tractum. Colloquia Graecolatina: Ετοιμαθείς γνήσιον πάντα, προῆλθον καλῇ κληδόνι, αἰκολούθηγντός μοι παιδαγωγώς. *Paratus ergo in omnia, processi bono auspicio, sequente me paedagogo.* Quod stupefactum paedagogum credere ait Manilius, id discipulum Ausonius:

*Praesedi imperio, dum praetextatus in ostro,  
Et sceptro et solio, sibi praefert iura magistri,  
Maioresque putat nostros Augustus honores.*

*Imago iuris* est imaginaria potestas. Quintilianus lib. i. de paedagogis: *velut iure quodam potestatis, quo hoc genus hominum intumescit, imperiosi atque interim saeuentes.* Auctor elegiae in mortem Drusi (v. 421.):

*Admouitque preces et ius immiscuit illis.*

Valerius Flaccus (5. v. 627.): *neque foemineis ius obiucis afferit.* Tacitus 3. Ann. cap. 16. *Abolitas leges et funditus versas; ubi in foro, in limine curiae, ab Annia Ruffilla, quam fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi et minae intendantur: neque ipse audeat ius experiri, ob effigiem Imperatoris oppofitam.* Neque enim ab interprete

terprete τὸ ius est, vt putat Lipsius, neque de intendenda actione, sed de ducenta iudicata agitur. Cicero pro Sextio (cap. 42.): *Haec vident omnes: Milo et vidit, et fecit ut ius experiretur, vim depelleret.* Pro Caecina (c. 12.): *homines inermes, qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent.* *Ius ergo experiri est vti potestate per leges concessa, abducendi fraudis conuictam, donec iudicatum solueret.* Cicero pro Flacco (cap. 20.): *Itaque recuperatores contra istum rem minime dubiam primā actione iudicauerunt.* Cum iudicatum non solueret, additus Hermippo et ab hoc ductus est. Et supra (c. 19.): *utrum enim in clarissimis ciuibus est is, quem iudicatum hic duxit Hermippus.* Plautus in Asinaria (Act. 5. sc. 2.v. 87.):

*Male cubandum est: iudicatum me vxor abducit domum.*  
Non recte Polletus, *indicatum.* Liuius lib. 6. cap. 14.  
*Ne quem vestrum, Quirites, donec quicquam in re mea supererit, iudicatum addictumue duci patiar.* Frustra est vir doctus ad Florum, quum coniicit, *adiudicatum.*  
Quasi non eadem pagina sic loqueretur Liuius. Cicero lib. 2. de Orat. cap. 63. *Videtur esse misericors ille, qui iudicatum duci videt, percontatus ita: quanti additius?* Ita legendum: non percontatur. Seneca lib. 4. de benef. c. 12. *spondeo pro iudicato, et suspensum amici bonis libellum deiicio.* Denuo Manilius de ceto, versu 597.

*Sed quantum illa subit semper iaculata profundo.*

Quis non videat legendum: *semet iaculata?* Tamen Scaliger obseruat *iaculari* hic absolute poni, vt supra:

*et coelo pendens iaculatur in hostem  
Gorgoneo tinctum defigens sanguine telum.*

Sed τὰ τινὲς τελοῦ iterum accipienda quasi bis posita essent: et iaculatur tinctum Gorgoneo sanguine telum in hostem defigens illud. Quae ellipsis frequentissima, praesertim Poëtis.





## C A P V T XII

*Curtius et Florus illustrati.*  
*Moenia. Ancus aliis Ianiculum solum, aliis omnem urbem Romam muro cinxisse dicitur, cum a Romulo non nisi vallum haberet. Curtio decies vetus lectio reddit. Simulatus pavor. Foeminas in fuga ag-*

*grauante natura. Superi vltores. Subdere faces. Inter gemitus digredi velut a rogo. Nulla externa vi admota. Externa vi non modo tutus, sed etiam inuictus. Gratis veniam impetrare. Defectionis rei. Megalepolitani.*

**Q**uod est apud Curtium initio lib. 3. (c. 1.) *ad urbem Celaenas exercitum admouit. Media ea tempestate moenia interfluebat Marsyas annis:* id vexarunt librarii (deerat enim in Pal. vno, in duobus a manu seunda erat adiectum *moenia*, sed non deerat in Dan. et Bon.) nescii aut immemores *moenia* Curtio hic pro ipsis tectis vel aedificiis ponit: adeo ut *media moenia* nihil sit aliud quam medium urbem. Sic accepit Trogus Pompeius lib. 2. *patriam municipes esse, non moenia; ciuitatemque non in aedificiis, sed in ciuibus positam.* Ut enim *municipes* hic iidem qui *cives*, ita *moenia*, quae *aedificia*. Lucianus de Gymnasiis ita reddit: πόλιν γὰρ ημέis, τὸς οἰκοδομήσαται ἡγέμεδος εἶναι. Ergo *moenia* οἰκοδομήσατα. Iterum Trogus lib. 5. (c. 7.) *non exercitum, cuius opt seruati pulchiora possent moenia exstruere.* Suetonius in Nerone cap. 38. *Sed nec populo, nec moenibus patriae pepertit.* Florus de Anco: (1, cap. 4.) *Igitur et moenia muro amplexus est.* Voluerat olim Salmasius, *intermoenia:* postea vidit *moenia* hic esse quaelibet aedificia, seu domos et insulas urbis; sed quod addit, quum dicitur *moenia muro amplexum esse* Ancum, id de Ianiculo accipiendum, fallitur, et alia est Liuui, alia Flori sententia. Ille enim solum Ianiculum muro et ponte publicio coniunxisse vrbi vult: hic toti urbi, quae hactenus vallo inueniebatur, murum circumstructum significat. Ideo in Romulo (1, 1.) dixerat: *Ad tutelam*

*tutelam nouae urbis sufficere vallum videbatur.* Quod ex antiquis moribus intelligendum: nobis enim post aenea inuenta tormenta potius est vallum muro: illis murus habebatur utilior et fidelior vallo, quo castra contenta erant. Accedit Floro Aurelius Victor: *Auentinum et Ianiculum urbi addidit: noua moenia oppido circumdedit.* Romae hoc oppidum, non Ianiculi: sed *moenia* hic vulgari vsu pro inuris. At illo minus translaticio iterum Florus de Heluetiis: (3, cap. 10.) *venere sedes petitum, incensis moenibus suis.* Quos Caesar ait oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua priuata aedificia incendisse. Immo sic et Ouidius lib. 2. (v. 214.)

*Magnae pereunt cum moenibus urbes,  
Cumque suis totas populis incendia gentes  
In cinerem vertunt.*

Et Claudianus, perinde ut Curtius, lib. i. in Eutropium: (init.)

*Moenibus et mediis auditum nocte luporum  
Murmur, et attonito pecudes pastore locutas.*

Eodem libro Curtii cap. 10. *Praefectus quasi et ipse conterritus simulans cuncta pauore compleuerat.* Sic omnes libri, et Viri docti delent vocem, *simulans*, tanquam expositionem illorum: *quasi et ipse conterritus.* Videtur legendum: *quasi et ipse conterritus, simulato cuncta pauore compleuerat.* Erat enim proditor, sed inter suos speciem paria timentis et ignari sumebat. Nisi malis: *Praefectus se et ipse conterritum simulans.* Ibidem: *Fœminæ, pleraque paruos trahentes liberos, ibant: inter quas fuerunt tres virgines, Ochi, qui ante Darium regnauerat, filiae, olim quidem ex fastigio paterno rerum mutatione detraictæ, sed tum sortem earum crudelius aggrauante fortuna.* Modius: *aggrauante natura, membranae, male, ut appetet.* Sed et sic Dan. et Pal. et omnium optimus Florentinus: et fortasse non male.

*Natura*

*Natura enim hic significat sexum, cuius otium et mollesies tanto labori impar erat, eoque calamitatem eārum grauiorem faciebat. Apud Ouidium (Met. 9, 674.) Ligdus ad vxorem grauidam:*

*Quae voleam, duo sunt, minimo ut relevare labore,  
Vtque narem parias: onerosior altera fors est,  
Et vires natura negat.*

Eodem capite: *Caeterum dii tantae fortunae proditorem celeriter cum debita poena prosequuti sunt.* Ab omnibus bonae notae MSS. abest vox *Dii*, inseritur autem post τὸ celeriter, sepulturae, et abest praepositio. Scribe: *Caeterum tantae fortunae proditorem celeriter Superi vltores debitā poena prosequuti sunt.* Vt alibi *Dii vindices, Dii vltores.* Lib. 5. cap. 1. *Euntibus a parte laeua, Arabia, odorum fertilitate nobilis regio; campestre iter est.* Inter Tigrim et Euphratēm iacentia tam uberi et pingui solo sunt, etc. Locorum situs vetat hic Arabiam coinnemorari; descriptio quae subiungitur, vetat aliam, quam Arabiam cogitari. Est igitur Curtii hic error. In caeteris, quae morata sunt doctos, sola obscuritas ab οὐνδέρῳ et interiecta Arabiae laude: simplex autem sensus, euntibus, qua nempe duxit Alexander, ab laeua parte Arabiam esse, et iter esse campestre. Verbum substantium pro bis posito accipiendum. Interpunctio forte non nihil iuuet: *Euntibus a parte laeua Arabia, odorum fertilitate nobilis regio; iter campestre est.* Sic non opus, *Euntibus aperit se laeua: non opus, Euntibus a parte laeua Arabiam: quae viri docti volvere.* Cap. 7. *Rex quoque fuit audior quam patientior: Quin igitur vlciscimus Graeciam, et urbi faces subdimus.* Induco insitiam vocem fuit. Non enim ea Curtii est, qui scriperat: *Rex quoque audior quam patientior: Quin.* In quibus intellectum voluit, per argumentum omissum, inquit. Quo nihil frequentius in narrando. Nec video, quare potius sit subiicimus, quam subdi-

*subdimus*, quod seruat Flor. et alii. Certe ita Curtius l. 6. (c. 6, 15.) *suisqua primum sarcinis face subdita*. Cap. 8. *Ille iam Ecbatana peruererat caput Mediae. urbem hanc nunc tenent Parthi, eaque aestiuua agentibus sedes est.* Fl. et alii, *Vrbs haec*. Id manifestum indicium putant viri docti nihil horum a Curtio esse. Expedio rem distinctione: *ille iam Ecbatana peruererat. Caput Mediae urbs haec: nunc tenent Parthi.* Cap. 12. *Capite deinde velato, ne inter gemitus digredientem velut a rege intueretur, in humum prouum corpus abiecit.* Fatuum illud, *a rege*, nec magis profecto falsum, vel *a tergo*, quo iuueniliter sese effert Acidalius. Vnica et vera lectio est a libris Modii, *velut a rogo*: quam ille frustra traducit: quod miror hactenus illi impune fuisse, nedum potuisse trahere in partes Raderum. De Artabazo loquitur vltimum digrediente ab Dario: quomodo? non tanquam a rege, ne quidem vt viuo, sed iam *velut a rogo*, vel busto, vel funere, inter gemitus et lacrimas. Ex ritu antiquis vsitato. Tibullus: (l. el. 3. v. 8.) *Et fleat effusis ante sepulcra comis.* Petronius, (c. 134.) cum lacrimarum vbertim manantium et aniculae fletu confusae mentionem fecisset: *Quid vos in cellam meam, tanquam ante recens bustum, venistis? utique die feriarum, quo etiam lugentes rident.* Hoc non est aliquid, quod dici, qui interpretari, qui defendi ea scriptura possit: sed hic est solus et verus Curtii sensus. Nam Darius velauit caput more etiam inter antiquos vsitato de rebus suis desprantium et quasi dedentium se fortunae, fugiens videro amicum sic discedentem, siue ominis et religionis causa, siue pudoris, quod turpe iudicaret cum Tito, quemquam, nedum tam fidum et probatum, a sermone Principis tristem abire: discedentem, inquit, inter gemitus et lacrimas, vt solet a rogo discedi. Quasi viuum iam funus esset rex. Seneca: (in Epigr. super exfilio. Ep. 5.)

*Ipsos,*

*Ipsos, crede, deos hoc nunc tibi dicere, Liuor,  
Hoc tibi nunc manes dicere, credo, meos:  
Res est sacra, miser. noli mea tangere fata,  
Sacrilegæ bustis abstinuere manus.*

Eodem capite: *Rex curru paullo ante vectus et deorum  
a suis honoribus cultus, nulla externa ope admota, capti-  
vus seruorum suorum, in sordidum vehiculum vndique  
pellibus contectum imponitur.* Iure dubitat de huius loci  
integritate Acidalius: nec potest explicari, priusquam  
emendetur. Scribe, *nulla externa vi admota.* Vt lib. 6.  
cap. 7. quum ab externa vi non tutus modo rex, sed in-  
vectus, intestino facinore petebatur. Qui ab externa vi  
non modo iam nihil metuendum haberet, sed etiam quoties  
metuendum habuisset, virtute superasset. Sic Modiani, sic Dan. sic Florentinus. nisi quod praepositionem  
adieciimus. Iustinus l. 10. *Adeone vile paternum nomen  
apud tot numero filios fuisse, ut quorum praefidio tutus  
etiam aduersus hostes esse debuerat, eorum infidiis circum-  
ventus, tutior ab hostibus, quam a filiis fuerit?* Quam-  
quam et omissa praepositione possis accipere hoc posterius:  
quem exteri non solum fideliter custodiebant, sed etiam  
inuictum praestabant. Sed illud magis placet. Lib. 6.  
cap. 1. *A quo Lacedaemonii nihil aliud quam ut oratores  
mittere ad regem liceret, precati, veniam defelctionis praeter  
auctiores impetraverunt.* Megalopolitani, quorum  
urbs obseffa erat a defelctione Achaeis et Aetolis 120 ta-  
lenta dare iussi sunt. Intricatissima haec, quibus aliquis  
Hercules Αλεξανδρος opus fit, ait Modius. Itaque forte  
melius his abstineremus manum. Non placet tamen solos  
Megalopolitanos Lacedaemoniorum socios fuisse, quum  
Graeciam fere omnem faciat Iustinus: non placet Aetolos  
sub signis Alexandri poni, qui gloriantur apud eundem,  
se Philippum non timuisse, Alexandri edicta spreuisse.  
*Florentin. precati geatae veniam:* Dan. *gratae:* Pal. *grate:*  
*vnde fecerunt, haud grauate.* Dein Pal. *Megalopolitani.*  
Dan.

Dan. *Megalepolitanis.* Denique Flor. *quorum urbs erat obseffa defectionis eius Achas et Eli,* etc. dare iussi. Vnde scribendum existimo: *precati, gratis veniam defectionis, praeter autores, impetraverunt.* *Megaleopolitanis, quorum urbs erat obseffa, defctionis rei Achaei et Elei 120 talenta dare iussi.* Achaei nempe et Elei coniuncti Lacedaemoniis fuerunt; et Megaleopolitanos desciscere nolentes obfederunt, agro haud dubie vastato et direpto: pro quibus detrimentis illa exacta est pecunia. Lacedaemonios *gratis* ait impetrasse veniam, dicturus contrarium de caeteris. *Megalopolin* etiam in Liuii scriptis notauimus.

---

## C A P V T X I I I

*Gratius decies emendatus, fama. Frustra properans favor. bis explicatus. Helices serenae Incubuisse. Quadriga spatiis flatus. Praebere usum. Exiguos orbites in magnis partibus Lechaeis permissa. Permissa canum vis. Permissus oculorum prospectus. Permittere amicum aliquo. Lucretio, Curtio, Martiali, Martiano Capellae auxilium. Nosse sua praemia. Redire damno. Deducere, deprimere oppositam lancem dicuntur grauiora.*

**G**ratius Cynegetici versu 55. de retibus, si humore in contraxerint, siccandis:

*Illa vel ad flatus Helices oppande serenae,  
Vel caligineo laxanda reponito fumo.*

*Flatus serenae Helices interpretantur leues auras, quae per serenam noctem spirant. At mihi Helice serena est θρόνης αἰδηρεύεται, ὡς αἰδηλας νοῆ ἐνδιας αἴτιος. Ideo Quidius diluuium commissurus (Metam. I, v. 262.)*

*Aeoliis*

*Acotis aquilonem claudit in antris,  
Et quaecumque fugant inducas flamina nubes.*

Et vicissim, (v. 328.)

*nimbis aquilone remotis  
Et coelo terras ostendit et aethera terris.*

Imitatus eum Seneca lib. 3. nat. quaest. cap. 28. fluere affiduos imbreſ et non esse modum pluuiiſ conceſſerim, ſuppreſſis aquilonibus et flatu ſicciorē. In ventum expandi vult, ſed eam regionem venti nominauit, vnde maximē aridus ſpirat. Nec vero conuenit laxanda. Forte: ſiccanda. Versu 122.

*Omnia tela modi melius finxere falibres,  
Quocirca et iaculis habent perpendimus uſum.  
Neu leue vulnus eat, neu fit breuis impetus illiſ.*

Quid fit hic perpendere uſum habilem iaculis, aut quid vbiquamque fit, iuxta intelligo. Suspicio ruiſſe:

*Quocirca et iaculis habiles praebelimus uſum,  
Ni leue vulnus eat, neu fit breuis impetus illiſ.*

Etiam iaculo habili instructi, inquit, venationi vtileſ erimus, modo ne fit tale iaculum, quod nimis aut leue vulnus faciat aut impetum per breue ſpatium perferat. Horatius (Serm. 1, 1, 73.): *quid valeat nummus, quem praebeat uſum.* Mēdum armis venatoriis praescripſerat: euin et in iaculis exigit. Versu 150.

*Sed car exiguis tantos in partibus orbes  
Luſtramus?*

Haec accipiunt viri docti, quaſi ſe increpet, qui aut in opere tam paruo tot verſibus de haſtilibus egerit, aut tantum ſpatii in minutis, tanquam necessariis, conſumſerit. Volunt igitur *exiguas partes* eſſe aut paruum opus aut tenuem partem operis. Milai ſedet *partes* di-  
xisse

*xiiij. Gratium pro regionibus. Ut partes Orientis, partes Occidentis dicebant. Caesar lib. i. de bello Gallico: (cap. 13.) in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi Caesar constituisse. Et iterum (c. 34.): se neque fine exercitu in eas partes Galliae venire audere, quas Caesar possideret. Itaque scriptum fuisse puto: exiguos tantis in partibus orbes. Qui in copiosa materia intra minimam eius partem diu moratur, is in magno campo dicit exiguos orbes. Versu 170. de Hyrcano cane:*

*ipsa venabitur aula  
Ille tibi, et pecudum multo cum sanguine crescit.  
Pasce tamen. quaecunque domi fibi crimina fecit,  
Excutiet filia magnus pugnator adepta.*

Lego: *excuset.* quod est deleat, expiet, redimat. Prima improba virtus domi tuae venabitur, et in familiares faeuiet pecudes. Hoc tu ignosce illi, et pasce tamen; da que locum quae contraxit domi crimina, illa in filia, quod nimirum haud dubie faciet, purgandi. Plinius in Paneg. (cap. 32.) *Non quidem reposciimus foenus, putet tamen Nilus esse soluendum, fallacemque unius anni fidem omnibus annis omnibusque postea seculis, tanto magis, quia non exigimus, excuset.* Auctor elegiae in mortem Drusi: (v. 415.)

*Euentura precor, deus excusare priora  
Dum velet, a Druso castera laeta dabit.*

Claudianus de bello Getico (v. 562.): *obseffi principis armis Excusate nefas.* Latinus Pacatus (Paneg. c. 22.): *Perfis ipsa quicquid unquam in principes nostros inclemensius fecit, excusat obsequio.* Palladius mire Nouembrit tit. 7. *Pruna locis lapidosis et glareosis, si iuuentur laetamine, excusant, ne poma caduea et vermiculosa nascantur.* hoc est, vitium, quod habitura alias essent, emendant et vitant. Et supra eodem tit. *Nec a se longe statuerunt*

*tuendae sunt, ut inuidem se a calore solis excusent.* id est, liberent, defendant. quod sit quidem umbras yicissum praestando: sed non propterea *excusare* dixit pro obu-  
brare. Manilius lib. 2. (v. 592.)

*Ah quanta est scelerum moles per secula cuncta,  
Quamque onus inuidiae non excusabile terris!*

Quam terrae et secula excusare se ab hoc onere inuidiae, quam purgare hoc onus et crimen non possunt! Quod acumen cum non suboleret illustri viro, monstrum verbi, *excusabile*, contra analogiae legem confinxit. Sic Tacitus lib. I. Annal. cap. 59. *Coleret Segetes vittam ripam: redderet filio sacerdotium: homines Germanos nunquam satis excusaturos, quod inter Albim et Rhenum virgas et securas et togam viderint.* Ita recte legendum esse monuit incomparabilis Grotius. Non vulgare illud, *homines Germanos.* Sic Liuius lib. I. (c. 32.) *Quod populi priscorum Latinorum hominesque prisci Latini aduersus populum Romanum Quiritium fecerunt.* Ut in simili formula apud Gellium lib. 16. cap. 4. *cum populo Hermundulo hominibusque Hermundulisi.* Lib. 42. (cap. 19.) *ut iam inde a puero adfuereret moribus Romanis hominibusque.* Caelar lib. 2. Gall. (cap. 30.) *plerisque hominibus Gallis prae magnitudine corporum suorum, breuitas nostra contemtui est.* Vide Donatum ad illud Terentii in Phormione (Act. 2. sc. 2. v. 62.): *Seruom hominem.* Asconius in Diuinat. (ab init.) Q. Caecilius Niger, *homo Siculus, et Quaestor Verris.* Vbi P. M. nutius et Fr. Fabricius et And. Schottus male corrigunt: *domo Siculus.* Liuius lib. 23. (cap. 31.) *quorum hominum essent, scire se iphi negabant, vetere patria relitta, in eam, in quam redierant, nondum adseriti.* *Excusaturos autem intellige, non posteritati, sed ipsos pariter et posteros, nunquam satis deleturos, nullis in Romanos fortibus factis expiaturos satis ignominiam, quod passi sint eos in-*

ter Albim et Rhenam cum imperii insignibus apparere.  
Versu 183.

*Comparat his versuta suas Athamania fraudes,  
Acyrusque Pheraeque et clandestinus Acarnan.*

Coniicio: *Epirusque*. Vicinas enim regiones designare voluit. Varro lib. 2. de re rust. cap. 9. *Videndum ut boni seminii sint: itaque a regionibus appellantur, La-  
tones, Epirotici, Sallentini.* Versu 202.

*At te leue si qua  
Tangit opus, pauidosque iuuat compellere dorcias,  
Aut versuta sequi leporis vestigia parui:  
Petronios (sic fama) canes volucresque Sicambros  
Et pictum macula Vertraham delige falsa.*

Non putem dicere Gratium Petronios canes istos aeuo tantum fama cognitos: quid enim iuberet diligere ad hanc venationem, qui nulli essent? sed scripsit: *scit fa-  
ma*. Teste enim eius, quod dicit, facit famam publicam. Sic restituimus Statio lib. 2. Thebaidos (v. 108.): *iamque illa nouis (scit fama) superbit Connubiis: ex* MSS. vbi etiam subiecerant: *scit fama*. Eodemque modo lib. 5. (v. 456.) *scit cura deum*. id est, testor deos omnia curantes. Sic idem alibi, et saepe Tertullianus. Prorsus idem 256.

*Thoës commissos (clarissima fama) leones  
Et subiere astu, et paruis domuere lacertis.*

Versu 189. *Seu frustra nimius properat furor.* Scribo: *fauor*. dum sibi fauet ante tempus, et credit suam prae-  
dam, a qua longe adhuc abest. Sic infra: *ne qua ex ni-  
mio redeat fortuna fauore*. Et mox: *vt ne prima fa-  
ventem pignora fallant*. Versu 226.

*Atque*

*Atque hic egressu tandem sine fraude reperto  
Incubuit spatiis qualis permissa Lechaeis  
Thessalium quadriga decus, quam gloria patrum  
Excitat et primae spes ambitiosa coronae.*

Scribunt, *permista*, et explicant quadrigam, quae Achivis equis Thessalos iunxit. Sed nec sensus hic auctoris, nec tolerabilis sermo: *quadriga, decus Thessalium, permista Lechaeis*. Distingue: *sine fraude reperto Incubuit: spatiis qualis permissa*. Vtroque verbo vtitur eleganter. *Incubuit*, sic nudum apud Iustinum l. 3. *vbi acrior per spiramenta cauerarum ventus incubait, harenarum molles egeruntur*. Tacitus 4. annalium: *posse reliquos circumueniri, si cuncti, quibus libertas seruitio potior, incubuissent*. Lib. II. *Deinde obstreperentibus his, quibus ea contumelia parabatur, discors Suilio Silius incubuit*. *Permissa*, est αἵτος, οὐθὲν, incitata, laxatis habentia lata. Sisenus: *Inde equum concitatum ad hostium permittit aciem*. Auctor lib. 8. de bello Gallico (c. 48.): *equo se a caeteris incautius permittit in praefectum*. Sic Lucretius lib. 4. vers. 660.

*tum fissa ferarum  
Vngula qua tulerit gressum, permissa canum vis  
Dicit.*

id est, penetrans, longe missa. Vt mox:

*Hic odor ipse igitur, nares quicunque lacefit,  
Est, alio vt possit permitti longius alter.*

Hic ceperunt: illic mutant. Lambinus primum *praemissa*, Gifanius posteaque et Lambinus, *promissa*: quod sane et ipse in Ms. intueri: nec tamen eo moueor. Curtius lib. 4. cap. 9. liberque prospectus oculorum etiam ad ea, quae procul recessere, permittitur. Ita antiquissimus Florentinus: ne putent viri docti τα ad ea recentiorum fulcrum esse. Quod priusquam scirem, quia in Dan. et

Pal. erat *permittitur*, non *permittunt*, vt vulgo, non *permetitur*, vt Modius, faciebant: *oculorum et in ea, quae*: sed neesse non est. Martialis lib. 10. epigr. 12.

*Aemiliae gentes et Apollineas Vercellas*

*Et Phaethontei qui petis arua Padi,*

*/ Ne viuam, Domiti, nisi te praemitto libenter.*

Gruterus e MSS. legit *permitto*, et opportuna adfert. Contra defendit Scriuerius *praemittit*: quasi ominetur Martialis se eodem sequituruin. Sed huius ominis in toto epigrammate nullum aliud argumentum. Impediuit virum egregium aliud vitium loci, quum durum esset: *Domiti, qui petis Aemiliae gentes et Vercellas et Circumpadana, ne viuam, nisi te libenter permitto.* Scripsierat enim auctor: *quae petis.* Et sic constat oratio: *Ne viuam, Domiti, nisi te libenter permitto ad gentes viae Aemiliae, et Vercellas, et ad Circumpadana, quae petis.* Adde quae ad Liuui lib. 29. cap. 2. notamus. *Nisi te permitto, est, nisi tibi libenter veniam do et stimulos addo euati ad ista loca.* Praepositionem omisit, vt Virgilius (Aen. 1, 365. 6, 632.): *Deuenere locos, et Lauinaque venit Littora.* (Aeneid. init.) Mart. Capella l. 8. (init.) *pote confidentis permisit se Voluptatis amplexibus.* Lechaeum portus Corinthi versus Occidentein celebris ludis trietericis Isthmiorum, .. ἐνάρματρον σύνδρομη γέγενερον, vt canit Pindarus. Eo alludit Gratius: canemque his amfractibus euolutum ita emicare in praedam dicit, vt quadriga Thessala se iactat in puluere Isthmiaco seu spatiis Lechaeis. Versu 247.

*Ergo ubi plena suo rediit vittoria fine,*

*In partem praedae veniat comes et sua naris*  
*Praemia.*

Scribe: *et sua norit Praemia.* Sentiat hanc pro nauata opera sibi mercedem dari, vt hac memoria et spe excitetur in futurum. Plinius lib. 9. cap. 8. de Delphino adiu-

adiuante piscatores: Sed enixioris operae, quam in unius  
disi praemium, consit fibi, opperiuntur in posterum.  
Versu 260.

*At non est alius, quem tanta ad munia foetus  
Exercere velis, aut te tua culpa reuellat  
Inter opus, quo sera cadit prudentia damno.*

Aceruus vitiorum. Scribe:

*At non est alius, quem tanti ad munia foetus  
Exercere velis: haud te tua culpa refellet  
Inter opus, quum sera redit prudentia damno.*

*Exercere ad munia tanti foetus* est iungere cum cane in Venerem ad nobilem metagonta generandum. Quam curam si praestiteris, inquit, non te poenitebit postea hoc foetu in venando vti, nec eueniet tibi, vt in eo te peccasse et aliquam in te culpam admisisse deprehendas, quae te tum refellat, accuset, confutet: vt solet fieri sero et damno suo sapientibus. *redit, vt infra, haec magno redit indulgentia damno.* Versu 297.

*Illiis e manibus vires fit cura futuras  
Perpensare; leueis deducet pondere fratres.*

Nec manus hie catulic attribuuntur, quum sint hominis pondus catulorum exigentis: nec deducet, est ipse leuior fratres descendere coget, quum grauiores magis probemantur: nec deducere est vincere citra respectum librae, nam de manibus loquitur, vt de lanchibus librae. Numirum deducere Gratio, vt deprimere Ciceroni, id dicitur in libra, quod grauitate vincit. Lib. 5. de finibus (cap. 30.): *An  
debo igitur, quae secundum naturam sunt, bona appelle-  
re, nec frandare suo veteri nomine, virtutis autem am-  
plitudinem quasi in altera libras lance posere. Terram,  
miti crede, ea lanx et maria deprimet.* Lib. 4. Academ. (cap. 12.) *Etenim necesse est, ut lancem in libra ponderi-  
bus impositis deprimi, sit unum per spacuis cedens.* Lib. 5.

Tuscul. (c. 17.) *Quo loco quaero, quam viā habeat libra illa Critola: qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram et maria deprimat. Ergo deducet huius est Ciceronis deprimet. Demosthenes de pace: ὅταν δὲ ἐπὶ Θάσηρα, ὡς περ εἰς τεράνην, αἰργύριον προσενέγκης, σῆχεται Φέρου, καὶ καθέλκουσε τὸν λογισμὸν ἐφ' αὐτῷ.*

---



---

## C A P V T XIV

*Restituta aut defensa com- lerium Maximum, Tacitum,  
plura per infinituum expressa Virgilium, Iuvenalem, Sca-  
apud Liniūm, Iustinum, Va- tium, Florum.*

**F**requens vitiū genua est, quo per infinituum modum pronunciata, siue in oratione obliqua, siue per intellectum verbi finiti, vexarunt librarii et improvidi correctores. Cuius generis libet quaedam nobis obseruata congetere, vt quod de singulis statuimus, saeterorum praesens et unus conspectus adfirinet. Produxi mus quidem antehac partim illorum alibi: sed et inde recidimus, et adiecimus, quae communio rem hic locum inueniebant. Lixius lib. i. cap. 50. *Quod si sui bene crediderint ciues, aut si creditum illud, et non raptum par- ricidio, sit, credere et Latinos: quamquam ne sic quidem alienigenae desherent. Iussi meo periculo distingui et legi: credere et Latinos (quamquam ne sic quidem alienigenae) debere. Hoc agere ait Tarquinium, vt in Latio imperet, sicut Romae: nec se intercedere, modo voluntate populi delatum, non raptum parricidio regnum habeat: quamvis prudentium sit, si Romani quocumque casu aut even- tu peregrina imperia subierint, non modo imitari, sed etiam caeca exemplum. Nec me fefelleris conjecturam testis*

testis optimus codicum huius partis Florentinus. Idem Liuius lib. 2. cap. 58. *Odiſſe plebem plus quam paterno odio, quod se viſtum videbat ab ea: et se unico consule obiecto aduersus tribuniciam potestatem, perlatam legem esse.* Verbum videbat cum particula et in nullo fidei codice comparent. Quare auctor sum, ut etiam τὸ Quod εὑσιατο: nam sincerum est: *Odiſſe plebem plus quam paterno odio: se viſtum ab ea; se unico consule, etc.* Atque ita Borbetomagensis Rhenani, nisi quod male electo pro obiecto. Ad supplendam sententiam subaudiendum, dolebat, vel indignabatur: sequitur enim, *Haec ira indignatioque.* Libro 3. cap. 10. *Inter alia prodigia et carnes pluit, quem imbre ingens numerus avium interuolitando rapuisse fertur.* Sic edidit Ioh. Andreas, et ab se dat Rhenanus: sed MSS. Campani, Aldina et Iuntae editiones habent, quod ita distinguendum: *Inter alia prodigia et carnem pluisse, quem imbre ingens numerus avium rapuisse, fertur.* Quod perinde est ac si scripſiſſet: *Fertur carnem pluisse, et eum imbre aves rapuisse.* Eodem libro cap. 72. *Scaptione hic conſionali ſeni adſignaturos putarent finitimos populos?* Non est Liuii τὸ putarent: quod etiam omnem ſenſum impedit. Vide de pecunia Vet. lib. 4. cap. 9. Lib. 6. Liuii cap. 27. *Nam neque duci addictos Tribuni finebant, neque iuniores nomina dabant, quum Patribus minor praefens cura creditas pecuniae iuris exsequendi quam deleſetus effet.* Tolle τὸ quum et fac effe: ſcripferat enim Liuius: *nam neque duci addictos Tribuni finebant, neque iuniores nomina dabant.* *Patribus minus praefens cura creditas pecuniae iuris exsequendi, quam deleſetus, effe:* quippe iam a Prae- nette, etc. Eiusdem libri cap. 37. *Qui crederent duobusne in locis ſua voluntate impertituros plebi honorum, qui oſſona loca Tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint?* Male benigni addiderunt in hunc locum, Qui crederent. Lib. 10. cap. 13. *Quid ergo attineret leges ferri rogitans, quibus per eosdam, qui tuliffent, frons fieret?*

*ret? Immo attinere.* Libro 22. cap. 34. *quum quatuor militum legionibus uniuersis pugnari posse apparuisset, ac eo quod M. Minucius absente Fabio prospere pugnasset; duas legiones hosti ad caedem obiectas.* MSS. *apparuisse eo, fine τῷ ac.* Scribas ergo: *cum quatuor militum legionibus uniuersis pugnari posse apparuisse eo, quod M. Minucius absente Fabio prospere pugnasset.* *Duas legiones hosti, etc.* In eadem oratione: *Cui non id appetet? id astum et quaeſitum esse, ut interregnum iniaretur, ut in Patrum potestate comitia essent.* MSS. *apparere: vt videatur primum fuisse: Cui non apparere, id astum et quaeſitum esse, cum interregnum iniaretur, ut in Patrum potestate comitia essent?* Libro 23. cap. 21. *Responsum utrisque, non esse unde mitteretur; iuſſique ipſi classibus atque exercitibus suis consularent.* Etsi deſtituant scripti, legendum tamen litera recifa, *consulere: nam η T ocioſa non est, vtpote initium periodi ſequentis et praenomen Propraetoris: T. Otacilius ad unicum ſubſidium populi Romani Hieronem quam miſſet.* Eiusdein libri cap. 44. *Multos annos iam inter Romanum Nolanumque populum amicitiam esse, cuius neutros ad eam diem poeniteret.* Hic vero et scripti, *poenitere.* Ibidem: *Et Nolani aciem auferunt: quos collaudatos Marcellus in ſubſidiis ſtare et ſaucios ex acie efferre iuſſit: pugna abſinrent, niſi ab ſe ſignum accepiffent.* Optimi quique in membranis hactenus admonent, *vt τὸ niſi noſſe negent;* argumentum fuisse olim: *pugna abſinrent, ni ab ſe ſignum accepiffent.* Cap. 45. *Annibal multo grauioribus probris increpabat: arma ſignaque eadem ſe aiebat noſſere, quae ad Trebiam Thrafimenumque, poſkremo ad Cannas viderit.* Es οὐρανὸς τὸ aiebat, quod eiurant calamo exarati. Lib. 24. cap. 3. *Fama eft, aram eſſe in ueniſibulo templi, cuius cinerem nullus unquam moueat ventus.* Liber ille unicus maiusculis literis apud Puteanos: *nullo unquam moue ventos.* Fuit haud dubie: *cuius cinerem nullo unquam moveri vento:* ſuſpenſa eſt enim haec quoque ſententia ab illo,

illo; *Fama est.* Cap. 14. *Libertatis auctorem eis non se fore, sed Consulem Marcellum et uniuersos Patres, qui consulti ab se de libertate eorum fibi permisissent.* Nulla oblituritate scripti: *sed Consalem Marcellum, sed uniuersos Patres, quos consultos ab se de libertate eorum fibi permissee.* Cap. 26. *Puellis ut saltem parcerent, orare institit, a qua aestate etiam irati hostes abstinèrent.* Membranae: *iratos hostes abstinere.* Sic et lib. 25, cap. 16. *rem se pat magna inchoasse, ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esse.* Et mox: *reliquum autem quid esse pacis a multitudine circumuentis?* Ita eadem utroque: non *esset* ut vulgati. Libro 29. cap. 22. *iuberentque, quod dei bene verterent, traiiceret, et spei conceptae primo quoque tempore compotem populum Romanum faceret.* Scripti *traiicere ac facere.* Lib. 30. c. 1. *tradere exercitum iussus, ipse prorogato imperio Galliam prouinciam obtineret.* Editi ante Rhenanum, ut et scripti, *obtinere, quod ille perperam mutauit.* Cap. 21. *transitus Annibalis in Italiam quantum terroris pauorisque iniectisset se meminisse.* Optimi: *transitu in Italiam Annibalis quantum terroris pauorisque meminisse.* Alii: *pavorisque esse meminisse.* Cancellandae tres voces, si Liuium saluum volumus, qui rotundo ore ediderat: *transitu in Italiam Annibalis quantum terroris pauorisque, quandinde clades, quos luctus incidisse?* Nec Liuium tantum obsedit haec tabes. Iustinus lib. 10. cap. 1. *Adeo- ne vile paternum nomen apud tot numero filios fuit, ut quorum praefidio tutus etiam aduersus hostes esse debu- rat, eorum infidiis circumuentus, tutior ab hostibus, quam a filiis fuerit?* Non dubito, quin et Trogus et Iustinus habuerint, *fuisse:* sic enim et lib. 2. cap. 9. et 14. lib. 14. cap. 5. loquitur: et Seneca de breuitate vitae cap. 12. ex- tremo. Lib. 11. cap. 13. *Tantum meminisse iubet, cum iisdem se tertio pugnare; nec meliores factos putarent fuga.* Infiducium et expungendum *tò* putarent. Lib. 22. cap. 5. *Quo in loco Syracusiae posita sunt, ostendit, quibus*

*quibus aliud nullum auxilium supereffet, quam ut hostibus faciant, quae ipsi patientur.* Illi dederant, supereesse. In eadem oratione: *Quibus omnibus non sibi tantum in alios, sed et aliis in se sentient patere bella.* Immo sensuros. Libro 31. cap. 4. qui in bellum cupidos hortetur, *Annibalemque cum copiis affuturum nuntiet, nihil dicat partibus, nisi animos Carthaginensem, deesse.* In malam erucem τὸ dicat. Libro 38. cap. 7. Adeo illis odium Romanorum incussum rapacitas Proconsulum, sectio publicanorum, calumniae litium. Si non Iustinus, certe Trogus scripsit: adeo illis odium Romanorum inusitate rapacitatem Proconsulum, sectionem publicanorum, calumnias litium. Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. Prudenter enim sensit tunc incrementum Romano imperio petendum fuisse, cum intra septimum lapidem triumphi quaerebantur: maiorem autem totius terrarum orbis partem possidenti, ut audiā esset quicquam ultra appetere, ita abunde felix si nihil ex eo, quod obtinebat, amitteret. Scibe ex MSS. ut audiū esse: intelligimus enim et hic: prudentes sensit. Et in sequenti historiola: *quoniam unius testimonio aliquem cedere pessimi esse exempli: subaudis ex superiore, adiecit.* Libro 7. cap. 2. Quam porro subtiliter Anacharsis leges aranearum telis comparabat! nam ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere, ita his humiles et pauperes constringi, diuites et praepotentes non alligari. Sic scripti et editi veteres. Ad intellectum refertur, dicebat, vel sentiebat, inclusum τίτε τῷ comparabat: neque enim id aliud quam similes dicebat. Pighius notat in fine sententiae *videmus* librum Campensem, velut glossulam, ut loquitur, addere ultimo verbo superscriptam: et id vocabulum istic desiderari, quemuis iudicaturum. Errat misere. Tacitus lib. 6. animalium cap. 21. *Caeterum plurimis mortalium non eximi, quin primo cuiusque ortu ventura destinentur.* Lipsius coniicit eximis vel eximas, quod et Muretus voluit. Pichena tolerari ait posse, ut quod regatur a verbo *putant:* recipit

recipit tamen eximitur. Verum non eximi est non potest eximi: non potest opinio ista eripi. Sic Lucretius lib. 2. versu 16.

*Qualibus in tenebris vitae, quantisque periclis  
Dagitur hoc aevi, quodcumque est? nonne videre:  
Nil aliud sibi naturam latrare, etc.*

Sic MSS. pro videre est. Manilius lib. 2. vers. 85.

*Quae quamquam longo cogit semota recessu,  
Sentiri tamen, ut vitas ac fata ministrent  
Gentibus ac proprios per singula corpora mores.*

Cogit nempe, siue Deus siue Ratio. *Ministrent, aetherea signa.* Sic enim legendum, non ministret. Sed *sentiri tamen* est sentitur vel potest tamen sentiri, ut sidera vitas et fata et inclinationes artesque infundant hominibus. Statius lib. 7. Thebaid. versu 442.

*Haud procul inde iugum tutisque accommoda castris  
Arua notant, unde urbem etiam turresque videre  
Sidonias.*

Sic omnes meliores codices: non videre est, ut vulgo. Iterum Tacitus lib. II. annalium cap. 10. *Exin validissimas praefecturas inuasit, et reciperare Armeniam, nisi Vibio Marso Syriae legato bellum minitante cohibitus foret.* Muretus velit, reciperarat. Lipsius, quia in MSS. quibusdam, *Armeniam habebat, lasciuit coniecturis, auebat, audebat, parabat; denique vadebat, quoniam in Veneto habeat.* Pichena se scribit abstinere manum, nisi ut notet in Fl. legi *habeat.* Certe manum et asteriscos debebant abstinere omnes: nam et reciperare *Armeniam* est, et reciperabat vel reciperare cooperat, vel erat in eo ut reciperaret. Sallustius in Iugurthino (cap. 100.): *Deinde Marius, uti cooperat, in hiberna proficiuntur, quae propter commeatum in oppidis maritimis agere decreuerat: neque tamen victoria secors aut insolens factus, sed pariter*

*pariter atque in conspectu hostium quadrato agmine incedere.* Tacitus ipse lib. 15. (c. 27.) *Simul consilio terrorrem adiicere, et megistanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit sedibus.* Cicero lib. 2. in Verrem (c. 42.): *Iubet cuidam suorum amicorum numerari secessitia octoginta. Res occultari non satis posse. Per quendam eorum, qui interfuerant, fit Epicrates certior.* Virgilius in Culice (v. 119.):

*Iam medias operum partes cœctus erat sol,  
Quum densas pastor pecudes cogebat in umbras,  
Ut procul adspexit, luco residere virenti,  
Delia diua, tuo.*

Scaligero, *Cogebat pecudes in umbras residere luco virenti* est ἐλανιοὺς, et simile Horatiano (Od. 3, 21, v. 8.): *Descende promere languidiora vina.* Barthius, quia vet. editi, *Et, habent, feliciter iubet reponi: Et procul accessit luco residere:* Graecanicumque et ipse vult, *accessit residere,* lib. 21. cap. 9. Sed verisimilius scripsisse Virgilium:

*Et procul aspiciens luco residere virenti.*

id est, residebat vel residere cooperat. Iuuenalis Sat. 10. vers. 313.

*Nunc ergo iuuenis specie laetare tui, quem  
Maiora expellant discrimina, fiet adulter  
Publicus, et poenas metuet, quascumque mariti  
Exigere irati.*

Quae in quibusdam codd. mariti *Irati debent*, unde Lipsius, *maritis Iratis debent*, lib. 4. epist. qu. 25. et, *Exigere ira potest*, et *Irati faciunt*, quae G. Canterus ostentat lib. 3. Nov. Lect. cap. 6. Iudibria sunt librariorum. Nos in duobus reperimus: *Exigere irati debent*, n. e. f. a. vbi palam est *rō debent* abundare. Canterus tanto infeliciar, quod qui per indicandi modum exponunt, eos fugere

fugere rationem scribit. Immo ipsum fugit ratio, et quascumque mariti exigere irati, est quas exigunt vel exigere solent vel ius habent. Quare sustineo me in Tiburtino Vopisci: (Stat. I. Silv. 3. v. 9.)

*Ipsa manu tenera tectum scripsisse Voluptas.  
Tunc Venus Idaliis unxit fastigia succis.*

Vbi nonnulli sâne codices, *Visa manu*. Sed mollius intellectexeris, *videtur*, aut *credi potest*. Lib. 3. Thebaidos: (v. 321.)

*coelumque trifulca  
Territat omne coma. iamdudum aut ditibus agris  
Signa dare. aut ponto miseris inuoluere nautas.*

Libro sexto (v. 159.):

*nec vos incessere luctu  
Orba habeo. fixum matri immotumque manebat  
Hac altrice nefas. Atquin et blandus et illam  
Matre magis solam nosse atque audire vocantem  
Ignarusque mei. nulla ex te gaudia matri.*

Lib. 10. extremo: (v. 925.)

*cedunt acies et terror utrumque  
Quo ruat, ardenti feriat quas corpore turmas.  
Intra se stridere facem. galeamque comasque  
Quaerit.*

Vbi subiecerunt, *galeamque comasque Sentit*. Sed hoc inepte iungitur proximis: nam *galeam comasque quaerit*, quae aberant fulmine absuntae: in priori autem parte versus intelligi voluit Statius, *miratur vel sentit*, vt recte notatum Behotio lib. 2. Apoph. cap. 5. Et hoc simillimum Liuiano: *se uitium ab ea*. Florus lib. 4. cap. 4. *Quippe quum intra decem et octo annos tenerum, obnoxium et opportunum iniuriae iuuensem videret, ipse plena ex commilitio Caesaris dignitatis; lacerare furtis haeredita-*

*reditatem, ipsum infectari probris, cunctis artibus cooptationem Iuliae gentis inhibere non defineret.* Gruterus et Salinasius viderunt hoc genus loquendi, de quo agimus, hic desiderari: fecerunt itaque, *definire.* Ego vero, *tac non defineret furcillis expellenda iudico, tanquam adiecta ab homine, qui non caperet hoc rotundum Flori: lacerare furtis haereditatem, ipsum infectari probris, cunctis artibus cooptationem Iuliae gentis inhibere, denique ad opprimendum iuuenem palam arma moliri.*

---

## C A P V T X V

*Martialis aliquot locis leuis correctus, et illustratus. Dave alicui. Lectica Zoili, sandopila. Mortuus, de male viuo. Sata Bacchi. Visitator. Sub imagine. Virgilius explicatus. Sub auro. Claudianus tentatus. Caper. Obesius. Nonnius defensus. Gramina odorata, quae apes modo carpserunt. Vdus aleator. Verna Decembri mense non timens lacus. Feruens tuba Leonis.*

**M**artialis lib. 2. Epigr. 71.

*Candidius nihil est te, Caeciliane, notaui,  
Si quando ex nostris disticha pauca legis:  
Protinus aut Marfi recitas aut scripta Catulli:  
Haec mihi das tanquam deteriora legas.  
Vt collata magis placeant mea?*

Quum legit Martialis carmina Caecilianus, recitat idem Caecilianus Catulli aut Marfi versus. Simulne, aut alternis? Certe post lecta Martialis disticha. Sed ista Marfi aut Catulli scripta deinde dat Martali, tanquam ipse Caecilianus legat deteriora. Hoc postremum vocabulum, ut nunc oratio constat, non potest referri, nisi ad carmina ipsius Martialis. Quo euenit, vt huic, quod dicitur, non

non laudi, sed pudori esse oporteat. Cui repugnat quod sequitur: *Vt collata magis placeant mea.* Frustra enim interrogationis notam deleri vetat Scriuerius. Caecilianus recitando Catulli carmina voluit omnino Martialis versus comparatione reddere probabiliores. Est igitur horum verborum inter se discordia manifesta: qua Poëtam librant duo MSS. nobis inspecti, praferentes in secundo versiculo: *pauca lego.* Quum ego, inquit, tibi iocorum meorum aliquid lego, tu vicissim mihi praelegis Catullum aut Marsum. Tum scribendum:

*Hoc mihi das, tanquam deteriora legas,  
Et collata magis placeant mea. Credimus illud.*

Hoc in meam gratiam facis: eo seruis ac lenocinaris mihi. Cicero I. Tusc. (cap. 45.) Quantum autem confuetudini famaeque dandum sit, id curent viui. Seneca lib. I. de clem. cap. 15. *Principes multa debent etiam famae dare.* Notissimum Taciti: (An. I, 7.) *Dabat et famas, ut vocatus electusque potius a republica videretur, quam per uxorium ambitum et senili adoptione irrepisse.* Sic igitur, inquit, blandiris mihi, tanquam deteriora sint, quae tu recitas mihi, nempe Marci aut Catulliana, et his *collata magis placeant mea.* Eodem libro epigrammate 81.

*Laxior hexaphoris tua sit lectica; licebit,  
Cum tamen haec tua sit, Zoile, sandapila.*

Ita quum vulgo legeretur, Iunius et Gruterus e pluribus scriptis dederunt: *sandapila est.* Scriuerius adeo se obtuso esse ingenio, vt hanc argutiam non capiat, et arridere sibi fatetur:

*Dum tamen haec tua sit, Zoile, sandapila.*

Et quamvis istud etiam in chirographis obuium habuerit, tamen eos tanti non fuisse, vt audirentur, quum inuoluerent locum, non explicarent. Taceo ne quoque in MSS. reperiisse potius Iunianum: contendamus sententias.

R

Dum

*Dum tamen, sonat: Feraris licet amplissima lectica, dummodo ea efferaris. Nihil igitur aliud quam optat homini mortem, et quidem honesto funere. At acrius: Cum tamen: Quamuis laxissima lectica gesteris: non tamen istam lecticam, sed sandapilam putant homines, quia tua est, quia tu, vitae tuae superstes et praemortuus, ea soleas portari. Potest autem intelligi mortuus vel vitio otiosus et contemtus, quasi nusquam fit; (Cicero ad Atticum: (12, 2.) *Homini non redita, sed voluptaria quaerenti, nonne βεβιωται;*) vel exhausto morbis corporiscaelo liuidus, luridus, male viuus, cadauerosus, ossa et pellis. Sic lib. 3. (32, v. 2.) *sed tu mortua, non vetula, es.* Hunc utique sensum magis probat illud in pecuniosum ostentatorem lib. 6. epig. 76.*

*Inuidiosa tibi quam sit lectica, requiris?  
Non debes ferri mortuus hexaphoro.*

Solent alioquin ab elatis in gestatos iocum petere. Gracchus apud Gellium (Lib. 10. c. 3.): *Is in lectita ferebatur. Ei obuiam bubulcus de plebe Venufina aduenit, et per iocum, quium ignoraret, qui ferretur, rogauit, num mortuum ferrent.* Cicero de Antonio (Philipp. 2. c. 41.): *At ille operta lectita latus est per oppidum ut mortuus.* Seneca de benef. (2, 28.) *Quo tandem ab ipsis gerulis raperis, cubile istud tuum circumferentibus? quo te penulati ipsis efferunt?* Lucianus: *τοις ἐπικεμένας τοῖς οἰκέταις καὶ μικροῖς δεῖν ἐκφερομένας.* Lib. 3. Epigr. 24. (init.)

*Vite nocens rosa stabat moriturus ad aras  
Hircus, Bacche, tuis victimâ grata sacris.*

Nihil moueo, tamen dispiciendum de lectione Pircheim. *tuis victimâ grata satis.* quae scilicet gaudeant supplicio vastatoris sui. Notum illud:

*Καὶ με φάγης ἐπὶ βίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,  
Οσσαν ἐπισπεσσαὶ σοι, τράγε, θυμένω.*

Vine-

*Vinorum satio et sata de vitibus bene dicuntur. Vitisator Maro, imitatione Attii, l. 7. Aen. (v. 179.)*

*Vitisator curuam seruans sub imagine falcem.*

Quem ad locum nescio quid cornicatur Seruius. Aut, inquit, *suctuae exprimit gestum, ut dicat: ita tenebat falcem, ut eam sub vultu haberet; aut sub imagine, sub theca dicit, quae falcis est similis.* Posterius horum repudiauit merito Ios. Castalio Observ. dec. 8. cap. 7. nec tamen satis prudenter priorem explicationem approbat, et hominem docto dignam praedicat: et si Donatum habeat assentientem, cum ait: *perpetuum tenet sub oculis imaginis suae.* Quid enim *vultum* aut *oculos* inculcant, de quibus nihil Virgilius? At rectiorum index poterat ipse Seruius esse, cuius ita leguntur sequentia, non quidem in Danielis, sed in olim vulgato exemplari: *Quare sub imagine falcem?* cum *imagine enim pictus est Saturnus.* Soluitur: aut *SVB pro IN posuit*, aut *ipsius quoque falcis non veritas, sed imago, vagina quaedam falcis putatur.* Haec vtcumque scripta vnuur habent verum, non sub pro τῷ in poni. Silius de Euandro: *Paupere sub populo ductor.* Ouidius 2. Met. (v. 804.) *pulchraque Drum sub imagine ponit.* Seruans sub imagine falcem, est, cuius imago et vinitoriae falcis instar tenet. Arnobius: *Cum plectro et fidibus citharistae gestus seruans cantaturi.* Idem: *Saturnus cum adunca falce, custos, vt ruris, aut aliquis ramorum luxuriantium tonsor.* Hoc est, quod de vitisatore Maro, *seruans sub imagine falcem.* Athenis laudabatur Alcamenis Vulcanus, in quo stante atque vestito leuiter apparebat clandicatio non deformis. Hic sub imagine seruabat claudicationem. Sic Germanicus de Argo:

*qua debet reddere prorau*

*Intercepta perit, nulla sub imagine forma.*

Silius Italicus in lorica Hannibalis lib. 2. (436.) *pendet  
sub imagine poenae Regulus.* Idem lib. 8. *sicutque in  
imagine virtus.* Et lib. 10. *simulacra Deorum Numen ab  
arte datum seruantia.* Claudianus initio lib. 3. de Lau-  
dibus Stilicanis: (v. II.)

*Os sacrum, quod in aere colis, mirare sub auro,  
Cerne libens.*

Sic in duobus MSS. inueni. Vulgo, *miraris in auro:*  
quae prorsus est alterius interpretatio: nam *mirare* idem  
quod *miraris*, *sub auro* idem quod *in auro*. Lapis an-  
tiquus: *statuam. sub. auro. constitui. locarique. iussuerunt.*  
Porro in fine eiusdem epigrammatis:

*Sic modo qui Thuscus fueras, nunc Gallus aruspex,  
Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.*

Nusquam legisse se, quantum recordetur, *caprum* dici  
*τὸν ἐκτομαῖον* in genere caprino, quemadmodum *vernae*  
dicitur in genere ouillo, fatetur Cl. Scriuerius. At id  
notauit Gellius lib. 9. c. 9. *Hoc igitur reliquit et cetera  
vertit non infestiuiter: nisi quod caprum dixit, quem  
Theocritus ἐνόρχαν appellauit.* Auctore enim M. Var-  
rone is demum Latine *caper* dicitur, qui excastratus est.  
idque etymon verbi vult, vt in *capo*: sed vñs dicendi  
magister iuit in contrarium. Sic obseruat Gellius lib. 19.  
c. 7: *obesum* in Naeuii Alcestide proprie magis quam vñ-  
tate dictum pro exili et gracilento: *ἀκέως ή κατ' αὐτή-*  
*φεασιν obesum* pro pingui atque uberi dici. Errauit do-  
ctus Brodeus lib. 9. misc. c. 20. vbi ob hoc ipsum Nonium  
reprehendit. Acumen vero istius distichi est in Priapeis:

*Quae si perdidero, patria multabor, et olim  
Ille tuus ciuis, Lampasce, Gallus ero.*

Epigrammate 65. (v. 4.)

*Gramina quod redolent, quae modo carpit ouis.*

Certo

Certe debuerat esse mellilega apis tanti, vt hic *rō ouis* substitueretur. quomodo coniecerat optimus Barthius, et quaedam membranae Calderinique codices seruant. Vbi enim legitur gramina ab ouibus carpta suauius olere? At de api nos auctorem damus Quintilianum decl. 13. *Non ex omnibus floribus carpunt utilia operi suo, sed in omnibus quaerunt.* Praesens et quidem protinus illa redditur marces, quod omnibus, quibus infondere, odorem mellis inspirant, et breui contactu vim sui relinquunt. Ipse adeo Martialis asserit hanc lectionem lib. ii. ep. 9. quod huic geminum germanum. Lib. 5. epigrammate 86.(v. 3.)

*Et blandō male proditus fritillo,  
Arcana modo raptus ē popina,  
Aedilem rogat vdus aleator.  
Saturnalia transfere tota.*

*Vdus*, inquiunt, vino madens: *Rogat*, vt sibi parcat, nec in ius trahat. Mihi longe aliud significari videtur, et comparandum hunc versum cum illo lib. 14. epigr. 1. (v. 3.)

*Nec timet aedilem posito spectare fritillo,  
Cum videat gelidos tam prope verna lacus.*

Vbi etiam frigide annotant: cum serui videant adesse Decembrem mensim hibernum. Immo *lacus*, in quos, si Saturnalia non essent, deprehensus ab aedili aleator verna soleret deturbari. Neque aliud *lacus* quam cloacae. Suetonius Nerone cap. 26. *redientes a coena verberare, ac repugnantes vulnerare, cloacisque demergere affueuerat.* Sic iste alter, postquam Saturnalia transferant, extendens latus et raptus ē popina, *vdus* inducitur aqua, in qua poenae causa tenetur, et rogat, vt celerius liberetur, et ex poena mittatur, et vna alteraue mersione defungatur. Quamquam et perfundi aqua potuerunt contumeliae causa: vt ipsum aedilem, *succensens turam viis verrendis non adhibitam*, Caius, luto iussit oppleri, congesto per milites in praetextae finum, Suetonius Vespasiano cap. 5.

R 3

Sic

Sic Bibulo καταβείνοντι πονηρίᾳ ἐπεσκεδάσθη κόφης a factione Caelaris, ut refert Plutarchus in Catone Uticensi. Sed, quod prius dixi, mirifice confirmat Lucianus in Dialogo Sacerdotis et Saturni: καὶ τὰς οἰκέτας ἐνωχῆν, καὶ γυμνὸν ἄδειν καὶ προτεῖν υποτρέμοντα, ἐνώπῃ δὲ ἐς ὑδωρ ψυχρὸν ἐπὶ κεφαλὴν ὥσθεθαι. Rursus: καὶ διακονεῖμένων τὰς μὲν ἀλλὰς ἐς τὸ ὑδωρ ἐμπεσεῖν τῷτο γὰρ τὸ πτήμα τῆς αἰδεξίας διακονίας. Hoc ipsis Saturno festis diebus quum fieret, quidni et postea idem animaduersionis genus aediles usurparint? Lib. 6. Epigram. 90. distinctione acuendum est:

*Moechum Gellia non habet; nisi unum:  
Turpe est. hoc magis: uxor est duorum.*

Vt Cicero in Pisonem (c. 14.): *est hoc nouum: multo illud magis: appellatus est hic vulturius etc.* Taceo Messalinam Claudii: sed nec Poppaea Neronis disper exemplum est: ideo *moechus uxoris* Otho in σηλιτευτικῷ. Nec vetat, quod *tunc adhuc amicam* Neronis appellat Sistenuis. Dandum enim aliquid ingenio est. Sic apud Senecam Oedipus se vocat *patris riualem*: apud Lucanum Julia Pompeii Corneliam *pellicem* suam. Parique *vénia audiendum: quod digito, Pontice, perdis, homo est.* Quae pronuntiantur simpliciter, et si non sint nisi compарат. Lib. 9. ep. 90. *Et fului iuba saeuiet leonis.* Equidem nihil in aliis codicibus variata in annotari miror. Nam Pircheimeri quidem: *Et feruens iuba saeuiet leonis.* Ut in Hercule Octaeo Tragoedia: (v. 70.) *At ille iabans feruidam coelo iubam.* Hercule Furente (v. 945.):

*Coeli resulget parte non minima leo;  
Iraque totus feruet, et morsus parat.  
Iam rapiet aliquod fidus. ingenti minax  
Stat ore, et ignes efflat, et rutilam iubam  
Ceruice iabit.*

Thyestie (v. 855.): *Leo flammiferis aefibus ardens.*

CAPVT

## C A P V T X V I

Palladius emendatus pluries.  
Pestilentia in foecundis quoque  
agris. Oculata capita penna-  
rum pauonis. Cedrus. Sagina  
voris. Satiare. Matura mel-  
lare. Mustum mellis. Plinius  
correctus. Locus refilibis.  
Amplexor rigari. Palladius  
defensus. Incitare, sollicitare  
vineam fissionibus. Incitare  
poenas.

**L**ib. 1. tit. 6. Sterilitas et pestilentia aequo modo fu-  
gienda sunt. In pastinato solo inter nouellas vites  
omnino nihil est conserendum. MSS. Barthiani au-  
ctiores: fugienda sunt, vel si sec utreque non fuerint.  
id quod ille aestimandum proponit lib. 38. adv. c. 10. Scri-  
bendum ut erat in Leideni: Sterilitas et pestilentia aequo  
modo fugienda sunt, vel si secum utraeque non fuerint.  
In pastinato etc. id est, etiam si non sunt una, coniun-  
ctum vitium in uno loco. Potest enim esse sterilitas, vbi  
non est pestilentia: et potest esse pestilentia etiam in vber-  
tate. Varro: contraque in pestilenti calamitas, quamvis  
in feraci agro, colonum ad fructus peruenire non patitur.  
Columella: Neminem enim sanum debere facere sumitus in  
cultura steriles soli: nec rursus pestilenti, quamvis fera-  
cissimo pinguique, agro dominum ad fructus peruenire.  
Plinius (18. c. 5.): Atilius Regulus ille Punico bello bis  
Cos. aiebat neque foecundissimis locis insalubrem agrum  
parandum, neque effoetis saluberrimum. Eodem libro  
tit. 28. de pauonibus: quoties circa se amictum caudae  
gemmae incurvat, et singularum capita occulta pennarum  
suis locis exserit. Scribe cum Ms. capita oculata  
cum sulfure sufficienter includi. Verius Ms. ibi paleas  
et cedrum cum sulfure sufficienter includi. Lib. 12. tit. 12.  
Propter serpentes qui plorunque sub praesepibus latent,  
R 4 cedrum

*cedrum vel galbanum, vel mulieris capillos aut ceruina cornua frequenter uramus.* Nam et cedri succunis animalia necare testatur Plinius lib. 24. c. 5. Maio tit. 7. et sequenti triduo praebantur ei tenerae arborum summitates et fructecta mollia et herbae viridis coma, dulciore sagina roris aut fluminis. Ms. Barthii: *herbae virides coma dulciore, saginatoris aut fluminis.* Vnde ille coniicit: *comae dulciores aqua roris.* Pessime. Scribendum cum nostro: *aut herbae viridis coma dulcior a sagina roris aut fluminis.* Sic Solinus (cap. 45.) fontem humore supero saginatum. Palladius de beta: *Amat frequenter effodi et multo stercore saturari.* Nouembri tit. 3. *vinea vetus ablaqueata fimo satietur.* Et Ianuario tit. 13. Item loca, ad quae de cacuminibus terra decurrat, vel valles, quas flumen saturabit aggestio. Expressit sensum Columellae lib. 3. c. II. montium ima quae a verticibus defluentem humum receperint, vel etiam valles, quae flumen alluie et inundationibus concreuerint. Posset videri hoc verba ob oculos habuisse Tertullianus, vbi de mutationibus mundi in libro de Pallio: *Caeteri quoque eius ornatissimi si quid* (MS. *ornatus si quid.* forte: *ornatus in quid*) *non aliud ex alio mutant?* *montium scapulae decurrente, et fontium venae cauillando, et flumen viae obhumando.* Palladius Iunio tit. 7. Item cum fucus a sedibus suis, qui sunt apes maiores, grandi intentione deturbant, matura mella testantur. MS. matura mellantur. Aduiuanda prudenti conjectura scriptio, ut veram habeamus. Nimirum: *mature mellatur*, i. mel colligitur. Verbum dignissimum Palladio, vnde *mellatio* promesse mellis apud Columellam, Plinium, Solinum. Aut maneat sane Ms. lectio: *matura mellantur*, id est, matusus fructus redigitur. Ut subintelligatur τὸ mella. *Mellare matura*, ut gaudere vana, iurare falsa. Eodem titulo: *Mel recens paucis diebus apertis vasculis habendum est, atque in summitate purgandum, donec refrigerato calore musti more deferuerat.* Ms. ignorat vocabulum *more:*

vt

ut suspicari possis Palladium audentiore tralatione  
mel recens ac feruēns *mustum* appellasse, et scripsisse,  
vt illie habetur: *donec refrigerato calore musti defer-  
vat.* Plinius lib. II. cap. 13. *Est autem initio mel ut  
aqua dilutum, et primis diebus feruet ut mustum, seque-  
purgat.* Sic *musteus caseus*, et *redire in mustum sa-  
porem caseos* Plinio lib. II. cap. 42. Si magno Turnebo  
fides, est quaedam species mellis, quae *mustum oleum-  
que* vocatur. Verba enim Plinii, quae vulgo habentur  
c. 15. *In omni melle, quod per se fluit, ut mustum  
oleumque, appellaturque acoeton, maxime laudabile est.*  
*Aestuum omne rutilum,* etc. haec, inquam, verba ille  
sic constituit lib. 10. cap. 5. *In omni melle, quod per se  
fluit, mustum oleumque appellatur, acetum maxime lau-  
dabile est.* Sed fallitur vir doctissimus, neque illud quod  
musto oleoque comparat Plinius, est aliud acoeto. Scri-  
bendum autem est iussu MSS. Codd. *In omni melle quod  
per se fluxit, ut mustum oleumque, appellatur acoetum.*  
*Maxime laudabile est etiam omne rutilum.* Ita plane  
membranae Leidenenses, nisi quod iteratur τὸ εστ. idque  
eiecimus. Mens Plinii est apud Palladium proxime di-  
ctum locum: *Nobilius mel erit, quod ante expressionem  
secundam velut sponte profluxerit.* Septembri tit. 8.  
*Farrago etiam loco sterili stercorato seritur.* Quantius  
pretii est lectio, quam proximus ex Ms. *Farrago etiam  
loco restibili stercorato seritur.* Festus: *Restibilis ager  
dicitur, qui biennio continuo seritur farreo spico, id est,  
aristato, quod ne fiat, solent qui praedia locant, exci-  
pere.* Exempla frequentia in rei rusticae scriptoribus.  
Alludit eleganter Plinius lib. 28. cap. 19. *Conceptum  
leporis utero exemptum his, quae parere desierant, resti-  
bilem foecunditatem adferre.* Eiusdem mensis tit. 13.  
*Nunc circa aequinoctium seres origanum: stercorari at-  
que rigari, donec conualescat, appetit.* Placet scripti:  
*donec conualescat, amplebitur.* Sic Ammianus lib. 17.  
*Offerre obfides, quietis vincula conseruandæ, gratanter*

*amplexi sunt.* Denique Nouembri tit. 3. de vinea: *acuto ferramenti mucrone feriatur, ac fossa frequentius incitetur.* Ita Ms. Forlan malis *fossu* vel *fossura*: sed non audiendus vir eruditissimus, qui supponit, *incitetur*. Est enim locutio pulcherrima et prorsus ex genio auctoris. Id ipsum alibi dicit, *sollicitari*. Februario tit. 18. de *oliuis*. *Omnis subinde circa eas herba vellatur, et quoties se imber infuderit, breuissimis ac frequentissimis fissionibus sollicitentur.* Virgilius 2. Georg. (v. 418.)

*Sollicitanda tamen tellus puluisque mouendus,*

In l. 4. C. de sepulcro violato, vbi Iustinianus *terram euertere*, Theodosius habet *terram sollicitare*. Columella, *fissionibus concitari motus naturales vitium et surculorum* lib. 4. cap. 28. Non alia tralatione apud Tacitum: *incitandis coelibum poenis.* Quod eodem iure imprudentia doctorum hominum coniecluris obnoxium fecit.

## C A P V T XVII

*Ausonius defensus, alibi correctus et illustratus.* Rumor nius prior Consul, olim praecitor principum. Primum Mosellae. Vox pro strepitu nomen. Tantum non primo quoquis. Femur-exclamare bene sub nomine rexisse. Libato ne dixit Iuuenalis. Praefecture eturae titulus secundus. Auso-

**Q**uod in Mosella Ausonii legitur, tacito *rumore*, pro murmure labentis fluuii; non videtur iure carpere magnus Poëtarum censor. Ille quidem a Virgilio id habuit, apud quem: (Aen. 8. v. 90.) *iter incepum peragunt (celerant) rumore secundo:* accepit pro secundo lapsu fluminis, per metalepsin: ut *rumor* quidem pro murmure, *murmur* vero fluuiiale pro ipso fluuio dicatur, hoc est, ut vetus ille,

*ille, vnde labunda sonante.* Nec aliter Claudianus Epithal. Honorii (v. 158.):

*Nec non et variis vestae Nereides ibant  
Auditore rumore feris.*

Ita enim duo Ms. et alii, quos Schottus inspexit. hoc est, strepitu commeantis Venerei comitatus. Et *narrat genes* simili Iuuenal: *dominae femur exclamare coegerit.* Vocis namque articulatae sonitus per synecdochen pro quoque strepitu ponitur. Virgilius: (Georg. 3. v. 261.) *scopulis illis reclamant Aequora.* Statius 10. (v. 257.) Theb. *gravis exclamet portas mugitus abenae.* Silius: *clamante procella.* Ut Homerus *Bœoꝝ* pontum dixit. Et litora. *ηνόες βοέως.* quod inter tropos Homericos obseruat Plutarchus pro *ηχοῖσι.* Ut Statius: *licet horrida clamant Litora.* Ille tamen excusatur, quia *ζωντοῖσι τὴν θάλασσαν πι ποντού.* Immo non mare tantum, sed quicquid libet. Nam ut nihil aliud memoremus quam membra, manus *ζωντοῖς* Plautus Amphitr. pedes Pſendolo, alibi cor: partes quae honeste nominari nequeunt, Horatius et Petronius: oculos Seneca in Phoenissis: cur non Iuuenalis femur? Diuersum vero est, cum Philosophus disputat de natura qualis est, et cum Poëta facit naturam quod non est: eius enim folius id imperium. Nec minore audacia Euripides *ψαλμὸς τόξῳ* dixit. Idemque *Αὐτὸς βοέθω.* Sed conuertamur ad alium Mosellae locum, in quo mirifice doctissimi vii conturbarunt:

*Quique suas rexere urbes purumque tribunal  
Sanguine, et innocuas illuſtrauere secures,  
Aut Italum populos, aquilonigenasque Britanos  
Praefecturarum titulo tenuere secundo.*

Alciatus notat, quatuor esse dignitatum in iure ciiali ordines: *illustres, spectabiles, clarissimos, perfectissimos.* Ex his praefectos dici spectabiles, eoque *titulum* his dari

dari secundum. Elias Vinetus, quia quatuor etant Praefecti praetorio, rogit numquid *secundum titulum* dixerit, quod inter has praefecturas primum tenuerit locum Italia, secundum Gallia. Nec aliter Ios. Scaliger in 185. epistola, nisi quod etiam de ipso Ausonio id accipit. Quin etiam profitetur alibi (verba Scaligeri) se secundam praefecturam habuisse, quum ait, *Praefectorum etc.* Item: *Secundum titulum praefectoriae* vocat Gallias, ea enim erat secunda Occidentis, ut Italiae prima. Sed contextus orationis facile hoc refutat. Pertinet quippe ad haec ipsa, quod praecessit: *memorabo quietos Agricolas etc.* An ergo promittit Ausonius, se suas ipsius laudes decantaturum? Cur autem, *tenuere?* Profus videri possit vir suminus in memoriam hic fallacem, non librum, cum ista scriberet, consuluisse. Dicit enim Ausonius, cum per aetatem meritus fuerit vacationem, se largiter dicturum laudes Belgarum, quicunque inter illos fama virtutis, morum, doctrinae aut gestis honoribus existere clari. Sic etiam, qui ex iis Italiani et Britannias tenuere *Praefectorum titulo secundo.* hoc est, felici, non falsis iudiciis eligentium. Ut apud Suetonium in Julio (c. 2.): *reliqua militia fama secundiore fuit.* Sequitur enim Praetores aut Praefectos ex administratione siue bonorum siue malorum inorum fama. In Octauio (c. 3.): *Quintum fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiae administrantem.* Sirmondus subtilius, quia Vicarii proximo gradu erant a Praefectis, ideo Vicariam ab Ausonio vocari secundam *Praefectoram*, Vicariosque Italiae et Britanniarum designari, ad lib. 1. Sidonii. Sed ita si est, presumendum neminem ex hac gente ad ipsum Praefectoriae gradum ascendisse: non enim secundi gradus Praefectos laudaturum se dixisset, si ex primo fuissent. Neminem autem e Gallia Belgica Praefectoram primam adeptum, quum tot alii numerentur e reliquis Galliis, periculosest adseuerare. Porro in Ausonio:

*Quique*

*Quique caput rerum Romam populumque patresque  
Tantum non primo rexit sub nomine, quamvis  
Par fuerit primis. Festinat soluere tandem  
Errorem, fortuna, suum.*

Primum hic impingit Vinetus, qui ista verba nescio quo modo ad reges et consules Romanos refert. Quasi dicat auctor: Commemorabo etiam illos, qui Romam, senatumque Romanum rexerunt, primis illis nulla re dispares, nisi solo nomine primo. Illi namque septem primi vocati sunt reges: hi vero cum regis nomen ob Tarquinios esset Romanis inuisum, Consules sunt appellati pro regibus. *Quis non miretur acumen? et inuidet Belgis,* quorum laudi omnes Romani Consules subseruire et instruere eam debent? Nemo dubitat auctorem hic describere et circumloqui se ipsum. Sed hic non capio quid sit, *non primo sub nomine rexisse Romam,* et tamen *fuisse parem primis.* Quia par, inquit Freherus in commentario, utriusque Consulis potestas. Utterque nomen dat anno. Quasi dicat Ausonium fuisse secundo loco Consulem. Quod falsum est. Verba Imperatoris ipsius sunt in gratiarum actione: *te Consulem designavi, et declaravi, et priore loco nuncupavi.* Et ipse alibi:

*Consul collega posteriore fui.*

Scaliger, ne quis, quae memorauimus, excusat, tamquam subita et epistolari temeritate effusa, eadem scribit lib. 2. Auson. cap. 17. „Quod ait se praefectura duplici fundum, (inquit) hoc ita intelligendum, eum bis Praefectum praetorio fuisse. Sic de se ipso loquens in Morsella scribit, numero tamen plurali, *Aut Italum,* etc. nam primam praefecturam Italiae adeptus est, ut postea dicit, sed quam non diu tenuerit. Sic enim ait: „*Quique caput,* etc. Nam illud *Tantum non,* hoc est, *μονογέχι,* ostendit non diu eam tenuisse, et tamen se *parem primis fuisse:* hoc est, tam illi imputari hanc

„prae-

„praefecturam, quam si ea plene perfunctus esset.“ Simmo quod ait *tantum non*, hoc est, propemodum *primo sub nomine Romam, caput rerum, populum et Patres rexit*, non ostendit Praefectum praetorio, sed Consulem fuisse: nam sub eo proprio Roma, Patres, Populus: id nomen a Caesare secundum. Nihil autem hic, diu an non diu fuerit, significatur illa particula. *Tantum non primo nomine*, est Consulis prioris nomine, quod proximum a primo Imperatoris. Scribendum est autem: *quamuis Praefuerit primis*. hoc est, quamvis Imperatoris praceptor et quodammodo Imperator fuerit. quamvis ferulam eius sceptrum olim verita sint. Restat quem dicat, *errorem suum*. Bonus Vinetus pergit: *Errorem fortunae* dicit, quod exacti sunt reges, et Consules in eorum locum suffecti: sed ipsam posteris reddituram sublatum honorem, id est, Augustis suis sublato Consulari imperio. Ut sic Principibus aduletur. Scaliger ait, cum Praefectus praetorio Italiae esset; nescio qua calamitate eum magistratum gerere non potuisse, sed quasi fortunam poenitere videretur, quod diuturnum illum honorem illi conseruare non potuisset, praefecturam Galliarum obtinuisse. Freherus: *Errorem quo hactenus putauit*, indigenis tantum et nobilibus summos in republ. honores deferri. At nunc virtutem in quibusuis suo pretio aestimare discens, prouinciales quoque et nouos homines meritis praemijs afficit et mactat. Hae Lamiae turres sunt et pectines solis. Tollenda τελεία υποστήμα post *primis*: est enim uno spiritu continuatus sensus. Hic incipit loqui de se ipso Ausonius, et *errorem* appellat suum, quod non citius se contulerit ad Galliae Belgicae heroës praedicandos. Eumque emendaturum alias profitetur. Nunc quidem, inquit, detetere laudes tuas, o Mosella, desinam. Tempus erit, cum otium et comediatum naestus omnes in iis vires meas intendam, et aggrediar senectuti sepositum opus: tunc et viritum persequar praeconia clarorum virorum, quo scumque Gallia Belgica pro-

protulit: siue illi agricultae, siue caufidici, siue rhetores, siue urbium ac prouinciarum rectores et praefecti secunda fama fuerint. Et ille, qui Romanum, Senatum et populum, tantum non primo sub nomine rexerit, quamvis olim praefuerit primis dominus dominorum, (hoc est, ipse Ausonius) festinat luere suum, o fortuna, errorem: quod nempe in tam seruū diu debitam celeberrimae ac per hospitia iunctae genti pietatem distulerit: et libata nunc praemia virtutis eorum supplens, fastigia veri honoris, praestantibus nepotibus repetenda, illis apud posteritatem reddet. *Agricultas* intelligo patresfamilias claros et nobiles, aut inter ingenii cultum aut gestis honoribus rusticantes, et otium cum dignitate obtinentes. Sidonius de Auito:

*Iam Praefecturae perfunditus culmine tandem  
Se dederat ruri: nunquam tamen otia, nunquam  
Desidia imbellis: studiumque et cura quieto  
Armorum semper.*

Vix enim admittere possum, ut solum illum Agricolam, ad quem Praefectum praetorio Galliarum exstat constitutio Honorii et Theodosii, hic appellari. Fortunam testem appellat *errorem* esse, non malitiam, nec felle, sed imprudentia ab se peccatum. Statius lib. I. Theb. (v. 510.) *Deprendi, Fortuna, deos.* Lib. 12. (v. 338.) *gratum est, Fortuna, peracta est Spes longinqua viae.* Si malis *tuum*, non valde repugnabo: ut *Fortunae errorem* appeleret, quod ipse forte, non consilio, peccauerat. Nihil enim frequentius, quam hominum peccata fortunae delegari. Tullia ferox ad L. Tarquinium apud Dionysium lib. 4. τι δη οὐκ ἐπαυ-  
οφθούμεν τὸ τῆς τύχης ἐλάττωμα ἡμές, μεταθέμε-  
νοι τὰς γάμους; Symmachus lib. 8. epist. 64. *Offen-  
derat bonos, quod immature ante discesseras. Diluit  
fortuna peccatum suum, quae nobis te pari festinatio-  
ne restituit.* Nihil Ausonio propius. Addit Scaliger:  
Eam

Eam praefecturam Italiae non diu tenuisse ipse declarat, cum eandem praefecturam vocet *libata præmia*: *libataque supplens Praemia*. Freherus, *Libata*, quia tantum inferiores dignitates, in curia: ita in Professoribus ad Victorinum subdoctorem siue proscholium: *Libato tenuis nomine Grammatici*. Haec a mente Ausonii renotissima. *Libare* sane leuiter attingere est. Sed perperam vulgo interpungitur post *Praemia*, cui cohaeret *rō iam*, hoc modo: *libataque supplens Praemia iam, veri*. Ego, inquit, Ausonius errorem fortunae, quae ad alia argumenta lyram meam detulit, corrigere festino, et illam inercedem virtutis, quam iam libauit, illas laudes, quas parce et obiter et inodice tribui, supplebo, abundanterque et pleno ore tribuam, et reddam cuique honorum suorum fastigia: commemorabo, quos quisque altos honorum gradus meruerit, sic ut ad eosdem nepotibus illorum aspirare ius sit. Hoc vult, cum canit:

*Quique caput rerum Romam populumque Patresque  
Tantum non primo rexit sub nomine, quamuis  
Praefuerit primis, festinat soluere tandem  
Errorem, fortuna, tuum, libataque supplens  
Praemia iam, veri fastigia reddet honoris,  
Nobilibus repetenda nepotibus.*



CAPVT

## C. A P V T XVIII

*De anno Numae datus Linio  
Macrobius interpres et contra  
Scaligerum et Petitum defen-  
sus. Annus Numae non fuit  
354, sed 355 dierum contra  
Sigonium. Scaligeri, Panuinii,  
Casacii, Petiti Periodi, quibus  
annus Romanus Lunaris cum  
Sole paria facere visus, refu-  
tatae. Plena spatia omnium  
annorum, quae vocet Linius.  
Pontifices de industria obsec-  
riorem fecerunt intercalandi et  
omnem Fastorum rationem.  
Periodos Romana erat 24, non  
22 aut 44, non 4, non 8, non 10,*

*aut 20 annorum. Scaliger in  
Macrobius et Solino reprehen-  
dit, que penes illos non legun-  
tur. Apud Macrobius inter-  
calati 66, compensati 24 dies,  
tertio quoque octennio, quoq-  
uo-dō intelligendi. Non est ne-  
cessē lustrū incipere ab eodem  
anno, unde incipiebat cyclus  
sive periodos. Falsum est in  
periodo Romana nullum men-  
sem intercalarem omissum fuisse.  
E Solino mendum sublatum.  
Numerus imparilis. Liuius  
quoque purior redditus.*

*N*uma Pompilius, omnium primum ad cursum lunae in duodecim menses describit annum, quem (quia tri- cenos dies singulis mensibus lana non explet, de- suntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe) intercalares mensibus interponendo ita dispensauit, ut vi- cefimo anno ad metam eandem solis, unde ori essent, pleniis annorum omnium spatiis dies congruerent. Haec verba sunt Liuii lib. 1. cap. 20. in quibus M. Antonius Sa- bellicus et Cornelius Vitellius olim, sive vterque per se, sive alter ab altero edocitus, monuerunt scribendum ex auctoritate Macrobiae et veritate: vicefimo quarto anno. Nam quum ad eum numerum dierum, quem ad lunae cursum in anno constituerant Graeci (erant dies 354: vnde decim dies et quadrantem, quod sol longioris habet spa- tii, octauo quoque anno collectos, vt nonaginta fierent, inque tres menses triginta quēinque dierum tributos in- tercalabant) in honorem inparis numeri diem Numa vnum adiecisset; non potuit illi eadem, quae Graecis, constare intercalandi ratio, sed praeter 22 aut 23 dies alternis bienniis, tertio quoque octennio, non nonagin-

S ta,

ta, sed sex et sexaginta intercalauit. Cum his enim sexaginta sex coniuncti nonagenarium numerum complebant illi quatuor et viginti dies, qui excreuerant tribus octenniis ex illo, quem imparis numeri addiderat Numa. Tertii octennii ultimus est annus quartus et vicesimus. Haec sententia accepta est, donec eam repudiauit Car. Siginus, existimans lunarem annum institutum Numae, non 355, sed 354 dierum: quem quia sol excedat 11 diebus et quadrante, quinque et viginti supra ducentos dies facere illum amplius in viginti annis, quam totidem anni lunares: at totidem annis intercalatos alternis 22 et 23 dies eundem implere 225 numerum: ita non nisi bienniis hoc modo intercalatum, et vicesimum quemque annum Lunarem cum sole consensisse. Sed Numam conclusisse annum 354 diebus falsum est, nec confirmatur, ut putat Siginus, ex Plutarcho, qui praeterquam quod in hac narratione leuiter adinodum defungitur, et intercalatorum tantummodo 22 dierum meminit, dies illos 354, non ut anni proprie Pompiliani, sed ut communis anni lunaris nominat. Ως τῷ μὲν σεληνιακῇ τριακοσίᾳ πεντήκοντα τέσσαρες ἡμέραις ἔχοντος, τῷ δὲ ἡλιακῇ τριακοσίᾳ ἐξήκοντα πέντε. Supplendus igitur ex aliis est, non illis opponendus. Solinus, Censorinus, Macrobius uno ore 355 fuisse. Quibus addendus Plinius lib. 34. c. 7. nam male editur, 365. De intercalatione haec tradunt Solinus et Macrobius. Volunt Graecos, quia lunari anno dierum 354 vtebantur; non tamen simplici, ut hodie Arabes ac Turcae, nec sine cura motuum solis, cuius ille per signiferum iter 11 diebus quadrante anteuertebat, ad ciuilia tempora cum temporibus mundi aequanda, dies istos undecim quadrantem, quasi adscripticos quosdam extra numerum et accensos, reliquis ordinariis sui celeris anni interposuisse, et quidem, quia id quotannis facere operosum erat, post cyclos certos siue periodos annorum: inter quas plurima octaeteris. post octavum igitur annum dilatos et collectos hos dies nonaginta,

ginta, centuriatos in tres menses intercalasse. At quos nunc habemus, Graeci auctores plerique omnes annuum faciunt suum 360 dierum. Quoscumque igitur Graecos vult Macrobius imitatum Numam, vel quicumque fuit subtilius intercalandi auctor (hactenus, ut octaeterida recipere, sed ita, ut ferebat descriptio anni Pompiliani, qui 355 dierum erat honore imparis numeri,) triplicem octaeterida siue quatuor et viginti annorum orbem coniunxisse. Quasi enim sibi quoque necessarios ad pensandum cursui solis annum nonaginta dies, qui inter octennium anno Lunari 354 dierum addeabantur, in quatuor mercedonios siue intercalares menses, duos binum, duos ternum et viginti dierum digestos, alternis annis, siue post biennium quodque, modo paris, modo imparis numeri interiecit: et quia propter accessionem diei unius et numerum cuiusque anni imparem quot octo annis octo dies ipsi, secus atque 354 dierum anno utentibus, erant superflui, tertia quaque octaeteride, non nonaginta, sed sex et sexaginta dies intercalari instituit, ut adhiberet illos quatuor et viginti dies, qui tribus octenniis seu quatuor et 20 annis supra cuiusque octennii nonaginta dies prouenerant. Annus igitur quartus demum et viceimus, vel cyclus quatuor et viginti annorum, post perpetuas aut intercalationes aut dilatationes dierum ad iustum modum mensis intercalaris, ad eandem metam, eosdem carceres, unde orsi erant, solem et lunam reduces habebat, eoque solarem et lunarem annum paria facientes sine reliquis, hoc est, sine intercalatione, sine dispensatione dierum, finientes et noua spatia incipientes demonstrabat. Pulcrum mehercules hoc quoque commentum et dignum ingenio Romano, dignum callido Pontificum collegio, qui nihil magis referre auctoritatis suae, quam fastorum, et omnis ciuilis temporis rationem vulgo obscuram esse et impenetrabilem, imbibebant. Sic mihi quidem videtur: eoque consentio consiccoque Liuium formasse: *ut IV et viceimo anno: ubi fatis appetat, quam facile nota prioris numeri vicinas*

voces subire et librarium frustrari potuerit. Non idem stomachus magnorum quorundam virorum, maxime Iosephi Sealigeri, qui tamen ita aduersus Macrobius disputat, vt magis quae circa rem, quam quæ in re sunt, faciat. „Macrobius, inquit, et alii eius notae scriptores aiunt Romanos a Graecis didicisse modum alternis bienniis mensem intercalandi, nunc 22, nunc 23 dierum.“ Ant igitur alium habuit Macrobius, quam nos nouimus, aut parum meminit, quae apud illum legerat. Libro quidem primo Saturnaliorum capite 13, quod est de ordinatione anni per Numam et de causa intercalandi, nihil tale deprehendo. Romanos necessario mensem intercalarem instituisse more Graecorum scribit: et quod Graeci per octennium nonaginta dies intercalabant, illis quoque placuisse, sed frustra: quorum autem exemplo *alternis annis binos vicenos, alternis vicenos ternos dies expensauerint intercalationibus quatuor*, non Graecos, non ullos alios nominat. Solinum, alterum veterum scriptorum fucum, eiusdem culpae reum facit Scaliger et ambos in hac re multum ait mentitos. At ne Solinus quidem huiusmodi quicquam: sed nulla mentione alternorum mensium, qui 22 aut 23 dierum essent, tantummodo, *quod Graeci singulis annis dies undecim et quadrantem, donec octies multiplicarentur, in annum nonum reseruabant, ut contractus nonagenarius numerus in tres menses per dies tricenos scinderetur*, id initio probasse Romanos refert. Non minus cauillatur vir illustris, quem pergit: „Nam si, vt ipsi scribunt, Graecorum annus merus lunaris fuit, quid opus fuit 22 et 23 dies alternis bienniis intercalare, vt lunae rationes cum solaribus compensarentur?“ Quis ergo id ipsum scripsit, Graecum annum fuisse merum lunarem? Hoc si voluissent, non modo 22 et 23 dies alternis bienniis intercalatos, sed omnino unquam intercalatum tacere debuissent. Etenim ne merus esset lunaris, sed ita lunaris, vt tamen solis rationibus responderet, intercalationem stata ratione commentos

mentos esse Graecos plane scribit et Macrobius. Merus lunaris, qualem cum maxime Arabicum Turcicumque nouimus, intercalares ignorat. Rursus Scaliger: „Nam „si illa intercalatione solis cursum assequebantur, ergo ille „annus lunaris non fuit. nunquam enim facies, vt inter „calatis 22 aut 23 diebus post vnum biennium Arabicum, „annus luna cum solari in gratiam redeat, nisi anno 19 „exacto.“ Hoc modo argumentetur licet, nusquam gentium fuisse annum ciuilem ad lunae motus descriptum, praeterquam apud Arabes et Turcas. Nam qui ratione intercalandi assequebantur solis cursum, eos annum Lunarem habuisse negat. Illi vero volunt habuisse quasdam Graecorum gentes annum quidem lunarem: sed quum coelum et terra statim vicibus ad eundem habitum redeundo naturalem annum omnibus demonstrent, et ifli tamen lunam, citimum terris fidus, tam praesentis in inferiora potentiae, semel receptam temporum moderatricem spernere non auderent; vt hic annus duodecim spatii lunae definitus cum annua conuersione rerum, quam sol facit, consentiret, conatos esse assequi intercalatione, rudiore seculo: et quia assequuti non sunt, opus fuit Mettonis et Callippi ingenio. Conati autem sunt assequi, non ne lunarem annum haberent, sed ne lunaris, quem habebant, nimis a solis meatu discreparet, neu caput anni vagaretur. Denique relabitur eo, quasi Macrobius et Solinus scripsissent intercalari 22 aut 23 dierum post biennium usos esse Graecos, vt Romani: quod neuter sensit, sed octennio tres adiectos triginta dierum singulos. Quod si neutri, nec Graeci puta nec Romani, assequuti sunt, quod quaerebant, ruditati temporum adscribendum est. Prorsus mutauit controversiae statum, et quidem dupliciter: nam quum reprehendere instituisset, quae Macrobius asseuerat de Romanis, omisis his inuehitur in id, quod aspergit de Graecis: et quum in hoc reprehendere voluisse, quod tradit Graecos annum lunarem 354 dierum tribus mensibus intercalaribus quoquis octennio infer-

tis soli adaequasse, disputat' Graecos non habuisse annum lunareni merum, nec bienniis alternis intercalasse mensem 22 et 23 dierum: quorum neutrum nec Solinus nec Macrobius edidere. Censorinus sane tradidit, Graecis aliquando annos sic statutos fuisse, vt intercalando alternos ficerent 12 et 13 mensium; utrumque annum separatim *vertentem*, iunctos ambos *magnum annum* vocantibus. Hunc, si lubet, oppugnet, sed aliis argumentis, non talibus, quae non tantum biennii intercalationem, sed et octaeterida, nec hanc modo, sed et omnem intercalationem tollunt. Addit inter caetera, „Macrobius nusquam legisse Graecos eiusmodi intercalatione vfos, vtpote apud quos mensis embolimus semper fecerit tricenum dierum.“ Hoc profecto ex Macrobiis, non ex sua hypothesi: nam sic vult Macrobius, quum scribit nonaginta dies tributos in tres menses; et quia iam concedit Scaliger mensem embolimum fuisse tricenum diem, necessario et concedat oportet aliquando fuisse alium Graecis annum, quam quem ipse ex Herodoto, Aristotele et aliis contra Theodorum Gazam eruit 360 dierum: hic enim annus totius mensis intercalationem non adimitit. Sed videamus manifestius ipsum sua vincta caudentem. Quae notauirhus, ex libro secundo sunt de emendatione temporum vtriusque editionis: at in posteriore lib. 4. capite de Seculo Romano iam mitior ita scribit: „Non dubium est, quin aliquando apud Graecos vel aliquos vel vniuersos modus anni fuerit 354 diebrum, et singulis bienniis exactis, hoc est, vt Herodotus hoc putatur, *δια τρίτες ἔτεος*, 22 et 23 dies alternis intercalarentur. Et paullo post: „Hanc rationem prisci illi Aborigines sive ab Euandro sive ab Aenea edocti annum suum 354 dierum finierunt, donec superstitione imparis numeri 355 pro 354 coepti usurpari: in intercalationibus autem modo et situ nihil immutatum.“ Quid ergo aliud habet Macrobius? En tenemus, quod modo tanta cum acerbitate verborum arguerat, ipsum clare adfirmantem.

tem. Quanto consultius fecisset, si in posteriore editione omnia illa, quae his contraria ei exciderant, delesset? Quiun igitur salua sunt et in solido stent Macrobius fundamenta, ipsius, qui conuellere illa et labefactare tentauerat, Scaligeri confessione; quum dubium non sit Graecos aliquando habuisse annum lunarem 354 dierum, et eum Romanos a Graecis accepisse una cum intercalandi ratione, et quidem (quod amplius quam Macrobius largitur Scaliger) situ et numero nihil immutata, quare non eundem in periodo, qua omnis intercalandi conatus evenitum sortiebatur, sequitur? Cur committit saepe repelli? Cur cum homine Romano iniquum certamen depositit, noster melius sciat, quid tot seculis Romae factum sit? Duorum et viginti annorum periodum sic colligit. „Quod si semper, inquit, continentur intercalations per singula biennia, breui fiet, ut menses brumales traducantur in sedes aquinoctiorum; et sic vicissim reliqui menses non competent temporibus definitis. Hoc ita temperatum. Exspectarunt, donec iustus mercedonius ex illis diebus accresceret, quem omitterent. Singulis autem annis accrescebat dies. Undecim ergo biennia producent dies 22. qui est iustus modus mercedonii. Hic omittitur intercalatio justi mensis mercedonii dierum 22. Retinentur duodecim horae, quae in sequenti biennio, cum diebus 22 horis duodecim producunt mercedonium dierum 23. Sic ille, magis docens Romanos, quid factaret debuerint, quam nos, quid fecerint. Onuphrius idem Paninius et Iac. Cuiacius non minus infeliciter aggressi. Ille decem dies quadrantem quotannis deficienes ad cursum solis aequandum, qui quadriennio fiunt 41, placuisse ut alternis mensis, nunc 20, nunc 21 dierum, intercalandum facerent: ita quartum quinque annum solis meatui conuenisse. Hic octauo quoque anno 82 in tres menses diuisos, quorum duo 27, tertius 28 dierum, insertos anno Romano contendit. Ita fugientia captamus interdum, fastiditis paratis. Macrobius apertissime ac

planissime explicat, quid fecerint Romani, neque res a communi sensu abhorret: sed et credibile, vel si impeditor intriciorque haec sit ratio, et dari alia facilior possit, ipso difficultatis lenocinio placuisse iis, qui fastos ordinabant, quo Sapientes, quod vocabantur, magis habentur, et vulgo minus ars tanta pateret. Hoc sic explicat ille scriptor, quem nemo nescit omnia fere sua ex auctoribus longe melioribus et ipso et seculo isto omni depromere. Tamen varia comminiscuntur: illum tanti non ducunt, ut argumentis re vincere contentur. At, ut mentitus sit, intercalationem bieanii modo aequali, modo inaequali dierum numero, Graecis debuisse Romanos, ut octaeteris alia Graecis fuerit totusque annus aliter formatus atque ille censuit; (quam tamen accusationem ab ipso auctore remissam vidimus) nondum demonstratum est, eo, quo ille tradit, modo annum 355 dierum, periodo 24 annorum, soli aquare velle non potuisse Romanos. Certe fuit e Romanis Macrobius multorum auctorum, quibus nos deficimur, copiam habuit; eorum quos habuit, florem se delibasse passum ostendit: et tradit rem, quae acta erat, quaeque ut acta esset, tot monumentis felicissimorum ingeniorum superstibus non facile poterat ignorari. Vtrum confinxisse hunc ista credensus, an ex Pontificum, eorumque, qui Pontificum scripta viderant, libris hausisse? Quae deinde fingendi merces? immo quae venia, quum statim posset coargui? Iam nos confitetur ipse Scaliger, sua 22 annorum periodo nondum exaequatos vtriusque sideris cursus, verum ipsis 12 horis distare? Quomodo igitur plenis, quod dixerat Liuivus, annorum spatii congruunt dies, quos 12 horae separant? Addit tamen: „Et quia duodecim horae soli sufficiunt, nisi alteris 22 annis, nunquam exaequabuntur, post quos nihil relinquitur.” Ergo ista periodus iam non 22, sed 44 annorum. Liuium, quem illi obducimus, ita se inquiet, ut partim male interpretetur, partim confutet. Plena spatha Liuium ait vocare intercalationes merce-

mercedonii, quibus inania spatia Romani anni expletur, vt cum solstitiali cursu aequetur: velle autem intercalatione vicesimi quarti anni, et, vt ipse loquatur, omnibus spatiis anni ad finem usque vicesimi quarti expletis, annum Romanum ad metas solis redire. Id tamen esse falsissimum, quando non omissa intercalatione vicesima quarta tot dies supersunt quot anni. Sed pessime accepit verba Liuii, *plena omnium annorum spatia* interpretando intercalationes, deinde non omissam intercalationem. Quid? an omnibus annis intercalabatur? At *omnium annorum* ista *spatia plena* agnoscit Liuius. Si *plena spatia* sunt intercalationes, et sunt *omnium annorum*, omnibus annis intercalatum diceret, non bienniis alternis. Quo quid est absurdius? Immo, vt *IV et vicesimo anno, plena annorum omnium spatia*, hoc est, expletis pariatisque spatiis omnium annorum huius cycli (quae inaequalia, et nunc redundantia, nunc delinquentia, minor annorum numerus habuerat) *dies annorum ciuilium*, ad modum anni Tropici, hoc est, *ad metam eandem solis, unde orfi erant, congruerent*. Quartus demum et vicefimus annus, omnium intermediorum annorum, impatiuum adhuc neque conuenientium solari anno, et nunc referuantium dies, nunc interponentium, spatia et orbes reddit plenos, seu non defectos aut abundantes aliqua parte illarum, quibus continetur naturalis ac solaris annus: atque adeo efficit, vt hi anni coniuncti cum suis intercalationibus et compensationibus aequent totidem solares annos, ita vt ultimo nihil addi, nihil detrahi atque in proximum annum differri sit necesse. Id vero siebat omissa intercalatione quarti et vicesimi anni, seu quatuor et viginti diebus compensatis pro postremâ intercalatione, secus atque ille ex Liuii verbis extorquet. Tale est Ciceronis lib. 2. de nat. deorum (cap. 20.): *Quarum ex dissimilibus motionibus magnum annum Mathematici nominaverunt; qui tum efficitur, cum solis et luna et quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis*

*omnium spatiis est facta conuersio.* Qua figura autem dicit *intercalationem vicefimam quartam*, quae, si esset, quarti et vicefimi anni *intercalatio* vocaretur? Certe quatuor et viginti annis tantum vnde*cum* intercalationes interueniunt, nec vel de ipsis sententia plures quam duodecim. Ex hac igitur hypothesisi verissimum est, quod tradit Li-vius, non fallissimum. „Sed, pergit, quod hic anno-  
tarunt intelligi omittendam esse ultimam intercalationem  
„anni vicefimi quarti, quando hoc fiat, non video, nam  
„omittitur mercedonius. qui cum 23 dies nunquam  
„excedat, minor est 24 diebus. ita vno dies abundaret,  
„aut duo, si in 24 annum incideret mercedonius 22 die-  
„rum.“ Sed et hoc cauillari est: non enim dixit Macro-  
bius praeceps mercedonium aut nihil amplius quam mer-  
cedonium 23 dierum anno quarto et vicefimo omitti, ve-  
rum tertio octennio, non nonaginta, ut duobus priori-  
bus octenniis, sed *sexaginta sex tantummodo dies inter-*  
*calatos, compensatis 24 diebus, pro illis, qui per totidem*  
*annos supra Graecorum numerum creuerunt.* Itaque in-  
telligendum et mercedonium integrum remissum et diem  
vnum de superioribus intercalationibus tertii octennii, qui  
ex illis 24 diebus etiam supplebatur. Sib. Siccaina, ho-  
mo doctus, in Antithesibus de Romuli et Numae anno,  
Macrobius carpit, quasi scribat, tertio octennio tres  
menses intercalarios 22 dierum insitos: id falsissimum esse,  
quum intercalares menses non sint semper pares, sed al-  
ternatim impares viginti diuum et viginti trium dierum.  
Nodum in scirpo quaerere videtur. non enim ponit Ma-  
crobius tres menses intercalares dierum 22 insitos, sed *in-*  
*tercalatos 66 dies, compensatis viginti quatuor diebus.*  
Sane ter 22 sunt 66, et tot dies proprie intercalabantur,  
hoc est, ex omnibus 90, qui toto octennio intercalari de-  
buissent, adsumebantur, omissis et quasi acceptis latis die-  
bus quatuor et viginti, pro quibus numerabantur illi vi-  
ginti quatuor, qui ab impari anni numero creuerant.  
Vtrum autem menses intercalares octennii tertii fuerint  
omnes

**otines 22 dierum, an secundus 23, non definit Macrobius:** et vtrum dicas, tribus iustis intercalationibus, qui 66 dies nouos adsciscabant, et vnum ex compensatis, pro reliquo compensatis viginti tribus diebus, expleta illius cycli spatia, an vero 66 dies fuisse intercalatos, 24 compensatos, nihil interest, nisi quod hoc contractius, illud uberioris dicitur: atque illud intellexisse, hoc expressissime Macrobius facile concederim. Non potuit autem (vt ad Scaligerum reuertar) quartus et viceimus annus incidere in mercedonium 22 dierum, nisi turbatus esset annus et intermissus ordo intercalandi: ita enim erat constitutum, vt biennio primo 22 dies, altero 23, tertio rursus 22, quarto 23 intercalarentur: semper igitur annus ultimus octennii incidebat in annum, quo 23 dierum erat futurus mercedonius. Sed etsi potuisset accidere, eadem ratione proximae intercalationi detracti dies duo ex illis 24 suppleri potuere. Traxit hic error Scaligeri Sam. Petutum lib. 9. Miscellan. qui sic illi repugnat, vt quibusdam ab eo acceptis et admissis, quae minime debebat, quicquid immolitur, in casum struat. Quamobrem periodum, quam Romanis adscribit Scaliger, usurpatam fuisse non persuadeat sibi, causas adfert, quia non conueniat cum minore periodo Romanorum, id est, lustro, quod est quinque annorum interuallum, sed eam in partes fecet. Vana est haec atque inefficax argumentatio: vnde enim probabit has periodos eadem meta terminari debere? Quid lustro cum intercalatione? quae religio iunxit haec, aut alteram periodon altera vel incipiente vel media vel praecipiti cursum suum absoluere vetuit? Alterum tempus census instauratio complexa est, alterum lunaris ad solis rationes dirigendus annus. Nihil hic video tam arte et necessariae adfinitatis. Nec similia quisquam veterum, sed a magistro suo didicerat Petutus, quod aduersus illum conuertit. Verba sunt Scaligeri: „Quia lustrum Romanorum minor erat periodus, vt Olympias Graecorum, periodus, quae aliunde incipiebat, quam „a pri-

„a primo anno lustri, erat imperfecta. prima periodus „incipiebat a primo anno lustri, secunda a tertio, tertia „a quinto, quarta a secundo, quinta a quarto.“ Hae naeniae sunt et otiosorum somnia superstructa illi commenticiae periodo 22 annorum, qua euersa et ipsa in summos abeunt. Quid ergo accidit annis ante instituta lustra? Quid si quando census intermitteretur? An tum non fuit intercalatum? Quis nouit illud discrimen periodorum perfectarum et imperfectarum? Vnde constat de censu instituendo non venisse in mentem Seruio Tullio, nisi eopse anno, quo incipiebat periodos, quae solem anno Romano aequabat? An credibile est, si medio illius temporis spatio cogitauit primum de censu, eum curam reipublicae tantam et tam vtilem inani superstitione vna cum periodo incipiendi lustri, in duodecimum annum distulisse? Sic trans-eunt falsae opiniones, vt fama: augentur eundo. Scaligero visum primum annum lustri fuisse etiam primum annum cycli. Potest fuisse, potest non fuisse: necessitas quidem nulla, quae fuisse cogat. Petitus hoc porrigit, et iam pro explorato ponit, etiam ultimum annum cycli incidere debuisse in ultimum annum lustri. Quia fide? Prius illud incertissimum est: quo tamen posito et concesso, haudquaquam posterum et consequens est posterius: sed si placeat, noua demonstratione confirmandum est. Altera causa, qua Scaligerum impugnat Petitus, est, quod in periodo illa Romanorum nullus mensis intercalaris omittebatur, quod tamen fiat in hac, quam struxit Scaliger. nullum autem mercedonium omitti, testem esse omni exceptione maiorem Liuum, qui *plena spatia* vocet interrealationem mercedonii mensis; *omnium* vero *anorum spatia plena* fuisse affirmet. nullum igitur fuisse embolimaeum, cui intercalaris mensis non sit interpositus. Et hoc intrivit illi Scaliger, quod quia in ipsum recedit, verum proverbiū fecit: *turdus malum sibi*. Periodum Romanam nullum omisisse mensem intercalarem nemo veterum sanxit: Liuum id scripsisse falso credidit.

Scali-

Scaliger. Sunt autem *plena omnium annorum spatia* Liui, non quibus intercalatio nulla omittitur, sed qui collecti, partim propter adhibitam, partim propter omis-  
sam intercalationem compensatis diebus quatuor et viginti, respondent congruuntque totidem annis solaribus.  
 „Sed, inquit, quomodo fiet, vt anni tempestates in alias  
 „sedes non transducantur, si singulis bienniis duo dies  
 „supra rationes solis succrescant?„ Quaeris tecum, o bo-  
 ne, quod cum Macrobio quaerere debueras. ille te do-  
 cuiisset, quomodo id comparare soliti sint Romani perio-  
 do quatuor et viginti annorum, nisi praeiudicium de illo  
 fecisset eius, quem sequeris, summi viri imprudentis fa-  
 stus. Huius praecceptis et Liuii notariorum inertia cor-  
 ruptus annorum viginti periodum inuenit, quam tamen  
 decem annorum periodum appellat. „Minor, inquit,  
 „periodus fuit annorum quinque; Lustrum appellant:  
 „e duobus lustris conflata est maior periodus annorum  
 „decem, intra quam solis rationes cum Romanorum anno  
 „pariant et exaequantur.„ Hoc vero quemadmodum,  
 quum decennio decem dies succrescant supra rationes  
 solis? „Huic malo, inquit, medicina facta est hoc modo:  
 „ex anno nono sunt exempti dies decem.„ Sed primo si  
 ἔξαιρέτες hac opus fuit, non *plena erant annorum spatia*,  
 vt neque deforet quidquam neque superfieret, intercalatione aut ἔξαιρέτες curandum. Sic autem plena fuisse  
 in illa, quam vestigamus, periodo, testem non reiiciet,  
 quem ipse vocat exceptione maiorem. Deinde quis ve-  
 terum huius ἔξαιρέτες auctor? Macrobius scilicet his  
 verbis (Saturn. I. cap. 14.): *Verum fuit tempus, cum propter superstitionem intercalatio omnis omissa est: non nunquam vero per gratiam sacerdotum, qui quam publicanis proferri vel imminui consulto anni dies volebant, modo auctio, modo detractione dierum proueniebat.* Idem, opinor, Censorinus et Solinus, et quicunque ostendunt, quid Caesarem ad corrigendos fastos adegerit. Sed quia *omnes* idei, neque amplius, satis indicant exemptionem  
 illam

illam dierum fuisse remedium negligentiae intercalandi, non ordinariam rationem anni Lunaris ac Solaris in concordiam redigendi. Quod autem in veteribus fastis rusticis dies quidam, *MERK*, adnotatum habent, si plurimum concederemus Petito, dicereimus significari illos dies ἔξαιρετιμες, quibus nunc omnibus, nunc paucioribus exemptis, vitium per intermissionem intercalandi factum corrigetur, et annus statum suum reciperet: non qui solenni ac legitima dispunctione quoniam decennio excenerentur. Quamquam τὸ *MERK* in rusticis fastis significare mercedonios, et quidein ἔξαιρετιμες dies, conjectura fit nuda,

*Par leuibus ventis volucrique simillima somno.*

Quam sanum vero Μεγκηδόνιος dici a Μῆν, quod sit Aeolice Μῆτις, Latine *Mer*, et οὐδέων, vnde οὐδόνιος, quia solliciti sunt de exaequando anno cum sole, qui intercalant aut eximunt. Quod exemplum harum vocum? huius compositionis? Qui transitus a sollicitudine ad dies intercalares vel ἔξαιρετιμες? His porro, nullis aliis rationibus, suffultum proficiunt ad corrigendos illos fastos, alibi vocem *MERK* delere, alibi transponere, quid est nisi strenue ingenio abuti? Periodum illam annorum decem maxime ait probari loco Liuii. At viginti annorum interlitus ille Liuius, quo vtitur, meminit. At hoc nihil aduersum se facere autumat, sed valide confirmare sententiam suam: nam cum simplex periodus esset annorum deceim, duas eum coniungere, quia duodecim horae supersint supra rationes anni, quae nunquam, nisi alteris, post quos nihil relinquitur, deceim annis peraequentur. Ergo et haec eadem chorda, qua Scaligeri, periodos oberrat, et habet palam abundantes duodecim horas, quam tamen Liuius plenis spatiis congruere vtrinque annum ea, quam ipse significauit, periodo testetur: nec dicenda est decem, sed viginti annorum, vt ista non 22, vt appellatur, sed 44. Iuxta inepte solers

lers est, quum periodum suam demonstrat ab anno et die Alliensi. Ne tot inanibus supputationibus persequendis et ipsi inanes simus, vnam modo rem tangemus, qua impulsa omnis illa tantae speciei machina collabitur. Annum Allensem definit nonum suum istius suppositiae periodi. Quare autem? quia centesimus nonus et septuagesimus est a primo Seruii lustro. Vides, ut ubique viro illustri se lactandum dederit? quasi necesse fuerit lustrum incipere cum primo anno periodi istius, quia Romartus 355 dierum annus cum anno solis 365 dierum quadrantis aequabatur. Pudentius, qui certum annum primo censui dari posse negant. Priusquam hinc discedo, aliquid et Solino opis ferendum est. Graecorum intercalandi more narrato, subiicit: (cap. 3.) *Quod quum initio Romani probassent, contemplatione numeri parilis offensi breui perdidérunt.* Hic Salmasius delet auctori- bus scriptis τὸ offensi, et oratione longa perstringit Solinum tanquam falsa tradentem, quum Romani vtique semper parilem nuinerum in anni sui computatione vitauerint. Addit videri oblitum, quae supra scripsit, annum, ut a Numa institutus erat, habere coepisse quinque et quinquaginta et trecentos dies. At quia non est credibile quemquam sanum adeo esse obliuiosum, ut nesciat quae tribus ante versiculis scripserit, quam facile est videre ab auctore profectum: *numeri imparilis breui.* Et hoc est, quod tradit etiam Macrobius, ob imparem numerum dierum anno factum Romanis necessum fuisse, ut Graecorum rationem suo proprio modo interpolarent. Denique inendum leue apud Liuium est in his: *intercalares mensibus interponendo.* Nam Flor. Ms. et Andreas, Veneti, Taruifini, Beccaria: *intercalares mensibus interponendis.* Pet. Nannius e Buslid. profert: *intercalares mensibus interponendos:* idque putat Ciceronis in secunda Verrina loco confirmari. Sane et nobis hoc in membranis obuium fuit: sed obstat τὸ Q V E M, in praecedentibus: et fuit Liuī manus: *intercalaribus mensibus inter-*

*interponendis.* Quod quidem sensu est eodem, quo, *intercalares menses interponendo*: sed illo modo hoc Cicero, Liuius, alii saepenumero efferre maluerunt. Lib. 1. de Officiis (cap. 2.): *Quis est enim, qui nullis officiis praeceptis tradendis philosophum se audeat dicere?* Et rursus: (cap. 9.) *nam alterum iustitiae genus asequuntur non inferunda iniuria.* Lib. 3. de finibus (cap. 20.): *prodeesse docendo rationibusque prudentiae tradendis.* Lib. 2. ad Quintum ep. 3. *Sed res, multis querelis de republica interponendis, nulla transacta est.*

---

## CAPVT XIX

*Ad sex locos Tragoediarum Senecae aliquid allitum. Sera queri. Sera serpens. Reuocare manus alicuius post tergum. Defensus Lucanus. In Silio Modii correctio probata. Iuuenalis illustratus. Reuocata Almone Cybelle. Reuocata fornace bipennes. Reuocans bumerus lacernas. Aduocare manus operi apud auctorem Moreti. Senocare communia in priuatum. Cicero tentatus. Deuocare. Auocare. Vultus Oedipi tantum eruentis. Hoc fuit. Gratari, gratulari proprie grates agere. Gratulari diis. En binc quomodo ad vulgarem usum flexa. Naeuus tentatus. Tertulliano lux.*

**A** pud Senecam in Hercule Furente longior, quam fas est, in optimis quibusque membranis reperiatur versus 19.

*Sed vetera sero querimur: una me dira ac fera  
Thebana nuribus sparsa tellus impii  
Quoties nouercam fecit?*

Qui cum stare sic nequeat, Lipsius non incommode sua-  
fit induci τὸ σέρο, tanquam superfluum. Sospicabar ta-  
men potius scripsiſſe auctorem: *Sed sera querimur.* Plus  
enim hoc quam vetera. Appius Claudius apud Liuium  
lib. 4. (cap. 48.) *vetus se ut familiare consilium domo ait  
afferre;*

*afferre*: quod tamen serum non erat, et tum quoque reipublicae profuit. Possunt aliquem commouere, quamvis sopitae aliquamdiu veteres simultatum offendae, quod siue vindictae siue satisfactionis spes adfulgeat. Sed eo de genere non erant, quae commemorauerat: eoque bona fide sera, non tantum vetera. Ergo omissis istis reuoluit aliquid, quod non serum; nec tantum deploraret: vbi locum vindictae exitus fabulae demonstrat. Quod aliquis exemplari suo τὸ σέρα interpretationem adiecisset, vetera, occasio librarii fuit utramque vocem recipiendi; dein, ne bis idem diceretur, *sera* in *sero* commutandi. Est enim vbi *serum* positum videatur ita, ut nihil aliud quam vetus aut annosum significet: Ut in Priapeis: *Quaedam senior Hestoris parente*. Et est simile in Medea nostri: (v. 686.) *Hic sera serpens corpus immensum trahit*. Nam illud tantum corpus ostendit magno natu fangi et commode illi hanc descriptionem tribui. Sic *seriorem aetatem*, *seros annos* pro senectute dixerunt: quod quantum abest ab *seris* pro senibus? Est enim *serum* proprie, cui tempus opportunum praeterit: unde mollis flexus, utique poëticus, ad senes, quibus aetas et negotiis fungendis et fructui iucundorum sufficiens exenta est. In Thyeste, vbi nefandum sacrificium instruit Atreus versu 685.

*Post terga iuuenum nobiles religat manus,  
Et moesta vitta capita purpurea ligat.*

Quum vicinia τῶν religat et ligat nihil habeat efficaciae, valde autem sit insuavis, placebat in tribus MSS. obuium: *nobiles reuocat manus*: praesertim, quum duo, *reucat*: et videretur imitatus Prudentius hymno (6. v. 103.) περὶ σεφάνων:

*Nexus denique, qui manus retrorsus  
In tergum reuocauerant reuinctas.*

T

Sed

Sed utrumque occupauit Gruterus, quem consulere omiseram, quod, si cui prius id monitum foret, postremos editores id facile admissuros fuisse crederem. Non omnino tamen actum egerimus, opinor, si quae ad hanc scripturam confirmandam olim congeffimus, tironibus offeramus. Eleganter, quod proprium oris et vocis est, ad manus et facta transferunt. Lucanus lib. I. v. 600.

*Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.*

Vbi frustra placuit aliquando magnis viris, referunt. Silius Italicus lib. 4. versu 15.

*niueumque repofas  
Instaurant galeae coni decus, hafta iuuatur  
Amento, reuocantque noua fornace bipennes.*

id est, reficiunt. Sic autem paeclare Modius ex Col. cui succinit codex Oxoniensis. Iuuenal is Sat. I. (v. 25.)

*Cum pars Niliacae plebis, cum verna Canopi  
Crispinus, Tyrias amero reuocante lacernas,  
Ventilet aeftuum digitis sudantibus aurum.*

Hoc est, adstrictas et religatas fibulis habente. At homo literator hic putauit notari magnum quidem Aegyptii vernae luxum, qui Tyrias seu dibaphas gestaret, sed maiorem et non ferendum, quod plures in die mutaret, easque Tyrias lacernas: id enim velle humerum reuocare lacernas: quemadmodum Zoilus apud Martialem roties in hora syntheses mutans inducitur. Calpurnio Ecl. 3. (v. 17.) taurus

*Et matutinas reuocat palearibus herbas.*

Cui congruit illud Seruui ad Eclogen (v. 54.): *Ruminatio dicta est a ruma eminente gutturis parte, per quam demissus cibus a certis reuocatur animalibus.* Claudianus lib. 2. de raptu: (v. 317.) *Pars altos reuocant currus. id est, temone supinant.* Macrobius lib. I. Satur.

Satur. cap. 19. *et post nodum caudae reuocantur ad caputum caducei.* Ambrosius lib. 6. Hexaëm. cap. 4. *cum fruges suas horreis propriis reuocauerit.* Nec minoris leporis ista. Auctor Moreti: *Advocat inde manus operi.* Sic enim et Scaliger et nos in membranis scriptum vidi-  
mus: *vbi vulgo, Admouet.* Cicero pro Quinctio cap. 3. *Itaque hercule haud mediocriter de communi, quicquid poterat, ad se in priuatam domum seuocabat.* Si praefuisset aerario Naeuius, facile tolerarein. Nunc nihil attinet hic *priuatam* domum dici: quicquid enim ger-  
batur, in primatis expediebatur aedibus. Censeo igitur scripsisse Ciceronem, vel *in priuatum:* vel, *de re com-  
muni, quicquid poterat, ad se in priuatam, domum se-  
vocabat.* Seneca lib. 6. de benef. cap. 27. *nunc vis illum  
subiici tibi iactura rerum suarum, et status mutatione in  
id deuocari, ut infra sua beneficia iaceat.* Id est, defer-  
ri, demitti. Paulus l. I. π. II. D. ad L. Falcidiam: *Si leg-  
garius possessionem natus est, et non potest auotari ei-  
res, quia voluntate haeredis errantis natus est posses-  
sionem, dabitur affio haeredi, ut id quod supra dodran-  
tem est, auferatur.* In Oedipo versu 460:

*Ardent minaces igne truculento genae,  
Oculique vix se sedibus retinent suis.  
Violentus, audax, mutus, iratus, ferox:  
Tantum cruentus gemuit et dirum fremens  
Manus in ora torcit.*

Mart. Delrius ttium meminit codicum, qui praeferrent: *audax vultus*, vnde aliquem suspicari posse *maltus au-  
tumat.* Agnoscit et Hieronymus Comelinus. Nos in quinque olim, postea pluribus, idem reperiimus, sed duo ex ipsis cum tertio, omnium optimo:

*Violentus, audax vultus, iratus, ferox,  
Tantum cruentis. Gemuit, etc.*

Vnus *eruentus*. Sane τὸ audax de ipso Oedipo acceptum beta languidius est. Quomodo autem *cruentus*, qui necdum manus admouerat poenae suae? At egregium et ipsius auctoris, quod proposuimus. *Vultus violentus, audax, iratus, ferox, tantum eruentis*, non etiam excipientis crudelitatem. Oedipus duplicein sustinebat personam, punientis et supplicium patientis: ipse erat et qui erubebat oculos, et cui eruebantur: ipse sibi noxius et lictor. At vultus parati ad supplicium, quasi ageret tantum, non idem quoque patetur. Similiter τὸ Tantum separat duas viuis personas in illo Taciti: *cum iam viduam se et tantum sororem testaretur.* In Troas in versu 68.

*Cessatis? et vos flebilis clamor mouet  
Furorque cassus foeminae? iussa ocios  
Peragite. AN. me, me sternite hic ferro prius.  
Repelle auernum, rumpe fatorum moras,  
Molire terras, Hector, ut Vlyssen domes.*

Quidam, *Reuelle*: sed neutrum satis commode dicitur. Nonnemo, *Repellet, heu me.* Vincat igitur, quod quadruplum alii et optimus nobis suggesserunt:

*Repellor? heu me! rumpe fatorum moras.*

Res tota in actione consistit. Obiicit enim sepulcro se Andromache, et ruit in satellitum Vlyssorum gladios. Cui intercedit heros, ipsam repellit, et locum facit irruentibus in tumulum latronibus. *Me, me sternite hic ferro prius.* Agnoscis pietatem effetamat, et matronam plus quam muliebri audacia ingerentem se strictis telis. At postquam Vlyssis manum sensit et vim viri se remouentis, sidunt isti animi et sexum reminiscitur. Hinc voces flebiles: *Repellor? heu me!* Ut in Thyeste: *Negatur enīs?* Appianus in Libycis: Καλῶς εἰδότες, ὅ τι τὰ μέγιστα δεναὶ αὐτίκαι μὲν εἰς Θρασύπητα ἐκκλήσσει, σὺν χρόνῳ δὲ καταδουλοῖ τὴν τόλμαν η ἀνάγκη. Rursus autem

autem conualescit opinio de marito, et velut mente mota in auxilium, qui nusquam erat, invocat. Hinc illud in primis: *cernitis, Danai, Hebreos? An sola video?*  
Eiusdem tragœdiae versu 729.

*Hoc fuit parui vicitus lacrimis,  
Suscite, dixit, rex habens,  
Patrioque sede celsus folio:  
Sed sceptra fide meliore tene.  
Hoc fuit illo victore capi.*

Ineptissimam et nullam sententiam dicit vir illustris, scripsisse autem Senecam: *Profuit illo. Evidenter scio illud Ouidii: (Ep. 3, 53.)*

*Tu mihi, iuratus per numina matris aquofae,  
Vtile, dicebas ipse, fuisse capi.*

Et Mutilii Numatiani: (Itiner. I. v. 63.)

*Fecisti patriam diuersis gentibus unam:  
Profuit iniustis te dominante capi.*

Bellum utrumque et loco positum. Sed alia mens erat Senecæ. *Hoc fuit illo victore capi:* id est, Hoc, et nihil grauius, passus est, qui Hercule victore captus. Ut infra: *Mortem putabat illud, hoc thalamos putat.* Quintilianus decl. 2. *Hoc tu quietem putas esse? patientia est.* Adiiciam, quod si extra locum, non tamen fortasse extra pretium erit. In Oedipo versu 881, quum scribi curarem:

*Gratare matri liberis auctiam domum:*

subiiciebatur animo de verbo isto cogitatio, quam mihi postea expedisse videor. Hoc notarunt, gratulari interdum esse grates agere: etiam Sahmasius ad Tertullianum de pallio. Addit Gifanius, Ciceroni vix hoc visitatum, nisi quod *gratulationis nomine in re diuina votatur pro supplicatione.* Sciendum vero *gratari* et *gratulari*

tulari proprie nihil aliud esse quam grates agere: sed vsus veterum restrinxit ad deos. Ennius: *Iupiter, tibi, summa tandem male re' gesta, gratulor.* Afranius: *Quod saluus venis, melius est, gratulor diis.* Naeuius lib. 3. belli Poenici: *Isque susum ad coelum suas res ammullus gratulabatur diuis.* Ita MSS. Mercerus omnino scriendum ait *Romulus.* Sed quis huic locus in bello Punico? Forte: *susum ad coelum subregens manus: vel surrigens.* Terentius: *iam define deos, uxor, gratulando obtundere.* M. Cato (ad Div. 15, 5.) ad Ciceronem: *si tu diis gratulari nos, quam tibi acceptum referre manis.* Livius (7, 13.): *templa gratantes ouantesque adiere.* Quidius: (Fast. 3, 417.)

*Quisquis ades, castaeque colis penetralia Vestae,  
Gratare, Iliacis thuraque pone foci.*

Nec interiit illa significatio in vulgato vsu: sed manet et absconditur *κατ' ἔλλειψιν* eorum, quae antiquiores exprimebant. Nam *gratari* vel *gratulari* alicui *aliquid*, est *grates agere* diis, *aliquid alicui ex sententia euenisse*. (cf. Periz. ad Sanctium.) Plautus Rudente (Act. 4. sc. 4. v. 134.): *Cum iſthaec res male euenit tibi, Gripe, gratulor.* Haud dubie, diis. Captiuis (3, 2, 3.): *eunt obuiam, gratulanturque eam rem.* nempe diis eam rem bene gestam. Sic *gratulantur aduentum*, est diis ob meum aduentum. *Gratatur reduces*, diis ob *reduces*. *Gratulor huic terrae*, est, *grates ago diis*, *huic terrae ab illis datum*. *Gratulor tibi de reditu*, est *gratias ago diis*, *de reditu tibi euenisse quod optabas*. Antonius apud Ciceronem: (Philipp. 2. cap. 12.) *Brutus pugionem alte extollens, Ciceronem nominatim exclamauit, atque ei recuperatam libertatem est gratulatus.* Hoc est, *grates egit diis*, *ei tantopere optatam et desideratam libertatem esse recuperatam*. Quintilianus in praefatione lib. 5. *Quapropter illi dolori, quem ex matre optima, atque laudem omnem supergressa paucos ante menses ceperam, gratulor.* Nempe

Nempe gratulor siue gratias ago diis, me illi dolori obnoxium fuisse. At in Tertulliani verbis miror fuisse, qui haereret. Cap. 5. *Nullius profecto alterius indumenti expositio quam togae gratulatur.* Salmasius dubitat, vtrum *gratulari* sit hic *gratum esse vel facere*, an *passiuem ponatur ut sit gratulationem accipere vel inereri.* Fecebat idem Marcilius: nam in paraphrasi reddit, *grata est, grata habetur; in notis ait: Sed voluit fortean Septimius in ista Satira sibi licere *gratulo et gratulor*, etc.* Addit maluisse aliquos, *expositu.* Sed verbum *gratulor* hic vulgarein usum non excedit: reddit autem orationem insolentiorein, quod rei vel actioni adscribitur, quod est hominis siue personae: Sensus enim: Nemo vestimentum aliud molestum exsuens siue deponens magis gratulatur sibi, quam qui togam. *Expositio gratulatur*, id est, deponens gratulatur sibi.

---

## C A P V T    X X

*Tacitus ser defensus et illistratus, quinques sanatus. Caesarum liberti magnarum expeditionum et executionum ducibus exactores et comites dati. Seneca moriens aduer-*

*sus praesentem uxorem pallium formidine mollitus. Tempero suscipere, maledicere, tollere. Rogare et orare. Militares vici. Praesidia vicis imposera.*

**S**olebant principes magnarum expeditionum et executionum ducibus adiungere aliquem conditionis mediocris aut libertum, qui nobilitum, et honestorum spiritus et actiones inspiceret et quasi contineret. Idque ex consilio Maecenatis apud Dioneum lib. 52. ubi de libertis praecipue hanc rationem reddit: *ίνα σὺ μὴ απορῆσ, πατέρ ὁν καὶ ακόντων τὴν αληθεαν, οὐ γέ τι πλημμελθῆ, μαθεῖν δυνήσῃ.* Hinc lib. 15. ann. cap. 28. *Tiberius Alexander, illustris eques Romanus, minister bello datus.* Frustra Pichena dubitat, an pro datus scriben-

dum sit *clarus*. Lib. II. (c. 37.) vbi caedes Messalinae peragitur: *Custos et exactor e libertis Euodus datus*. Lib. 14. (c. 59.) in caede Plauti: *Talem eum centurio trucidauit, eorum Pelagone spadone, quem Nero centurioni et manipulo quasi ministrum regium praeposuerat*. Talis erat ille Oſcus lib. I. Hilſor. cap. 87. *Curam nauium Oſcus libertus retinebat, ad obſervandam honestiorum fidem inuitatus*. In quo etiam docti viri haſerunt. Scribit Tacitus *retinebat*: vnde colligimus iuſſum a primo inspicere naues, et si quid eſſet reficiendum, vtque imponeretur commeatus, et vt recte deducerentur, curare. Sic a Nerone *praemissi libertorum fidissimi Ostiam ad etiam praeparandam*, apud Suet. cap. 47. Id officium ceflabat, ſimul aptae et expeditae naues in aqua ſteterant: quod reliquum erat, eo ipſi trierarchi aut nauium magistri facile fungi poterant. At prorogauit Oſco eam procuracyonem Otho, in ſpeciem tanquam nauium praefecto; reuera, vt honestiore loco et natorum et curantium fidem exigeret. Hic palam eſt τὸ inuitatus locum non habere: quippe libertis, non multo ſecus ac ſeruis, imperabant, vt ait Cicero ad Quintum. Itaque inerito vox ea ſuspecta Lipsio, et valde ſe prodidit Criticus cum Mirandulano inimico codice repentinus, qui nihil hac oſfensus pro honestiorum producit *Oſtienſum*, quum iuxta liceret illi pro laud dubie corrupto, quicquid voluifſet, eadem foetura gignere. Qui exſtant Mſs. *imitatus vel immutatus*. Gab. Faernus, *initio datus*. Pichena, *immixtus*. Non male, niſi melius, *comitatus*. Statiū Epicedio Glauciae: (v. 90.)

*Nec senior Peleus natum comitatus in arma  
Troīta.*

Et lib. 8. Thebaid. (v. 590.)

*vix ſi bellum comitata relittiſ  
Deipyle thalamis, illi illudenda tulifſem.*

Rufus

Rursus lib. 15. cap. 63. de Seneca morituro: *Vbi haec atque talia velut in commune differuit, amplectitur uxorem, et paullulum aduersus praesentem formidinem mollitus orat rogatque, temperaret dolori, ne aeternum fusciperet.* Quasi *Mollitus* Senecæ non conueniret, *Muretus, mollitus: Acidalius, paullo aduersus praesentem formidinem mollius, coniecere.* Quae nunc teruntur editiones, *fortitudinem* habent a Pichena. Ne minimum quidem, inquit ille, dubitan, quin hanc voce in Florentini codicis auctoritate reponerem, nam vulgata mihi a Taciti mente et ab historia ipsa aliena videtur, quum nulla hic appareat *formido*. Ego vero non Cornelium, sed quemcumque deum, cui idem, quod Pichenæ, de corrupta scriptura videbatur, auctorem maioris corruptelæ fuisse puto; germanum autem esse: *amplectitur uxorem et paullulum aduersus praesentem formidine mollius:* una litera de vulgate resecta. Erat Seneca affectio ne sane quam coniugali erga Paullinam suam: non autem amor sine sollicitudine ac metu. Vtrunque declarat ipse Epist. 104. *Hoc ego Paullinae meae dixi, quae mihi valitudinem meam commendat. nam quum sciam spiritum illius in meo verti, incipio, ut illi consulam, mihi consulere: et quum me fortiorum senectus ad multa reddiderit, hoc beneficium aetatis amitto.* Venit enim mihi in mentem, in hoc sene et adolescentem esse, cui parcitur. Itaque quoniam ego ab illa non impetro, ut me fortius amet, impetrat illa a me, ut me diligentius amem. Hanc vim affectus expressit in Aenea suo Anchisen portante diuinus poëta lib. 2. (v. 726.)

*Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant  
Tela, neque aduerso glomerati ex agmine Graii,  
Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis  
Suspensum, et pariter comitique onerique timentem.*

Non enim sibi. Sic et Seneca in subitis hisce extremis uxori timet in solitudine illam relicturus, et hoc metu

etiam praesentiori de praefente et oculis obuerfante paululum mollitur. *Adversus praesentem vxorem formidine molitus*, est, animum illum durum obfirinatumque contra omnes fortunae incursus et morti ex multa eius meditatione sine perturbatione obuium, dum admonetur acrius ipso conspectu, qualem vxorem aetate et moribus sine praesidio relinquat, quam adflictam viso tali exitu mariti, simul timet, quid ea futurum sit, neu quid indignum isthoc coniungio ei postea eveniat, paullulum inflexus et mollitus. Nec displiceat loquendi genus, *formidine aduersus praesentem*. Liuius lib. 5. (cap. 35.) *quamquam aduersus Romanos nullum eis ius societatis amicitiae erat*. Lib. 10. (cap. 11.) *quamquam bello cum Samnitibus suscepto necessaria iam facta aduersus Romanos fides sit*. Illud, *formidine molitus*, suboltuit et Liplio: non tamen sensu nostro, et corrigit praeterea *aduersus praesentia*. Nec vero vñquam sana censui, quae sequuntur: *temperaret dolori, ne aeternum suscipret*; et si quid hic turbent aut rescribant, nescire se fateatur Liplius, et probet exemplis, *aeternum dolorem pro magnō et insolabili dici: quasi vox haec, et non tota oratio laboret*. Corrupte, inquit Pichena, Florentinus: *temperaret dolorem, aeternum susciperet*: ipse vulgatae credit non ineptum esse sensum. At mihi minus corruptus Florentinus ille videtur, quam vulgati: vaica enim in illo abundat litera, quae recidenda est cum distinctione Pichenae. Scriperat Tacitus: *rogat oraque, temperaret dolorem aeternum suscipere, sed in contemplatione vitae per virtutem affectae, desiderium mariti solatiis honestis toleraret*. Genus loquendi doctum et antiquum fraudi fuit librariis: *temperaret suscipere, pro eo, quod est, ne susciperet*. Plautus Poenuli prologo: *Aequo animo nunc stent, vel dormire temperent*. Et mox: *Canora hic voce sua tinnire temperent*. Eadem fab. a. 5. sc. 2. *Maledicere huic tu temperabis, si sapis*. Sic in fragmento veteris Tragici apud Ciceronem lib. 1. de diuinatione: (c. 21.) Ibi

*Ibi ex oraclo voce diuina edidit  
Apollo, puerum, primus qui Priamo foret  
Post illa natus, temperaret tollere:  
Eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo.*

Nam rogat oratque Tullianum est. In Diuinatione: (cap. 1.) *rogare et orare, ne illos supplices adspernarer.* Lib. 2. in Verr. (cap. 39.) *rogat eos atque orat, ne oppugnent filium suum.* Donatus in Adelphis act. 3. sc. 4. (v. 26.) *Plus facit Oscrans, quam Orans; plus vero Orans quam Rogans:* Cicero, *orare et rogare.* Transeamus ad lib. 2. Historiarum, in cuius principio scribit Tacitus: *Augebat famam ipsius Titi ingenium, quantoecunque fortunae capax, decor oris cum quadam maiestate, prosperae Vespafiani res, praesaga responsa, et inclinatis ad credendum animis loco ominum etiam fortuita.* Palmaria haec emendatio est viri omni doctrina ornatissimi, Freinshemii. Non delibabo partem laudis, quam ipse occupauit: caeterum scribendum vterius est: *praesagia, responsa.* Ut lib. 1. (c. 10.) *occulta lege fati et ostentis ac responsis destinatum Vespafiano liberisque eius imperium post fortunam credidimus.* Addam locum ex vita Agricolae cap. 41. *Et ea infsecuta sunt reipublicae tempora, quae silieni Agricolam non finerent: tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania Pannoniaque temeritate que per ignauiam ducum amissi: tot militares viri ouum tot cohortibus expugnati et capti.* Quid est militares viri cum tot cohortibus? Lipsius: tot militares numeri. Nos verius: militares vici. Sic lib. 12. cap. 38. *Ac ni cito viciis et castellis proximis subuentum foret, copiae tum occidione occubuissent.* Male Pichena ex corrupta scriptura veteris cod. *nunciis, pro viciis, coniecat: praefidiis et castellis.* Lipsius, *ni citis nunciis et castellis, vel ni municipiis et castellis.* Est enim merus librarii error. Nec opus cum Mureto: *cito e viciis.* Liuius lib. 10. (cap. 12.) *Nec solum modo vastum hosti rafflum,*

*litum, sed castellis etiam vicisque illatus ignis.* Lib. 14.  
 ann. cap. 29. *Praefidium posthac impositum vicis, exci-*  
*fique luci, saevis superstitionibus sacri.* Lipsius coniecit  
*vilitis.* Id continuo Pichena in contextum, et obducit  
 nobis Flor. et Venetum Cod. Sed distinguendum in V.  
 Cod. aurum veterum a soldibus librariorum, quae ut  
 plurimum illo sunt spissiores. Sic lib. 5. (c. 20) Histor.  
*Tantumque belli superfuit, ut praefidia cohortium, ala-*  
*rum, legionum modicis vicis quadripartita Ciuiis inua-*  
*serit.* Liuus lib. 21. (cap. 48.) ad Clastidium vicum, quo  
*magnum frumenti numerum congefferant Romani, mittit.*  
*ibi quum vim pararent, spes facta prodigionis.* Lib. 29.  
 (cap. 35.) non agris modo, quacumque incedebat, popu-  
 latis, sed urbibus etiam vicisque expugnatis. Cicero  
 lib. 15. famili. epist. 4. *Quintum fratrem negotio praef-*  
*posui, ut in vicis aut captis aut male pacatis exercitus*  
*collocaretur.*

---

## C A P V T   XXI

*Ouidius undecies emaculatus. plum artis Ouidii in vitando*  
*Immitia claustra. Resanesce- faſtido eadem ſaepius narran-*  
*re. Spectabile ſidus. Cressa di. Tiro. Tirociniī dies. Ti-*  
*Corona. Bocca. Inacescere. ronem celebrans frequentia.*  
*Inuenit ſudolor: erigitur. La- Vista, pro pudicitia. Tanto*  
*xatum iter voci. Curtius de- potentior.*  
*fensus. Rupti-crines. Exem-*

**N**asonis aliquot locis ſanum colorem hic reddemus.  
 Lib. 1. Amorum, El. 6. (v. 17.) ſcribendum eſt ex  
 Ms. Pircheimeri:

*Adspice, (et, ut videas, immitia clauſtra relaxa)*  
*Vda ſit ut lacrimis ianua facta meis.*

Itaque

Itaque in excerptis Salmasianis Codex Iureti. Lepide nimirum causam reperit, per quam tentat ianitorem, ut non tanquam aditum daturus amatori, sed tanquam spectaculum sibi praebiturus, aperiat: hoc est, tamen admittat amantem. Vulgata, *ut inuidas, et inimicatus* ne sensum quidem habent. Eleg. 10. (v. 9.)

*Nunc timor omnis abest, animique reuauit ardor:  
Nec facies oculos iam capit ista meos.*

Ms. Pirch. et alias Gallicanus: *animique resanuit error.*  
Vti et lib. 2. El. 9. (v. 27.)

*Cum bene pertaesum est, animique reuauit ardor.*

Pircheimeri: *resanuit ardor.* Nam alter alludens, *animoque resanguit.* Non debet ultra purissimum verbum tanto auctore carere. Haufit certe hinc Lactantius lib. 5. diuin. Instit. cap. 2. *vt suscepitis Deorum cultibus resane-* scant. Lib. 1. de arte versu 507. in verbis Bacchi ad Ariadnen scribendum ex Pirch. et in parte Pal.

*Munus habe coelum: coelo spectabile fidus  
Saepe reges dubiam Cressa Corona ratem.*

Vulgo: *spectabere.* Sed amat vocem illam Ouidius. In 3. Trist. (el. 9. v. 35.) *veluti spectabile corpus.* L. 1. Amor. (8, 59.) *palla spectabilis aurea.* In Ep. Heroid. (ep. 6. v. 49.) *villo spectabilis aureo.* Non in numerum fiderum et fine nomine promittit eam relatum iri, sed insigne fidus fore, et spectandum nauigantibus. *Cressa Corona* habet et Regius. Manilius (5, 253.):

*Clara Ariadneae fulgent monumenta Coronas.*

Lib. 3. de arte amandi versu 124.

*Non quia nunc terrae lento subducitur aurum,  
Letaque diuerso litore concha venit.*

Pirch,

Pirch. *bacā venit.* Pal. *bacha.* quod est *bacca.* Sic Horatius (Epod. 8. v. 13.): *rotundioribus Onusta baccis ambulet.* Nota sunt illa: *conchea bacca,* *auroque monile Baccatum* Virgilio, (Aen. 1, 655.) et *baceatum induita monile* Silio, *baccam conchae rafisse* Persio, (Sat. 2, v. 66.) *margarita tribacca* Petronio (c. 55.). Sic Ausonius, Claudianus, Boëthius, alii. Lib. 1. de remed. amoris versu 307.

*Haec tibi per totos marcescant omnia sensus:*

*Haec refer, hinc odii semina quaere tibi.*

Emendaueram: *per totos inacestant omnia sensus.* Ut Appuleius: *ac si tibi etiam, ut par est, inacuit nostra contumelia.* Plautus Aulul. (3, 4, 9.) *Quid opus est verbis? ira mihi pectus peracuit.* Ita enim leg. non ita. Bacchid. (5, 1, 13.) *Hoc hoc est, quod peracescit: hoc est demum, quo excrucior.* Didici postea id clare existare in codice regio. Epistola Sapphtis (v. iii.):

*Et lacrimae deerant oculis, et verba palato:*

*Adfrictum gelido frigore pectus erat.*

*Postquam se dolor imminuit, nec pectora plangi,*

*Nec puduit scissis exululare comis.*

Itane? ergo imminutus est dolor quem nondum senserat? Verissima suauissimaque lectio Ms. Pirch. *Postquam se dolor inuenit.* Quo alludit Gruteri codex, qui vitio versus: *inuenerit.* Sic Epistola Laodamiae (v. 23.):

*Lux quoque tecum abiit, tenebrisque exsanguis obortis*

*Succiduo dicor procubuisse genu.*

*Vt rediit animus, pariter rediere dolores.*

Lucanus etiam bene expressit lib. 3. extremo: (v. 741.)

*Vt torpore senex caruit, viresque cruentus*

*Coepit habere dolor.*

Inue-

*Inuenisse dolorem se dicit*, qui scilicet sibi exciderat, subita mole inopinatae rei incidentis oppressis animi instrumentis. *Inuenit se dolor* in illis, qui vehementi impetu grauis nuntii perculsi et examinati aliquandiu delinquentे animo torpuerunt; dein ad se redeunt, et intelligere incipiunt, quid doleant. Prima species et yis accidentis magni et inexpectati vel gaudii vel mali facit stuporem: et fuit, quum vitam auferret: plerunque autem post moram occupatum officium mentis ac sensus resurgit, et intellecta vel dolendi vel gaudendi causa vincit stuporem, seseque et ore et geslu erumpit. Quintilianus decl. 9.  
*Vbi primum lux rediit, laxatumque est iter voci.* Quid tu? inquam. Iustinus lib. 42. (c. 4.) de Orose, vt Pacori necem intellexerat: *Ex dolore in furorem vertitur.* Multis diebus non alloqui quemquam, non cibum sumere, non vocem mittere, ita ut etiam mutus factus videretur. Post multos dies, vbi dolor vocem laxauerat. quam scilicet hoc usque continuerat furor vel stupor. Statius lib. 5. Thebaidos (v. 606.):

*tandem laxata dolore  
Vox inuenit iter, gemitusque in verba soluti.*

Nam per dolorem se inuenientem sentiente inque laxata vox est et euictus stupor, qui vocem comprescerat. Sic ex metu dolorem erigeré se dicit Curtius lib. 9. cap. 2. *Illi metu attoniti in terram ora defixerant.* Ergo primo fremitus sua sponte, dein gemitus quoque oritur, paulatimque liberius dolor erigi coepit manantibus lacrimis. Sic omnes libri veteres. At Ian. Gebhardus, lib. 3. Crepusc. c. 26. de coniectura voluit, *egeri*, quod Ouidius: (Trist. 4, 3, 38.) *Expletur lacrimis egeriturque dolor.* Sed aliud spectauit Ouidius, aliud Curtius: nam *egeritur dolor*, qui leuatur tenui lacrimarum solatio: *erigitur liberius*, qui se audacius exserit ac prodit. Effecerat in his metus, quod in istis calamitas: primum igitur, vt Iustinus alibi, (8, 5.) *tacitus moeror atque luctus verentibus,*

*tibus, ne ipsae lacrimae pro contumacia haberentur: postea vicit dolor metum et se confiteri ac patefacere ausus est, manantibus lacrimis haudquaquam leuatus: nam aliud solatium exspectabat.* Porro in primo loco *scissis* a Cio-fano est: antea legebatur *ruptis*, quod plerique codices seruant, et contemnere non possum. Sic enim Petronius (c. III.) : *ruptosque crines super pectus iacentis imposuit.* Quin et lib. I. Amorum el. 7. (v. 49.) *ruptis a fronte capillis* quidam scripti, vbi vulgo *raptis*. Nam *rapti aetate capilli* vtique aliter dicuntur: est enim ibi *rapere a capillis*. Sed hoc in medio sit. *Se inuenire* habes et apud Senecam lib. 5. de benef. cap. 12. *Felicissimis itaque opulentissimisque plurimum aestus subest, minusque se inueniunt, quo in maiorem materiam inciderunt, qua flueruntur.* Faſtorum lib. 3. verſu 200.

*Festa para Conſo: Confuſtibi caetera dicet:  
Illo festa die dum ſua ſacra canes.*

Proferunt e scripto, *dum ſua ſacra facis*, et intelligunt certamen equeſtre: aut *canes*, vt ipſi loquuntur, torquent ad saltationem ad tibiam, quam ludis, quibus raptæ Sabinae, interponit lib. I. de arte. Ego vero in Ms. notaui, *Illo facta die*. Scribendum igitur:

*Festa para Conſo. Confuſus tibi caetera dicet  
Illo facta die, cum ſua ſacra canet.*

Lufus est ſuavis Poëtae, dum cauet fastidium bis eadem narrandi, et differt raptus historiam in meaſem Sextilem vel Auguſtum, quo erant Conſualia. Mars haſtenus loquitur Nasoni: ego Romulo ſubieci, vt institueret ferias et ludos Conſo: quid praeterea illo die factum fit (nempe, vt ludis equeſtribus promulgatis, quae cucurrerant ad ſpectaculum, virgines, Romulo ſignum dante raptæ fint) non est neceſſe, vt ego oceupem. fatis mature id praefabit ipſe Conſus, quum inuocatus abs te, vt nunc ego,

ego, causam et rationem sui sacri enarrabit. Eodem libro versu 787.

*Ergo ut tironum celebrare frequentia possit,  
Visa dies dandae non aliena togae.*

Locus in omnibus exemplaribus corruptus, etsi suspectus nemini, quia nec intellectus. Explicant frequentiam *tironum* multitudinem adolescentium frequentem ex agris in urbem redeuntem. Quare illam? *ut possit celebrare.* Quid autem *celebrare?* aut quis ita loquitur: *ut possit celebrare?* Quartam rationem, cur Liberalibus toga pura daretur, edit: quod cum prisci Romani pars multo maxima rusticarentur, illo die ad ludos venirent in urbem, et sic minore incommodo suo adesse possent ad officium deducendi in forum et Iuuentatis aedem puberis, qui praetextam puerilem exsuffisset, et in viros transcriberetur. Hic proprio vocabulo dicebatur *Tiro*, quemadmodum *dies tirocinii* togae virilis dies. Suetonius Octauio cap. 26. *Duodecimum consulatum magno, id est, septendecim annorum interuallo, et rursus tertium decimum biennio post ultro petiit, ut Caium et Lucium filios amplissimo praeditus magistratu, suo quemque tirocinio, duderet in forum.* Caligula cap. 10. *Vno atque eodem die togam sumfit, barbamque posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrui eius.* Nerone cap. 7. *Deduxit in forum tiro, populo congiarium, militi donarium proposuit.* Scripsit igitur Ouidius:

*Ergo ut tironem celebrare frequentia possit.*

Sive magis, posset. *Tironem*, hoc est, eum, qui forum attingit, qui accepta toga pura deducitur. Ut deducendi in forum tirones frequens officium habere possent, is potissimum dies electus est togae purae dandae, quo frequentes in urbe Romani rustici agitabant. *Frequentia celebrans tironem* est aduocatio, officium, turba,

ba, honoris parentum causa die togae virilis tironem comitata. Libro 4. versu 923.

*Sed si crimen abeft, tu noſtræ pignora vitæ  
Re dabis, et caſtas caſta ſequere manus.*

Si bonus verborum Claudioe actuarius fuit Ouidius, scripsit: *tu noſtræ pignora vittæ.* Non enim modo alibi posuit:

*Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris:  
fed etiam Iliae ſomnianti*

*Decidit ante ſacros lanea vitta focos.*

Claudat hoc caput locus ex Metam. lib. 14. (v. 656.) in Pomonæ et Vertumni fabula:

*Aſſimulauit anum, cultosque intrauit in hortos,  
Pomaque mirata eft: tantoque potentior, inquit,  
Omniibus es Nymphis, quas continent Albula ripis,  
Salue virginei flos illibate pudoris.*

Duo posteriores versus absunt a codd. MSS. Et fane re-legandi ſunt ad auctores ſuos, vnde malum pedem attulerunt. Qui neimpe non intelligebant elegantem formulam laudandi: *tanto potentior.* Idque dictum eft, vt *tanto melior, tanto felicior, tanto auguftior.* Plautus Persa a. 2. sc. 5. (v. 24.)

*Nam iam omnes ſycophantias inſtruxi et comparaui,  
Quo pabio ab lenone auferam hoc argentum. S. tanto  
melior.*

Terentius Heautontim. (Act. 3. sc. 2. v. 37.) *Etenim quo pabio id fieri ſoleat, calleo. C. tanto hercle melior.* Phaedrus: (l. 3. f. 5.)

*Aesopo quidam petulans lapidem impegerat.  
Tanto, inquit, melior.*

Sic

Sic igitur viso diuite censu Pomonae, Vertumnus miratus dixit: *tanto potentior*. Nec mirum potentem appellari Nymphan propter pomorum copias: loquitur enim de illis, vt opibus eius. Eratque census ille potens aeuo heroico, quo amores emebantur. Et Polypheus de Galatea: *Nobilior pomis.* Sic igitur integer locus est, optimieque cohaeret: *tantoque potentior, inquit.* *Pau-*  
*taque laudatae dedit oscula.*

## C A P V T   XXII

*Latinus Pacatus bis correctus, alio insigni loco defensus et illustratus. Recidere sumtus. Pergula. Amicitia e palatiis ad pergulas ablegata. Silius emendatus. Scare. En-*

*nodio medicina. Cluicienus. Frena damnatorum. Ad supplicia ducebantur ἵνεχαλισμένοι, ἢ οὐαγρίοι ἵναι τῷ σέμενος χόρτες.*

**L**atinus Pacatus in Panegyrico ad Theodosium cap. 13. *Ne quis se pati iniuriam putaret, a te voluisti incipere censuram: et impendia Palatina minuendo, nec solum abundantem reiiciendo sumtum, sed vix necessarium usurpando demensum, quod natura difficillimum est, emendafti volentes.* Scriperat Pacatus: *abundantem recidendo sumtum.* Id signatum verbum eius rei, cum alterum vix Latinum sit. Liuius: (32.) *et sumtus, quos in cultum Praetorum facere soliti erant, circumcisi.* Tacitus (An. 3, 53.) in orat. Tiberii ad Senatum post graues dictas in luxum sententias: *Quid enim primum prohibere et priscum ad morem recidere aggrediar?* Suetonius Tiberio cap. 34. *Ludorum ac munerum impensis corripuit, mercedibus scenicorum recipis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis.* Non enim recipi, vt vulgo editur. Caligula cap. 44. *commoda emeritae*

*ritae militiae, ad sex millium summam recidit.* Florus ep. 58. *omnia deliciarum instrumenta recidit.* Sic Phae-drus, Plinius, Spartanus. Rursum Panegyricus cap. 16. *Ecquis Imperatorum unquam putauit amicitiae cultum in laude regia ponendum?* humilis haec virtus, dubiumque an virtus iudicabatur, nec palatiis digna, sed periculis habebatur. Quae aduersitas inter *palatia et pericula?* Cer-te a praelustri arce fulmen et pericula proxime absunt a praecipi. Itaque miror quomodo hoc ut argute dictum laudet Lipsius ad epist. 9. Senecae. Ni quis confidebat acuminis nostro: neque enim intelligimus quid velit. Cor-rexerunt alii *dubiorum pro dubium:* alii *pagicolis,* vel *solum viculis avtria tib periculis.* Scribe: *nec palatiis digna sed pergulis habebatur.* Glossarium: *Pergula, tuguriolum.* Aufonius epist. ad Theonem:

*Vilis arundineis cohabet quem pergula testis.*

Glossarium Graecolatinum: *καλύβη, casa, tuguriolum, pergula.* Glossarium aliud Latinograecum: *Pergula μεσοδρόμι, ὑπεράσπι, σενὸν οἰκημα.* Quod Imperator dicit *ponere casam in litore,* hoc Theophilus *καλύβας ἐαυτοῖς ἐπιτίθεναι.* Theocritus locat pescatores *ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι.* Desuinit sententiam ex Plinio: *Iam etiam et in priuatorum animis exoleuerat priscum mortalium bonum amicitia: cuius in locum migrauerant assentationes, blanditiae, et peior odio amoris simulatio.* Etenim in *Principum domo nomen tantum amicitiae inane scilicet irrisumque manebat.* Scriptum forte olim pro *pergulis fuit perculis:* quod nasuti librarii manus cum non assequeretur, *perculis* reposuit. Id vero adeo non absurdum, ut et Tucca Placentinus *peculam pro pergulam* dicere maluerit, cum C pro G vteretur, teste Fabio (inst. or. 1, 5.). Nos saepe huius generis vitia deprehendimus. Vnum ecce in Silio lib. 16. (v. II.)

Sed

*Sed vigor hausturus Latium, si cætera Martis  
Adiumenta forent, praua obtressante suorum  
Inuidia reuocare animos, agitare negata  
Cogebatur ope, et senio torpescere rerum.*

*Agitare, aiunt, est ociose desidere. aut reponunt, abi-  
tare. Cui placebit? Nimirum scriptum fuit acitare pro  
ac stare. Reuocare animos ac stare negata Cogebatur  
ope. Vt alibi (4, 44):*

*At non et rerum curas consultaque belli  
Stare probat, solusque nequit perferre quietem.*

Et lib. 12. (v. 105.)

*sed enim ductor numerabat inertes  
Atque abtos sine Marte dies ac stare pudebat.*

Alterumque in Ennodio lib. 5. Epist. 8. *Accipe igitur  
risum motura poëmata, et Glouidenum tuum te solum  
agnouisse contentus a publico rigore me subtrahe.* Glouideni  
huius meininit et in praefatione carminis ad Faustum;  
*Ad Camaenalem ignominiam, quibus nunquam Glubide-  
nus deest, versus adieci, et periturae, ut dictum est, char-  
tae prodigus non pepercit.* Iac. Sirmondus existimat Glo-  
videnum ab Ennodio seculi sui voce ponì eo sensu, quo  
Gurdonicum a Sulpicio Seuero: quae vero eius sit origo,  
non facilem esse coniecturam. Atqui fraus est librario-  
rum, et legendum: *Cluuienum tuum: quibus nunquam  
Cluuienus deest.* Iuuenalem imitabatur (Sat. 1, 79.):

*Si natura negat, facit indignatio versum,  
Qualemcumque potest, quales ego vel Cluuienus.*

Cui et illud debetur: *et periturae chartae prodigus non  
pepercit.* Non ergo seculi sui voce usus est, sed antiquis-  
fimo Romano nomine mali Poëtae. A Cluuius Cluui-  
enus, vt Gallius Gallienus, Nasidius Nasidienus, Salius  
Salienus. Tertium Pacatus cap. 29. de Idacio et Ithacio:

*Cum lictorum arma, cum dominatorum frena tractassent,  
pollutas poenali manus contactu ad sacra referebant.* Io.  
Liuineius non expedire se ait, quae sint haec *frena*, et  
audacter *funera* reponere, ut intelligas cadavera. Gru-  
terus quoque sibi venisse sub ictum stili *funera*, quum  
recordaretur in Seneca epist. 70. positum, ubi Drusus  
Libo vocatur *non reus, sed funus*: quando autem etiam  
ita coniecerit Liuineius, esse, cur magis amaret hanc su-  
spiciunculam. Ego vero et hunc amare, quod non aman-  
dum, et illum audere, quod minime audendum esset,  
existim. Didici enim antiquissimum fuisse morem, ut  
noxii damnati ducique iussi inter caetera ludibria capistrati  
frenatique traherentur. Herodotus lib. 3. Πάρελθε-  
σέων δὲ τῶν ὑδροφόρων δεύτερας οἱ τὸν παιδαῖα ἔξεπειπτο  
μετ' ἄλλων Λίγυπτιων διχλίων τὴν αὐτὴν ἡλικίαν. ἔχόν-  
των Τὰς δὲ αὐχένας καλῶ δεδεμένες ἥγον, καὶ τὰς σό-  
ματα ἐγκεχαλιωμένες. Ἀγοντο δὲ ποιὴν τίσοντες Μι-  
τυληναῖαν τοῖσι ἐν Μέμφι ἀπολομένοισι σὺν τῇ νῇ. Hinc,  
quod eodem libro longe inferius: 'Ο δὲ Ινταφέργης δο-  
κέων σφέας ψεύδει λέγειν ποιεῖ τάδε· σπασάμενος τὸν  
ἄκινκενας ἀποτάμνεις αὐτῶν τάτε ὅταν καὶ τὰς δίνας  
καὶ ανέρας τὸν χαλινὸν τῷ ἵππῳ περὶ τὰς αὐχένας  
σφέων ἔδησε καὶ απῆκε. Si haec vetustia nimis, non de-  
est auctor seniorum temporum nec a Drepanio nostro ni-  
mium remotus Chrysostomius, Homil. 4. in illud Esiae:  
Εἶδον τὸν κύριον καθήμενον. Καθάπερ τὰς καταδίκας,  
ἐπειδὴν σπαρτίου λάβωσιν, ἔχάγεστιν αὐτὰς τὸ σπαρ-  
τίον ἐπὶ τῷ σόματος ἔχοντας· ὅταν καὶ ἔτος αὐτὶ σπαρ-  
τίες ἐπὶ τῷ μετώπῳ ἔχει τὴν λέπραν απαγόμενης. Ho-  
milia sequenti: Καὶ ἔζηε λοιπὸν, καθάπερ οἱ τὴν ἐπὶ  
θάνατον απαγόμενοι, σπαρτίον ἐπὶ τῷ σόματος ἔχοντες,  
τῆς καταδίκης σύμβολον ψῆφον. ὅταν καὶ αὐτός. Ho-  
milia 1. in Maccabacos: Εἰ γὰρ ἦμεῖς ἀνδρεῖς ὄντες κα-  
τεδίκους πολλάκις ὄρῶντες διὰ τῆς ἀγορᾶς ἀγόμενον, τὸ  
σπαρτίον ἐπὶ τῷ σόματος ἔχοντας, ἐπὶ τῷ βαράδρῳ  
ἔλασμενον; ἐδὲ δικαιόμενος Φίλιας πρὸς αὐτὸν ἔχοντες,  
αὐτὸν

*αὐτὸς τῆς θέας μόνης κατακλώμεθα.* Plura ex eodem egregius Schottus ad Vaticanam appendicem proverbiorum Graecorum. Vides quam commode et inuidiose accusatores nimii, nec nisi sanguine reorum, idque ob superstitionem, placandi *litterum arma et damnatorum frenna trahitasse* Pacato dicantur. Neque enim hoc grauius, quam Principem multos damnante *carnificem* vocari: quod apud Augustum Maecenas ausus.

---

## C A P V T XXIII

*Velleius loco pertractato explicatus.* Anni eloquentiae. Opera eiusdem. Et annis et operibus eloquentiae floruisse. Idem sexies restitutus. Ludi Sullanae victoriae celebrati sine eius nomine. Dictator imperio, quo priores ad vindicandam rem publicam usi erant, eo immodeiae crudelitatis licentia abusus. Ex albo reddere iudicium.

*Petulanis coniicci iudicium in histriionem reddebatur. Histriorum obliqua dicta. Nominatim compellare in scena ciuent non licebat.* Inter seueram praeceps noxiorum castigationem miti aliorum castigatione sopire tumultum. Ausi tam sibi anticipita re, quam exemplo perniciosa. Agrippa, Maecenas, Taurus Augusti adiutores.

**V**elleius lib. I. cap. 18. *Vna urbs Attica pluribus annis eloquentiae, quam vniuersa Graecia, operibusque floruit, adeo ut corpora gentis illius separata sint in alias ciuitates, ingenia vero solis Atheniensium muris clausa existimes.* Consentunt omnes hanc partem Velleii esse causiam: de ratione curandi non consentiunt. Aldus, si legas eloquentia, hoc totum minima mutatione. restitutum putat. Lipsius coniicit: eloquentiae, quam vniuersa Graecia, operibus effloruit: vel, eloquentia, quam vniuersa Graecia, uberiorisque floruit. Auf. Popma: operibus usque floruit adeo. tunisi, vt ait, vfitata etiam historicis. Schegkius: operibus floruit. Aci-

dalius existimat eloquentiam Atticorum cum *operibus* caeterae Graeciae, hoc est, rebus gestis, comparari. Et alia quidem singuli: sola posterior Lipsii conjectura pauca puncta inuenit. Hoe quidem, ignoscant mihi diuinæ animæ, *Aθoγερτον*, non enim irrisor ille Democritus hac sententia sanior. Eloquentiam, ut Florus populum Romanum, quasi hominem considerat, eiusque et annos et opera laudat, et eiusdem, quasi ciuius, gloria Atticam omni reliquæ Graeciae præfert. *Anni* ergo *eloquentiae* dicuntur, quia non annos modo, sed secula aliquot continuarunt Athenæ ingenii et gignendis et nutritiendas. *Opera* eiusdem *eloquentiae*, scripta edita, per innumeras illas species, quibus illa se induit, nam et carminum utilis iucunditas, et philosophiae vel grauitas vel subtilitas, et historiae antiqua nouitas, et fabulae simulata veritas, et causæ rhetorum, et quaecunque de rebus vitae profuturis instituitur liberali sermone disputatio, sub hoc nomine censentur. Seheca ad Polybium cap. 21. *ut maiore sui parte duraret, et compositis eloquentiae præclaris operibus a mortalitate se vindicauit.* Luius apud M. Senecam Suasoria 6. *ingenium et operibus et præmiis operum felix.* Floruit igitur annis pluribus *operibusque eloquentiae* Attica, quam vniuersa Graecia, quia per annos plures puram et floridam copiosamque eloquentiam conseruarunt et plura monumenta ediderunt Athenienses quam caeteri omnes Graeci. Floruit annis eloquentiae Attica, dum eloquentiam velut diuturna iuuenta florentem, nondum senescentem et defectam, habuit. Legitur apud Ciceronem *eruditæ tempora.* Dicit ergo et temporibus eruditis et scriptis ab Attica sola superari vniuersam Graeciam. Lib. 2. cap. 28. *Felicitatem diei, quo Samnitium Telefinique pulsus est exercitus, Sulla perpetua ludorum Circensium honorauit memoria, quibus sine nomina Sullanae victoriae celebrantur.* Popina legendum statuit celebratur, scilicet memoria felicitatis eius diei. Sed Ms. habebat: *qui sub eius.* Scribo: *qui sine eius*

*eius nomine Sullanae victoriae celebrantur. Sullanae victoriae accipe datiuo singulari. Qui ludi celebrantur honori victoriae Sullanae, sine eius nomine. Dicebantur enim tantummodo *Ludi Victoriae*: non *Ludi victoriae Sullanae*. Cicero Act. i. in Verrem (c. 10): deinde se ducturos et dicendo et excusando facile ad ludos victoriae: cum his plebeios esse coniuntos. Eodem capite de Dictatore locum ita legendum censeo post tot praestantium virorum conatus: Quippe *Dictator creatus* (*cuius honoris usurpatio per annos 120 intermissa*, nam proximus post annum, quam Hannibal Italia exceperat, ut appareat populum Romanum usum *Dictatoris* haud ita desiderasse, ut extimuisse potestatem) imperio, quo priores ad vindicandam maximis periculis rem publicam usi erant, eo immodicæ crudelitatis licentia abusus est. Tò eo eleganter παρέλθει de quo supra, et adsatiū ad Liuium. Rursus hoc capite 28 nemo fere sine symbola dimisit, quod continenter sequitur: *Primus ille, et utinam ultimus, exemplum proscriptionis inuenit, ut in qua ciuitate petulantis coniuncti iudicium histrioni exoleto redditur, in ea iugulati ciuis e publico constitueretur auctoramentum.* Ms. ille vnicus: *iudicium historiarum ex alto redditur.* Vnde Pithoeus, *iudicium iniuriarum ex albo.* Lipsius in Epistolicis, vel, *iudicium histronicum ex albo vel in histriōnem ex albo:* quod posterius in Notis tenuit. Popina, *iudicium histronicarum ex albo.* Gruterus interpretatur aurem præbasisse iudices histrioni, et ciues qualiscumque castigasse, quos constaret histriōnem aliquem petulantiori notasse connicio. Placuit etiam, *iudicium in histriōnem exolutum*, eadem fere interpretatione, a iudicibus in quosvis animaduersum, qui histriōnem exuletum petulanti perscripsissent conuicio. Sed hic sermo magis antiquissimae re publicae aut infimo Caēsarum tempori quam Velleio conuenit, quo scribente nulla iudicium erat animaduersio. Praefero *ex albo*, vt significet ordinariam actionem esse. *In albo iudicia et interdicta proposita habebat Praetor,* vt*

loquitur lib. i. Cod. de interdictis, quo scilicet nomine quam actionem petenti daturus esset: unde illud perpetuum ac translaticium, *IVDICIVM DABO.* Perinde igitur est ex albo, ac si dixisset, ex editio Praetoris. Reddere iudicium est facere potestatem agendi et iudicem dare. Auctor ad Herennium lib. 2. (19.) *M. Drusus, Praetor urbanus, quod cum haerede mandati ageretur, iudicium reddidit; Sex. Julius non reddidit.* Seneca lib. 4. nat. quaeſt. 7. *Clo- nis iudicia reddebant in illos, quibus delegata erat cura prouidendae tempestatis.* Tacitus annal. i. (c. 72.) *Con- sultante Pompeio Macro Praetore, an iudicia maiestatis redderentur.* Accipio autem etiam, in histrionem, sed haudquaquam ea mente, ut habeant histriones aduersus quemuis, qui eos conuicio laefisset; sed ut quiuis alii ciues in histriones. Horum enim erat alios in ſcena tra- ducre. Cicero pro Sextio: (c. 55.) *Petenti iam aedili- tatem ne histriones quidem coram ſedenti pepercerunt.* Et obliquis dictis licebat. Lib. 2. ad Attic. epift. 19. *Ludis Apollinaribus Diphilus tragicus in noſtrum Pompeium petulanter inuenitus, eft.* *NOSTRA MISERIA TV- ES MAGNVS, millies coactus eft dicere. EAN- DEM VIRTUTEM ISTAM VENIET TEM- PVS CVM GRAVITER GEMES, totius theatri clamore dixit, itemque oætera. SI NEQVE LEGES NEQVE MORES COGVNT, et caſterā magno cum fremitu et clamore ſunt dicta.* Adde locum inſignem et bene longum pro Sextio cap. 55 et 56. Eiusdem ge- neris eft apud Suetonium Octauio cap: 68. *Viden' ut ci- noedus orbem digito temperet?* Aperte et nominatim, vt in veteri comoedia Athenis, non licebat: ſi quis feciſſet, actio dabatur: et huc procul dubio reſpexit Velleius. Ad Herennium lib. i. (c. 14.) *Mimus quidam Accium poëtam nominatim compellauit in ſcena.* Cum eo Accius iniuria- rum agit. *Hic nihil aliud defendit, niſi licere nominari eum, cuius nomine ſcripta dentur agenda.* Idem lib. 2. (c. 13.) *C. Ca-*

**C.** Caelius iudex absolvit iniuriarum eum, qui Lucium poëtam in scena nominatim laeserat: *P. Mucius eum, qui L. Accium nominauerat, condemnauit.* Suetoni⁹ Octauio cap. 45. scribit Pyladēm vrbe atque Italia ab Augusto submotum, quod spectatorem, a quo exsibilabatur, demonstrasset digito conspicuumque fecisset. Indignatur igitur Velleius, quae res publica olim, velut pia mater, tam sanctos ac venerabiles haberet ciues suos, ut ne scenicis quidem ad illudendum ac deridendum natis compellare quemquam impune liceret, eam nunc, velut saeuissimam nouercain, tam viles eos facere, ut vltro sicarios in illos conduceret. Eodem libro inferius cap. 125. legitur: *Sed haec omnia veteris imperatoris maturitas, multa inhibentis, aliqua cum grauitate pollicentis, inter seueram praecipue nostrorum vltionem mitis aliorum castigatio, breui sopiit ac sustulit.* Transeunt hoc complures: quid est tamen nostrorum? Lipsius: *Vellei⁹, praecipue auctōrum.* Omnino scribendum, *noxiorum.* Fortassis etiam: *inter seueram praecipue noxiorum vltionem miti aliorum castigatione.* Hoc temperamentum observant omnes boni vindices criminum, vbi turba peccauit. Cicero primo de Officiis (c. 24.): *idque est viri magni, rebus agitatis, punire fontes, multitudinem conseruare.* Quod sequitur, fatentur corruptissimum, sed ita restituendum est: *Quo quidem tempore, ut pleraque ignaue Germanicus, ita Drusus, qui a patre in id ipsum plurimo quidem igne emicans incendium missus erat, prisa antiquaque seueritate, ausos ancipitia sibi tam re, quam exemplo pernicioſa, his ipsis militum gladiis, quibus obſeffus erat, obſidentes coērcuit.* Historia explicatur late Tacito primo annali. Ausos ait milites imperatoris filium obſidentes tam re sibi ancipitia, ob vicinum hostem, quem niſi fortuna populi Romani tanta occasione vti vetuiffset, maxima ipsis primis imminebat clades; quam exemplo pernicioſa ad corrumpendam omnium exer-

exercituum disciplinam, qui facile imitati essent exemplum, si his impune fuisset. Accedat, quod legitur cap. 127. *Raro eminentes viri non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam suam usque sunt: ut duo Scipiones duobus Laetis, quos per omnia aequauerunt fibi: ut D. Augustus M. Agrippa, et maxime ab eo, Statilio Tauro.* Fatuum illud, maxime ab eo, et homine diserto indignum. Lipsius, *M. Agrippa et Maximo Fabio. Acidalius, Agrippa maxime, et ab eo. Tu vero si sapis, sine mora refinge: M. Agrippa et Maecenate et Statilio Tauro.* Nam quod sequitur his nouitatem familiae non obfitisse, et si Cilnium genus in Etruria feratur nobile ac praepotens, Romae tamen inter nouos homines et Maecenas.

## C A P V T   XXIV

*In Suetonio multa, quae suspecta erant, quasi ab interpretatione irreprobarentur, defensa. Idem restitutus. Recipere. In magno negotio habere. Destinata negotia maturare. Candidatum petitorem se ostendere. Valerius Maximus adseritus. Cereus finalis. Ad cyanum et vinum stetisse. A calam Suetonio iudice.*

**M**irum est hominum, vt in omnibus rebus, ita et circa sermonem fastidium; placent nunc, quae maioribus displicuere, et vicissim multa eorum, quae nunc aures tenent, insuauia erunt posteris.

*Multa renascentur, quae iam cecidere, cadentque,  
Quae nunc sunt in honore vocabula.*

Vnicum

Vnicum argumentum ei rei edam. Vetustissimi Latini haud dubie minimum subaudiebant, omnem orationem plenam dabant, verbis iteratis non temperantes, et hoc tantum secuti, ut quam planissime exponerent, quod habebant dicendum. Postiores iam et vtoris alicuius cupidos, eiisque partem censentes breuem rotunditatem, poenituit, quae necesse non esset, saepius ingerere: itaque commenti sunt sententias ~~etiam~~, curtas ac recisas, in quibus aut ex propinquo aut ex vsu quotidiano amplius aliquid intelligeres, atque audires. Hoc artificium postquam perulgatum est, ecce tibi, qui redirent ad antiquam simplicitatem sermonis non defecti ea parte, quam iamdudum omnes pro superuacua omiserant. Suetonius in his, qui in Julio cap. 23. *Ad securitatem ergo posteri temporis in magno negotio habuit obligare semper annuos magistratus, et e petitoribus non alios adiuuare, aut ad honorem pati peruenire, quam qui sibi recepissent propugnatores absentiam suam.* Haec enim meliorum codd. scriptura est, et sola genuina: non *competitoribus*, non *pepigissent*. Ut apud Caesarem lib. 3. de ciuili: (c. 82.) *praestaret, quod proficisciendi recepisset.* Cicero lib. 1. famili. epist. 9. *quidque sibi is de me recepisset, in memoriam rededit.* Lib. 5. in Verrem (c. 71.): *Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini, iudices, satis promisso nostro ac recepto.* Caeterum hic vir magnus: Non displiceret, in magno habuit, si per codices liceret hic consentientes. Certe infinitis in neutrīs adiectiūs eam vocem intelligunt omnes passim: sed apponere vetauius, vti erat, eoque exquisitus est Suetonio visum. Eodem Julio cap. 80. *Quae causa coniuratis maturandi fuit destinata negotia, ne adsentiri necesse esset.* Rursus idem vir summis: Vox, negotia, in hoc loquendi genere omitti solet, neque hic fortasse Suetonii est. Immo quia passim et vbique omitti solet, ideo non venisset in mentem librariis eam addere, nisi Suetonii esset, atque in antiquissimis omnibus exem-

exemplaribus apparuisset. Sic Sallustius in Iugurtha (6,2.): *postquam hominem adolescentem exacta aetate sua, et parvis liberis, magis magisque crescere intelligit, vehementer eo negotio permotus.* Et iterum (ib. 54, 7.): *Quae negotia multo magis, quam praelium male pugnatum ab suis regem terrebant.* Octauio cap. 10. *Et quo constantius caetera quoque exsequeretur, in locum Tribuni plebis forte demortui candidatum petitorem se ostendit.* Vbi Torrentius: Nemo dubitet, quin vox, *petitorem*, ex margine irreperitur. Casaubonus et expunxit duobus, vt ait, scriptis adiuuantibus: et si fateatur in pluribus aliis seruari alteram lectionem, ex qua coniicit: *candidatus petitorem.* Non indecenter, et hoc saltem modestius: sed si alterum semouendum omnino, vtique in vocem, *candidatum*, potius stylum verterem: quae quia frequenter, etiam scholio similior est, praesertim cum et altera vox turbata sit in loco, cuius modo mentionem fecimus. Sed mutandum nihil est: nam *candidatus*, vt ipsum ostendit ἔρυμον, non in ambitione tantum, sed etiam in sacris, in officiis, in diebus solennibus, cultiori *toga* indutus. Ut cum apud Plautum Rudente (1,5,12.) dicitur ad foeminas, quae ad Veneris fanum praefecto erant: *aequius vos erat candidatas venire hostiataisque.* Die nuptiali in Casinga *candidatus cedit hic magistrigia.* Immo quotiescumque plebs albata, dubium non est, quin lauiores *candidati*, seu vestiti togis, in quas plus albi additum. Quum vero sic appellatur, qui prensat, vocabulum per se adiectuum et infinitum intelligi necessario vult τὸ *petitor*: etenim *candidatus* hac notione est *petitor* in *toga candida*. Quid peccauit Suetonius si ex praeecepto Petronii, fugiens ab omni uestorum vilitate et adamans voces a plebe summatas, vt optimi quique veterum, cum videret id, quod erat circumcidsum elegantiae causa, (*candidatus* pro ambiente) iam frequenti usu si non vile, at tritissimum factum, pernivit sibi, vt reuocaret, quod omnium pri-

mum

mun fuit integrum et explicatum? Nihil, nisi quod illi, qui *Oceanum mare*, et *Africam terram* et *biremeni narem* et *Gallos homines* atque huiusmodi satis multa in-  
luere. Valerius Maxiinus de Duilio lib. 3. cap. 6. *ad funalem cereum praeeunte tibicine*. P. Faber mauult, voce, *rereum*, deleta, *ad funale*; nobis non probat. Iterum Suetonius in Julio cap. 49. *Sed C. Memmius etiam ad cyathum et vinum Nicomedi stetisse obiecit*. *Ad cyathum stetisse* satis erat. Sic enim loquebantur, *Ad cyathos pro Pincerna*, ut posterior aetas, *A caliculis*. Isidorus in *Glossis*: *Aculus*, *ministerialis domus regiae*. Gebhardus corrigebat, *Agulus*, pro *Angulus*, quod seruorum familiariumque fere in aulis abstrusiora contubernia et habitationes: idem verbum placuisse nescio cui ab agendo, qui tamen diuinariit, *Aulicus*. Quod suum facit Barthius lib. 16. Aduers. cap. 24. Lacerda, *Acoluthus*. Salmasius ad Histor. Augustam, *Anculus*: id vetus vocabulum ministerium vel nuntium significare, a Graeco ἄγγελος: atque inde *anculare* et ὑποκορισμὸς *ancillari*. Quod et alii fecuti. Scio *anculare* apud Festum. Sed Isidorus scripsit: *A caliculis*, *ministerialis domus regiae*. Habes ipsum apud Papiam: *A caliculis*, *subauditur praefectus*, *id est*, *Pincerna*: nam *caliculi* sunt *vasa poculorum*. Idem alibi: *Calices poculorum genus ex ligno arte factum: unde fit diminutiuum caliculus, eleboria pocula*. Glossae Ms. Venetiis in coenobio Antoniano: *A chaliculis indeclin.* *Pincerna*. Glossae Latinosaxonicae Aelfrici: *A caliculis*, *magister calicum*, *yldest byrla*. Frustra igitur et Barthius apud Papiam quasi emendat: *A calicibus*. Confirmat nostram conjecturam in Isidoro τὸ *ministerialis*: nam et *ministerium* pro *vasis argenteis*, et *ministrare* ναὶ *ἰξέχεντα* praegustare ac temperare potum, et *minister*, qui et *minister vini*, legitur. Hoc igitur satis *ad cyathum stetisse*. Vnde duo illa verba, *et vinum*, inepti alicuius manu in margini adscripta in contextum Suetonii venisse suscipi-

spicatur Laeunius Torrentius. Dubito vehementer: immo et agnosco scitum *ēr die dōcīv*, vt vocant, ad vinum in cyatho ministrandum. Ut Iustino de Scythis: (lib. 2. c. 2.) *Lanae iis vſus ac vſtium ignotus*: id est, vſtium e lana. Cap. 74. *Philemonem, a manu ſeruum, qui necem ſuam per venenum inimicis promiſerat, non grauius quam ſimplici morte, puniit.* Torrentius: Malleum abesse vocem ſeruum. At Cafaubonus: Aſſerimus vocem ſeruum contrā viri docti conieeturam. Cicero de diuin. lib. 3. *quem ſeruum ille ſibi habuit ad manum.* Recte: nec deest alia ratio: nam et erant liberti a manu. Vespafiano (c. 3.): *Caenidem libertam a manu.* Augusto c. 19. *ad extreum Telephi, mulieris ſerui nomenclatoris.* Quamquam fatis ſciretur, *nomenclatoreni* eſſe, quem dicit Horatius, (Epift. 1, 6, 50.) *ſeruum qui dicitat nomina.* Nam quod *rō mulieris* non placuit Torrentio, quaſi mulieri nullus vſus nomenclatoris eſſet, niſi quae forſan eum locaret, id leue eſt: neque enim ad prenſationes tantum candidati nomenclatoribus vtebantur, ſed ad ſalutationes quoque ac diſpoſitionem conuiuarum, vt bene Cafaubonus. Mulieres autem locupletes, aeque ac viri a clientibus colebantur, et reginas agebant, vt viri reges. Qualis Statio et Martiali Polla Argeutaria, vidua Lucani. Iuſtinus lib. 30. *Itaque non contentae rege, iam etiam regnum poſſident; iam in publico viſuntur, iam ſalutantur, iam comitantur.* De illuſtribus Grammaticis in Remmio Palaemone: *Vicentinus, mulieris verna.* Schottus lib. 1. Obſeruat. cap. 17. e membrana legit *militaris verna.* Hoc mihi obſcurius altero. Nam aut vidua fuit illa mulier, aut Remmius *ſeruus recepticius*, coque in mariti potestate non commiſſus. Vide Gellium lib. 17. cap. 6. Eodem capite eſt: *L. Audafii falſarum tabularum rei.* Sic maluit, quam *falſi rei*, vt Iurisconsulti loquuntur, et Iuuenal is ſat. 1. (v. 66.)

Et

*Et multum referens de Maccenate supino  
Signator falso.*

Male enim nonnulli interpretes nomen pro aduerbio accipiunt: nam *signator falso*, intellige *testamento*, qui obsequacit suppeditatum testamentum, signator in falsis tabulis. Vt iurisconsultis: *Poena falsi vel quasi falsi deportatio est.* Item: *aut scripta paniuntur, ut falsa et famosi libelli.* Sic cap. 27. Q. *Gallum Praetorem in officio salutatioris tabulas duplices ueste tectas tenentem.* Vbi etiam incepit vir ille doctus, qui expuncta voce *tabellas*, subicit: *duplices ueste tectos.* Quasi non Ouidius, de quibus dixerat (Ainor. I, 12, 27.): *vos rebus duplices pro nomine sensi*, de iisdem diceret (l. l. v. 1.): *trifles rediere tabellae.* In Octauio cap. 42. cum dixisset, *populum se verissima coercuit voce*, inox apponit: *Eidem populo promissum quidem congiarium reposcenti.* Vbi Torrentius: *Verbum populo*, ex glossatio irrepit. Non existimem ego. Ut et cap. 72. *Habuit primo iuxta Romanum forum.* Torrentius: *Malleum, iuxta forum:* nam cum *forum* dicimus absolute, *Romanum* intelligimus. Immo cum dicebant *forum Romanum*, κατ' ἐξοχὴν vetus intelligebant. Sic Tiberii cap. 47. maluit dicere, *quo patro*; quam *quo simpliciter* (in quo etiam haesitatum) et *eo nomine*, quam *eo*, quod sufficiebat, in Galba cap. 16. *Atque eo quidem nomine omnes, qui ubique erant, exacerbauit.* Sed haec satis. Nunc non eodem, sed simili periculo eximamus Suetonium in Octauio cap. 28. *Sed reputans et se priuatum non sine periculo fore, et illam plurimum arbitrio temere committi, in retinenda perfueruit, dubium eventu meliore an voluntate.* Vir eruditissimus bigam verborum delet, *eventu meliore:* quod eti viro iuxta eruditissimo persuaserit, me tamen haud aegre feret seorsum a tantis nominibus sentire. Hoc dubitabatur, aiunt, an serio voluerit rempublicam reddere,

an vero tantum voluntatem illam p<sup>r</sup>ae se tulerit. Immo hoc pro indubitato narrat Suetonius, serio bis voluisse, sed grauissimis rebus deterritum, ne, quod voluerat, ad effectum adduceret. *Voluntas*, quam hic appellat Suetonius, non est retinendae aut reddendae reipublicae, sed cum qua rempublicam retinuit, quam in ea retinenda spectauit, seu animus et propositum, quod secutus est, dum retinuit: nempe, non vt licentiam quaereret tyran- nidi, sed vt rempublicam dudum labantem ac labefacta- tam saluam et sospitem in stabili fede sisteret, optimique status auctor esset. *Sedem* intellige, non in qua ante ci- vile bellum fuerat, sed quae illi sustinendae in praesens, quales tum erant homines, par et firma foret. Sic enim Suetonius: *Quam voluntatem* (non scilicet de reddenda, id enim ipsi reipublicae inutile iudicauit, sed de retenta bene collocanda et fundanda) *cum p<sup>r</sup>ae se identidem ferret, quodam etiam editio his verbis testatus est: Ita mihi saluam ac sospitem remp. sistere in sede sua liceat, atque eius rei fructum percipere, quem peto, vt optimi status auctor dicar, et moriens vt mecum feram spem, mansura in vestigio suo fundamenta reipublicae, quae iecero.* Aliud est omnino reddere rempublicam, aliud in sua sede sistere: et iniuriam faciunt, qua Suetonio, qua Augusto, viri docti, qui *p<sup>r</sup>ae se ferre* explicit simulare, non serio velle: est enim hic nihil aliud quam verbis promere, declarare. Plancus ad Ciceronem: (Fam. Ep. lib. 10, 8.) *Muniendi vero nosmetipsi fuimus auctio exercitu auxiliis que multiplicatis, ut cum p<sup>r</sup>aeferremus sensus aperte, tum etiam inuitis quibusdam sciri, quod defensuri essemus, non esset periculosum.* Ipse Cicero lib. I. de nat. deorum: (c. 5.) *Cuius rei tantae tamque difficilis facultatem con-secutum esse me non profiteor, secutum esse p<sup>r</sup>ae me fero.* Eam voluntatem non modo sermone p<sup>r</sup>ae se tulisse, sed et reipsa praestitisse illum mox attestatur Suetonius: *Fe-  
citurque se compotem voti, n<sup>i</sup>sus omni modo, ne quem noui  
status*

*status poeniteret.* Votum hoc conceptum fuerat ex sententia et voluntate omnino optima, Suetoni iudicio, neque euentu destituta, quam habuisse Principem vult, cum rempublicam retinendam decreuit. Quare merito scribit, *dubium esse, meliori euentu an voluntate* perseuerauerit in non reddenda: nam tum voluntas eius fuit egregia, vt scilicet optimi status esset auctor: in quo non insaniret nimis iam corruptus et regendi impotens populus, non per certamina potentium et avaritiam magistratum invalidum esset legum auxilium, utriusque ordinis vitia cohibente Caesare; et hic non rex, non dominus, sed imperator ciuiliter praecesset hominibus, quos nec totam meramque libertatem et multo minus omnem seruitutem pati posse nosset: tum eventus optatissimus respondit voluntati, quia, quod in ipso fuit, dum vixit, hoc moderamen aequum praestitit. Etsi autem errauerit in hoc Augustus, quod successores fore sibi similes credidit, et convulta sint illa fundamenta, quae iecerat, ab insidiosissimo ac tetrico Tiberio, tamen ea, quae postea acciderunt, non respicit hic Suetonius, qui siue ex animi sententia, siue memor seculi sui, satis demonstrat, illorum se opinioni accedere, qui putabant in eum casum venisse rempublicam, ut salua esse non posset, nisi ab uno regeretur.



## C A P V T   X X V

*Florus quinques emendatus.  
Pretium res. Premium nuptiarum caedes Candauli. Iustinus correctus.  
Premium pro praemio interdum ponitur; non praemium pro pretio emtionis vel quasi. Factio intelligendum*

*dari quandoque, quod sermonis compendifeceris. Vt scias. Bellum conuersum in spectaculum. Qualis erat ad nuntium. Res felicissimae temeritatis. Habet.*

**F**lorus de Tarpeia (1,1.): *Sabinis proditae portae per virginem: nec dolo: sed puella premium rei, quam gerebant in finistris, petierat, dubium clypeos an armillas. Illi ut et fidem soluerent et ulciscerentur, clypeis obruere. Nec vitium nec artificium est in prouocabulo Quam: sed vitium est in voce illam praecedente. Quippe auctoris fuerat; puella premium rem, quam gerebant in finistris, petierat. Ita semper fere veteres. Iustinus de Heracle: Menalippen captiuam sorori reddidit, et premium arma reginae accepit. Infra Florus huius libri cap. 20. viii. *Coniugio premium templum sibi pastoria Pales vltro poposcit. Propertius. (3,9,31.)**

*Coniugii obsceni premium Romana poposcit  
Moenia.*

Vnde restituendus Iustinus lib. 1. cap. 7. *Namque breui post tempore caedes Candauli nuptiarum praemium fuit. Itane praemium? Oportet igitur nuptias antecessisse caudem, sequitur enim rem gestam praemium, aut nuptias poni pro adulterio. Sed scriperat auctor: nuptiarum premium fuit. Nam caede regis emit Gyges et parauit nuptias reginae. Vt Cleopatram suum coniugium voluisse ab Antonio emi Roma donata, fingit Propertius. Illic autem, vt caedes regis premium fuit nuptiarum regiae,*

nae, ita vicissim nuptiae reginae fuerunt praemium caedes regiae. Et sic Ouidius lib. 6. Fastorum (v. 588.):

*Tullia coniugio, sceleris mercede, peracto*

*His solita est dictis exstumulare virum.*

Scelus illud erat duplex, Aruns nempe et altera Tullia veneno pereenti: eius sceleris merces erat coniugium huius Tulliae cum Lucio. Iterum Iustinus lib. 39. (c. i.) *regnum Aegypti Cleopatra socrum pretium auxilii aduersus fratrem suum pollicente.* Hic potuisset et *praemium* ponи: non tamen substituendum est alteri. Nam *pretium* saepe pro *praemio*, quod post opus datur, accipitur; nunquam *praemium* pro *pretio*, vel *mercede*, quo aliquid paratur. Seneca Oedipo versu 634.

*pretia qui faeuae necis*

*Sceptra et cruentos occupat thalamos patris.*

Sic enim et Florentinus: quod quum in promptu haberent viri docti, maluerunt vitiare verum, quam suum sibi Senecae reddere. Restituimus et Liuio l. 26. c. 4. Rursum Florus de Mucio Scaeuola: (1, 10.) *ardentibus focis iniicit manum, terroremque geminat dolo.* *Vt scias, inquit, quem virum effugeris, idem trecenti iurauimus.* Quod hic est confragosi, complanamus distinctione mutata, et separando quae male vulgo coniunguntur. Ponenda est τελεία στρυμὴ post effugeris. Duo narrauerat de Mucio, iniecieſe manum foculo ardenti, et ferrorem geminasse dolo. Vtrique addit postea proprium dictum. Priori, *Vt scias quem virum effugeris.* Id est, Hoc facio ut scias: vel, Vis scire, cuius viri manus euasoris? hinc noscas licet. Tale est Seruatoris mundi Matthaei 9. (v. 6.) ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξστοιχέων ἔχει ὁ υἱὸς αὐτοῦ Σπάρ-

αὐθεότε εἰς τῆς γῆς αὐθίεναι αὔμαστριας (τότε λόγοι παραστατικῶ) ἐγερθεὶς ἀφόν σε τὴν κλίνην. Ex hoc facto vel dicto efficaci colligit. Et Agaræ Geneceos cap. 21. (v. 16.) Απελθόσα δὲ ἐκάθητο αὐτένυντι αὐτῇ μακρόθεν ὥστε τόξο Βολὴν. ἔπει γὰρ, ἢ μὴ ἦδω τὸν Γαύρον τῷ πανδίζ με. Ne videam, est, Hoc facio, ne videam. Tale apud Liuium lib. 5. Fundum in Veienti, caput patrimonii, subiecit praeconi: ne quem, inquit, Quirites, donec quicquam in re mea supererit, iudicatum addictum duci patiar. Ex ipso facto narrato intelligendum relinquit Liuius: Hoc facio. Tale Ciceronis lib. 2. in Verrem: (cap. 29.) Dic, inquit; illi adesse non possunt. Nam hercule, inquit Q. Minucius, me quoque Petilius, ut sibi in consilio adessem, rogauit: et simul a subselliis abire coepit. Omittit Cicero: Ego quoque adesse non possum. sed pro his verbis est, quod facit, dum abit. Eiusdem generis est, quod Tacitus refert de Centurione apud Vitellium (Hist. 3,54.): Quandoquidem magno documento opus est, nec alius iam tibi aut vitae aut mortis meae usus, dabo cui credas. At quo ita digressus voluntaria morte dicta firmauit. Posteriori de geminato terrore: Idem trecenti iurauimus: nempe ut tuum caput peteremus. Eodem lib. 1. cap. 18. Florus: Absum erat, nisi elephanti conuerſi in spectaculum belli procurrissent. Non fero belluas belli spectatrices, sed scribo: conuerso in spectaculum bello: id est, quae effecerunt, ut ex bello fieret spectaculum, ut Romani obstupefacti obliuiscerentur pugnae, et spectatores fierent nouorum monstrorum, donec ab iisdem perterriti fugerunt. Erat autem et spectaculi genus inusitatae formae animalia exhibere. Suetonius Augusto: (cap. 43.) Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum dignumque cognitu adussum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare: ut rhinocerotem apud Septa, tigrim in scena, anguem

*anguum quinquaginta cubitorum pro comitio.* Lib. 3. cap. 10. de Caesare varie tentata verba, ab auctore sic relicta censemus: *Sed ille, qualis erat ad nuncium, (res felicissimae temeritatis!) per inuios ad id tempus montium tumulos, per intactas vias, et niues, expedita manu emersus, occupat Galliam.* Qualis erat ad nuncium, quo in habitu statuque nuncius eum deprehendit. Ut lib. 3. cap. 9. *ad rei famam veneno fata praecepit.* *Res felicissimas temeritatis, vt lib. 1. cap. 7. cedentibus caeteris deis (mira res dictu!)* refitare *Iumentas et Terminus.* Ibidem de Vercingentorige: *Ipsa illa rex, maximum victoriae decus, supplex quam in castra venisset, tum et phaleras et sua arma ante Caesaris genua proiecit: Habet, inquit, fortē virum, vir fortissime, viciſti.* Neque urbani neque Gallici salis (nam Galliae laus iam inde antiquitus, argute loqui, vt ei Caesar testis,) hic micam video: quinimum nescio quid futile, fluctuans et dissolutum video. Suspicio igitur sensum regis victoriam confessi Romana elegancia expressisse Florum, scribendo: *Habet. (inquit.) Virum fortē, vir fortissime, viciſti.* Notum est Terentii: *Certe captus est, habet.* Et ibi Donati: *HABET id est vulneratus est. Habet enim, qui percussus est: et proprie de gladiatoriibus dicitur: quia prius alii vident, quam ipsi sentiant se percussos.* *HABET, sic dicitur de eo qui letaliter vulneratus est.* Nota Plauti et Virgilii: (Aen. 12, v. 416. 468. 948.) *Hoc habet.* Seneca Agamennone: (Act. 5. v. 901.)

*Habet. peractum est. pendet exigua male  
Caput amputatum parte.*

Hercule Octaeo: (Act. 4. v. 1457.) *Habet. peractum est. quas petis, poenas dedit.* Iterumque: (ib. v. 1472.)

*Habet. praeactum est. facta se nostra explicant.* Ergo, *habet*, est, *habet* καιριανην πληρηνην libertas Galliae. *Hoc νύκτεος απομεινει* et ultima confessio est. Altera *praedicatio* victoris ex non ignauo hoste victo, in clementiam lenociniun: *Fortem virum, vir fortissime, vicisti.* Turbant aliquid codices circa illud, *tum et phaleras*: nesciunt quidam τα et *tum*: Gruterus non male, *secum et*. Forsan omnis locus ita conceptus melius habebit: *Ipse ille rex, maximum victoriae decus, supplex quum in castra venisset, secum et phaleris et suis armis ante Caesaris genua proiebatur, Habet.* (*inquit.*) *fortem virum, vir fortissime, vicisti.* Nisi etiam minore inuidia posuit: *fortes viros.*



IOH.

IOH. FREDER. GRONOVII

OBSERVATIONVM

LIBER TERTIVS





IOH. FREDER. GRONOVII  
OBSERVATIONVM  
LIBER TERTIVS

---

C A P V T . I

Mutari loco, mutari in locum recte dicuntur. Ouidius, Plautius, Statins defensi. Lucretius emendatus. Mutata figura. Petronio lux. Crescere pro moueri in altum. Decre-

scere, descendere, extendi. Valerius Flaccus et Quintilianus asserti. Moneri, motiones. Insana decimo motu cornua refuens. Ouidius correctus.



Berum quidem est, quod monuerunt sapientes, hominem indulgentem affectibus,  
*in amore iacentem*  
*Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor,*  
*Aut alia quavis scindunt cuppedine curae,*

vt canit Lucretius, frustra remedium quaerere mutatione loci: cum intestinum tortorem habeat, ac se ipse potius effugere debeat. Verum est etiam tamen, multum nos trahere ex ingenio loci, in quo degimus, quod saepe queritur Naso in Tristium et de Ponto libris.  
Saepe

Saepe et hac de re disputat Seneca in Epistolis. Egregie  
Liuius lib. 38, (17.) in oratione Cn. Manlii ad exercitum, et  
Cicero orat. 2, de l. agraria. Symmachus miratur, quo-  
modo Promoto inter rauorum cornuum strepitus ali-  
quid museum blandiatur. Et apud Arbitrum (c. 117.)  
singitur qui turbato ordine mortalitatis filium extulerat,  
*de sua truitate miserrimum senem exiisse, ne aut clientes  
fodalesque filii sui, aut sepulcrum, quotidie causam lacri-  
marum, cerneret.* Itaque ratio fuit veteribus, cur non  
tantum mutare locum, sed et mutari loco dicerent. Vir-  
gil. lib. 2. (v. 49.) Georg.

*tamen haec quoque si quis  
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,  
Exsuerint filiestrem animum.*

Vbi Seruius: *duas res hic dicit, ut aut inserantur infoe-  
cundae arbores foecundis aut fructiferis, aut certe mu-  
tentur de suis locis et fossis immittantur.* Ouidius lib. 5.  
Tristium: (2, 73.)

*Hinc ego dum muter, vel me Zanclaea Charybdis  
Deuoret, atque suis ad Styga mittat aquis.*

Et lib. 1. de Ponto: (1, 79.)

*Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu.*

At Iulius Caesar Scaliger: Non sic loquar: *Aeneas muta-  
tus est in nouas sedes: sed mutauit sedes.* Promiscue  
forsan: esse tamen, vbi deceat, vincunt antiqui. Liuius  
lib. 5. (cap. 46.) de Camillo: *quod magis credere libet,  
non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem la-  
tam: quod nec iniussu populi mutari finibus posset, nec  
nisi Dictator dictus auspicia in exercitu habere.* Horat.  
lib. 2. Sat. 7. (v. 64.) *Ille tamen se Non habitu mutatus  
loco.* Festus: *Permutatur, id proprie dici videtur, quod  
ex alio loco in aliud transfertur.* Caelius Aurelianus  
lib. 1. Acut. c. 15. *graue est inchoante atque aegros ad  
aliunc*

*alium transmutare locum, quando magis eos oportebat quiescere.* Recte igitur apud Plautum Amphitruone: (I, I, 118.)

*Neque se luna quoquam mutat, atque uti exorta est semel.*

Vbi Passeratius in Coniecturis, *motat.* Inscite etiam Ciofanus et Bersmannus, quod lib. 4. de Ponto El. 14 (v. 7.)

*Nulla mihi cura est; terra quo muter ab ista.*

ex interpolatis codd. duobus correxere *mittar.* Statius 3. Theb. versf. 595. *aut ubi tentat Enceladus mutare latus.* Sed *motat*, non *mutat*, inquit Clauerius ad Claudianum de raptu. (lib. I.) Immo quia *motat*, *mutat*. Seneca de tranquill. animi cap. 2. *versare se et mutare fessum latus, et alio atque alio positu ventilare.* Vbi Pincianus: *Quid si legas motare, vt alludat Virgilianum illud:* (Aen. 3, 581.) *Et quoties fessum motat latus.* Certe alludit: sed ipsum etiam Virgilium *mutat* scripsisse crediderim. Non negat Seruius in quibusdam codd. sic legi: probat Donatus: inuenit in nonnullis Pierius. At ausun eandem geminulam reficere Claudiano lib. I. de raptu, vers. 63.

*certisque ambagibus aori*

*Rufus corporeos animae mutantur in artus.*

Ita enim MSS. vbi iamdudum vulgo, *mittuntur.* Dicit transferri et sede mutari corpore rufus induito, postquam Lethen biberunt. Lucretius quoque *mutare pro mouere posuit* lib. I. (v. 907.)

*Atque eadem paullo inter se mutata creare,*  
*Ignes e lignis.*

hoc est, mota, aliis aliorum loça occupantibus. Vnde idem Poëta eodem libro dixit, *mutarique ordine quaedam.* et lib. 2. versu 492.

*Summa*

*Semina atque ima locans, transmutans dexteram laenis.*

Vbi membranae summi viri G. Vossi laeuius: vt suscipi-  
cari possis istud natum ab illis, qui contractionem voca-  
būm auctori frequentēm non obseruauerant. Atque  
hinc intelligendum illud Petronii: (Spéc. Bell. Civ. v. 265.)

*Sentit terra Deos, mutataque fidera pondus  
(Quae siuere suum.*

Neque enim scribendum mirataque, neque subest hypal-  
lage, vt volebat Gonsalius. Quae onere Deorum de-  
primebantur, leuata hoc onere velut altius adscenderunt  
et non tenuerunt locum suum. Solum enim, vt Ouidius,  
et pauimentum, vt Sidonius, cœli sunt fidera: eoque  
vestigiis diuum vrgeri, ignea sua vi in altum nitentia  
singuntur. Non incommode hinc transibimus ad aliud  
genus motus. *Crescere* pro promoueri, aut in altum  
inoueri usurpant veteres. Seneca lib. 2. nat. Quaest. c. 9.  
*spario illa, quae ex fundamentis mediae arenae crescens*  
*in summam altitudinem amphitheatri peruenit.* Statius:  
(Theb. 10. v. 674.) *subitam a terris in nubila crescere*  
*Manto.* Idem de disco iacto: (Theb. 6. v. 682.) *fimi-  
lisque cadenti Crescit in aduersos.* Contra decrescere  
apud Tertullianum de Poenitentia: *ad omnem occursum*  
*maioris cuiusque personae decrescentes.* hoc est, inclinan-  
tes se et flexu corporis venerantes. Η αὐξησις, vt loqui-  
tur Oeellus Lucanus, μεταβολὴ ἀπὸ τῆς μέσος ἐπὶ τῷ  
μέγον καὶ ἀπὸ τῆς χείρος ἐπὶ τῷ βέλτιον. Estque  
illud loquendi genus ortum ex allucinatione visus no-  
stri, qualia multa alia. Illa pars corporis, quae prima  
særem scindit, maior fieri atque effugere supra se ipsa  
videtur. Silius lib. 16. (v. 352.)

*membra haud procula decusque  
Corporis exiguum, sed tum fibi fecerat alas  
Concitus, atque ibat campo indignatus aperto.  
Crescere sublimem atque augeri membra putares.*

Sicut

Sicut quae maiora concipiuntur oculis, *crescere* dicuntur, et contra quae minora apparere incipiunt, *decrescere*. Statius 2. Achill. (init.) *a tergo decrescit Bacchica Naxos*  
*Ante oculos crescente Samo.* Vnde constat recte haberi apud Valerium Flaccum in vett. exemplaribus lib. I. versu 286.

*dirimique procul non aequore visa  
Cooperat a gemina descendere Sestos Abydo.*

Vbi Sabellicus et Gifanius *descendere* coniecerunt. Significat eum cursum fuisse nauis, ut Sestos et Abydos, quas urbes haec tenus visus iunxerat, aut ita vicinas conceperat, ut sump ibi, non transitum, et utrasque turres vnius oppidi crederes, iam inciperent secedere et diuidi, et quidem ita, ut Sestos humilior, excelsior Abydos apparet. Atque eiusmodi est apud Quintilianum dect. 3.  
*Nam quo ad altiorum quisque honorum gradum extenditur, magis in exemplum spectantibus patet. Extenditur est euehitur, amplior atque augustinior fit, crescit.* Non audimus Gruterum et Colerum corrigentes, *escendit.* Sic lib. I. Achilleid. (v. 174.)

*Insequitur magno iam tum connexus amore  
Paterno, tantisque extenditur aemulus artis.*

Eadem translatione Appuleius, in Apolog. *Atqui ego contra, quantulacumque tibi haec videntur, multa etiam et nimia arbitror, et cupio me ad pauciora coercere, tanto beatior futurus, quanto collectior.* Exaduersum moueri ponitur ari et crescere. Columella lib. 4. (29, 4.) *Verior itaque ratio est inferendi tepentibus iam diebus post hic mem, cum et gemmas et corticem naturaliter mouent.* Hoc ipso libro: (c. 28, 2.) *Celsus quoque et Atticus consentiunt, tres esse motus in vita, seu potius in omni surculo naturales: unum quo germinet; alterum, quo floreat; tertium, quo maturescat.* Idein lib. II. c. 2. *Igitur a Kal. Martii eximia est vitium putatio in X. Kal. April. si tamen se gemmae nondum mouant.* Ouidius lib. 3. Trist. (cl. 12. v. 13)

I V I E R

*Quoque*

*Quoquo lato est vitis, de palmita gemma mouetur.*

Arnobius lib. 3. *Tertium numen* (Proserpina sic dicta quod sata in lucem proserpant) significat attollentia se germinata frugumque subcrecentium motiones. Theophrastus lib. 5. de cauf. plant. c. 7. ἔχοις δὲ ταῖς ζωτίκτες αὔχας καὶ φλέσι καὶ αὔρημονες καὶ ξύλα καὶ καυλοὶ χωρίζομενοι τῶν Φυτῶν, ὥστε κινῆν καὶ μέχρι τῆς Βλαστάνει. Tertullianus de anima: *Aut unde mox illis et frutices inoculantur, et folia formantur, et germina inflantur, et florunt inornantur, et succi condituntur, si non in ipsis omnis parsatura generis quiescit et partibus promota grandescit.* Haec omnia satis firman tectionem Ms. et vett. quarundam editionum in Ouidio lib. 2. Fastorum versu 447.

*Luna resumebat decimo noua coruua motu.*

id est, decima vice accrescebat. Vulgo: *mensa.* Atque huius etiam phraseos rationem philosophia suppeditata Aristoteles V. Physicor. (c. 2.) ή δὲ κατὰ πόσον (πήθοις) τὸ μὲν κονὸν αγάνυμον. καθ' ἐπόπτεον δὲ αὐξησης καὶ φθίσις ή μὲν εἰς τὸ τέλεον μέγεθος, αὔξησις ή δὲ ἐκ τέττας, φθίσις. Idem in definitione seminis relata Plutarcho lib. 5. de placitis philosophorum: Σπέρμα ἐσι τὸ δυναμένον κινῆν ἐν ἐφυτῷ εἰς τὸ ἀποτελέσαι τὶ τοῖς τον, σῖνον ἐσι τὸ ἐξ οὐ συγερέθη. Vide Stobaeum Eclog. Physic. lib. 1. toto cap. 23. de motu. Cicero lib. 2. (c. 9.) de natura deorum: *Nam omne, quod est calidum et igneum, cietur et agitur motu suo: quod autem alitur et crescit, motu quoddam utitur certo et aequabili.*



CAPVT

## C A P V T II

*Sallustii quatuor locis suis nitor redditur. Fama atque inuidia vexari. Inuidia famae. Inuidiae aemulatio. De Iustini loco dubitatum. Tacitus defensus. Mutatio generis. Plautus aliquot locis defensus, illustratus. Quod natum est. Tacitus denuo illustratus. Brevis valere aliquo armorum gener. Proxima terram. Proximus tribunal. Liuius restitutus. Partim illorum.*

Iamdudum viris doctis offensioni fuerunt verba Sallustii in bello Catilinario cap. 3. *Ac me, cum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quae caeteros, fama atque inuidia vexabat. Palmerius e vestigiis nescio quorum codicium, sed magis pro suo ingenio: nihilominus honoris eadem famae atque inuidia necabat: subscribente Colero. Muretus: honoris cupido eadem, quae caeteros, famaeque auidia vexabat: Variarum lect. libro et cap. 16, cuius capit is hic omnis census est. Pet. Ciacconius explicat, fama atque inuidia, propter famam quaerendam et inuidiam declinandam. Quod haud scio, an significarit et Gruterus, quum corrigentes accusat, tanquam parum exercitos rebus politicis. Ego vero non tam politican, quam Latini sermonis peritiam aduocandam puto, ut haec intelligamus. Nam inuidiam atque famam nihil aliud esse existimo, quam inuidiam famae vel famam inuidiae. Iustinus lib. 8. cap. 3. Deinde ad abolendam inuidiae famam, qua insignis praeter caeteros tunc temporis habebatur, per regna mittit, etc. Siue scripsit ille, inuidiam famae. Sic Caesar Dolabella, quem repetundarum postulauerat, absoluto secedere statuit ad declinandam inuidiam, teste Suetonio. (Caef. 4.) Eandem rem dicit, nempe malignos rumores, voculas maleuolorum, ut Cicero lib. 2. famili. ep. 16. Iustinus iterum lib. 2. (c. 8.) Adduntur vocibus lacrimae, et inuidiosa oratione multitudo credula accenditur. Parique figura (est enim εν δις δυοιν) idem lib. 12. (c. 6.) quantum*

Y

in

*in exercitu suo, quantum apud devitas gentes, fabularunt atque inuidiae, quantum apud caeteros amicos metum et odium sui fecerit.* Et Seneca in Hercule Furente: (Act. 2. v. 352.)

*Inuidia factum ac sermo popularis premet?*  
*Ars prima regni est, posse te inuidiam pati.*

Sic *aemulatione inuidiaeque*, Tacitus historia secunda extrema (c. 101.): at eiusdem libri cap. 21. *inuidiae aemulatione*, quod necesse non est ut mutemus cum Mureto. Nam et sic *obtrectationem inuidiae* dixit Cicero (de Cl. or. 156): *obtrectationis inuidiam* Iustinus in praefatione: *obtrectationem et inuidiam* Caesar lib. 1. belli ciuilis (c. 7.) et Liuius lib. 31. Rursus Cicero in secundo de oratore (c. 51.) *inuidiae offendionem*, pro Cquentio (c. 25.) *inuidiam atque offendionem*. Praeterea vnicam literam recidimus, vt sit: *nihilominus honoris cupidus eadem, qua caeteros, fama atque inuidia vexabat*. Hoc sensu: quum alia vrbis et potissimum reipublicam tractantium vitia facile vitarem, neque eo nomine male audirem: tamen quod tali tempore, atque inter tales, honores petrem, iuxta atque illi improbi, rumoribus infestis differebar et malignia iudicia experiebar. Eodem libro, cap. 35. in epistola Catilinae ad Catulum: *Quamobrem defensionem in nouo confilio non statui parare: satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decreui: quam medius fidius veram licet cognoscas*. Sic editi et scripti, qui nunc quidem reperiuntur. At Seruius ad libri 4. Aeneid. versum 204 ostendit olim lectum fuisse: *quas medius fidius vera licet tecum recognoscas*. Quod mihi multo magis Sallustianum sonare videtur: in primis illud: *satisfactionem, quae vera*. Sic enim et in bello Iugurthino (cap. 41.): *otio et abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt*. Quae videntur quidem concepta enormiter, sed tamen rationem habent et exempla veterorum. Dicuntur enim per ellipsin vocabuli, cui con-

congruunt, quae turbare orationem videntur. Sic corripuit auctor in priore, quod plenum erat: *satisfactionem verbis, quae vera.* Ad posterius sciendum, ius esse Latinis, quoties relatiuum duobus substantiis interiicitur, vel antecedentis vel sequentis id generi aequare: sed eleganter respondet sequenti: id quod hic fieri intelligimus, altero nempe substantio dissimulato. Puta, *earum rerum, quae prima negotia,* vel, *quas prima negotia.* Tale est apud Plautum in Amphitruone a. 3. sc. 3. (v. 11.) *Ego rem diuinam intus faciam, vota quae sunt.* Nempe de ipsis animalibus vel donis: vel, quae est votum a me factum et nunc soluendum. Aulularia a. 4. sc. 10. (v. 39.) *Ego te, Euclio, De alia re, rescuisse censui, quod ad me attinet.* Hoc est, quod negotium ad me attinet, vel quae est negotium ad me attinens. Male continentem orationem scindunt τελείας στρυμῆ, et sequentis sensus partem faciunt, *quod ad me attinet.* Captiuis a. 2. sc. 3. (v. 2.) *Vult te herus nouus operam dare Tuo veteri domino, quod is velit, fideliter.* Id est, in eo negotio, quod is velit. Eadem fabula a. 5. sc. 1. (v. 3.)

*Quumque ex miseriis plurimis me exemerunt,  
Quae adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam.*

Hoc est, miseriis eorum negotiorum, quae sustentabam. Vbi voluerunt τὸ Quae referri ad omnem orationem praecedentem, quod fieri nullo modo potest: aut correxerunt, *Quas dum te carendum hic fuit.* Sed et errant in eo, quod τὸ his pro aduerbio notant, cum pronomen sit: quasi esset: hucusque vel tamdiu te carens, dum talis fui, nempe quasi orbus, et nescius, haberem filium nec ne. Cistellaria a. 1. sc. 2. (v. 15.)

*Quod saepe necum mentionem fecerit,  
Puerum aut puellam alicunde ut reperirem fibi,  
Recons natum capse quod fibi supponeret.*

Sic distinguendum: non ut vulgo: *reperirem fibi Recens natum, eapſe.* Nam ita loquebantur de infantibus primulum editis, *Quod natum eſt:* vt de exspectatis, *Quod natum erit.* Terentius Andria (1, 3, 13.): *quod peperiſſet, iuſſit tolli.* Cicero ad Atticum (10, 18.): *Quod ηγυρόκησεν, gaudeo: quod quidem natum eſt, imbecillum eſt.* Fruſtra Acidalius: *Recens natum, eapſe quo: fruſtra Diffaldaeus, eapſe quoſ.* Caelius ad Ciceronem epift. 15. (Lib. 8. ad Div.) *ſi ſcias, quam ſollicitus ſim, tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet, derideas. quae tibi exponere, niſi coram, non poſſum.* Intelligimus, propter ea quae. Poteſt et videri ſcripſiſſe Cælius: *non hanc meam.* Plautus rurſum in Bacchidibus a. 4. ſc. 4. (v. 74.) *Quae imperauiſti, imperatum bene bonis factum illico eſt.* Voluit ſubaudiri, eorum vnumquodque. Etsi hic non alii modo aliter, ſed etiam Salmasius: *Quod imperauiſti, impetratum.* *Bene bonis factum illico eſt.* Non video, quid huic ſententiae fit hic loci. Si non placet, quod dixi, poteſt cum τελέοις ſiγμῆι δεικτικῶι dictum accipi: *Quae imperauiſti.* (ſimul ut monſtret in manibus ſtilum, ceram, tabellas, linum: et intelligat, en adſunt: deinde per ſententiam:) *imperatum bene bonis factum illico eſt.* Quod recte imperatur bonis, id fine mora fit. Aut ita contractum eſt: *Quae imperauiſti, de illis hoc ſcito, imperatum bene bonis etc.* Certe illud vulgatum, quum fine varietate habeant vett. libri, valde comicum, immo ἴδιωτικὸν et quotidiani sermonis mihi videtur. Liuius lib. 41. (cap. 6.) *Nec quicquam eos, quae terra marique agerentur, fallebat.* Quicquam ſcilicet eorum. Sallustius in Catilinario (cap. 56.): *ſeruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant.* Cuius generis, numeri, ordinis. Iugurthino (cap. 95.): *L. Sulla Quaeftor cum magno equitatū in caſtra venit: quod, ut ex Latio et a ſociis cogeret, Romae relictus erat.* Quod genus copiarum vel militantium. Scio quosdam edere: qui ut ex Latio

*Latio et a sociis cogeret; alios, qui ut ex Latio et a sociis exercitum cogeret: eoque miror neminem de tanta mutatione verbum facere.* Tacitus lib. 6. annalium cap. 35. *Variae hinc bellantium species, quum Parthus sequi vel fugere pari arte suetus distraheret turmas, spatium ictibus quaereret; Sarmatae omisso arcu, quo brevius valent, contis gladiisque ruerent.* Pichena, quo brevius valent, accipit, quasi non diu soleant arcu praeliari, sed breui temporis spatio, primis nimirum congressibus. Quod vix admiserim. Sed est aliis duplex horum verborum sensus. Potest intelligi, brevius quam Parthi: quasi non requirant tantum loci, quantum Parthi, quibus *absunto iactus spatio adimitur usus sagittarum*, ut loquitur Florus lib. 4. cap. 9. Sed hoc si vellet, non omitterent arcus, quum fauentes haberent angustias, inimicas Parthis. Praeterea videtur spatium omnibus sagittariis necessarium: nam et ubi Herculem cum Sigea priste committit, Valerius Flaccus lib. 2. (v. 524.)

*Iam breuis et telo volucri non utilis aer.*

Restat, omisisse arcum hos quoque ob vitium loci, et, quo brevius valent, referri ad contos et gladios: quo scilicet genere armotum. Paulus IC. in lege 77. de V. S. *Frugem pro redditu appellari, non solum quod frumentis aut leguminibus, verum, quod ex vino, filiis caeduis, cretifodinis, lapicidinis capitur, Julianus scribit.* Quod scilicet eius. Tale est Homericum IΛ. α. (549.)

Οὐ δὲ ἐγὼ αἰπάνευθε θεῶν ἔθέλομι μῆσας,  
Μήτι σὺ ταῦτα ἔκεσσα διέργο μήτε μέταλλα.

In bello Iugurthino cap. 78. *Nam duo sunt sinus prope in extremis Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxima terrae praetulta, sunt; caetera, uti forstulit, alta, alia in tempestate vadosa.* Qui nouit Cripsum, non negabit scriendum esse: *quorum proxima terram praetulta sunt.* Ut alibi: *in dextero latere, quod*

*proximum hostis erat.* Item (cap. 18.) : *quae proxime Carthaginem Numidia appellatur.* Rursus (cap. 19.) : *proxime Hispaniam Mauri sunt.* Neque aliter legendum apud Liuium lib. 8. (cap. 32.) ex duobus Ms. *qui proximi forte tribunal steterant, quia subiecti oculis imperatoris noscitari poterant, orabant, etc.* Ut lib. 35. (cap. 27.) *Laconici agri, qui proximus finem Megapolitarum est.* Leue etiam mendum est in oratione Marii : (cap. 85.) *Quae illi audire et legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi.* Agnosco enim te,

*O verba antiqui multum furate Catonis,*

*reliquisse; eorum partim vidi, alia egomet gessi.* Cato apud Gellium lib. 10. cap. 13. ibi pro scorto fuit : *in cubiculum surreptitauit e coniuio: cum partim illorum iam saepe ad eundem modum fuit.* Et ipse Gellius lib. 2. cap. 22. *Partim autem sunt, qui pro otto duodecim faciunt.* Lib. 7. cap. 3. *quamque partim senatorum de Rhodiensiibus quererentur, maleque eos animatos fuisse dicerent.* Immo et Liuius lib. 23. cap. 11. *Bruttios Appulosque, partim Samnitium et Lucanorum defecisse ad Poenos.* Lib. 26. cap. 46. *partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit.* Sic enim utroque loco liber optimus. Sic Appuleius in apol. *Nam ut audio partim Oenfum, quod istum nouere, nulli deo ad hoc aeuī supplicauit.* Ita enim leg. et recte hunc *αἰχματὸν* perelegantem ex Ms. Flor. asseruit auctori Salmasius ad Solinum. *Audio partim Oenfum,* id est, audio quosdam Oenfum, nempe dicere. Neque aliter Terentius in altero Hecyrae prologo : (v. 7.) *Partim sum earum exactus, partim vix steti.* Sallustius alibi : (Iug. 38, 3.) *partim, uti transfugerent, corrumpere;* alii, *figno dato locum uti desererent.* Iterumque : *ille probare partim, alia abnuere.* Item : *partim vi, alia metu aut praemia ostendendo.* pro, quaedam. Libro 3. Historiarum in oratione Tribuni : *Nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur.* qua tamem

tamen quinis modiis libertatem omnium gestumauere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. namque ut illis exiguitate mors prohibetur, senescunt vires: sic neque absoluta cura familiari tam parua res et ignauissimi quique tenuissima spe frustrantur. Testantur in MSS. fuisse Carrio, et ignauii qui usque ten. perfrustrantur; Ciacconius, et ignauii qui usque tenuissima spe frustantur. Vnde addit prior Claudium Puteanum conieccisse: et ignauus quisque tenuissima spe frustatur, nec verius aut certius posse diuinari. Lipsius lib. 1. Elect. cap. 8. superiora, usque ad senescunt vires, forinat, ut Puteanus, nisi quod profint pro possunt: reliqua fatetur se non posse restituere. Quid si legamus: sic neque absoluta cura familiari tam parua res, et ignauii cuiusque tenuissimas spes frustatur. Eadem nimirum paruae res. Neque ignauum interpretor, qui abstinet labore, cum Aus. Popma: sed qui non audet. Ista, inquit, non congiaria, sed heminaria, eludunt et irritos habent illos, quibus non est animus neque audacia ius populi repetendi a paucis dominantibus, spe inani lactari se ferentes. Sequitur: Quae quamvis ampla, quoniam seruitii merces ostentaretur, cuius torpedinis erat decipi et vestrum rerum ultro iniuria gratiam debere? Admitto Gab. Faerni, Qua: vt id respiciat, non rō ostentare: sed postrema in grauiori morbo cubant, et transiuntur pro desperatis. Veniebat sub acumen stili: decipi et vestra muneraibus pro iniuria gratiam debere? Quicquid, inquit, donent, liberalibus de vestro, de aerario, quod vestrum est, illi per factionem occuparunt. Turpilius: Dat ultro et munera, quod ab illo abstulit. Pergit Sallustius: Namque alio modo neque valent in universos, neque conabuntur. cauendus tamen dolus est. Si quid video, scripsit auctor: cauendus tantum dolus est.



## C A P V T , III.

*Propertius elegia ad Gallum fra specie, vel speciem. Infra emendatus et illustratus non se- viribus. Occurrere. Poma nulli mel. Dixerit Ascanius, pro debita curae. Plena flumina testimonio fuerit. Defendere trahere. Plena sidera. Pro- puerō rapinas Nymphaarum. pertius alio loco illustratus. In- Torrida saxa. Membra tor- nixus. Sonitum facere. rida. Liuus defensus. In-*

**E**legia Propertii (lib. i. El. 20.) ad Gallum cum a summis viris tractata sit, nondum tamen intellecta satis, et hi nimium nimiumque induluisse sibi videntur. Evidem nullam trajectione in versuum admiserim. In principio pro duxerit, quod frustra interpretatur Turnebus, rectissime Scaliger, dixerit: et cepit Passeratius. Saepe Fortuna imprudenti amanti contraria se ostendit; datque casum, quem ipse imputes tibi, quia imprudentia non praecaueris. Testis huius rei erit Ascanius, ille Minyis crudelis, quibus praestantissimum et pulcherrimum socios abstulit. Pergit Propertius: Alteri istorum socio, puerō Hylae, par tibi ardor est, etc. Nec vero legendum: *cupida defende rapina contra MSS. et vet. ed. sed cupidas defende rapinas.* et praecedente quarto versu: *huic tu, non hunc.* Huic tu defende cupidas semper Nymphaarum rapinas. Ut Virgilius (ecl. 7, 47.): *Solstictium pecori defendite.* Horatius, (od. i, 17, 2.) et igneam *Defendit aeftatem capillis.* Quod verissimum est, et a nemine obseruatum miror. Statim Lipsius legit: *Ne tibi sit duros montes.* Ne tibi sit adire, i. ne adieris. Scaliger: *Ne tibi sit duro.* i. ne ita contumax fueris, ut adeas. Passeratius: si *durum* legas, ne tibi sit graue adire, si *duro*, ne liceat adire, ne velis adire: ne adeas asperos montes, vbi degunt Oreades. Io. Liuineius ad Pan. Plinii, *durum fontes*, et *experto*: ne durum et infelix tibi sit fontes et lacus adire haud dum experto, *Quae miser.* Qui postremum tentauit vir magnus, *durum*, hac mente:

mente: quocunque loco futurus es, ne tibi duram sit per cautes quantumuis inhospitales, sectari amores tuos, ut praesentiae tuae metu Nymphaui rapinas arceas.  
**Durum** est in Mss. et ed. vett. A fenteritia aberrant omnes: quam ut simul ordo versuum, prout a Poëta conceptus est, pareat, hic exponemus. Est tibi in deliciis, inquit, puer et forma et nomine par Hylae Thiodamantis filio. Huic tu, quamcunque in filuam, quodcunque ad litus veneris, proximo tibi defende semper cupidas repinas Nymphaui: (Ausoniae Dryades non minus amant quam aliæ) ne tibi eueniat idein quod Hylae domino, ne tibi quod miserum et durum erit) necesse sit, montes et faxa frigore perusta et lacus deuios et propemodium inaccessos sine fine querendo adire ac inuocare perditos amores tuos. Qualia cum perpetretur misere errabundus ignotis in oris Hercules, Ascanio indomito, qui nullis frangebatur querelis nec restituebat raptum, frustra lacrimas fuderat. Hinc exorditur totius fabulae narrationem. Si haec male cohaerent, nescio quaenam tandem bene. **Ne tibi fit adire**, est, ne habeas adire vel aequalandum, ne aequalandi tibi fint: ne tibi eueniat, ut adeas desiderio amissi. Sic saluum et honestum est illud his amatum, notatuinque Lipsio et Passeratio. Tibullus lib. 4. el. 3. (v. 3.)

*Nec tibi fit duros accuisse in pectora dentes.*

Propertius (lib. 3, 2, 41.)

*Nec tibi fit rauco praetoria classica cornu  
Flare.*

Pro frigida saxa Vaticanus Ms. tumbida, Mureti turbida, vnde Lipsius tabida. Verum est torrida. Seneca Hercule Oetae: (Act. i. v. 136.)

*Et dumeta iugis horrida torridis.*

Sic apud Ouidium lib. 2. Fastoruim: (v. 23.)

*Quaeque capit litor domibus purgamina certis  
Turbida cum mica farra, vocantur idem.*

Sic, inquam, vulgati fere, cum scribendum sit ex Ms. et purioribus editionibus, *torrida*. *Saxa torrida* sunt gelu perusta. *frigida* interpretamentum est. Liuius lib. 21. (c. 40.) *Membra torrida gelu, quassata fractaque arma.* Perperam *torpida* subiicit Rubenius. Varro Eu-menid. *capite aperto effe iubet, ante lucem suscitat, frigore torret.* Neque expertos est, et non expertos. Nec vacat τὸ Semper, ut visum Passeratio, sed auget impa-tientiam desiderii: non cessaturum, si amiserit, omnia etiam inaccessa loca oberrare et excutere. Nisi malis, Neque expertos semper, et raro expertos aditosque. Er-torem vero Herculis multis describit Theocritus: (Id. 13. v. 64.)

ἐν στρίπτοισιν ακένθεις  
Παιδες ποθῶν δεδόνατο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον.

Et iterum: (ib. v. 70.) οὐδὲ πόδες ἀγον ἔχογει Μερό-  
πενος. Si erro dicendus sit aliquis, non Hylas ille, sed  
ipse sit Alcides, quem Theocritus ait criminatos heroas  
vt λιπονεύσταν. Sic igitur scribendi et distinguendi hi-  
versus:

*Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti:  
Crudelis Minyis dixerit Ascanius.  
Est tibi non infra speciem, non nomine dispar,  
Thiodamanteo proximus ardor Hylae.  
Huic tu, sue leges umbrosas flumina filuae,  
Sive Aniena tuos tinxerit vnda pedes,  
Sive Gigantea spatiabere litoris ora,  
Sive ubique vago fluminis hospitio,  
Nympharum semper cupidas defende rapinas:  
(Non minor Ausoniis est amor ab Dryasin.)*

Ne

*Ne tibi sit (durum!) montes et torrida saxa,  
Galle, neque expertos semper adire lacus:  
Quae miser ignotis error perpeffus in oris  
Herculis indomito fleuerat Ascanio.*

Si quis liber daret *specie*, par esset Statiano lib. I. Thebaid. (v. 415.) sed non et *viribus infra Tydea fert animus*. Etsi alterum eodem recidit: *Est tibi speciem non infra*: id est, quod ad speciem. Prae his quomodo placeat traeiectum et mutatum:

*Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti  
Crudelis. Minyis dixerit Ascanius,  
Quae miser ignotis erro perpeffus in oris.*

Primum hic interit lectum illud *Occurrit*. Cicero lib. 2. de officiis: (c. 2.) *Occurritur autem nobis, et quidem a doctis et eruditis, quaerentibus, satisne constanter facere videamur*. Nec minus lectum, *dixerit*, amittit suam gratiam. Iam quid necesse est Minyis dicere Ascanium, quod Gallum scire oportebat? Rursus perit elegantia τὸς *Error Herculis*. At Hylas quemadmodum *erro*, qui in officio erat,

ως καὶ εἰ ὑδωρ  
Φθάνει αὐτοσέμενος ποτιδόρπιον, αἴλλα τε πάντας  
Ωτρεῖλέως κατὰ κόσμον ἐπαρτύσσειν ίόγτη,

ut canit Apollonius. Praeterea, quae et quanta perpeffus Hylas, cum dearum contubernio accessit? At Hercules grauia, et dura, orbatus eo, quem amabat πατήρ ως Φίλοις ὑιος. Nam id dilutum, Herculem calamitates suas lacui non potuisse queri, cum is heros nusquam subsisteret. Longe aliter Theocritus, Apollonius, Valerius. Rursus in Propertio: *Iam Pandioniae*: non est transponendum. Nam quod quaerit vir eruditissimus, quomodo Dryades sine Hamadryades iam tum flagrare amore pueri potuerint nondum visi, satis, opinor, manifestum est;

est, quod inflabat, narrare poëtam, non quod iam tum erat. Tandem relinquunt fastosuin Boreadae: (*cessat enim, non cesset, legimus*) ille vero proficiscitur e fumo in flammarum, et ibat futurus dolor, siue incendium amoris, Hamadryasin. Quod autem *Poma nulli debita curae* explicantem ex Virgiliano,

*Non raftris hominum, non vlli debita curae,*

Beroaldum reprehendit Passerius, ipse reprehensionem meretur. Quasi vero omnia poma debeantur amoribus, praeter ista: et non sit communis haec descriptio fructuum in locis desertis. Dignum vero obiter notari illud:

*Tandem haurire parat demissis flumina palmis*

*Innixus dextro plena trahens humero.*

*Trahens flumina plena* dixit, pro, trahens aquam vel flumen plena vrna, hypallage insigni. Vnde intelligere licet quid sit Lib. i. El. 16. (v. 23.)

*Me mediae noctes, me fidera plena iacentem,*

*Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.*

*Sidera plena* dicuntur, cum coelum plenum est sideribus. Abesse enim videntur fidera, cum spectabilia non sunt. At cum exoriuntur, paullatim implentur numeri, procedente nocte. *Sidera igitur plena*, fidera pleno illis coelo, ut *flumina plena*, flumina plenis vrnis. Doctissimi homines hoc aut mutarunt, aut non ceperunt: qui ceperunt, rationem non reddiderunt, ideoque auditio non sunt. *Innixo humero*, interpretatur Passerius, adducto brachio conatur extrahere plenam vrnam: quasi Propertio esset, *innixo*. At *innixus* est inclinatus. Sic *Nixus* in sideribus, qui εν γόνατι. Eleg. 16. (v. 42.) *Osculaque impressis nixa dedi gradibus.* quod est, nixus siue inclinis oscula dedi impressa gradibus. Sic ille incuruas et obliquus dextro brachio vrnam trahit. Nam *prolapsum* pro inclinato hic accipi eruditius quam verius existimo. Tentantur et hi versus:

*Tum*

*Tum sonitum, rapto corpore, facit Hylas.  
Cui procul Alcides iterat responſa: sed illi  
Nomen ab extremis fontibus aura refert.*

Scite, fateor, et suauiter: poene abducunt me iterat *Hyla*, (i. inclamat *Hyla*, *Hyla*) et *responſa nomen*. Non mutem tamen, nec *sonitum* pro clamore, tanquam infatum, dannem. Catullus in *Atye*: (carm. 62. v. 74.)

*Roseis ut hic labellis palam sonitas abiit,  
Geminas deorum ad aures noua nuntia afferens.*

Plautus *Casina* (3, 5, 9.): *Pardalisca*. PA. *perii: unde  
meae usurpant aures sonitum?* Sticho (1, 2, 31.): *mihi pa-  
ternae vocis sonitus aures accidit*. Apud quem cum ver-  
bo iuncto, et si non de humana voce in *Milite* (4, 8,  
67.): *senſi, hinc sonitum fecerunt fortes*. Virgilius lib. 4.  
*Georg.* (v. 333.) de Aristaei querela ad matrem:

*At mater sonitum thalamo sub fluminis alti  
Senſit.*

Videtur igitur dicere ipsum *Hylan* clamasse, ut Valerius  
Flaccus: (Arg. 3, 562.)

*heu ſera crientem  
Auxilia et magni referentem nomen amici  
Detrahit.*

Et Apollonius:

*Τῇ δὲ ήρως λέχοντος ἐπέκλινεν οἷος ἔταιρων  
Εἰλατίδης Πολύφημος, ιὰν προτέρωσε κελέυθε.*

Vnde suspicari posses et Propertium scripsisse: *Cui pro-  
cul Elatides, vel Ilatides*. Sed licuit illi mutare per-  
sonam in fabula. Theocritus (Id. 13. v. 59.) quoque non  
mutum sinit *Hylan*: *ἄραια δὲ μέτο Φωνά Eξ ὑδατος.*  
verum hoc postquam ab Hercule iam vocatus esset.



## CAPVT

## CAPUT IV.

*M. Seneca bis emendatus. Lasciuia manu ludere. Manus grauior quid apud Plautum. Lasciuia Lusus ac lasciuia. Livius correctus. Vexare. Claudianus et Claudius Quadrigarius emendati. In Dialogo de causis corruptae eloquentiae*

*vetus lectio asserta. Lasciuia ac libertas. Viuacitas. Liber. Idem dialogus bis restitutus. Vatinii potentia in Neronem improbata et studiorum quoque sacra profanans. Tacitus tentatus.*

**L**ib. 4. Excerptorum, praefatione: *Memini et illam contradictionem sic ab illo positam magnam materiam Pollio's Afinii et tunc Cassii Seueri iocis praebuisse. At, inquit, inter pueriles condiscipulorum finis lasciuia manu obsoena lusisti. Et pleraque huius generis illi obiciebantur.* Variant hic, ut assulet fere in corruptis, codices. *Vnus ex Pal. lasciuia manu misisti. supra vocem lasciuia interpretationis vicem scriptum obsoena.* Vnde coniectat Gruterus: *lasciuam manum misisti.* Putatque ideo rem in iocos abiisse, quod *manus* ambigua sit significatio, notetque quiddam, quod honeste noninari non potest. Idque probat loco Pseudoli Plautini, vbi etiam turpisima in ea voce frustra imaginantur Difsaldaeus et Salmafius. Verba sunt a. 3. sc. 1. (v. 18.)

*Atque ego aedapol, ut nunc male eum metuo miser,  
Si quispiam det, qui manus grauior fiet,  
Quamquam illud aiunt magno gemitu fieri,  
Comprimere dentes videor posse aliquo modo.*

Ita enim legendum et distinguendum. Male vulgo: *vt nunc male eum metuo miser!* Neque enim *vt* hic interiection, sed coniunctio, et significat *quamvis*, *vtcumque*. Illud autem, *qui manus grauior fiet*, quomodo explicandum sit, solus videt Douza, interpretus commentantibus. *Atque ego, vtcumque male metuo eum fructum fullo-nium,*

nium, si quis tamen det peculium, vnde parem hero natalicium munus, quicquid dicant id non fieri sine dolore, possum obdurare, et ab eo pati. *Qui manus grauior fiet*, vt Virgilius: (Ecl. 1, 36.) *grauis aere domum mihi dextra redibat*. In Seneca vera scriptura est: *Inter pueriles condiscipulorum finis lasciuia manu lufisti*. Quae cum ille simpliciter dixisset, inde pepenerunt iocos; quod anbigua esset verbi *lasciuia* interpretatio. *Lasciuus* enim petulanter Latinis sine vlla foeditate interdum signat. *Vt et lasciuia et lasciuire*. Tacitus: *inter plausus et lasciuiam insultantis vulgi*. Liuius lib. 1. (c. 5.) *ut nudi iuuenes Lyceum Pana venerantes per lusum atque lasciviam currerent*. Vbi cum eandem vocem non caperent nasuti librarii, supposuerunt *luxum*. Lib. 39. (c. 15.) *alios Deorum aliquem cultum, alios concessum ludum et lasciviam credere*. Sallustius Iugurth. (66, 2.) *quod is festus celebratusque per Africam ludum et lasciviam magis quam formidinem ostentabat*. S et X saepissime alias confunduntur. Claudianus de phaleris equi Hohorii:

*Sanguineo virides morsu versare smaragdos,  
Et Tyrio dignum terga rubere croco.*

*Versare ex vesare factum est*, quod fuit scriptum pro vexare. Ita namque auctor reliquerat. Lucanus lib. 4. (752.) *rigidos vexantia frenos Ora terens*. Sic in Claudii Quadrigarii fragmento apud Gellium lib. 17. cap. 3. *Haec maxime versatur deorum iniquitas, quod deteriores sunt incolumiores, neque optimum quemque finunt diurnare*. Ita passim editur, cum legendum sit, *vexatur*, i. vellicatur, accusatur, criminibus obnoxia est. *Vt etiam adducere video honoratissimum virum Genartium in floridis Papinianis lib. 1. cap. 30.* Cicero lib. 5. Tuscul. (c. 9.) *Vexatur idem Theophractus et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo laudaris illam sententiam: Vitam regit fortuna, non sapientia. Sed de quo incepimus, Auctor Dialogi de caulis cor-*

ruptae

ruptae eloquentiae: *nec probitati ac modestiae parulos assuefaciunt, sed lasciuiae ac libertati.* Hic iterum cum vocem illam non intelligeret homo inscitus, pro *libertati* scripsit *bibacitati*, vt in codice Lipsii legebatur. Amare enim se mutuis vicibus Bacchum credidit et Venerem. Itaque frustra est vir doctus, qui ex hoc nugaci commento coniicit *viuacitati*. Nunquam ea vox in vi-  
tio ponitur, nedum ut modestiae sit aduersa: sed aut naturae indolem, aut alacritatem ingenii corporisue significat. Fabius lib. 2. instit. or. *Si qui paullo sunt viuaciores, in his praesertim moribus, etiam irascuntur admonitioni.* *Viuacissimum cursum* Bucephali dicit Gel-  
lius lib. 5. c. 2. *Aurelianus a prima aetate ingenio viuacissimus*, apud Fl. Vopiscum. Arnobius lib. 5. *Viuacitate quadam sensus serpens excellit.* *Viuacitas Iosephi* apud auctorem de excidio Hierosolymitanorum: *et virili mentis vigore et consilii viuacitate.* At *libertati* verum et appositum. Cicero pro Caelio: (c. 18.) *Quod si facere velle, multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim probrosoa luxuries.* Sic adolescens Phaëthon apud Ouidium lib. 1. in et. (v. 757.) *ille ego liber, Ille ferox tacui.* Terentius in Eunicho: (3, 1, 40) *dollet dictum adolescenti imprudenti et libero.* Quae vox optime iungitur *lasciuiae*, hoc est, petulantiae ac protervitati puerili. Caeterum quia *lasciuus* etiam obscoeno sensu est, et *ludere et sinus condiscipulorum* ambigua sunt: verba simpliciter et inconsiderate prolata iocos prouocare illorum, qui *lasciuia manu* acciperent, vt Petronius, *improba manu trahare*, aut *mouere officiosam manum*. Non igitur vox *manus* sinistre accepta fuit, quae vere significat illud, quod vulgo dicitur, sed ille *lasciuiae manus* inter sinus lusus. Iterum Seneca controv. 18. *Habuit, inquit, Demosthenes venenum, et vixit. Id est, ego tibi pater quod Demostheni Philip- pus.* Quidam Ms. *viuit. Suspicor, bibit, legendum, ait*

Schot-

Schottus: nam epoto veneno Demosthenes periit. Non subtiliter limauit acumen declamatoris. Rectissime, *vixit*. Pater filio inuidiam facit eo, quod venenum effuderit: indicio, maluisse eum viuere et veritum ne educere a suspicante pater cogeretur. Immo, reponit filius, Deinosthenes quoque venenum habuit, et tamen ad tempus vixit. nempe quia sic habebat paratum, ut instante necessitate sumere et se vita absoluere posset. Notum ex Plutarcho. Auctor encomii Deinosthenis: τὸ δὲ τι δηποτε ἦν, ὑπέρον Βαστάνοις Θεραπείνης ἐφωράσαμεν, πάλαι Φάρμακον αὐτῷ τεταμεῦθαί, λύσει. Ψυχῆς απὸ σώματος ἐλευθερίαν κτείνειν. Porro illa, *id est*, sine controuersia sunt mendosa. Ms. Pal. et Erasmi ed. *idem*. Lego: *Idne ego tibi pater quod Demostheni Philippus?* Enīcōis noua patris ad defensionem filii: etiam hoc exemplo vti audes? *Egone tam metuendus tibi, ut venenum haberet?* atque illo pro tempore vim meam euasurus uterere? quomodo Deinostheni fuit Philippus. Quia semel tetigimus Dialogum Quintiliani, addēmus ex eodem duo loca, quae non infeliciter videmur restituisse. cap. II. *Ego autem sicut in causis agendis efficere aliquid et enī fortasse possum, ita recitatione tragoeдиarum ingredi famam auspicatus sum, tum quidem cum in Nerone improbam et studiorum quoque sacra profanantem vaticinii potentiam fregi.* Neino hoc ausus tangere commentantium: solus Barthius contra Pythagorae praeceptum institit τὸ πῦρ σκολεύειν. *Vaticinii* vocem noue positam obseruat. Ariolatur fractam a Materno potentiam Neronis, qui neminem parem sibi in poësi volebat: aut ad suarum tragoeдиarum loca aliquot alludere personam loquentem, quibus populus plauserit contra Neronem: eoque litera una adiecta scribendum: *vaticiniis potentiam fregi*, lib. 44. Aduers. cap. 25. At meo iudicio, hac quidem parte αφαιρέτες curandus iste locus: scripsit enim auctor, *Vatinii*: sed et *improbata*, quod nescio unde parauit Pichena; non *improbam*. Sutoris istius Beneuentani magnam potentiam

tentiam fuisse apud Neronem et improbatam reprehensamque ab omnibus bonis in illo Principe satis docet Tacitus lib. 15. (c. 34.) *Vatinius inter foedissima eius aulae ostenta fuit, sutrinae tabernae alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primo in contumelias assumptus, deinde optimi cuiusque criminatione usque eo valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malis praemineret.* Et lib. 1. Histor. cap. 37. *Septem a fine Neronis menses sunt, et iam plus rapuit Icelus, quam quod Polycleti et Vatinii et Helii parauerunt.* Sic nunc quidem vulgo editur: olim, *Vatini et Egii et alii: Flor. Vatinii et egiali perierant.* Et certe τὸ παραυερντ̄ et tepeτ et torpet. Nouimus Helium etiam ex Suetonio. Sed suspicor scripsisse auctorem: *quam Polycleti et Vatinii et Tigellini prodegerunt.* Abundare τὸ ποδειερντ̄ vidit et Acidalius. Cum scriptum esset ποδειερντ̄, (sic in Lucano membr. noravinius, *cultus iestare decoros*) facile ista nata sunt. De luxu pessimorum hominum nemo dubitat. Habemus igitur Vatinii potentiam et quidem improbatam in eo, penes quem erat potens. Supereft, vt inueniamus, quomodo et Musarum sacra profanantem Maternus fregerit. Non deest coniectura. Videtur Neronis, musico agone, de quo Suetonius, contra Vatinium coronatus. *Quum Vatinium, inquit, cuius vitia Neronianam quoque aulam onerarunt et grauius infamarunt, audentem etiam immundo suo contactū polluere Musas, et in gratiam Neronis non modo poētari, sed et tragediam committere, certans vici, et eo redegī, vt nihil illi profuerit sua potentia, quin iudices de illo inihi palmam darent.* Cap. 29. *sed expetuntur quos Rhetoras vocant. quorum professio quando primum in hanc urbem introducta fit statim decuriis. Referam necesse est animam ad eam disciplinam, qua uos esse eos oratores accepimus etc.* Sic libri veteres. Kod. Agricola, *statim docuero, coniecit.* Pithoeus edidit, *statim audietis.* Lipsius suspicabatur, *statim decursis his, ἀλεξανδρικῶς dicam videlicet aut proinam: ac quiescit*

quiescit tamen Rodolpho, ut et Pichena. Acidalius, statim dicam. prius referam necesse est eam disciplinam. Quantula res quantos viros ambiguos et anxios habuit. Scribe: statim dicturus, referam necesse est animum ad eam disciplinam.

## C A P V T V

*Lacretius diuersis locis emaculatus. Admoderate. Vita erre errorem praemetuenter. Sedes in curru Magnae matris. Vebere. Membra domus. Percipere. Odos vini plagae maturabilis inflare*

**L**ib. 2. de rerum natura versu 169.

*At quidam contra haec ignari materiali,  
Naturam non posse deum sine numine rentur  
Tantopere humanis rationibus ac moderatis  
Tempora mutare annorum frugesque creare.*

Sic editum de coniectura Lambini, cum antea esset: *ac moderate.* Ms. maximi patris et nobilissimi filii Vossiorum: *humanis rationibus atmoderate.* Nimirum scribendum est:

*Tantopere humanis rationibus admoderate.*

i. accommodate, attemperate voce Terentiana, opportune, sic ut rationes necessitatesque humanae exigunt. Vulgatae quidem ne sensus constat. Similiter elegantem particulam, *praemetuenter*, extubarunt editores lib. 4. versu 820.

*Illud in his rebus vitium vehementer inefso  
Effugere illorumque errorem praemeditemur,  
Lumina qui faciunt oculorum clara creata  
Prospicere ut possimus.*

Gifanius: ita ex v. l. scripsi, in quo erat *praemetitemur*. hinc in al. *praemetuenter*. nostra verissimā est scriptura. quam v. interpretantur, immo totus locus postulat. Non puto. Neque enim rō *illorum* aut qui faciunt in vlo codice reperire est. Lambinus: et istum *Effugere err. vitareque praemeditator.* Egregie vero habetur in Ms. Vossiano et Bertiniano Lambini, fatisque euidenter alii alludunt:

*Effugere, errorem vitareque praemetuenter,  
Lumina ne facias oculorum clara creata,  
Prospicere ut possimus.*

Disputat contra eos, qui aiunt membra vſus causa et cum vſu creata. Inesto, ait, effugere vehementer in his rebus illud vitium et vitare *praemetuenter* errorem, ne opineris lumina clara creata, vt videremus. *Praemetuenter* idem est quod prudenter, circumspecte. Notum est praeceptum morale, prudentem metuere magis quam sperare. Pro *inesto* quidem habebat et optimus codex, *inesse*. Sed haec exerratio librarii est, *Vehementer inesto*, i. e. Hoc tibi inculcatum, hoc infixum sit. Libro 2. vers. 605.

*Hanc veteres Graium docti cecinere poëtae  
Sedibus in curru biugor agitare leones.*

Lambinus reclamantibus, vt ipse ait, omnibus libris, substituit: *Sublimem in curru*, proque eo vehementer pugnat, et quomodo librarii *Sublimem in Sedibus* transformare potuerint, rationes comminiscitur. Gifanius tuerit scripturam veterem, qua designetur sella curuli vehi solitam. Palmerius: *Seditus aut Seduli*, aut denique, *Sedulem in curru*, coniectat. Sed videtur aliquid voluisse Lucretius, quod nescio an aliter facile exprimere potuerit. Id docet Varronis fragmentum apud Augustinum ex lib. 16. rerum diuinarum: *Eandem dicunt Matrem Magnam. quod tympanum habeat, significari esse orbem: quod turres in capite, oppida: quod sedes fingantur circa eam, cum*

*cum omnia moueantur, non moueri.* Ergo *Sedibus in curru*, intellige ex Varrone, circa eam factis vel fictis. Hinc ἐνθρόνον appellat Apollonius lib. i.

Αἰσονίδη, χρεώ σε τόδ' ιερὸν εἰσαγόντας  
Δινδύμες ἐκρύπτετος, ἐνθρόνον ἵλαξασθεν  
Μητέρα συμπάντων μεκάρεων.

Lib. 5. versu 546.

*At quaecumque foris veniant, impostaque nobis  
Pondera sunt, laedunt permulto saepe minora:  
Visque adeo magnum refert quid quae adiaceat res.*

Sic fecit Gifanius ex Lambini *quoi quae adiaceat res*: unde hic irascitur, tam parua mutatione suam sibi emendationem intercipi. Sed liber optinus et antehac vulgati: *quid quaeque queat res*. Scribendum: *quid quaeque vehat res*. Homini, inquit, sua membra non sunt oneri: at si quid externum imponatur, quamvis leuius ipsis membris, grauat: tantum interest, quid quaeque res portet. Nam *vehere* portare. Serieca Hippolyto: (Act. 5, 1247.) *Huc huc reliquias vehite cari corporis*: Troadibus: (Act. 3, 796.)

*At ille saevis, matre summota, leo  
Praedam minorem moribus vastis premens  
Frangit vehitque.*

Statius lib. 10. (Theb. v. 726.) *i. refoue dubium, turbaeque ferenti Dic, parcant, leuiterque vehant.* Xenophon I. Κύρος παιδ. Οἱ δὲ τῶν βασιλέων τέτων οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχόοι, καὶ καθαρίως ἀγχέοι, καὶ διδόσσι τοῖς τεισὶ δακτύλοις ὄχετες τὴν Φιδέλην. Lucretius rursum lib. 6. v. 805.

*Aut nisi membra prius pertexit frigida seruus,  
Aut sit odos vini plague manabilis mora.*

Haec quum prodigiosa sensu, prodigiosa metro, praeterea audacissima mutatione ita edidisset Gifanius, valde tamen defunctorie: ita (notat) ex v. l. scripsi rectissime, sententia perspicua. Sane, sed et palam inepta: carbonum illam vim cerebro infestam non esse, si seruus vestimenta iniecerit, aut vinum sit odoratus. In Care, mallem, quam in fese fuisset hoc expertus vir excellens. Lambinus:

*At quum membra hominis percepit feruida febris  
Tum fit odos vini, plagae maſtabilis inſtar.*

A versu vtique vitio sibi cauit et minus licenter a veteri scriptura recessit. Sensus tamen quam bonus? febri correptis odorem vini pro plaga esse? Quis hoc dixit? quid deinde ad rem facit? Sane Vossianus codex: *At cum membra domus percepit feruida feruis Tum fit o. v. p. maſtabilis inſtar.* Sic igitur scribe;

*At cum membra domus percepit feruida mustum,  
Tum fit odos vini plagae maſtabilis inſtar.*

Agit de halitibus et odoribus cerebrum affidentibus: et inter eos refert feruentis in apotheca plena musti vim: quam notum est ab homine sustineri non posse, sed velut apoplexia ictos concidere et pro mortuis exportari, qui nescii intrauerint, aut diutius ibi manserint. Tò *FER* per errorem librarii repetitum est in πεωτοτύπῳ codice. Ex *MVSTVM TVM FIT* restitit *VSTVM FIT*, litera *M* euanescente, et τὸ *TVM* absorpto ab ea particula, quae sequentein verbum orditur. *Membra domus* ex suis nonnullis MSS. et Florentino notat et Lambinus, ex Par. et Ven. *membra domans*. Significat non illam tantum apothecam aut cellam, in qua feruit aut situm est plenis vasibus feruens mustum, impleri et occupari grauissimo spiritu, sed et vicinas aedium partes, in quas penetra-re potest. Et est veteris elegantiae. Cicero ad Quintum fratrem (3, i.): *nec habere poterat adiuncta cubicula et eiusmodi*

*eiusmodi membra.* Plinius lib. 2. epist. 17. *dormitorium membrum.* Et quos adduxit G. Fornerius 1. Select. 23. Quod si me minisset derisor ille nuper valde direptus et pessimae causae patronus, non fassus esset gestire se scire, quid esset per aulae membra duci. *Percipere, vt l. 5. (v. 48.)*

*Est etiam quoque, uti non magno solis ab igni  
Aera percipiat calidis fervoribus ardor.*

*Mustum percipit membra domus feruida, hypallage, mustum ipsum, feruidum percipit membra domus: aut fer-  
vida, iam ferore illius infesta et grauia.*

---

## C A P V T . VI

*Ciceronis decem locis sup-  
petiae. Causa rebus iudicata.  
Rebus sentire. Ouidius defen-  
sus. Militiae. Spartiarum  
Mora. Corpus humanitatis.  
Homo pars ciuitatis uniuersi-  
generis humani. Crebrum fu-  
nale. Crebrum vimen. Rarum*

*vimen. Crebro introrsus spa-  
tio vacuata corymbos. Auctor  
Aetnae illustratus. Ut inter-  
dum pro quamvis et quomodo-  
cumque, aut vulgato Utut.  
Plautus, Terentius, Linius,  
Seneca, Symmachus defensi.*

**I**n fine lib. I. Tusculanarum Quaestionum (cap. 48.) legitur: *His et talibus auctoribus usi confirmant, causam rebus a Diis immortalibus iudicatam.* Vox *rebus* deest in edd. quae traduces sunt Lambinianae. Offensus eadem Guilelmus coniecit, *tot rebus.* Sed usus est perelegans vocis *hoc* et *numero* et *casu.* Sic apud Livium lib. 22. (c. 13.) *monitosque, ut etiam atque etiam promissa rebus adfirmarent.* Plancus ad Ciceronem: (lib. 10, II.) *et mo, si, quem esse voluisti, cum exitu rebus que cognoscis.* Seneca epist. 89. *Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere.* Sic Graeci τοῖς πράγμασι. Plutarchus in Sulla: σόμε δὲ τὴν ἀληθῆ τῆς αἰτοῦσας αἴτιαν

εἰχ ὁμολογῶν ὁ Σύλλας ἐλέγχεσθαι τοῖς πρόγυμασι.  
Ouidius lib. i. Amor. Eleg. 12. (v. 27.)

*Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi.*

Non est notae Opimianaे emendatio viri praestantissimi: *vos re, vos, duplices.* Nihil est aliud, quam ipso facto, opere. Lib. 2. Fastor. (734.) *Non opus est verbis: credite rebus ait.* Lib. 14. met. (385.)

*Laesaque quid faciat, quid amans, quid foemina, disces  
Rebus, ait.*

Tusculanarum quaestionum lib. 2. cap. 16. *Militiam vero nostram dico, non Spartiarum, quorum procedit ad modum, ad tibiām, nec adhibetur vlla fine anapæstis pedibus hortatio. Noſtri exercitus primum unde nomen habeant, vides.* Haec quam male cohaereant, vidit Lambinus, sed nimium sibi permittit in illis restituendis. Legit enim *militia*, et *procedit agmen et cohortatio*: et post hanc vocem interponit: *quam laboriosa est?* Michaël vero Brutus transpositione vtitur, et totum hoc, *Militiam vero, vſque ad hortatio, parenthesi inclusum collocat post illud, quantus agminis.* Dubium vter licentius. Nos primum vocabulum leuiter mutamus, et agnoscimus parenthesin, sed nulla traiectione: *Militias vero (noſtram dico, non Spartiarum, quorum procedit mora ad tibiām, nec adhibetur vlla fine anapæstis pedibus hortatio) noſtri exercitus primum unde nomen habeant, vides: deinde qui labor, quantus agminis etc.* *Militiae*, inquit, vt alias domi militiaeque. In expeditione. Facimus etiam: *quorum procedit mora ad tibiām.* Est enim Lacontum *Mora vel Moera*, vt Latinorum *Cohors*, vt Macedonum *phalanx*. Cornelius Nepos Iphicrate: (2,3.) *Hoc exercitu moram Lacedaemoniorum interfecit.* Lib. 3. de Officiis cap. 6. de tyrannis loquens: *Etenim ut membra quaedam amputantur, si et ipsa sanguine et tanquam spiritu carere cooperunt, et nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura*

*figura hominis feritas et immanitas belluae, a communi tanquam humanitate corporis segreganda est.* Haec secure transeunt, et tamen sensu nullo est illa *humanitas corporis*. Scribe: *a communi tanquam humanitatis corpore segreganda est.* Vniuersum enim genus humanum facit corpus unum, cuius morticina et pestifera membra sint tyraanni. In simili sententia peccatum lib. i. Academicorum cap. 5. *Hominem esse censebant, quasi partem quan-dam ciuitatis, et vniuersi generis humani.* Sic certe omnia exemplaria, quae mihi in promtu, quum palam sit Ciceronem scripsisse: *Hominem esse censebant quasi partem quandam ciuitatis vniuersi generis humani, eum-que esse coniunctum cum hominibus humana quadam societate.* Sed et pro *humana* vix est, ut non habuerit ipse *communi*. In libro de Senectute cap. 13. de Duilio: *De-lectabatur crebro funali et tibicine, quae sibi nullo exem-ple priuatus sumserat.* Guilelmius emendat, *credo*, vt Aldum edidisse aiunt. Lipsius, *cereo*, quod sibi adsciscit Ramirezius Pentec. cap. 16. Explicant Car. Langius, non vna face, sed pluribus deduci voluisse, et Dausque-ius: τὸ *crebro* valet *crebro* lato et relato. Errant omnes. *Crebrum funale*, quasi lucernam πολύμυχον, accipe ab Ouidio lib. 12. metam. (247.)

*et primus ab aede*

*Lampadibus densum rapuit funale coruscis.*

Nam *crebrum* idem quod *densum*: vt *crebra vestis* oppo-nitur *rallaes*. Quod quum non nesciret Scaliger, miror eum in Carmine de Aetna *crebrum* interpretari σηραγγῶ-δες et πολύσπον. *Crebrum vimen* proprie *densum* est, dense *textum*, vt effundi nihil possit, sed lente transiret succus. Hinc ille:

*Nunc spissus crebro praebetur vimine succus.*

Alii alio respicientes *rara* dixerunt. Ouidius lib. 4. Fast. (v. 770.)

*Dantque viam liquido vimina rara sero.*

Lib. 12. metamor. (v. 436.)

*veluti concretum vimine querno  
Lac solet, utue liquor rari sub pondere cribri  
Manat, et exprimitur per densa foramina spissus.*

Idem igitur *crebrum*, quia dense textum nec laxis foraminibus transmittit, et *rarum*, quia multis paruis perlucet. *Crebrum* et *densum* significat et frequens. *Crebro introrsus spatio vacuata corymbos* (nisi scribendum, *Corymbas*: nam Hesychius: Κορυμβάσι, περιόδημας, διὰ συσπάτων γύργαδος καὶ κεκρύφαλος καὶ δεσμοί) est frequenti vacuo patens, multis hiatibus perlucens. Spatiū illud non potest dici *σηραγχῶδες*, cum sit ipsum *σάρμα* in corpore *σηραγχῶδες*, corymbo videlicet. Et imponit sibi magnus ille vir, quem aduocat ex Plauto, *crebrum cribrum*, et *cribro crebrius*. Non enim ita Plautus. Fuerunt ei in mente verba ex Rudente: (I,2,14.)

*Villam integundam intelligo totam mihi:*

*Nam nunc perlucet ea, quam cribrum, crebrius.*

hoc est, pluribus locis, plures fenestras habet, quam cribrum foramina. Caeterum *crebrum funale* Ciceronis illustrant etiam illud Ouidii lib. 7. (v. 259.)

*Multifidasque faces in fossa sanguinis atri  
Tingit.*

Vtcumque hic aliud genus intelligere possis. Et Paullini 6. Natali Felicis:

*Multiforasque canis lychnos laquearibus aptent,  
Vt vibrent tremulas funalia pendula flamas.*

Sic enim scribendum, non *Multiforesque*. Lib. 1 de Legibus cap. 14. Itaque poenas luunt non tam iudiciis, quae quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt; vt

*ut sint tamen, per sepe falsa sunt: ut eos agitent insectanturque Furiae.* Sic veteres editiones, et inter alias Gryphiana. Ad quam adiecitae Io. Michaëlis Brutis Variae docent Turnebum reddidisse, *vbi sunt tamen*, (quod sequitur Gruterus) Lambinum, *et ut sint*. Deinde Aldus nepos fecit: *quam ut eos*: teste Grutero et falso nec in cui Aldi editione nec in scriptis vel aliorum vel suis eam particulam reperiri, et si retinuerit. Lambinus, referente eodem et Bruto: *quam conscientia, ut eos agitent: ne desit scilicet, quod ῥω tam respondeat.* Quod autem Turnebus egregie, *ut eos agitant insectanturque*, ambo insuper habuerunt. Sic enim scripsit Cicero: *Itaque poenas luunt, non tam iudiciis (quae quondam nusquam erant, hodie multifariam nulla sunt; ut sint tamen, per sepe falsa sunt) ut eos agitant insectanturque Furiae, non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae fraudisque cruciatu.* Posterius *Vt pro Quam possum, ut animaduertit Turnebus: prius pro Quamvis. Quae tamen, et si sint alicubi et cogantur, corrupta saepè constuprataque sunt.* Martialis:

*Verum ut dixerit omnibus pueris.*

Caesar lib. 3. (c. 17.) de bello Ciuali: *nihilominus tamen agi posse de compositione, ut haec remitterentur.* Cicero lib. 2. de nat. deorum: (c. 33.) *quorum utrumvis ut sit, sequitur natura mundum administrari.* Ad Atticum: (2, 338.) *nam quid de me dicam, cui, ut omnia continent, quae volo, leuari non possum.* Ad Lentulum: (ad Fam. 1, 9.) *In quo ut iam sit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor est in iis, qui reliquerunt.* Vulgarius *vt ut* hoc significatu: sed *vtrumque bonum, nec vbi alterum habent constanter meliores libri, alterum inculcandum.* Lib. 1. in Verrem cap. 2. *Accessit enim ad iniudicari iudiciorum leuandam, vituperationemque tollendam: ut cum haec res pro voluntate populi Romani esset iudicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas*

*auctoritas iudiciorum videretur: postremo, ut esset hoc iudicatum, ut finis aliquando iudicariae controuerfiae constitueretur.* Vehementer hic offendit Hotomannus, et cum eo Lambinus. Quos merito castigauit Muretus lib. 14. Variar. cap. 12. sed si vbi est, inquit, *Vt esset hoc iudicatum, pro Vt legas Vtut,* locus integer futurus est. Ab hoc inductus Gruterus: belle hic sibi locus constabit, si germinetur syllaba. Immo iam constat sibi, iam integer est, ut in omnibus scriptis habetur. Nam et *Vtut* quomodo cumque. Plautus in Poenulo a. 4. sc. 2. (v. 11.) qui habet, *quod det, ut homo est, Omnia genera recipiuntur.* Sic MSS. at ex I. Guilelmii coniectura ediderunt: *utut homo est.* Terentius in Phormione act. 5. sc. 4. (v. 1.)

*Laetus sum, ut meae res se se habent, fratri obtigisse,  
quod vult.*

Ita Rembinus codex, omnium qui exstant, antiquissimus et optimus, quo Gab. Faernus usus. nam hic quoque inculcarunt suum *vtut:* idque magis placere sibi ait ipse Faernus, et si versus lex repugnet. Guidetus, ut restituat versum, manu alterum *Se contra libros vett. delere,* quam carere illo adamato *Vtut.* Cicero lib. 16. fam. ep. 18, *Sed si me amas, (quod quidem aut facis, aut perbelle simulas, quod tamen in modum procedit) sed, ut est, indulge valetudini tuae.* Vbi Manutius: Malim, *utut est:* quoquo modo se res habet: nam *Vt est, Quomodo est, Quomodo se res habet,* affirmare videntur, et praesentem rei statum indicare. Non hoc perpetuum: et tamen a Grutero istud in exemplaria receptum. Liuius lib. 22. cap. 25. *Quum laeta ciuitate Dictator unus nihil nec famae nec literis crederet, ut si vera omnia essent, secunda se magis quam aduersa timere diceret.* Interposuerunt rò si, qui non assequebantur vim particulae *Vt pro Quamvis.* Seneca epist. 19. *Vt se res habet, ab Epicuro versura facienda est.* Vbi Gruterus iterum: *Geminauerim voculam:*

culam: *vtū se res habet*: sic certe loquimur: immo sic loqui debemus: manuscripti mei non variant. Immo quia nihil variant, et hoc quoque modo loquuti sunt veteres, mutare nihil debemus. Symmachus lib. i. Epist. 39.

*Vt est tamen ista conditio, super sedendum officio non putauit.* Vbi Iac. Leclius: Recte Mercerus, *Vtū est*: dein Scioppius et alii sic ediderunt. Minuta haec sunt. sed qui eiusmodi particularum vim et locum ignorat, nec curat, aut in illis veteres curari neuult, is bonam partem elegantiae Latinae parum perceperit, necesse est.

## CAPUT VII

Silius Italicus vicies mendis spectabile strato ponto. Mar- liberatus. Eidem non semel cellus ad hostilia ab Syracusa- lūx addita. Ora vatum Phoe- nis ipsis compulsus. Constructa scioppus et alii sic ediderunt. Minuta haec sunt. sed qui eiusmodi particularum vim et locum ignorat, nec curat, aut in illis veteres curari neuult, is bonam partem elegantiae Latinae parum perceperit, necesse est.

*Agryna manus. Inania. Pluto manus adire diem et illicitas terras. Flectere equos. Engyon lapidosi arui. Gaulos insula,* spectabile strato ponto. Mar- liberatus. Eidem non semel cellus ad hostilia ab Syracusa- lūx addita. Ora vatum Phoe- nis ipsis compulsus. Constructa scioppus et alii sic ediderunt. Minuta haec sunt. sed qui eiusmodi particularum vim et locum ignorat, nec curat, aut in illis veteres curari neuult, is bonam partem elegantiae Latinae parum perceperit, necesse est.

**Q**uartus decimus Silii Italicus liber hunc missum in- struet. Versu 28.

*Hic et Paenios arcano sulfure fontes.*  
*Hic, Phoebo dignum et Musis venerabile, vatum*  
*Ora excellentum, sacras qui carmine filias,*  
*Quique Syracofia resonant Helicona Camoena.*

Casp. Barthius lib. 3. Aduers. cap. 9. quaedam huius libri a Modio ex Col. Ms. restituta merito approbat, quaedam primus restituit: *vt accedere ceras*, etiam ab Salmatio, sed haud dubie serius, imputatum, et *Mille rapit turmant*, et *frontem imperterritus*, et *vage Chrysa* etiam Cluverio inde-

indepresum, et signa fouebat, et nocuere labores, felicissima et non leuis momenti. Considerat ibidem propositum locum, attentior sane, quam quibus opus fuit Silium puriorem dare: sed coniecturae non usquequa respondent. Oxoniensis: *Nec Phoebo digna.* unde conficit:

*Haec Phoebo digna et Musis (venerabile) vatum  
Ora excellentum.*

Vt ora sit locus aut regio. Sed et animaduertit non cohaerere hunc versum praecedenti, qui aut deesse aliquid aut turbata pleraque aut corrupta arguunt. Tentat rursum:

*Hic et Paeonius arcano sulfure fons est,  
Haec Phoebo digna et Musis foecundaque vatum  
Ora excellentum.*

Tò digna etiam seruauit Romana anni 1474 et Mediolanensis anni 1480 Petrum Iustinum Philelphum curatorem referens, editiones. Sed absit, vt vatibus excellentibus os eripiainus, eosque, vt Musae Thamyrin, mutatos damnemus in annos. Scribe:

*Hic et Paeonios arcano sulfure fontes,  
Haec Phoebo digna et Musis venerabere vatum  
Ora excellentum.*

Hoc est, cum admiratione et veneratione agnosces, mirabere. Versu 93.

*Iamque breui nullum, delicta tuentibus armis,  
Fas notum ignotumque nefas. Vilissima regi  
Cura pudor.*

Dausqueio regni placet; Hieronymus regni pudicitiam insuper habebat, inquit. Fulcra vero regni pudicitia. Aut interpungit: *vilissima regni Cura. Pudor!* Nimirum haud intellexit quid esset Silio pudor. Quod vocabulum significat nihil aliud interdum quam verecundiam peccandi.

peccandi, quiduis turpiter aut inciuiliter agendi fugam, cui ἔνεκος κοινὸς πάρεργος Δίκη Φόβος φόρος καὶ δέος εἰδος. Vide magnificum Pacis et Belli temperatorem lib. 3. c. 10. Versu 140. in hortatione Marcelli:

*Haec laus sola datur, si viso vincitis hoste.*

Barthius, *si visu vincitis hostem: ego, si visi vincitis hostem.* Versu 173.

*Nec renuant si forte sibi, et si mitia malle  
Credant esse metum) laxis aufertur omissa  
Obſidio clauſtris.*

Acutum aliquid et hactenus non intellectum subesse censet Barthius: in Oxoniensi, *seruatur omissa* repertum: illa vero, *sibi credant*, de Syracusanis ipsis capienda, qui metu omnia perdiderint, ut pluribus modo dixerit Silius: *si exemplo suo credant: eoque distinguendum: forte, sibi et si.* Hoc quidem vanum est: sed τὸ seruatur fanciunt quoque ambae vetustae editiones: et potest defendi, si τὸ *Nec resoluas in Et non.* Et non omissa, siue diligens, laxis et remotioribus ab urbe clauſtris, obſidio seruatur a Marcello, si forte repellant ſeſe, et, quod ſolet fieri, credant diſſidentia virium pacem offerri a Romanis. Nihil de Syracusanorum metu et exemplo Silius, etſi alios Siculos ſatis ignauos pinxerit. *Omissus*, vt apud Terentium in Heaut. a. 5. sc. 2. (v. 9.) *Vbi te vidi esse animo omisso.* Et Adelph. a. 5. sc. 3. (v. 44.) *At enim metuas, ne ab re fint tamen Omissiores paulo.* Sie omissor in scribendo. *Seruatur obſidio, vt seruare vigilias.* Seneca de tranquill. anim. cap. 3. *Vigiliasque seruat, et armamentario praefeft.* Versu 200.

*Tum quae noctareis vocat ad certamen Hymeton  
Audax Hybla fauis, palmis quoque onusta Selinus.*

Nec genus hoc loquendi ferri potest et daimnant libri veteres. Oxon. et utraque editio: *palmaque arbusta.* Co-  
gitabam

gitabam olim: *palmaeque arbusta*: quosuis ut Φοινίκων intelligeret. Lucanus lib. 3. (216.) et *arbusto palmarum dines Idume*. Sed videtur latere vocabulum loci, quem perinde, ut Hymetton fauis Hybla, palmarum fertilitate Selinus prouocare videatur. Siue fuerit, *palmis Phoenica Selinus*: siue, *palma Hierichunta Selinus*. Vide Plinius lib. 13. cap. 4. Versu 208.

*Agathyrna manus, geminoque Lacone  
Tyndaris attollens sese adfuit. Altor equorum  
Mille rapit turmam atque hinnitibus aëra flammat  
Pulueream volvens Acragas ad moenia nubem.*

Hic mihi, inquit Dausqueius, aqua haeret, quum hoc loco memorentur ciuitates Romanis fauentes, nec multo post *Agathyrna* faueat hosti, versu 260. *Mille Agathyrna dedit*. Recte: sed et alia ratio pellit hinc *Agathyrnam*. Hoc enim oppidi vocabulum est: homines Αγαθυρνοί, vel *Agathyrnenses*: quemadmodum igitur, *manus Agathyrna?* Nihil proprius quam ut scribamus: *Agyrina manus*. Dicebatur et Αγύριναι et Αγύριοι ab illo Αγυρινός, ab hoc *Agyrinus*. Vide Cluuerium. Quae autem sunt *moenia*, ad quae voluit puluera nubes equitum ab Agrigento Romanis accendentium? Scribe: *ad inania*. id est, ad altum aërem. Statius lib. 6. Thebaidos (v. 710.) de disco, quem mittit Hippomedon: *fugit horrendo per inania saltu, Iamque procul meminit dextrae*. Idem lib. 10. (v. 527.) et *arsuras coeli per inania glandes*. Nec aliter Silius infra vers. 245 misere vulgo habitus, sed ita restituendus:

*Hac Stygius postquam stimulanite Cupidine rector  
Ausus adire diem, moefioque Acheronte relitto  
Illicitas, egit currum per inania, terras;  
Cum rapta praeceps Ennaea virgine flexit,  
Attonitos coeli visu lucemque pauentes,  
In Styga rursus equos, et praedam condidit umbris.*

Editur,

Editur, *Stygius quondam*, et *Tum rapta*, et *Virgine cessit*: quo pacto rotundissima et plenissima periodus in tres male hiantes discerpitur. Quin et otiosum est rō *Tum*: *lucemque cauentes*, quod praeterea editur, futile atque ineptum. *Flexit et pauentes e' Col.* dedit Modius: et confirmat Oxon. vtrunque, alterum et, quas nominavi, prīscæ editiones: quibus quod repugnat interpres, et docet pueros docenda atque ignorantiam iuris crepat, ipse et puer et bene scribendi ignorans est. Hac, inquit, postquam Pluto (ausus adire diem et illicitas terras, relicto moesto Acherunte) per *inanias*, id est, per superum aëra, currum egit; cum rapta Proserpina descendens retro equos vertit. Quoties autem hoc vel unus Virgilius? Lib. 1. Aen. (v. 159.) *coeloque inuestitus aperto Flebit equos.* Lib. 6. (v. 804.) *pampineis victor iuga fletit habenis.* Lib. 10. (v. 575.) *sed frater habenis Flebit equos.* Lib. 12. (v. 471.) *manibusque undantes fletit habenas.* Versu 250. *lapidofisque Engyon artus*, et si parum intellico, tamen nihilo magis *arcus Dausqueianum*. Quis enim ille fornix nativus, tam eximius, ut eam vrbs habeat causam celebritatis? Scriptor Oxoniensis, *arcu.* Ergo, *lapidofisque Engyon arui.* Varro lib. de R. R. (1, 9, 2.) *Terra, quae est mixta, in qua seri quid potest et nasci,* vt *argillosa aut lapidosa.* Ouidius lib. 8. met. (v. 799.) *Famem lapidoso vidit in agro.* Versu 275.

*et strato Caulum spectabile ponto  
Cum sonat Halcyones cantu nidosque natantes  
Imnotata gestat sopitis flutibus vnda.*

Dausqueius facit *Caulon spectabile*. Quid ita? quia Virgilio (Aen. 3, 553.) *Caulonis arces* et Ouidio *Cauloniaque Naritiamque* (Met. 15, 705.) et *Caulonia Scylaci, Marciiano, Polybio, Solino, Liuio.* At isti omnes de Caulone vel *Caulonia Italica* in *Magna Graecia* loquuntur: quam Silius commemorat, insula est, in qua halcyones nidulanter, haud dubie *Gaulos*. Sic enim ab omnibus

vocatur, non *Gaulum*. Sed quomodo *Gaulos spectabile?* Hic valeat, quod applicuit alteri Dausqueius: ut sit, quale post paulo: *postquam immedicabile visum Seditio*. nam quod addit ex lib. 6, non est huius generis. Satis fero: *et strato, Gaulos, spectabile ponto*. Etsi potuisse dicere: *et strato Gaulos spectabilis alto*. Versu 296.

*Testatus diuos Siculorum amnesque lacusque  
Et fontes, Arethusa, tuos, ad bella vocari  
Inuitum, quae sponte diu non sumserit: hostem  
Induers arma fibi.*

Dubium facit Dausqueius, an verum Marcellus dicat: neque enim ita diu factum, cum tergeminis Nolae portis emissio milite Annibalem profligarit: a se stare Plutarchini: et plura in hanc sententiam. At non hoc cum Poenis bellum est, ad quod se cogi obtestatur Marcellus, sed cum Syracusarum ciuitate, cui diu pepercera, abstinendo hostilibus, e longinquu obsidione seruanda, legatos mittendo. Sic Petronius: (c. 122.)

*Testor ad has acies inuitum arcessere Martem,  
Inuitas me ferre manus.*

Aequo vigil interpres ad versum 352.

*Non illum mundi numerasse capacis arenas  
Vana fides: puppes etiam constructaque saxa  
Foeminea traxisse ferunt contra ardua dextra.*

*Constructa saxa*, non domum, inquit, actam ingenio Archimedis, sed struein congeriemque saxonum; quo onerosior esset nauis, quia Plutarchus, ἐμβαλὼν αὐθεώπες τὴ πολλὰς καὶ τὸ συνήθη φόρτον. At ut fortassis in faburra ista fuerint saxe, non tamen id significant *saxa constructa*, sed aliud genus ingentium molium, quas paruo momento de loco in locum, et quidem arduum, transstulit, cuiusvis infirmissimi hominis, et vel foeminae, manus Archimedes. Sic Suetonio in Vespasiano (c. 18.) com-

cominemoratur mechanicus grandes columnas exigua impenia perduturum se in Capitolium pollicitus. Virgilius lib. 9. (v. 710.)

*Qualis in Euboico Baiarum littore quondam  
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante  
Construētam iaciunt ponto.*

Vellem hic quoque vir doctissimus tacuissest imbelliam Archimedis, vt et versu 50. *telum pro ira positum: non possunt enim sine risu legi.* Versu 374.

*Nec mora, terrificis streueae stridoribus aeris  
Per vacuum late cantu resonante profundum  
Incubuere tubat.*

Transeunt: non potest tamen dixisse Silius *tubar incubuisse:* sed et mox sequitur: *Incumbunt proni.* Scribe: *Increpauerunt tubae.* Mutuatus est a Virgilio (in 9, 503.)

*At tuba terribilem sonitum procul aere canoro  
Increpuit.*

Versu 404.

*et residentis puppe magistri  
Affixit plectro dextram, nec deinde regenda  
Puppe manus valuit flectenti immortua clavo.*

Scribo, *flectendo.* Nisi forte pro hoc illud positum concoquere possis, vt Laeuius *curis intolerantibus* dixit pro intolerandis, vt est apud Gellium lib. 19. cap. 7. Versu 410. scribe ex Oxoniensi:

*Laetaque complebat Stabiarum littore plebes.*

Non *Laetaque*, vt vulgo. Ibi delectu habitu conscriptam significat. Versu 445.

*Vrgebant nihilo leuius iam in limine mortis,  
Quos fuga praecipites partem glomerarat in unam  
Puppis adhuc vatuam tedaie.*

Sic scribo et distinguo: non *Vrgebat*. Instabant ceptis  
et telis nihilo leuius vrgebant Romanos, quanquam in vi-  
cinia mortis positi. Versu 476.

*Ille ubi septena modulatus arundine carmen  
Mulcebat filias, non unquam tempore eodem  
Siren adsuertos effudit in aequore cantus,  
Scyllae tacuere canes, stetit atra Charybdis  
Et laetus scopulis audiuit iubila Cyclops.*

Scribo, sedauit iubila Cyclops. id est, continuit et com-  
pressit intentus audiendo pastori. Versu 590.

*Fumabat crassus nebulis caliginis aëris.*

Scribo, *crassae*: vt supra, *nebula caliginis atræ*. Ver-  
su 620.

*vt grauis ergo  
Primum letiferos repressit Sirius æstus,  
Et posuere auidæ mortis contagia pestes,  
Ceu fidente Noto cum se maria alta reponunt, etc.*

Editiones priscae: *Et timuere*. Sane τὸ ποσυερε displi-  
cere potest etiam propter τὸ ρεποντ in sequente versu.  
Forte: *Et minuere*. Versu 661.

*Hic Agathocleis sedes ornata tropaeis.  
Hic mitis Hieronis opes. hic sancta vetustas  
Artificum manibus. non usquam clarior ullo  
Gloria picturae seculo. non aera vacabant.  
Quae scirent Ephyren. fulvo certaret ut auro.  
Vestis, spirantes referens subtemine vultus.*

Recte mitis Hiero, Βασιλεὺς πραῦς αἰσοῖς, & Φθονῶν  
ἀγωγοῖς, ζέιον τε θαυμασὸς ἀνήρ, vt canit Pindarus.  
Noslet supra versu 80.

*His longo mitis placide dominator in aeno  
Praefuerat terris Hieron.*

Ita

Ita enim Ms. et priscae editiones: non *placido*. Hic tamen censeo scribendum: *mites Hieronis opes*. id est, monumenta pacis splendorem significantia. Pacis enim ornamenta vrbi addidit Hiero, vt in paucis pugnis egregius, ita mirificus in tranquillis rebus conseruandis et otio ciuibus praestando. Polybius: Ο δὲ Βασιλεὺς Ἱέρων αἰδεὼς ἐβασιλεύει τῶν Συρακουσίων τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον, Φιλοξεφανῶν καὶ Φιλοδοξῶν ἐς τὰς Ελλήνας. Moschion apud Athenaeum: Ο Συρακουσίων Βασιλεὺς, ο πάντα Ρωμαίων φίλος, ἐπιχείρησε μὲν καὶ περὶ ιερῶν καὶ περὶ γυμνασίων κατασκευαῖς. Mox Barthius, *vetusfis*: quod artificum manibus et opere consecrari velut censeantur picturae, toreumata et alia. Sed durum est τὸ *santia* coniungi cum gloria. Deinde *manus artificum* non sunt labor in materia, sed ipsa exempla, siue res effectae. Petronius (c. 83.): *Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis iniuria vietas.* Statius in Tiburtino (v. 47.): *Vidi artes veterumque manus.* Lib. 8. Thebaid. (v. 304.) *et semi-na mundi Cuncta Prometheaque manus.* Pollux lib. 2. cap. 4. καὶ Πολυκλέιτες χεῖρ, τὸ σώγαλμα καὶ Απελλῆς χεῖρ, η γραφή Iustinus Martyr Apol. 2. Τῷ δὲ καὶ μὴ δεῦ χειρῶν αὐθεώπων προσκυνεῖν, Μενάνδρῳ τῷ Κομικῷ καὶ τοῖς ταῦταις Φήσαις ταῦτα Φράζομεν. Athenagoras: ή δὲ ἐν Σάμῳ Ήρα καὶ ἐν Δεργεῖ Σμίλιδος χεῖρες. Theophilus ad Autolyc. ταῖς χεῖρας Φερδίς Ergo *hic sancta vetustas Artificum manibus*, est, hic opera artificum nondum vetustatis iniuria vieta, venerabili et inuolata vetustate. Caeterum et nimium videtur τὸ *ullo*: neque enim Romanū suām ignorabat Silius. Sufficit *illo*. Quod sequitur, pro desperato est. Barthius quidem haud inepte: *Quis scires*: non deerant, quibus visis Corinthium opus agnosceres: deinde, *fuluo certauerit auro Vestis*. Sed nec certare vestes cum auro facile imbiberim, nec exsuerim in tanta vicinia aeris Corinthii et auri nominati necessario duorum horum certamen intellegi. Statius:

*Aeraque ab Isthmiacis auro potiora fauillis.*

Oxon. et vett. ed. iuuabant. Praefero alterum. Sed quomodo *vacare* dicitur, quod abest? nam *vacare aliquo* plerumque dicitur illa res, cui abest. Nempe *vacare* interdum est otiosum esse, non in opere esse, non adhiberi. Quando igitur negat *aera vacasse*, accipimus, nec ea omissa fuisse, non arti neglecta et inelaborata, inculta, *vacantia*, fuisse. Itaque tentabamus:

*non aera vacabant,*

*Queis scires Ephyren fuluo certasse vel auro.*

*Vestis spirantes referens subtemine vultus.*

*Quae radio caelat Babylon, etc.*

Etsi enim plures calamitate Corinthi mirabilem illam aeris extitisse temperaturam, non defuerunt tamen, qui aliter, et quidem salua vrbe atque arce, tradiderint. *Certasse vel auro, ut lib. 12. custos vrbi Gracchus, tutela vel ipsis Certior, arcebatur, muris.* Versu 679.

*Tu quoque ductoris lacrimas, memorande, tulisti,  
Defensor patriae, meditantem in puluere formas,  
Nec turbatum animi tanta feriente ruina,  
Ignarus miles vulgi tum sorte peremit.*

Scripsisse auctorem censeo: *vulgi quem sorte.*



**CAPVT**

## C A P V T VIII

*De Antonii sententia reprobata Cicerone opinione, Quintilianus, Hadriani Cardinalis, Erafni, Iul. Scaligeri, Camerarii, Turnebi, Rami, Muretti, Barrienti, Strebæci, Gianfani, Sc. Gentilis, Schotti, Scioppii, Salmasii, nostra denique. Facere contumeliam et Afficere contumelia, Latine*

*verumque ex eodem sensu dicitur. Dignus. Indignus. Terentius leuiter tentatus. Eam aduci non oportere contumeliam, quae sit ab eo, cui faciendi ius est. In solatio esse. Iustino et Phaedro vetus lectio defensa. Non esse timorem, quem denuntiat inimicus. De Antonii styllo et ingenio.*

**M.** Antonii Triumuiri sententiam quandam refert et reprehendit Cicero Philippica tertia. (c. 9.) Ea quid significet, curue illam Cicero reprehenderit; alterum iam seculum agitur, ex quo in quaestione fuit. *Sententiolas, inquit, editi cuiusdam memoriae mandauit, quas videtur ille peracutas putare: ego autem, qui intelligeret, quid dicere vellet, adhuc neminem inueni.* **NVLLA CONTUMELIA EST, QVAM FACIT DIGNVS.** Primum quid est **DIGNVS?** nam etiam malo digni multi, sicut ipse. *An quam facit is, qui in dignitate est? quae autem potest esse maior? quid est porro, facere contumeliam? quis sic loquitur?* Deinde: **NEC TIMOR QVAM DENUNTIAT INIMICVS.** Quid ergo? ab amico timor denuntiari solet? Horum similia deinceps. *Nonne satius est mutum esse, quam, quod nemo intelligit, dicere?* Quia, locus est longe nobilissimus, refereamus primum bona fide et ipsorum verbis, quotquot habere potuimus, doctorum virorum opiniones: dein videbimus num quid illi nobis reliquum fecerint, quod ad eum intelligendum pertineat. Vexillum errandi omnibus sustulit Quintilianus lib. 9. Institut. cap. 3. *Et contumeliam fecit, quod a Cicerone reprehendi notum est: affici enim contumelia dicimus.* Proxima sententia est Hadriani tit.

S. Chrysogoni Cardinalis de sermonie Latino: „Vt vi-  
 „deant omnes modum loquendi ab illis optimis eius aetatis  
 „auctoribus diligentissime fuisse seruatum, et si quid esset  
 „ab aliquo viro docto inuersum, statim esse explosum;  
 „legant Ciceroneim, qui reprehendit Antonium, qui *con-*  
 „*tumeliam facere* dixerit. *Quis sic loquitur*, ait: non  
 „*quis sic est locutus*. nam veteres ante Ciceroneim, *facere*  
 „*contumeliam*, aliquando dixerunt. (Plautum adducit  
 „et Terentium) Videtur ergo Cicero aetatem suam emen-  
 „date loquentem notare, antiquiores alios carpere, et  
 „quasi posteris praescribere, vt politiorem et absterasam a  
 „veteri quasi rubigine mundiorem suae aetatis modum  
 „imitentur. „ Tertia est Erasmi, Bulephoron, cui par-  
 tes tribuit liberiuscule agendi aduersus Tullium, sic loqui  
 facientis in Ciceroniano: „Vt soloecon in Antonio repre-  
 „hendit, quod scripsisset, *facere contumeliam*, quemad-  
 „modum dicimus Latine *facere iniuriam*: quum apud  
 „Terentium, optimum, ni fallor, elegantiae Romanae  
 „auctorem ita loquatur Thais.,, Quarta Iulii Scaligeri  
 Erasimum oppugnantis: „Quamobrem tot tantaque edo-  
 „ctus id quoque a me doceri debes, Ciceroneim non id  
 „reiecisse, tanquam nemo unquam sic locutus fuerit, sed  
 „quod tunc ita nemo loqueretur. Non enim dicit: *quis*  
 „*sic unquam locutus est?* sed, *quis sic loquitur?* Idem  
 „porro vitium est et inaudita et obsoleta loqui. At ita  
 „euennit, vt quod tacita aetatis illius auctoritate desitum  
 „erat, tu pari arrogantia instaurare coneris. Non enim  
 „quaecunque veteres impolitius dixissent, statim ab ea  
 „elegantissima aetate recepta sunt. Et cum idei Cato,  
 „idem Plautus multis dicendi formis usi essent, id castio-  
 „res linguae haudquaquam sibi licere voluerunt.,, Quinta Ioach. Camerarii in lib. 1. Tuscul. Quaest. „Sequitur  
 „notata illius velut temeraria reprehensio loquendi figu-  
 „rae, *contumeliam facere*, qua sit usus Terentius. Sed  
 „de Ciceronis notatione hoc equidem timide dico, pro-  
 „pterea quod doctissimos ita viros accepisse scio, et prin-  
 „cipem

„cipeim horum M. Fabium: sed dicetur tamen. Utinam  
 „esset maior in veterum scriptis attentio, et in nostris  
 „cura! nunquam enim certe laudabilis negligentia in re-  
 „bus magnis et optimis artibus iudicanda. Cui vero non  
 „manifestum fit, non quidem oculis tantum, sed etiam  
 „animo intuenti illum locum, quam meritam quamque  
 „incongruam locutionem Antonii sua reprehensione Ci-  
 „cero exagitauerit! Nempe enim sic ille: *An ulla contu-  
 „melia est, quam facit dignus?* Hoc quidem voluit di-  
 „cere, qua afficitur dignus: ut esset contumeliam facere,  
 „sicut *dannum, flagitium, ruinam, iacturam:* sensitque  
 „non putandam contumeliam, qua afficeretur, qui haec  
 „dignus esset. Quemadmodum et ille apud Comicum  
 „maledicere se negat, qui, quibus alter dignus esset, ea  
 „diceret. Quis autem, obsecro, sic locutus est? aut nunc  
 „audeat loqui? Nihil, ut opinor, clarissimus est, quam haec  
 „esse, ut dico, insipientibus cum diligentia illum lo-  
 „cum..” Sexta sit Adr. Turnebi, lib. 17. Aduers. cap. 19.  
 „At vero, quod in edicto Antonii, reprehendit Cicero et  
 „irridet, sine controversia est dictum obscure. se enim  
 „nescire ait Cicero, quis sit *dignus*. Sed reprehensio est  
 „non sine calunnia et veri dissimulatione. Puto enim  
 „intellexisse Antonium, quam facit is, qui dignus ipse  
 „contumelia est: at *dignum* sic absolute interdum, ut  
 „malo aut contumelia dignum intelligerent, dicebant.  
 „Et cum ante nomen *contumeliae* positum esset ab Anto-  
 „nio, postea tacitum reuocatu et subauditu perfacile fuit.  
 „Illud Sallustianum in bello Catilinario eiusdem generis  
 „est: (51, 27.) *Sed ubi imperium ad ignaros aut minus*  
 „*bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis et ido-*  
 „*neis ad indignos et minus idoneos transfertur.* Hic  
 „dignos suppicio et malo historicus intellexit. Itaque  
 „quod integro sermone dixit Terentius (Eun. 5, 2, 27.):  
 „*Nam si ego digna hac contumelia sum maxime, At tu*  
 „*indignus qui faceres tamen:* id curtato et deminuto dixit  
 „Antonius: quam facit dignus. Sed et Plautus eodem

„locutus modo videtur esse: *indignis si maledicitur, maledictum id esse dico: verum si dignis, bene dictum est.*  
 „Sed et Terentius (Phorm. 5, 7, 79.) facere contumeliam  
 „dixit, quod in Antonio exagitauit, ut non Latinum, Ci-  
 „cero et irrisit. Sic quae in oratione interdum reprehendunt iniimici doctissimi, quia improbe et maligne fa-  
 „ciunt, nec tam iudicio et ratione quam animi commo-  
 „tione et impetu, pro veris culpis et erratis ducenda non  
 „sunt: neque si quid iniimico et iniquo non placet, pro-  
 „tenus illud pro damnato ab omnibus habendum. Vide-  
 „tur tamen merito Antonio obiicere orationis obscurita-  
 „tem. nam illud *DIGNVS* omnino obscurum est, et  
 „supplemento, ut docui, indiget. Verior est Ciceronis  
 „reprehensio in sequenti sententia: *Nec timor, quem de-*  
 „*nuntiat iniamicus.* Est enim et affectate et prope inepte  
 „dicta prima statim specie, nisi quod in hanc videtur senten-  
 „tiam dixisse: *Quae minitatur aduersarius, non me ter-*  
 „*rent. verba enim sunt sine re minacia.* Solent enim  
 „iniimici multa minari perperam, et mendaciter denun-  
 „tiare terrorem falsum. Ita excusari haec quoque senten-  
 „tia possit, et prope commendabilis reddi: tantum vicio  
 „obscuritatis laborat., Septima Pet. Rami est, Scholar.  
 Rhetor. lib. 17. „*Facere contumeliam* a Cicerone repre-  
 „hendi notum est; (ait) *affici* enim *contumelia* dicebant.  
 „Verum Quintilianus, Plautus et Terentius *facere contu-*  
 „*meliā* ante Ciceronem dixerunt. Quare Latine dice-  
 „batur, et in reprehendendo Antonio cupiditas Cicero-  
 „nem paullo longius prouexit. Atque etiam in excusan-  
 „do Cicerone Quintilianus fortasse labitur. Ciceronis  
 „enim oratio frequentissima est, *contumeliam alicui impo-*  
 „*nere et intorquere, in aliquem iacere, aliquem contume-*  
 „*lia vexare.* Planti et Liui oratio est, *contume-*  
 „*liam dicere.* At illud Quintiliani, *afficere contumelia,*  
 „*si quis obseruauerit, adnotato.* Ergo Quintilianus in elo-  
 „cutionis et phrasis genere rursum labitur., Sic ille. Sed  
 vicissim dixerim: *Te quoque, P. Rame, saepe longius*  
 pro-

prouehit nimia veteribus, et quidein veterum praefantissimis, obtrectandi libido. Nam *afficere contumelia* non Quintilianus solum dixit, sed ante illum P. Lentulus in epistola ad Senatum, quae est lib. 12. Ciceronis 15. qui et antea pari contumelia viros clarissimos affecerant. Octava M. Antonii Mureti, lib. 6. Var. Lect. cap. 18. „In „Q. Metelli Numidici oratione de triumpho suo apud „Gellium, nescio an illud annotare debeam, *facere contumeliam*, quod loquendi genus Cicero in Antonio reprehenderat, legi: sed et apud Plautum et apud Terentium „crebra illius exempla sunt. Neque tamen iniuria notauerat „Antonium Cicero: quod vulgo creditur, nam Antonius ita „dixerat, *facere contumeliam*, ut *facere damnum* aut *facere iacturam* dicimus. quo modo nunquam quisquam, opinor, „praeter eum locutus reperietur.,, Nona Iusti Lipsii lib. 1. Var. Lect. cap. 10. „*Facere notam* ita dixit Propertius, „ut *facere iniuriam*, *facere contumeliam*, quod in Antonio frustra reprehendit Cicero.,, Decima Barthol. Barrienti in *Silua* annotat. cap. 11. Apposito Ciceronis et Quintiliani loco: „Quam locutionem, inquit, non refungi: quod enim auctoribus locupletissimis probatur, „non potest refelli, et a nemine contradici.,, Producit inde Plautum, Terentium, Quintilianum in declamationibus. Undecima Lodouici Strebæi de verborum electione et collocatione oratoria lib. 1. cap. 23. „Cicero „pauca reprehendit in M. Antonio, et ea quidem magis „accusatorie quam vere: quae si posteriorum, quos ante „nominaui, (Liuium, Sallustium, Virgilium, Horatium, „Ouidium, Celsum, Persium, Quintilianum, Iuuenalem, „Martialem nominauerat) scripta legisset, non reprehendisset.,, Duodecima Oberti Gifanii, qui praefatus ex orat. Scaligeri, Ciceronem non id reiecit, tanquam nemo unquam sic locutus fuerit, sed quod tunc ita nemo loqueretur; „certe quidem ait optimae Latinitatis auctores ita loquutos, Plautum, Terentium, Catonem, Metellum, Senecam. Vocabulo autem *Dignus* vt plen-

„rumque ipse Cicero adiungat nomen (veluti *dignus laude, consulatu, luce*) ita alios sine adiuncto vti solere pro idoneo vel bono, vt *indigno* pro improbo: quod tamen „Cicero, vt et alii, reprehendat in Antonii edicto. Sed, „inquit, hoc ex odio in oratione illa Ciceronis, quam „quam negari non possit, quin cum adiuncto sit *vicitatus*. „Subiicit auctoritates ex ipso Cicerone, sine adiuncto re-  
 ate quandoque poni. Tertia decima Scip. Gentilis in Apologiam Appuleii: „*Facere contumeliam* non satis La- „tine dici adfirmat Cicero, eaque in re M. Antonium „exagitauit sed iniuste, vt alia plurima: vel, vt ego „existimo, lege quadam potius accusatoria, quam ex ani- „mi sententia. „ Quarta decima Andreæ Schotti in Cicerone a calumniis vindicato, seu lib. 5. Tullianarum Quae-  
 stionum cap. 7. „M. Fabius ita M. Antonii locum ac- „cepit, caeterique sunt infecuti, at melior eorum senten- „tia est, merito id exagittatum a Cicerone videri, quod „diceret: *Quam facit dignus*, pro qua afficitur *dignus*: „vt esset *contumeliam facere*, sicut *damnum, iacturam, flagitium, ruinam*, pro perpeti: sensitque Antonius „non putandam contumeliam, qua afficeretur, qui ea „dignus esset. *Quemadmodum* et ille apud Comicum „malèdicere se negat, qui ea diceret, quibus alter dignus „esset. „ Quinta decima Gasp. Scioppii in Hypoboly-  
 maeo: „*Facere contumeliam* in Antonio reprehendit Ci- „cero. Erasmus ait, vt non Latinum. Iulius Scaliger, „vt inpolitum et obsoletum. Atqui dixerat Antonius: „*Nulla* etc. id est, Ea non debet haberi contumelia, quam „patitur vir in dignitate ac magistratu constitutus: neque „terreri vir fortis debet minis aduersarii vel inimici. Ita- „que Cicero hoc ita ridet, etc. Reprehenditur ergo; „quod *facere contumeliam* pro pati dixerit, sicut *facere damnum, detrimentum, iacturam*. „ Idem in com-  
 mentario de Rheticarum exercitationum generibus: „In „Philippicis quoque Antonium notat Cicero, quod præ „nouandi studio ea subinde diceret, quae a nemine intel- „ligeren-

„Ligerentur: qualia sunt *Piissimus*, et *Dignus* pro eo, qui  
 „est in dignitate seu munere publico, et contumeliam fa-  
 „cere pro pati., Agmen cogit Claudius Salmasius ad Tre-  
 bellii Pollionis Triginta tyrannos: „*Vitam indignis ne-*  
 „*gare*, ita dictum, ut *beneficium indignis negare*, *dignis*  
 „*dare*. intelligendum enim *beneficio et vita*. Sic loquitur  
 „Plautus in Curculione: *Indignis* etc. Et in Truculento:  
 „*Dignis dant*. Simile est illud in vetere ac vulgari dicto:  
 „*Digna digni: sic Sarmentus habeat crassas compedes*. Sic  
 „alicubi Ouidius *indignum se mala multa perpeßsum esse*, di-  
 „cit, id est, immerentem et indignum illis malis, quae  
 „perpeſſus est. Eadem plane loquutio illa, qua vſus Anto-  
 „nius in edicto quodam, quaeque ab Cicerone reprehensa  
 „est: *an villa contumelia, quam facit dignus*. id est quam  
 „facit is, qui dignus illa contumelia est. Sensus enim hic  
 „erat Antonii, contumeliam, qua dignus afficitur, et quae  
 „digno fit, non esse contumeliam. Eadem loquutione et  
 „sententia Plautus plane dixit maledictum non esse, cum  
 „digno maledicitur. Sed illud Antonii extra communem  
 „loquendi vſum, quod *contumeliam facere* dixit pro con-  
 „tumelia affici: cui simile tamen est *damnum facere*, *ia-*  
 „*cturam facere* pro danno et iactura affici. Haec vul-  
 „go non intelligebant homines in illis literis primarii., „  
 Volunt igitur quidam, iniuria castigatum ab Cicerone An-  
 tonium, quidam recte, quidam partim iure, partim per  
 calumniam. Et mediorum alii, ne sic quidem adinifſum  
 ab eo *facere contumeliam*, vt accepere seniores recentio-  
 resque; alii sic quidem, sed non *avtrī rē pati contumeliam*. *Dignum* accipiunt plerique omnes, pro eo, qui  
 dignus est contumelia; nonnemo pro eo, qui est in digni-  
 tate. Alteram sententiam interpretantur, non timendas  
 esse iniamicorum minas. Nos non conuellemus illorum  
 opiniones, si cui eas sequi libitum, sed nostram prode-  
 mus, primo sensus Antonii eruendo, deinde ostendendo,  
 quid in verbis ita conceptis Cicero reprehendat. *Dignum*  
 igitur meo iudicio dixit Antonius, qui iure potest et debet.

Exem-

Exemplum est in eo, qui potestatem habet in aliquem, aut in eo, qui lacesitus respondet; vel graues iniurias persequitur. Herus quum Dauum vel Getam vocat *furciferum* aut *mastigiam*, nullam ei contumeliam infert. Sic ille rhetor: *Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium.* Quasi in duobus posterius nominatis generibus  $\nu\beta\epsilon\varsigma$  non sit. Qui conuicium conuicio diluit, in eum actio iniuriarum non datur. Vespasianus pronuntiauit, non oportere maledici senatoribus, remaledici ciuale fasque esse. *Dignus* igitur hoc casu talis, qui iure et merito facit, qui excusatus facit, qui sine culpa facit, qui debet seu iure, seu irritatus, seu ob mores suos notos, seu quacumque de causa: quem decet licetque facere, quod si ab alio vel in aliud fieret, merito pro contumelia haberetur. Sic apud Senecam de ira, lib. 3. cap. 18. *Dignus erat Marius, qui illa pateretur, Sulla qui iuberet, Catilina qui faceret: sed indigna respublica, quae in corpus suum et hostium et vindicum gladios reciperet.* Debebat hoc Sulla facere ob crudellem animum, Catilina ob caetera scelera: decebat hoc eos opus. Valerius Maximus lib. 9. cap. 2: *Carthaginenses Atilium Regulum palpebris reseditis, machinae, in qua undique praecutiti stimuli eminebant, inclusum, vigilancia pariter et continuo tractu doloris necauerunt.* Tormenti genus haud dignum passo, auctoribus dignissimum. Frequentius *indignus* hac significatione, et praeiuit Terentius in Eunicho: *si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.* Si ego hoc merebar pati, attamen tu non debebas facere: non conueniebat personae tuae. Idem in Hecyra, a. 3. sc. 5. v. 27.

*Sed quando sese esse indignam deputat, matri meae Cui concedat, cuiusque mores toleret sua modestia, Neque alio pactio componi potest inter eas gratia, Segreganda aut mater a me est, Phidippe, aut Philumena. Vbi scribendum videtur: Quae concedat, (quod et Guedeto placuisse video) aut Cur concedat. Quando non videtur*

videtur ei faciendum, ut matri meae concedat: quando non putat sibi esse causam, cur matrem meam anteponat, curque eius mores sua modestia toleret. Cicero lib. 4. Tuscul. (c. 20.) *ad opem ferendam et calamitates hominum indignorum sublevandas.* Sallustius in Iugurth. (31, 18.) *non manu, neque vi, quod magis vos fecisse quam illos pati indignum est, verum quaestionibus.* Sic igitur ait Antonius: Ea non est contumelia, quam facit dignus, qui sic faceret: a quo nihil aliud erat exspectandum: qui debuit facere. Liuius de Ciceronis morte apud M. Senecam: *quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nihil crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunae compos ipse fecisset.* Dignus erat Antonius, qui Ciceronem occideret, vt pote capitallis hostis: itaque ex hac sententia Liuii (cui tamen saepe me indignatum fateor) non fuit saeuitia haec quam fecit dignus. Idem Liuius lib. 31. (c. 30.) *Neque se id queri, quod hostilia ab hoste passi forent: esse enim quaedam belli iura, quae ut facere, ita pati sit fas: sata exuri, dirui testa, praedas hominum pecorumque agi, misera magis, quam indigna patienti esse.* Iustinus lib. 14. (c. 4.) in oratione Eumenis: *Cernitis, milites, habitum et ornamenta ducis vestri, quae mihi non hostium quisquam imposuit: nam hoc etiam in solatio foret.* Cur? quia, phrasi Antonii, fecissent digni. Sic autem MSS. Vulgo abest praepositio: *hoc etiam solatio foret.* Sic Phaedrus (lib. 1.) fab. 9. *Lepus semianimis mortis in solatio.* Quod etiam vexant coniecturis, cum sit integerrimum. Viso, quod in solatio vel pro solatio esset: accepto hoc leuamento doloris, quod videbat insultantem modo sibi, eadem clade perire, dixit quod sequitur. [Aeschylus in Prometheus]

*πασχειν δὲ κακῶς*

*Ἐχθρὸν ὑπ' ἔχθρος, σὸν αἰτήσ.*

Apud Plutarchum post praelium ad Aegospotamos captus Philocles Lysandrum ἐκέλευσε μὴ κατηγορεῖν, ὃν σὸν εἰς δικασίης, ἀλλὰ νικῶντα πράττειν, ἀπερ ἀν νικηθεῖς

*Θεῖς ἔπασχεν]* Asdrubalis vxor ad Africanum minorem apud Appianum: Σοὶ μὲν ἡ νέμεσις, ὁ Παρθεῖς ἐπὶ γὰρ πολεμίων ἐργάτευσας. Hoc est, quod facis, facis dignus, ut hostis hostibus. Seneca l. 3. de ira, c. 24. *Amicus est? fecit, quod noluit. Inimicus est? fecit, quod debuit.* Cum Antonio dixisset: *fecit dignus.* Huic optime quadrat, quod sequitur: *neque timor, quem denuntiat inimicus.* Quia nempe iam ante nihil nisi timendum ab eo expectaui, siquidem sapui. Quicquid igitur denuntiet, non mihi nouum timorem iniicit, sed me cautiorem reddit. Etenim *ira, quae tegitur, nocet.* *Professa perdunt odia vindictae locum,* vt est apud Senecam. Caeterum Cicero nihil aliud reprehendit in his verbis quam insolentiam. Atque eam iure reprehendi quod certius argumentum est, quam quod in illis explicandis tot tantique viri dubio successu elaborarunt? Nisi enī haec esset noua et inusitata figura dicendi, quamobrem de illa intelligenda in hunc usque diem certaretur? Ipse quidem Tullius non céperit illam, an noluerit capere, certum non habeo dicere: sed videtur potius non cepisse. Nam quod rogat quid sit *facere contumeliam*, non exaudio, quasi id dici Latine nolit, sed quod, hic loci quid sit illud, primo aspectu sit obscurissimum. Porro notum est Horatii, (A.P. 25.) *dum breuis esse labore, Obscurus si, praesertim, si et ingenii species accedat.* Atque haec in genera vitiorum incidere etiam linguae peritisimos disertissimosque nemo ignorat. Non erat tam illiberaliter educatus Antonius, ut facile barbarissimum aut soloecisimum committeret. *Magnum virum et nobilis ingenii* appellat Seneca epist. 83. Exstat epistola eius ad Hirtium et Octauium, exstat ad ipsum Tullium, quibus paria exstant plura monumenta magnō emtiū velle. Caeterum id vitium, quod nos in Antonio ponimus, non evitasse illum Suetonius quoque testatur Oct. c. 81. *M. quidem Antonium, ut insanum, increpat, quasi ea scribentem, quae mirantur potius homines, quam intelligent.*

CAPVT

## C A P V T I X

*Terentio ter facula accensa.* Plauto scripta lectio adserita.  
*Eidem reddit a alibi vetus scri-* In Silio Italico versus infinitius  
*ptura. Calamitus.* Ouidius obelo confixus. Idem Silius  
*illustratus.* Fortasse, scilicet, emendatus. Nomadum tyran-  
*videlicet, ne de pol cum infiniti-* nus. Petronius tentatus. Ita  
*vo. Cicero bis defensus et Se-* fugias, ne praeter casam. Expe-  
*neca. Scilicet.* Illud scilicet. dit malos vel malis esse.

**N**otissimum est illud Terentii in Eunuchi a. 1. sc. 1.  
 (v. 35.)

*Sed ecca ipsa egreditur, nostri fundi calamitas:*  
*Nam quod nos capere oportet, haec intercipit.*

In quo vir haud vulgaris P. Nannius Donati interpretationem reprehendit, et nouam commentus est, quae falsa eruditio specie iamdudum multis blanditur. Rure sermonem hunc petitum non obscurum est. Ibi *calamitas* nata, yitjua in calamis siue culmis quassatis et infractis: quod quam plurimum caufetur grando, et sic colonum pauperet, tamen ipsa quam pestis queuis, priuum in frugibus, deinde et in aliis fortunis, hoc nomine signata est. Cato de re rust. cap. 142. *tu morbos visos inuisaque, vi-* duertatem, vastitudinemque, calamitates intemperiasque prohibeſſ. Cicero lib. 5. Tusculan. (c. 86.) *Vt quaestuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, non si altera semper omni damno, altera omni tempestatis calamitate vacet, sed si multo maiore ex parte effet in utraque felicitas.* Lib. 3. in Verrein: (c. 98.) *Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet.* Altera Agraria: (c. 29.) *Agri Campani vettigal, neque bellis infestum, nec fructibus varium, nec caelo ac loco calamitosum esse solet.* Seruius ad 1. Georg. (v. 150.) *Rubigo genus est uitii, quo culmi pereunt: quod rusticans calamitas dicitur.* Hinc *calamitosa tempestas* Ciceroni et in Legibus. Non negat tamen Nannius hanc *calamitatem* proprie vocari; sed censet huic notioni non congruere, quod sequitur: *grando enim, inquit, non*

*intercipit*, sed contundit ac demolitur: est autem *intercipere*, quum, quod alteri destinatum est, antequam ad eum perueniat, ab altero arripitur. Sed, o bone, hoc cauillari est: nam dum contundit, ac demolitur, *intercipit*: hoc est, cortumpit, absunit, auertit, et ad colonum peruenire non patitur. Quemadmodum capit, qui percipit ac fruitur: ita *intercipit*, qui intercedit siue vtendo siue abutendo, ne iustus dominus capiat. Nam *intercipere* est auertere, interuertere. Ouidius: (Met. 9, 122.) *nec res intercipe nostras.* Qui ab hoc ipso Terentio mutuatus videtur, aut certe ostendere, in interuerso quacumque clade prouentu frugum, sic vulgo loqui solitos, lib. 8. (292.) de apro Calydonio:

*Et modo crescentes segetes proculat in herba;  
Nunc matura metit fleturi vota coloni,  
Et Cererem in spicis intercipit.*

Aliquando, inquit, vastat frumenta in herbis: aliquando depascitur iam graues et messi propinquas aristas, eo molestiore damno, quo proprius spem percipiendi agricola venerat. Tunc matura sunt vota coloni, quum Ceres in spicis. Rursus lib. 15. (113.) in concione Pythagorae:

*Longius inde nefas abiit, et prima putatur  
Hostia sus meruisse mori, quia semina pando  
Eruerat rostro spemque interceperat anni.*

Vanum est igitur argumentum, quo Donatum oppugnat Nannius. Ipse autem quid adferit? Apud Theocritum Idyllo 10. (18.) puella rustica vocatur καλαμαῖα, incertum, utrum ob corporis filum, an propter mores: sunt autem locustae inimicae frugibus: ergo Terentius calamitatis nomine intelligit locustam. Sane et locustae immani turba inuidentes sunt calamitas: non tamen ex etymo vocabuli: sed ut complectitur omnem in cultis cladem: inter quas haec infrequentior: ut rarius credibile sit eas potissimum intelligi. In Hecyra 2. 3. sc. 1. (v. 32.)

*Itidem*

*Ridem mulieres sunt ferme, ut pueri, leui sententia.*

*Fortasse unum aliquod verbū inter eas iram hanc conciuērit.*

Ad quae sic Georgius Fabricius: „Haec lectio nihil obscuri  
„habet, nec a vetustis discrepat. Interpretes tamen duo  
„legunt non conciuērit, sed conciūsse. Alterius verba  
„sunt: *Veteres infinitiuo modo adiungebant Fortasse.*

„Sic Plautus: *Fortasse te amari suspicauere.* Sed jet  
„hoc exemplum in Plautinis Conoediis non legi-  
„tur, et sententiae, quo minus perficiatur, aliquid deerit,  
„si illorum lectionem amplectare. Lectoris tamen ia-  
„diciūm esse volo, non meum.” Sic optimus Fabricius.

Ego vero prorsus ita scripsisse Terentium autumo, ut anti-  
qui interpretes legere, modo literam expungas, et facias  
*conciūsse*: nec quicquam sententiae deerit. Verba Donati  
sunt corrupta: *Sic Plautus: Fortasse te amare suspicauere.*

*Legendū, suspicari.* Et intelligendum, fortasse te  
amare suspicatur, vel, fortassis tu amare suspicaris. Hac-  
tenus fāna et egregia Donati est obseruatio. Dudum mo-  
nuerunt vīti docti, et inter primos, Ianus Mellerus Pal-  
merius, his tribus, *Fortasse, Scilicet, Videlicet*, apud  
veteres solita fuisse addi verba infinitiuia. Si, quod con-  
seruauit Donatus, ipso in Plauto exemplum intercidit, non  
periit, quod est in Mercatore a. 4. sc. 4. (v. 43.) *Fortasse*  
*te istum mirari coquum,* Quod venit, atque haec attulit.

Poenulo a. 5. sc. 2. (v. 44.) *Fortasse medicos nos esse arbi-*  
*trarier.* Truculento a. 3. sc. 2. (v. 12.) *Paraſitum te for-*  
*tasse dicere.* Adiungunt Aedepol et Certe: illud auctore  
Plauto, hoc Petronio. Prius fero: nam quae caeteris  
hanc facultatem dat ratio, ut huius modi et inclinationis  
verbū admittant, in illo par est; in altero minime. *Sci-*  
*licet, Videlicet*, dicuntur ex *Scire licet*, quibus integris  
Lucetius Liuiusque vtuntur, et *Videre licet*. Possent vi-  
deri proprius arcessi ab imperatiuis, *sci, licet, vide, licet.*

Et hoc sensu apud Ciceronem lib. 9. Famil. epist. 6. *Est*  
*igitur aduentus, scilicet, Caesaris in exspectatione: ne-*  
*que tu id ignoras.* Sic omnes integri MSS. Editores pri-

mum oiniserunt particulam. Postea Victorius: „*Nos ar-  
 bitrati sumus hanc vocem, Caesaris, vacare: manife-  
 stius autem supervacaneam esse docent vetustiores codi-  
 ces, in quibus est scilicet *Caesaris*, ut plane perspiciat  
 fuisse olim expositionem declaracionemque verbi illius  
 aduentus... Persuasit omnibus. Nimirum accepérunt  
 particulam, ut nunc vulgo visitatur explicandi gratia. At  
 inens Ciceronis erat: Hoc igitur scito, vel hoc scias licet,  
 aduentus *Caesaris* in exspectatione est. Atque ideo lepidius  
 additur: *neque tu id ignoras*. Confirmat, quod pree-  
 dit: *si quid esset, quod putarem te scire oportere*. Sic  
 eodem libro epist. 21. *Priuatas causas, et eas tenues,*  
*agimus subtilius; capit is aut famae, scilicet, ornatus*.  
 Seneca lib. 6. nat. quaest. cap. 18. *Vbi illum extrinsecus*  
*superueniens causa sollicitat, compellitque et in arcum*  
*agit, scilicet, adhuc cedit tantum, et vagatur*. Hic  
 Opsopaeus delet particulam, tanquam scholasticae annota-  
 tionis, me haudquaque subscribente. Sed et pluribus,  
 non yni semper, dicuntur, et simillimum *Ilicet* pro ire  
 licet sumi euidens est ex illo Plauti in Captiuis: (3, 1, 9.)  
*Ilicet parafitae arti in maximam malam cruxem*. Hanc  
 tamen rationem huius loquendi generis esse, negat sibi  
 probari Palmerius, et obiectat *ta Fortasse*. Verum, ut  
 dicebam, huic quoque vocabulo tacita vis inest finiti verbi:  
 nam *fortasse* est corruptum ex *fortassis*: hoc autem ex  
 forte an sit. Haec tres voces quum saepe sic iungerentur,  
 in unum coaluerunt mutatis nonnullis literis *euφωνίας*  
*χρέων*: ut *nudiustertius*, pro, nunc dies est tertius. Ap-  
 paret ex proximis: *forfit*, pro *fors fit*, et *forfitan*, pro  
*fors fit an*. Ergo quod infinitiuus istis particulis addi-  
 tur, ex inclusa potestate finiti fieri verbi est putandum.  
 Nec verbum tantum, sed et casum verbi admittere eas  
 scilicet. Cicero ad Q. Fratrem lib. 2. epist. 8. *Vale mi-  
 optime et optatissime frater, et aduola. Idem te nostri  
 rogant pueri. Illud scilicet: coenabis, cum veneris*. Sic  
 eniū distinguendum. Quid autem *illud?* ait vir doctus.  
 „Non*

„Non adfunt nobis scripti libri, ad quos confugere possimus: adeſt vero audacia coniectandi. Suspicio, *In ludo scilicet*, hoc eſt, apud eos in communi conclavi.,, Atque hinc exſtruit obſeruationem iſigneim, ſolitos ambos patres fratresque in ludo pueroruim interdum coenitare, ut eis lubentioribus ad literas diſcendas exinde vterentur, ſuauitate paternae conuerſationis motis. Haec fucata et inatia. Sententia Ciceronis haec eſt: veni: hoc rogamus ego et Cicerones. vbi veneris, aduentoria tibi dabitur. *Illud scilicet*, valet, illud ſcias vel cognoscas licet, vel, illud ſci, licet. Plautus Aſinaria a. 3. ſc. 3. (v. 9.) *Videlicet Solonem, Leges ut conſcribat, quibus ſe populus teat.* Ita enim Mſs. et vana eſt religio Gruteri, retinentis editum, *Solon eſt.* Neque obſtat dictis τὸ Fortaffean: nam qui ſic loqui coeperrunt, diſſimulata vi, quam vocula *Fortaffe* habet ab origine ſua, ex ſono ei vſu tanquam ſimplex aduerbiuim, non tanquam ex tribus partibus (nominis, aduerbio, verbo) conſtantem formulam, eam conſiderant: quaſi tantum eſſet forte, et ita finixerunt fortaffean, ut *forfean* vel *forsan*. Eodem modo tractarunt *scilicet ac videlicet*, qui infinitiuos eis adiungere defierunt. Vidiſt et huius aliquid Palmerius, ſed, quid de illo dicent, ait, in Aſinaria a. 3. ſc. 2. (v. 34.)

*Aedepol ſenem Demaenetur lepidum fuiffe nobis.*

Conceduntque illi prope modum ſuimmi viri, cauſam ex origine vocis haud adferri poſſe. Poteſt tamen, ut mihi videtur: nam *Aedepol* quid eſt aliud quam, Aedem Pollucis teſtor, ſiue iuro? per aedem Pollucis iuro? Neque ſecus in aliis iurandi formulis verbum intelligitur; *Aecaſtor, Mehercules, Mediusfidius, Ex animi mei ſententia.* Ab illo igitur verbo infinitiuus apud Plautum pendet. Quod ſi non eſſet, dicerem orationem eſſe admirantis. Ut in Adelphis: (1, 1, 13.)

*Vah, quemquamne hominem in animo iſtituere aut*

*Parare fibi, quod fit carius quam ipſe eſt fibi?*

Et sic alibi: notauimusque supra similia in Iustino. Videor et deprehendisse in Silio Italico lib. II. versu 31.

"Capuaene furorem  
Quem Senonum genti placuisse et Dardana ab ortu  
Moenia barbarico nondum sociata tyranno?  
Quisquam mutato tantum nunc tempore credat."

„Vbi et alia difficultas. Vox *nondum*, scribit vir doctus, „aliquid monstri alere nobis suspecta est. Et forte melius „*demum* scribas. Fuit, cum audacior iuuenta reponere „*velleim, dominum fortita tyranno:* quae lectio esset satis „*concinna*, nisi plusculum a literis recederet.,, Sic ille. Certe monstrum alit, sed leuiter expiandum: *barbarico Nomadum sociata tyranno*. Hoc est, Hannibali. Sed vltimum verbum, qui languor et sopor est ipse, atque enervem reddit iratam admirationem, si persuadere possim *ὑποθοληματικόν* esse, cancellauerim libens. At de τῷ Certo non aduentior viris doctis. Obducunt Petronium: (c. 2.) *Et ne Poëtas ad testimonium eitem, certe neque Platona neque Demosthenem ad hoc genus exercitationis accessisse.* Ita dictitant in primis editionibus et pluribus MSS. legi: Sed haec verba aut defecta aut corrupta sunt. Quare, nisi sedeat admittere coniecturam Turnebi, adiicientis *video* ex scriptura Memmiorum codicis, et ideo, malim omnino: *scito neque Platona.* Nam hoc Petronianum: (c. 110.) *scito a me in nauem tuam esse perductum: scito iam capitis persiste partem: quo scumque homines in hac urbe videritis, sciote in duas partes esse diuisos.* Ut et, *Scires.* Erit forsitan, qui in Terentio legem carminis a nobis exiget. Huic satisfaciemus scribendo, ut dictum, *concisso*; in primis vero verbis, *Fortasse unum aliquod*, vocales non liquefaciendo, sed seruando integras more Graecorum. Ita plenum habebis octonarium *ὑπέρμετρον*: syllaba quippe ultima ad sequentem versum pertinet, qui incipit, *Abi Parmeno.* Celeberrimum apud eundem Terentium proverbiū est: *Ita fugias, ne praeter casam:* cuius neque originem neque

que sensum satis explorasse adhuc docti viri videntur.  
Verba sunt in Phormione a. 5. sc. 2. (v. 3.)

*Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse,  
Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos.  
Ita fugias, ne praeter casam, quod aiunt.*

Donatus ita interpretatur: *Ne praeter casam tuam quae  
sit tibi tutissimum receptaculum. Aut, ubi custodiri magis  
et prehendi fur et multari verberibus potest. Aut verbum  
erat ipius custodis furem exagitantis et interea prohiben-  
tis, ne ante casam transeat, ne in praetereundo etiam inde  
aliquid auferat.* Queritur senex, se dum auari infaniam  
fugeret, in stulti reprehensionem incidisse. Def. Erasmus  
leuiter conquestus de tam incerta et varia diuinatione, pri-  
mam ait sibi magis arridere: quosdam enim calore fu-  
giendi etiam ea praetecurrere, ubi commode poterant  
quiescere. Palmerius legit, *praeter casam*: neque de fu-  
ribus locum accipiendum, sed de seruis fugitiuis: quos  
prouerbio hoc monitos, ne ita fugerent, ut casam relin-  
querent, neu sine viatico abirent. Salmasius ad Solinum,  
*ne praeter casam*, id est, ne longe a casa. Guidetus agno-  
scens locum implicitum et obscurum et a nemine explana-  
tum, sic accipit: quod in rebus inedium est tenendum,  
neque ab eo discedendum: excessus enim a medio remo-  
tos non esse tutos: quemadmodum cum fugiinus, longius  
a domicilio evagari non expedire, ut communis illuc sit  
receptus. At mihi videtur ex secunda interpretatione  
Donati et parte sententiae Palmerii verum constare. Pro-  
verbium est rusticum, inter ergastula natum: quod duo  
vocabula indicant, *Fugere*, et *Casa*: hanc enim ruri, illud  
seruorum fugitiuorum intelligimus. Qui fugiebant, vt  
id caute ac tutius facerent, ex remotis plerunque et ul-  
timis agri partibus prinsulum se in pedes coniiciebant, ubi  
a nemine obseruarentur. At casam seu villam praeterire  
velle, qui fugam pararet, erat hominis de corio et capite  
suo ludentis. Quid enim poterat exspectare, nisi vt aut

domini aut villici aut alicuius obuersantium familiarium veniret in manus, et manifesta in noxa teneretur? Proprie igitur hoc consilium fugitio datur, si fugam medietetur, ita eam instituat, vt casa domini non sit praetereunda, ne vitans seruitutem, aerumnam, compedes, incidat in supplicium, stigmata, crurifragium. Et pertinet ad omnes, qui monendi sunt, ne leuius incommodum et onus grauati, in tristiora et duriora praecipitent. Itaque senex Comicus, vt Phryx, sero sapiens, increpat rem ab se se aetam, qui metu calumniae et falsarum litium illum, a quo iniuria affectus erat, pecunia donarat. Qui praeter casam fugit, videtur se prodere ac velle capi: qui iniuria accepta forum vitat numinos numerando, et praesentem iacturam facit, et alteram iniuriam invitat. Ita nuptias et lites et Phormionem fugere debebamus, ne nos vltro maiori malo multaremus. Nec tolero explicationem Guideti; *Nostrapte culpa facimus, ut malos expeditat esse*, id est, vt facilitatis et largitatis nostrae nos poeniteat, et expeditat esse *malos*, hoc est, difficiles, tenaces, parcos. Immo, vt expeditat malis, *esse eos malos*; vt improbitas illis lucro sit atque utilitati. Nam qui iniuriam accepit, et ob eam demendam vltro aliquid largitur, dum de iure suo decedit, neque id acerbe exsequitur, eoque se bonum praeferat et benignum, facit, vt illi, qui erga eum malus fuit, conducat malo fuisse. Quod si quis preferat, *malis expeditat esse*, quod in Ms. a manu prima se reperisse testatur CL. Boeclerus, et sua opera et venustis Guideti commentariis editis praclare de Latino Menandro meritus, haud multum contra contenderim.



## C A P V T X

*Tacitus sparsum luce perfunsus et defensus. Precanda modestia. Ciceroni reddit a vetus scriptura. Pompeius, quam vellet, iniquus, iustus, poterat esse impune. Nosse inter se milles et fiduciam habere debet,*

*qui ad res magnas sit usui. Seiani praesidia ad imperium affectandum per milites. Credere. Credit a fama. Metus in aliquem. Fides in victores viatosque.*

**V**erba Taciti sunt in 4. Annal. vbi ponit indignantem Drusum ob potentiam Seiani, cap. 7. *precandam post haec modestiam, ut contentus esset.* Quae ita accipiunt docti viri, quasi Modestia inter Deas censeretur. Eo sensu nihil mihi videtur frigidius. Poëtarum est, fingere numina, quae non sunt; non historicorum. *Precanda modestia* est, quae iuberi non potest, sed rogari debet. Post haec atque talia eo ait euectum Seianum, uti non imperari ei amplius modestia possit, sed rogare necesse habeat eum, qui velit continere et efficere ut contentus fit, intraque illum modum consistat. Ita de Pompeio Cicero lib. 2. de fin. c. 13. *Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe faciat, verum etiam praepotentem: ut M. Crassus fuit, qui tamen solebat uti suo bono: ut hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda; esse enim, quam vellet, iniquus, iustus, poterat impunis.* Sic Gruterus, sic nos in bonae fidei membranis legimus. Nec mirandum, quod dicit etiam posse iustum esse impune. nam incident tempora, quibus impune non licet esse iustis. Numquid Aristidi licuit? Praeterea *iniquus, iustus,* non tantum possunt accipi de summa improbitate et iustitia, sed etiam de malevolentia et benevolentia in certas personas. Ut Cicero in lib. 1. epist. 4. *Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem.* Pompeius et Seianus haec tenus pares: precanda eorum modestia erat, ut contenti essent: et recte facientibus gratia erat habenda. Vel potius, *precandam post haec a diis, quos veros putabant, illi modestiam.* rogandos deos, ut hanc

illi darent. abiit enim id e potestate nostra. Tale est apud M. Senecam: *Vt salua prouincia sit, optemus meretrici bonam mentem.* Tale Medeae apud Ouidium lib. 7. (v.37.) *quamquam non ista precanda, sed facienda mihi.* Hic addit, quod Tacitus vult intelligi: precandam, quia manu facere nemo queat. Cicero lib. I. Famili. epist. 8. *Communitata est tota ratio senatus, iudiciorum, rexitotius publicas: otium nobis exoptandum est.* Significat nimurum, se et alios, qui debebant, id praestare non posse. Plato lib. 6. de Legibus: διὸ τῷ τῇ κλήρῳ Ἰωαννί αὐτάγκη προσχεῖσσαθαι, δυσκολίας τῶν πολλῶν ἔνεσται, Θεοὶ καὶ αὐτοὶ θῆν τυχὴν καὶ τότε ἐν ἐυχαῖς ἐπικαλεμένες, αἴπορθεν αὐτὸς τὸν κλῆρον πρὸς τὸ δικαιότατον. *Precari autem tam dicimus rem ad diis alicui, quam deos aliquid aut pro aliquo.* Lib. 4. (c.39.) *Neque fulgorem honorum unquam precatum.* Lib. 12. (c.65.) *amplecti Britannicum, robur actatis quam matutinum precari.* Seianus autem non iam tantum Caesaris gratia; sed etiam sua vi potens: intendebat enim praefecture vim antea modicam, dispersas per urbem cohortes una in castra conducendo: *ut simul imperia acciperent, numeroque et robore et visu inter se fiducia ipsis, metus in caeteros crederetur.* Qui locus infamior eruditorum coniecturis ac naufragiis aut coeli ruinis sunt Acroceraunia. Quod si nos quoque, tutius hercle offendemus, qui nihil mutari patimur. Illi cresceret, crearetur, dederetur vel dederetur, cedetur, metus et terror ederetur supponunt. Alii hanc singunt sententiam: quasi Seianus cohortes una in castra conducendo Tiberium ipsum ac populum Ro. decipere cogitauerit, ea specie, ut illam militum coniunctionem ad ipsorum fiduciam et caeterorum metum crederent. Mihi quid videatur, exponam paullo largius ac mos noster est. Ad ea, quae militum manu ac ministerio patranda, omnino necessarium est, ut ipsi inter se aiment, fidique sint, ac de alterius studiis et animo optimam quisque fiduciam imbiberit. Is deinceps fortiter facere pro omnibus non detrectat, qui singu-

singulos de se bene sentire, proque se pericula subire patatos esse existimat. Affectus autem ille et communis veluti sensus unusque totius corporis animus coalescit maxime videndo, noscendo inuicem, robur et audaciam cuiusque experiundo. Vnde illud, quod Hirtius de Caesariano milite Alexandriae praedicat: suum quisque contubernalem, amicum, notum prosequens fuit obtestatus, ne suam atque omnium falleret opinionem, quorum iudicio delectus ad pugnam proficeretur. Appianus lib. 4. ἐμφυλίον τε ἐπήχθη μέγας, καὶ οἱ σρατηγοὶ μετὰ τῶν αὐτὸς τῆς Βελῆς μόνων ἐσ αὐτὸς εἰναέραντες· οὐ δὲ σρατὸς αὐτῶν ὅτε ἴδιος καὶ συμμαχοὶ κατώ περισάντες, ἥδοντα ἐνθύς ἐπὶ τῇ ὄψει τῷ πλήθεις αἰλῆλων ἐκάτεροι, Ἰχυροτάτη σφίσι Φανέστη· καὶ θάρσος ἦν αἱμφοτέροις αὐτίκα καὶ ἐλπὶς ἰχυρὰ τοσῶν σρατηγῶν. Egregia in hoc maiorum nostrorum prudentia, de quibus Tacitus: (de Mor. Germ. 7.) *Quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita congregatio turmam aut cuneum facit, sed familiae et propinquitates.* At contra Luius de Misucio bello Ligustico testatur, eum in aciem prodire non ausum nouo milite et ex multis hominum generibus collecto, necdum satis noto inter se, ut fidere alii possent, lib. 35. (c. 3.) Et Pompeius apud Ciceronem queritur, se eorum, quos secum habeat, militum voluntati nondum satis confidere, ut de fortunis omnibus reipublicae dimicet. Quare qui militum studiis imperium affectat, duo ipsis ante persuadeat necesse est: prius, ut exploratum habeant, tantam vim suam, tantum momentum esse, sic inter se posse illos fidere fibi, ut imperium transferre valeant: dein ut ita sint erga ducenti animati, ut quod possint, velint. Quae duo astute sperauit se prouisurum Seianus, condicendo primum in una castra militem, ut se circumspiceret et numeraret, mox etiam ambiendo. Et vtrumque hoc, ut perniciosum reipublicae, prohibuere sapientes imperatores. Afinius Pollio ad Senatum scribit,

cum

cum legio eius quaedam magnis promissis ab Antonio sollicitaretur, se eam incitatissimam licet aegre tamen retinuisse, nec potuisse retinere, si uno loco habuisset, Lib. 10. fam. Cic. Ep. 32. Plerumque enim frequentiam contemplatus miles suam a disciplina descidit; et quod cogere se posse putat, rogare non sustinet, Velleii verbis. (lib. 2, 81.) Ad quam rem saluberrimum est discretos esse exercitus, et nec vitiis nec viribus misceri, vt vere Tacitus lib. 1. Hist. Quare et Domitianus geminari legionum castra prohibuit, nec plus quam mille numeros a quoquam ad signa deponi: quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna res nouas moliens fiduciam cepisse ex depositorum suinna videbatur. De ambitione, notum est, quomodo Sulla exercitum, quem in Asia ductauerat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum luxuriose nimisque liberaliter habuerit. Et hinc inter grauissimas Pisonis accusationes, quod rerum nouarum studio vulgus militum per licentiam et sociorum iniuriam eousque corrupisset, vt parvus legionum a deterrimis appellaretur, in 4. Annalium. Cumque Gallio post caedem Seiani censuisset, vt Praetoriani actis stipendiis ius apiscerentur in quatuordecim sedendi, violenter a Tiberio increpitus est, quasi discordiam et seditionem vt fatelles Seiani quaereret. Refert Diodorus Siculus lib. 2. constituisse Ninyam, vt quotannis mutantur exercitus ad portas, οὐαὶ περὶ τὴν καλῶς γνωσθῆναι τὰς σφατηγύες καὶ τὰς αἴθες ἀπάντας ὑπὸ ἄλλων, εἰς τὴν ιδίαν ἔκαστος χωρίηται πατρίδα. Quid ita? οὐ γὰρ πολὺς χρόνος τὰς σφατείας ἐμπεριάντε τῶν κατὰ τὸν πόλεμον καὶ Φρόντιος τοῖς ἡγεμοσι περιήνοι, καὶ τὸ μὲν πλεῖστον αὐθομᾶς παρέχεται πρὸς ἀπόσασιν καὶ συνωμοσίαν κατὰ τῶν ἡγεμένων. De priore ergo quod memoratum est, loquitur Tacitus, cum dicit illum conduxisse milites, vt numero, robore visuque inter se fiducia ipsis, metus in caeteros credetur. *Credore verbum est efficax* Tacito, plus quam opinari

opinari aut existimare: exploratissimum vero et indubitatum habere: πληροφορεῖσθαι. Ut credita fama lib. 4. Hist. cap. 35. quod opponitur ambiguae aut incerto auctore iactatae. idque perperam Rhenanus et Lipsius mutare aggressi. Credere fiduciam inter se dicuntur, (Tac. Hist. 4, 2.) qui certissimis experimentis velut vadibus interpositis sciunt, quantum de suis commilitonibus, de eorum voluntate et robore ipsis sit fidendum. Ut crederetur ipsis inter se fiducia, ίνα πληροφορῶνται, Martialis verbis est, ut sibi crederent de fiducia mutua. Ex illo:

*Quod tibi de sancta credis pietate tuorum.*

Hoc credere per fiduciae vocem effert auctor in vita Agricolae: (c. 3.) nec spem modo aut votum securitas publica, sed ipsis voti fiduciam ac robur assumserit. i. πληροφορίας. Pro eodem vera fides lib. 3. Histor. cap. 61. Nec villa apud Vitellianos flagiti poena: et praenius defectorum vera fides, ac reliquum perfidiae certamen. id est, et praemia defectorum credebantur. iamque non ambiguum erat praemium manere defectores. Non debebant suspectum reddere hunc locum docti viri, nedum inutare, Seneca, etsi in alia re, epist. 95. *Duas res plurimum roboris animo dant, fides veri et fiduciae.* Utramque admonitio facit: nam et creditur illi, et cum creditum est, magnos animus spiritus concipit ac fiducia impletur. Credere ex se metum in caeteros, est persuasissime sibi firmis argumentis, se metui ab caeteris. Metus in eum, qui metuit: hic enim terminus est ad quem. Metus ex eo, qui timetur: hic terminus a quo. Lib. II. Annal. (c. 20.) metus ex imperatore, contemtio ex barbaris. Et eodem libro: (c. 8.) qui necem fratri Artabano coniugique ac filio eius preparauerat, unde metus eius in caeteros. Lib. 2. Histor. cap. 7. cum in vinctores victosque nunquam solida fides coalesceret. Sollicitant Agricola, Lipsius, Pichena. Frustra. Quum inter duos fides nascitur, mutuum

tuum faciunt vterque. hoc est in hoc exemplo, coalescit vincentium fides in victos, et victorum fides in vincentes. Accipiendum igitur illud quasi dictum esset: cum in victores ex victis inque victos ex victoribus nunquam solida fides coalesceret. Frontinus lib. 1. cap. 10. Strategem. *cum sciret dissociatum armis ciuilibus populum Romanum, neque tamen tentandum arbitraretur, quia externo bello posset concordia in ciues coalescere.* Tacitus. 1. Ann. (c. 55.) *spes incesserat diffidendi hostem, Arminium ac Segestem.* Ista autem duo coniungit etiam auctor lib. 2. Hist. (c. 66.) *Et praelium atrox ars effet, ni duae praetoriae cohortes causam quartadecimanorum secutae his fiduciam et metum Batauis fecissent.* Sensus igitur hic est: vt iuncti cum noscerent se, circumspicerent, numerarent, robur aestimarent; fidere discerent sibi inter se, deque hac fiducia non bene sperarent modo, aut opinarentur, sed eam crederent, haberent persuasissimam, haberent certam eius fidem, πληροφοριαν. Similiter in caeteros esse ex se metum non suspicarentur tantum, sed scirent, atque ipsi animo suo ceu testatum et cognitum firmarent. Eam namque si mentein accipissent, non dubium foret, quin peruidenter imperii arcanum, principem esse quem illi vellent, esse non posse quem illi nollent. Atque haec tenus prius fulcrum nouarum rerum, quas moliebatur per milites Seianus. Sequitur mox alterum: *Vt perfecta sunt castra, invenire paullatim militares animos adeundo, appellando: simul centuriones ac tribunos ipse diligere etc.* Videant eruditiores, an adhuc aliquid difficultatis haereat. ego, non admodum puto.



## CAPVT XI

*Petronius pluribus locis explicatus, et correctus. Liberae pontum iubae. Hostile ac mite nobile lignum. Maculæ citri. Plinius illustratus. Porphyrites marmor. Maculis vilius aurum. Turbare censem. Stygi gemina moree Philippi. Flu-*

*mina, non morientia per notas ripas, ibant passim unga. Coelum sedisse. Vetitus bellare Caesar. Operae mercedibus emtae. Nouerca quibus patria. Delphicus ales, cornu. Manilius tentatus. M. Valerii Corvi commilito Phoebus in alite.*

**P**etronius in halosi Troiae, de anguibris: (c. 89.) *Liberae pontum iubae Consentunt luminibus. Scaliger legit: liberae mento. Alii mirifico versus genere: portum iubae Conscendunt: aut nescio quid de ponte explicant. Gonsalius: liberae ponto. quomodo tamen olim in Catalectis edidit Scaliger. Scribe: liberae pontum iubae, vsitatissima Poëtis figura Grammatica. Liberae pontum quod ad pontum, exstantes ponto. Iubae illorum serpentium alte prominentes super mare consentunt luminibus, id est, respondent sibi et contueniunt, idem faciunt, idemque valent, non differunt. Sequitur: igneum iubar Incendit aequor. De bello ciuiti, versu 27.*

*ecce Afis eruta terris  
Citrea mensa, greges seruorum ostrumque renidens  
Ponitur ac maculis imitatur vilibus aurum.  
Quae turbant censem, hostile ac male nobile lignum  
Turba sepulta mero circumuenit.*

*Hostile lignum* videoas vbique explicari peregrinum, quium simpliciter sit ex hostium populi Romani terris adportatum. Ut apud Senecam epist. 150 *exquisitos colores, et vestes ultra non tantum nostrum, sed ultra finem hostium aduectas.* Bourdelotius legit: *ac maculis minitatur vilibus auro:* intelligit autem lignum reticulatum, de quo Seneca in epistolis et Plinius lib. 33. cap. 12. Mihi non succurrit apud vtrumuis ligni reticulati mentionem fieri: *sed*

sed *dicyotheon reticulatum strucutum* lapidum in parietibus legi apud Plinium lib. 36. cap. 22. quae non est huius loci. Nec facile assequare, quomodo quod vile est, auro minetur. Hispanus interpres vir eruditus desultioris Criticos vocat, qui maculas citri a Petronio intelligi putauerunt. Sed qui illi possent aliter? quum proprium hoc vocabulum ligni et marmorum varietatibus. Seneca epist. 114. *ingentium maculae columnarum.* Plinius lib. 36. cap. 6. *vericolores maculis et coloribus commendari.* cap. 7. *haec maculas diuerso modo colligunt.* Lib. 16. cap. 43. *Mediaque pars arborum crispior, et quo propior radici minoribus magisque flexilibus maculis.* Et de ipso citro lib. 13. cap. 15. *maculae discolores.* Seneca de tranquill. cap. 1. *mensa varietate macularum conspicua.* Tertullianus de Pallio: (c. 5. p. 31. ed. Salm. et pag. 56.) *quantis facultatibus aestimauere maculas?* Quaerit quae conuenientia sit macularum citri cum colore auri. Atqui docuerat id Plinius: *Summa vero omnium gratia in colore. hic maxime mulsi placet; suis refulgens venis.* Ipse maculas intelligit clavos, stellulas aut palinas, quae tanquam emblemata vestibus insuerentur infererenturue: eas maculas accipiendas hic pro clavis purpurae, quibus mensa insterneretur. Sed aduersus hoc sufficit, *maculas* pro clavis Latine non dici. Nec vero purpureae mappae auro clavatae *imitabantur aurum vilibus maculis vel bracteis;* sed vere aureos et pretiosos clavos habebant. Aliunde hoc notum; ne necesse sit ex Plinii lib. 36. cap. 1. ubi nihil tale est, doceri: *Hoc Claudi principatu inuentum: Neronis vero, maculas, quae non essent in crustis, inferendo unitatem variare: ut ouatus esset Numidicus, ut purpura distingueretur Synnadicus, qualiter illos nasci optarent deliciae.* Hoc exaudit, quasi diceretur Numidicum marmor ouatis figuris tantum fuisse distinctum; Synnadicum vero multiplici forma, ut purpura nimirum distinguebatur, variari solitum. Nihil eiusmodi ex Plinio agnosco, nam quum ait *VT PVRPVRA, TO VT non*  
pro

pro aduerbio similitudinis, sed pro coniunctione posuit per elegantiam repetita: *purpuram*, autem non pro stragulo purpureo, sed pro porphyrite lapide, quo de lib. 37. cap. 7. et hoc inserto ostendit Synnada variatam. Etsi enim et nativas purpureas notas haberet marmor Synnadicum, alabastrite simile lapidi; tamen hae non sufficere delicate illis, nisi mera, et quibus ipsi partibus conuenientius contra naturam iudicabant, purpura insulciretur. Origo erroris Gonsalio fuit, quod incommodè hæc *maculae* referrentur ad *citream mensam*, cum proximum esset *ostrum renidens*, et praeterea interiecti *greges seruorum*. Haec res habet difficultatem. Verum hinc colligere debebas non *maculas* esse claves purpurae, sed aliquid in ordine horum versuum esse turbatum, et *maculas* has, quum non possint esse nisi citrei orbis, eo reponendas, ut com mode illi adiungi possint. Id consequemur, si scribemus:

*Ponit ac maculis imitatur vilius aurum  
Citrea mensa. greges seruorum. ostrumque renidens.  
Quae turbant censem. hostile ac male nobile lignum  
Turba sepulta mero circumuenit.*

*Vilius aurum*, quia præ his aurum contemnitur, quo impenso illæ parantur. Seneca lib. 7. de benef. cap. 9. *menses et aestimatum lignum senatoris censu, eo pretiosus, quo illud in phrygi nodos arboris infelicitas torfit*. Mensas ponunt e citro, cuius præ maculis flauum aurum imitantibus ipsum aurum contemnunt: greges seruorum trahunt: lechi purpureis stragulis. Haec sunt, quae faciunt possessores conturbare. Id enim, *Quae turbant censem*. Nec cum Lipsio malim: *mutatur vilibus aurum Quae, vel Quod censem trahat. hoc sterile et male*. Non *censem*, quasi integratatem iudicioi, aut *censem*, tanquam *conturbatores* dicantur prodigi, quia conturbatio magni acerui sit ieiunctio; opes autem aggerare, coacer-

## OBSERVATIONVM

vare, frequens sit phrasis, vt somniat Barthius lib. 23.  
Aduers. cap. 2. *Inimico conturbator*, qui non expedit rationes. quod millies aliis notatum. Petronius in eodem carmine versu 110.

*Cerno equidem gemina iam stratos morte Philippos.*

Video doctissimis viris placere: *geminus iam strigos Marte.* Gonstalius vulgatum retinet, sed *geminam mortem* interpretatur Cassii et Brati, qui duo magni duees ad Philippos sibi mortem concuerunt. Sed nec mutari quidquam velim: *mortem enim pro occidente vel strage dictam etiam exquisite censeo, cum, vt ait Statius, populis mors una venit.* Lucanus lib. 2. (v. 193.)

*vidit Fortuna colonos*

*Praenestina suos cunctos simul ense recepto  
Vnius populam pereuntem tempore mortis.*

[Iam dudum mihi displicuit τὸ tempore: sed non succurribat, quid substituere. Tandem venit in mentem: *foedus mortis.* Ut Petronius: (c. 114.) *Si nihil aliud, certe diutius nos mors feret.* Foedus mortis est mors iuncta.] et *geminam* interpretor cum aliis duas clades, quas passae partes Pompeianae et publicae ad Philippos Thessalicos et Macedonicos: de quibus ita loquuntur Poëtae, quasi una eademque vrbis esset. Quod illis fortasse condonandum, non etiam historico Floro. Lucantis lib. 1. extremo, ubi vates cernit pugnam Pharsalicam: (v. 679.)

*video Pangaea niuofis*

*Cana iugis, latosque Aeni sub rupe Philippos.*

At ubi eadem videt Philipensem: (1, 694.)

*noua da mihi cernere litora ponti  
Telluremque nouam. vidi iam, Phoebe, Philippos.*

Iterum Petronius, ubi prodigia narrat: (c. 122.)

nee

*nec vaga passim*

*Flumina per notas ibant morientia ripas.*

Locus multum diuque a doctis sollicitatus, quorum allusiones cui videre libet, adeat Richardi et Gonsalii notas: item Barthium lib. 23. Adv. cap. 7. et cap. 24. lib. 56. cap. 5. lib. 57. cap. 19. *Morientia flumina omnino sunt deficientia.* Ut apud Manilium: (4, 626.)

*Ingentique finu fugientes aequora terras,  
Donec in Aegyptum redeant curuata per undas  
Litora, Niliacis iterum morientia ripis.*

Fecerunt ex Graeco τελευτῶν, quod non tantum mori est, sed et *fixare*, *definere*, passim: unde et τελευτῶν saepe tandem, ad postremum. τὸ Nec diuidendum, et mox sensus erit planus: et flumina, non morientia per notas ripas, (quod scilicet faciunt ordine et termino a natura praefixo) ibant vaga passim. Vir doctus, quia antehac Manilius adduxit versus, sententiam poene vidit, sed non satis se explicuit. Quod enim ibant coniungit cum morientia, et, non ibant morientia, explicat, non manebant, nescio quomodo possit tolerari: *Per ripas* est in ipsis ripis, ibi enim moriuntur et desinunt: non intra, quod iuuat perperam Macrobii obseruatione. Is enim per dicit apud Maronem pro *inter* ponit, non pro *intra*. Atque id nihil facit ad praesentem Petropii locum. Inferius versu 145. legendum est: *Coelum illic sedisse putas.* non illinc cecidisse putas. Statius: (Thebaid. 2. v. 35.)

*Stat sublimis apex ventosque imbresque ferens  
Despicit, et tantum fessis infuditur astris.*

Dignus est et vindice nodus circa versum 164.

*quantquam quos gloria terret?*

*Aut qui sunt, qui bella vident? mercedibus emtae  
Ac viles operae, quorum est mea Roma nouerca.*

Sic editum olim: postea nescio qui subiecerunt: *qui bella volunt*, Guilelmus, iubent: bella enim, ait, iubebat populus Romanus comitiis centuriatis, quem hic Caesar iniuidiose ex operis mercenariis collectam multitudinem vocat. Et secutus est ad Velleium Acidalius. Non penetrarunt nec Caesaris nec Petronii mentem. Legendum: *qui bella vetant?* id est, qui me iubent ab exercitu et armis discedere. Nam Caesar omnibus modis ἐπέχυσεν ἐπὶ δυνάμεως ἔνοιαν: diuersa factio contendebat ἐξουσίαν Καισαρα τῆς σφαγᾶς, vt loquitur Appianus. Hinc apud Suetonium (Caef. 28.) Marcellus: *ut ei succederetur ante tempus, quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti debet viror exercitus.* Hinc apud Plutarchum Scipio: ἐν ἡμέραις ἀπτῇ μη κατάδηται τὰ ὄπλα Καισαρ, απόδεχθῆναι πολέμιον αὐτὸν. Dio: τὸν μὲν Πομπηῖον ἔδει απαλλαγῆναι ἐκ τῶν ὄπλων ἐψυχίσατο, τὸν δὲ δὴ Καισαρα πάντες. De operis vt aliquid vidit Guilelmus, ita vehementer deuinius Gonsalius. Mercenarios milites et auxiliares interpretatur: quando Appianus referat iussisse Senatum, vt Pompeius conduceret ex vicinis bellicosis nationibus mercenarios. Σενικὸν ἐν Κορίνθῳ forsan habet, quod agat; hic nihil. Pessimum exemplum introductum erat Romae, vt homines factiosi assecias et clientes iacturis pararent artifices fellularios, libertinos, scurras, sordidissimam et vilissimam plebis partem, quorum manibus saepe vijn facerent, quorum voce in foro iudicia populi Romani mentirentur, quorum tabellis rogationes extorquerent. Sensim id antea fieri coepit P. Clodius Tribunus immodeice cum pernicie reipublicae intendit. Narrat Appianus l. 2. Ciuil. horum ministerio propemodum erexitos magistratibus Catilinae socios. Λύτρα δὲ Δέντλας καὶ Κεδῆγες θεραπούτες τε καὶ ἐξελεύθεροι χειροτέχνες πολλὰς προσλαβόντες κατ' ὄπιδας ὅδες περιπεσαν ἐπὶ τὰς σφαγῆναν οἰκιας, ὡς τὰς δεσπότας ἐξαρπασόμενοι. Asconius in orat. pro Cornelio: (p. 52. ed. Ald.) *Circumuenti sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus,*

*bus, ita ut mors intentaretur.* Et mox: *M. Manilius,* qui iudicium per operarum duces turbauerat. Clodio paſſim id exprobrat Cicero. Pro domo (c. 33.) *An tu popu-  
lum Romanum eſſe illum putas, qui conſtat ex iis, qui  
mercede conducentur? qui impelluntur, ut vim afferant  
magistratibus? vt obſideant ſenatum? optent quotidie cae-  
dem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum, niſi  
tabernis clauſis, frequentare non poteras.* Mox vocat  
multitudinem hominum ex ſeruis conductis, ex facinorofis,  
ex egentibus congregatam. Pro Sextio: (cap. 26.) *De hoc  
Ptolomaeo nihil cogitante, nihil ſuſpiceante, eiusdem operis  
ſuffragium ferentibus, eſt rogarum.* Ibidem: *in eo ſtati-  
eſt ciuitas, vt ſi operas conductorum remoueris, omnes  
idem de republica ſenſuri eſſe videantur.* Et rursus: (c. 52.)  
*Gellium, Firmidium, Titium, illis mercenariis gregibus  
duces et auctores fuſſe.* Lib. 2. ad Q. fratrem ep. 1. *Tum  
Clodius rogatus diem dicendo eximere coepit.* Deinde  
eius opera repente a Graecostasi et Gradibus clamorem  
ſatis magnum fuſtulerunt. Epift. 3. *Dixit Pompeius, ſive  
voluit: nam, vt surrexit, opera Clodianae clamorem fu-  
ſtulerunt: idque ei perpetua oratione contigit, non modo  
vt conuicio et maledictis impediretur.* Et mox: *Ille fu-  
rens et exſanguis interrogabat ſuos in clamore ipſo, quis  
eſſet qui plebem fame necaret? respondebant opera, Pompeius.  
Quis Alexandriam ire cuperet? respondebant,  
Pompeius. Quem ire vellent? respondebant, Crassum.*  
Item: *Factus eſt a noſtris impetus, fuga operarum.* [Lib. 1.  
ad Atticum: (ep. 88.) *Opera Clodianae pontes occuparant.*  
Et alibi: (1, 13.) *Opera comparantur.*] Criminatur igi-  
tūr Caesar, fautores Pompeii, qui ſe velint deponere ex-  
ercitum et prouinciam, non eſſe populum Romanum,  
ſed huiusmodi colluuiem mercede comparatam. Talem  
et Bruto Cassioque inuidiam comparat Appianus, quaſi  
οἱ μιθωτοὶ et ἔμπιθοι factum illorum probarint, τὸ δὲ  
καθαρὸν τὰ πλήθες, οἱ καθαρώτεροι, οἱ αἰδηναῖοι de-  
teſtati ſint. Similiter apud Neronem queritur Poppaea  
Taci-

Tacito lib. 14. Annal. (c. 61.) *Vitam ipsam in extremum adductam a clientelis et seruitiis Octaviae, quae plebis fibi nomen induerint.* Neque enim pudet malos eadem bonis loqui, et paria in aduersarios increpare. Pergit Gonsalius ad illud: *quorum est mea Roma nouerca.* Mater namque, inquit, solum Italorum iure diceretur: ast hic et Italorum (ex quibus robur constitut exercitus Pompeiani) vult Caesar Roman quoque videri nouercam, quum illos in manifestum capitis periculum acerbe proiceret: nam victoriam fibi certo augurabatur Caesar. Mirificum commentum. Immo, *quorum est mea Roma nouerca*, id est, qui non sunt neque moribus neque fortunis veri et integri ciues: quos non peperit bono loco fouetque benigne patria, vt mater gratos vteri labores, sed quos nescio vnde acceptos in sordibus per facinora aut seruiles labores tolerat ac fastidit, vt nouerca priuignos et nothos. Neque alio sensu Scipio in agripetas Gracchanos: Εμὲ, ἔπειν,  
σδέποτε σρατοπέδων αλαλαγμός ἐθορύβησεν, ἔπιγε συγκλύδων αὐθρώπων, ὃν ἡ μητέρα τὴν Ιταλῶν, αλλὰ μητριαὶ σταυ ἐπίσαμα, vt est apud Plutarchum: et quin hinc mutuatus sit suum Petronius, dubium non est. Velleii et huius locos iam comparauit olim Acidalius. Sed ipse Scipio suum debet Hesiodo, qui cecinit: (ἔργ. v. 823.)

Ἄλλοτε μητρεῦ πέλες ἡμέρῃ, ἄλλοτε μῆτηρ.

Versu 176:

*Haec ubi personuit, de coelo Delphicus ales  
Omina laeta dedit, pepulitque meatibus auras.*

Aquilam interpretatur Erhardus, Gonsalius accipitrem. Scio Aristophanis in Auibus: ὁ δ' Απόλλων, ὁς θεός πων, τὸν ἴερον. Me tamen si audias, coruum intelligas, qui comes oīscarūs tripodum dicitur Statio lib. 3. Thebaidos, (v. 506.) et videtur hodieque in nummis A. Vitellii, tanquam Quindecimuiri sacrī faciundis. Ouidius lib. 2. me-  
tām. (v. 545.)

sed

*sed ales  
Senfit adulterium Phoebeius.*

Quis ille? quum a cornice deterreretur,  
*tibi, ait, reuocamina, coruus,*  
*Sint, precor, ista malo.*

Libro 2. Faſor. (v. 249.) Apollo,

*I mea, dixit, auis, ne quis pia sacra moretur,  
Et tennem viuis fontibus affer aquam.  
Coruus inauratum pedibus cratera recuruis  
Tollit.*

Manilius lib. I. Astronom. versu. 785.

*Et commilitio volucris Coruimus adeptus  
Et spolia et homen, qui gestat in alite Phoebum.*

Quae verba, etſi de statuis Valerii possint intelligi, mihi tamen valde ſucepta ſunt. Vide an ſuauius ſonet: *quem geſſit in alite, Phoebi.* Et Coruinus, inquit, adeptus ſpolia et cognomen commilitio volantis Phoebi, quem forma alitis geſſit in galea confidentem, vt Liuius, (7, 26.) *super galeam iſſentem*, vt Gellius (9, II.) loquuntur. Aelianus lib. 7. de animalibus περὶ τῶν ἐν Κόπτῳ κορδυαν̄. Ναὺς δὲ Απόλλωνι τιμῆται ἐν τῷ χωρίῳ ἐκείνῳ, ἐπεργύν ιερὸς ἔναν Φασίν αὐτὸς. Qui et coruina θεράποντας καὶ ιερὸν ὅρην καὶ αἰκόλογον Απόλλωνος vocat lib. I. cap. 47 et 48. Hinc Aristaeae Proconnesii fabula apud Herodotum lib. 4. Φάνας γάρ σφι τὸν Απόλλωνα Ἰασλιατέων μένοις δὴ αἰπέμεθοι ἐς τὴν χώρην καὶ αὐτὸς οἱ ἐπεδαμ, ὁ νῦν Αρισένης, τότε δὲ, ὃτε ἐπετο τῷ θεῷ, ἔναν κόραξ. Hinc Phaedrus fab. (3, 18. v. 12.)

*Augurium coruuo, lacua cornici omnia.*

Plinius lib. IO. cap. 12. *Corui in auspiciis ſoli videntur intellectum habere significationum ſuarum.*

\* \* \*

Cc 4

CAPVT

## C A P V T XII

*Cyprianus phisculis locis re-  
stitutus. Qua ore, qua mente.  
Valerio Maximo b̄s, Plinio  
vett. librorum scriptura adser-  
ta. Ingenio qua varietas qua  
magnitudo rerum suppetens. Au-  
ditor ore. Os illud. Adcen-  
dere. Descendere. Exclamatio-  
nes sine particula aut etiam cum  
ea per parentes in mediae ora-  
tioni insertae. Valerius Ma-  
ximus deniū correctus. Mens  
præcepta et alienata. Kadmo t̄is  
Δύοντος.*

**C**yprianus epistola ad Donatum: *Contentis volupta-  
tiae visionis illecebris in me tuus oculus fixus est:  
tam ore quam mente totus auditor es, et hoc amore  
quo diligis.* Ms. CL. Isacii Pontani aliter haec concipit:  
*fixus est. quo ore quam te cum virgula transuersa super M.*  
Scribendum igitur: *qua ore qua mente totus auditor  
es. Elegans et nota loquendi ratio.* Liuuius lib. 2. (c. 35.)  
*vñ sunt qua suis quisque qua totius ordinis viribus.* Eo-  
dem lib. *in nouitatem generis originisque qua vera qua  
falsa iacere.* Item: (cap. 45.) *qua Consules ipsos qua  
exercitus increpando.* Et saepissime tum hic tum alii.  
Restituenda Valerio Maximo lib. 2. cap. 1. *iniiciam stylum  
qua nostræ urbis qua caeterarum gentium priscis ac me-  
morabilibus institutis.* Et lib. 4. cap. 7. *harum rerum  
uberrimos fructus posterior intuens aetas, in excolendo  
iure amicitiae, qua libertius, qua etiam religiosius erit  
operata.* Ita utroque loco Ms. codex S. Victoris. Resti-  
tuit et Plinio Modius, sed eadem manu et mulcens et  
pullans. Lib. 9. epist. 2. de Cicerone: *Illi enim et copio-  
fissimum ingenium, et ingenio par materia, quam tam  
varietas rerum quam magnitudo largissime suppetebat.*  
Sic affecerant hunc locum. Itaque Henr. Stephanus ni-  
grum theta praefigebat τῷ suppetere, quod quum hic sit  
eodem vñ quo suppeditare, iubet videri, num illum ad-  
mittat Latinitas. neq; se miraturum, si cui verbum hoc  
sit hic suspectum. Modius e scriptis prodidit: *Illi enim  
et copiofissimum ingenium, et ingenio qua varietas rerum,  
qua magnitudo largissime suppetebat: Longe, ait, elegan-  
tissime,*

tissime, si vox vna, quam supina quadam oscitantia librarius omiserit, inseratur, scribaturque: *et ingenio materialm qua: epist. 92.* Postea sic edidit Gruterus, seque profitetur secutum libros a Modio versatos, quod eis accederent duae editiones veterimae: in Pal. tantum fuisse, *ingenio varietas rerum.* Ecce et Buchnerus notat, ita Gruterum Modii libros et vetustiss. edd. secutum. Immo partim libros a Modio versatos, Grutere: partim Modii libros, Buchnere: non in totum: nam pars huius lectio-  
nis coniectura Modii est, et quidem pessima, contra co-  
dices MSS. interponens vocem orationi vitium adferente, neimpe *materiam.* At id quod ex MSS. ponit, integerri-  
mum est, nec debet eo quidquam infuscari: quod si vi-  
disset doctissimus Stephanus, nullam de verbo suspicio-  
nem mouisset. In Cypriano Rigaltius edidit: *quam ore*  
*quam mente:* sed hoc genus loquendi sine exemplo est:  
(praeterquam duobus, aut sumnum tribus locis in Ter-  
tulliano Rigaltii: quae et ipsa corrupta iudico: et, ut  
corrupta non essent, non omnia sibi licere voluit Cypria-  
nus, quae Tertullianus.) Nec vero *ore* mutandum in  
*aure:* nam *ore auditor* hic Cypriano, qui Plinio lib. I.  
epist. 10. *attentus et pendens.* Eadem epistola: *Audacia*  
*prorsus cum vitiis faciens, et impudentia congruens im-*  
*pudicis.* *Nolo mireris quae loquuntur huiusmodi ore illo*  
*polluto. quicquid iam voce delinquitur, minus est.* Ms.  
agnoscit hic eiicunque insiticii aliquid et gignit lepidam  
sententiam reformata oratione: *Nolo mireris quae loquun-*  
*tur huiusmodi. Ore illo, quicquid iam voce delinquitur,*  
*minus est.* Frustra, inquit, inhorrescis nimium ad verba  
eorum talia. Non tam scelerata possunt esse verba illo-  
rum, quam ipsum os est, hoc detestare potius. *Os*  
*illud pro effreni libidine et impudentia talium, qui quid*  
*dicant faciantue, nihil habent pensi.* Sic Comio (Te-  
rent. Eumuch. Act. 4. Sc. 7. v. 36.) *os durum.* Et alteri:  
(ap. Suet. de Gramm. c. 22.) *os durum vel potius pugilis.*  
Illiud *os* nihil est aliud quam fons mali corruptus animus,  
qui

qui vtique peior et flagitiosior vocis delicto, quanto vbe-  
rior scaturigo est riuulo inde promananti. Eadem epi-  
stola: *possident ad hoc tantum, ne possidere alteri liceat.*  
*O nominum quanta diueritas! bona appellant, ex qui-  
bus nullus ipsis, nisi ad res malas, usus est.* Mssc. alteri  
*liceat. et nominum quanta.* Non sunus ii qui aliorum  
labores deterere getiamus. praeferim in literis, quas  
dene tractantium ipsa paucitas admonet nos, ut etiam me-  
diocres, quos inter, si tamen, ipsi numerum facimus,  
ne spernamius. Dicendum tamen quod res est. Editor  
ait se particulam et superfluam exturbasse suasu cod. Cambr.  
quem deprauatissimum et effertissimum additamentis alien-  
nis cum pro Cynosura obseruet, et iactet septingentos a  
se Cypriani locos restitutos; nos pro certo et demonstra-  
turi affirmamus, eum plus trecenta vulnera beatissimi  
Martyris operibus inflixisse. Scribendum vero est distin-  
ctione addita: *Possident ad hoc tantum, ne possidere al-  
teri liceat: et (nominum quanta diueritas!) bona ap-  
pellant, ex quibus nullus illis, nisi ad res malas, usus est.*  
Eadem particulam Valerio Maximo male indidit Pighius  
lib. 3. cap. 7. de Furio: *Q. enim Metellum Quintumque  
Pompeium, consulares viros, vehementes inimicos suos,  
cupitam profecionem in prouinciam Hispaniam quam for-  
titus erat, identidem exprobrantes, legatos secum illuc  
ire coegerit. Fiduciam non solum fortem, sed paene etiam  
temerariam!* Sic ille reliquerat: et est, quale Plinii l. 2.  
epist. 10. *Hominem te patientem, vel potius durum!*  
Ybi vide Casaubonum. Addiderant in vulgatis, *te-  
mera-  
riam exhibens.* quain vocem quatuor apud se scriptos (ac-  
cedit quintus S. Victoris) damnasse testatur Pighius: nec  
tamen his contentus vnuin Campensem sequitur aliter  
corruptum: *O fiduciam.* In Cypriano pari distin-  
guendi inscientia paullo ante vitiata sunt haec verba: *nec  
intelligit miser, speciosa fibi esse supplicia, auro se alliga-  
tum teneri, et possideri magis quam possidere diuitias at-  
que opes.* *O detestabilis caecitas mentium et cupiditatis  
insanac*

*insanae profunda caligo! cum exonerare se possit et leuare ponderibus, pergit magis fortunis angentibus incubare.* τὸ ὄπες δεῖται ab o. Ms. Solus ille Pamelii Cambr. milles mangonum passus manum id emblema inculcat. Eiciatur, et ita restituuntur omnia: *auro se alligatum teneri, et possidere magis quam possideri diuitias.* Atque (ο δε-testabilis caecitas mentium et cupiditatis insanae profunda caligo!) *cum exonerare se possit et leuare etc.* Possidere et possideri mutauerant vices. *Diuitias possidere ait magis, nempe dominum, quam possideri, nempe a domino.* Nam in altera lectione τῷ possideri non respondet τῷ diuitias: at in nostra vox eadem diuitias commode refertur ad utrumque et possideri et possidere. Ut rotundius est, si dicam: *possident magis quam possidentur illae diuitiae: quam: ille possidetur magis quam possidet diuitias.* Valerius Maximus lib. 9. cap. 4. *Procul dubio, hic non possedit diuitias, sed a diuitiis possessus est, titulo rex insulae, animo pecuniae miserabile mancipium.* Plinius lib. 9. epist. 30. ea inuasit homines habendi cupido, ut possideri magis quam possidere videantur. Libello de lapsis: *Exciderunt quibusdam (proh nefas!) omnia et de memoria recesserunt.* Non expeditauerunt saltem, ut interrogati negarent, ut thus accenderent apprehensi. Videntur haec satis commode dici. Tamen persuadet Ms. longe aliter hic lectum olim. nimicum, *Non expectauerunt saltem, ut adscenderent apprehensi, ut interrogati negarent.* Adscenderent scilicet in Capitolium sacrificanti aut thurificanti. Ut infra: *Vnus ex his qui sponte Capitolium negaturus ascendit, postquam Christum negavit, obmutuit.* Hanc vero voluntariam ad abnegationis locum accessionem isto quoque loco culpat, cum inox sequatur: *ultra ad forum currere, ad mortem sponte properare,* etc. Sic in diuersum descendere dicebant pro eo, quod est in forum venire. Cicero lib. 2. in Verrem: (c. 38.) *Postridie mane descendit: Agathinum ad se se vocat: iubet eum de literis publicis in absentem Sthenium dicere.*

*dicere.* Philipp. 2. (c. 6.) *Hodie non descendit Antonius.* cur? dat natalicia in hortis. Rigaltius e suis scriptis idem, sed nouem annis post haec nostra edita, protulit ac probauit. Eodem libello: *Quid caeci oculi poenitentiae iter non vident, quod offendimus? quid percussa et alienata mens remedia vitalia non percipit, quae ab scripturis coelestibus et discimus et docemus?* Ms. mens *praeclusa* et alienata. Quod etiam in suis quibusdam inuentum non spreuisset Pamelius, si recordaretur eodem libro legi: *Illa fuerunt remanentibus vincula, illae catenae: quibus et virtus retardata est et fides pressa et mens vincta et anima praeclusa.* Aut infra: *angi et animo exaestuante conclidi postmodum coepit.* Zeno Veronensis de Pudicitia, Susanna exemplum laudans: *At illa, ancipiti quadam metus contemplatione praeclusa, cum aut pudor esset iugulandus aut anima, conscientiae suae consicum solum contestans Deum, honestam potius elegit mortem.* Cicero ad Atticum: (8.8.) *O rem lugubrem! itaque includor dolore, quo ad te plura non scribam.* Haufit vero Cyprianus, vel secutus est potius eos, qui hauserunt hanc phrasim ex Tragicis Graecis, qui cum θεοποιέσσι τὴν Λύστην funem tribuunt ei, quamque dicunt συλλαβάνεν τὴν καρδίαν. Sic Euripides τὴν Λύστην quam Iris in Herculem imimitit, funem dat, Hercule Furente: (v. 833.)

Αλλ' εἴ ἀτεγκτός, συλλαβθώσα παρδίαν,  
Νυκτὸς κελαινῆς αὐνυμέναις παρθένε,  
Μανίας τ' ἐπ' αὐδῇ τῷδε καὶ παιδοκότόνες  
Φρενῶν ταραχυμὲς καὶ ποδῶν σκιρτήματα  
Ελαυνε, κίνε, Φόνιον ἔξις κάλων.

Plantus Bacchid: (1,2,28.) *o praeligatum peccus.* Seneca Hippol. (415.) *mitiga peccus ferum, Innedita mentem.* Ex quibus apparet etiam Epist. 4. Cypriani legendum esse: *Denique hinc praeclusa mens et hebes animus et sensus alienus est.* Vbi vulgo etiam, *percussa*, legitur. Quamuis non nesciamus *percussos* quoque pro sideratis aut fulminatis ponit.

CAPVT

## C A P V T XIII

*Nemesianus quater correctus.* *Lenaeus.* *Viae venandi cane.* *Generosa propago armenti.* *Numerare palmas.* *Diverberare iubas armis.* *Calpurnius quater correctus et illustratus,* *alibi defensus.* *Emeriti parentis defunctos occasus sentire.* *Orbis tralati sonitus.* *Micare digitis.* *Decernere digitis.* *Aliud discernere, aliud decernere.* *Caesar, Ouidius, Velleius, Suetonius emendati.* *Secernere nemus.* *Tēpuros, τέπυρον.* *Deliciae usus loquendi magistri.* *Taeda frondens.* *Deum similem ponere faginum.* *Iuuensis correctus.*

**M.** Aurelius Olympius Nemesianus Eclog. 3. (v. 15.)

*Iamque ego, Bacche, tuos et ortus semina vitis  
Ordine detexam.*

Sic vulgo a mala manu, cum scribendum sit ex vetustissima editione Romana, quam primam non immerito putauerim: *Iamque ortus, Lenae, tuos.* Eruditior fuit haec appellatio Bacchi, et si nunc notissima, quam ut ferre eam primi correctores potuerint. Horatius: (Od. 3,25,v.9.) *dulce periculum est, O Lenae, sequi Deum, Cingentem viridi tempora pauperno.* In ipso exordio Cynegetici lego:

*Venandi cane mille vias, hilarosque labores,  
Discursusque citos, securi praelia ruris,  
Pandimus.*

Alludit ad inscriptionem operis sui: non enim quamuis οὐγαστος, sed τὸ κυνηγεῖον promisit. Sic Propertius lib. 3. El. 13. (v. 45.)

*Et me Pana tibi comitem de rupe vocato,  
Siue petes calamo praemia, siue cane.*

Siue auceps, siue κυνηγεῖος. Horatius Epodon carm. 2. (v. 31.)

*- Aut trudet acres hinc et hinc multa cane  
Apros in obstante plagar.*

Et

Et ipse auctor infra: *facili come sumere praedas.* Scio mutationes numeri, sed non eadem omnibus apta. Non est iactatus magis nec desperatus in Nemesiano locus quam versu 142.

*Cornipedes igitur lectos det Graecia nobis,  
Cappadocumque notas referat generosa propago  
Armata et palmas nuper grex omnis auorum.*

Videbamur tamen hic non insommodo cogitasse:

*Armenti, et palmas numeret grex omnis auorum.*  
*Akmentum, vt Columella lib. 6. cap. 6. Maxime curandum est praedito tempore anni, vt tam foeminis quam admissariis desiderantibus coëundi fiat potestas, quoniam id præcipue armentum si prohibeas, libidinis exstimalatur furiis, unde etiam veneno inditum est nomen *πτυομανές*.*  
Statius lib. 8. Thebaidos: (v. 402.)

*Puleer adhuc belli vultus, stant vertice coni,  
Plena armata viris, nulli sine praefide currus.*

*Generosa propago armenti; notissima, et frequentissima poëtis Hypallage, pro eo, quod est, propago generosi armenti. Dein palmas numeret, est multas habeat: quam vim verbi explicamus ad Statium. Rursum Nemesianus versu 265.*

*Quodque iubis pronos ceruix diuerberet armos.*  
Si memineris, quid diuerberare sit, satis intelligas ceruicem armos diuerberare iubis dici non posse: non enim flagellare aut percutere est diuerberare, sed euentilare, discutere, agitando digerere et componere. Scribe igitur:

*Quodque iubas pronos ceruix diuerberet armis.*

T. Calpurnius, Nemesiani comes, Ecloga 1. Versu 86.

*Scilicet ipse Deus Romanae pondera molis*

*Fortibus excipiet sic inconcussa lacertis.*

VI

*Vt neque tralati sonitu fragor intonet orbis,  
Nec prius ex meritis defunctos Roma penates  
Censeat, occasus nisi cum respexerit ortus.*

Hic ut tres priores versus plani sunt et sinceri, ita duo posteriores pessime conciliati, et omnis fani sensus expertes. Vedit aliquid Barthius: legit enim, Sentiat: sed interpretationes nondum erant tentandae; non possunt enim exire nisi ridiculae. Veluti, non prius sentiat Roma deos suos tutelares, hoc est, Carinum (sive Carum volvit) defunctos, quam ipsius occasum ingerat ortus duorum eius successorum ad imperium. Aut, meritis suis defunctos non prius censeat Roma imperatores, quam cum Orientem omnem respicere coegerint occidentale saepius imperium. Nimirum intolerabilis *πανοργήλια*, Penates pro imperatoribus, et quidem defuncti Penates pro mortuis Augustis: iam defunctus ex meritis, pro meritis defunctus parum Latine; occasum respicere ortum, priori sensu prorsus inepte: posteriori intempestive dicitur. Tamen et prope scopum iaculatus est lib. 34. Aduers. cap. 8. *conspiciens, emeritis,* hac sententia: cum Penates statim suam deserunt, vtpote emeriti, non prius sentiat Roma defunctos, quam ubi occasum veterum ortus nouorum respexerit. Oudev. vñies. Plus audendum est. Vett. editiones unum iuvant, nisi quom, pro nisi cum exhibendo. Scribe:

*Nec prius emeriti defunctos Roma parentis  
Sentiat occasus, gnati quam aspexerit ortus.*

Ominatur imperium in familia Cari sine fine mansurum, nec fore, ut Roma videat emeriti parentis defunctos occasus (hoc est emeriti et defuncti parentis occasus, per hypallagen) prius quam alicuius ex eadem domo ortum viderit. Illud, *tralati sonitu fragor intonet orbis*, vel Ciceroni debetur, lib. 2. ad Attic. epist. 21. sic orbem reipublicae esse conuersum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam

*bitam videre possumus: vel Floro lib. 4. cap. 3. cum Romanæ dominationis, id est, humani generis, conuersione penitus intremuit imperii corpus.* Ecloga 2. versu 25.

*Et nunc alternos magis vt distinguere cantus.*

*Possitis, ter quisque manus iactate micantes.*

*Nec mora, discernunt digitis, prior incipit Idas.*

Huc qui tanquam doctiores explicanda sumserunt, et hodie hoc fieri aluntur qui ordinem alicuius negotii obseruant, ut primam vicem primo extento digito notent, secundam secundō; et ita porro, ne occupato animo numerus elabatur: sicut attem micationem iungi, ut manus iactata possit vterque alterius digitum et numerum obseruare, suamque inde vicem sermocinandi: et hanc esse causam, cur iactationem distinctionē iungat poëta. Sed primum, nec ratio digitis numerandi siue illa ingeniosa veterum, siue tuis et simplex nostra huc quicquam pertinet; et neutri locus est, ubi mictur digitis: hoc est, ubi duo ita disceptant, ut alter iactet manū, digitis quibusdam extensis, alter eodem momento conticuat et pronuntiet, quot sint extenti: statim enim apparet sine illa sollicita numératione, quot rigidi sint, et vera diuinatur coniectur necne. Deinde quid opus numerato, quid manu iactata ad obseruandam vicem in sermocinando? duo erant: ubi alter conticuisset, alter ordiebatur. Immo nihil aliud iubet Thyrsis, quam vt impotent digitis, vter prior canere debeat. Ut alter nos magis distinguere cantus possitis, est, ut ordinem inueniatis alternis dicendi. Hoc enim controversum esse poterat, dum neuter alteri cedere dignatur. Et scribendam: discernunt digitis. Haec duo verba in libris et a viris etiam doctis passim confunduntur, quum significatio fatis illa distinguat. Est enim discernere separare, dividere, distinguere, dividere: ut discernere litem, tentatam discreuerat auro, diem noctemque negat discernere. Virgilio, (Aen. 4. v. 264. 3. v. 201.) alba et altra non discernere,

(Tusc.

(Tusc. 5,39.) *vbi discerni fructus a sapienti possit*, (pro Fontei c. 6.) Ciceroni, et similia. At *decernere* est vel decertare vel iudicare et certum statuere. Terentius in Adelphis: *Quid hoc, malum, infelicitatis, nequeo satis decernere.* In argumento Amphitruonis: (v. 7.) *Blepharo captus arbiter, Vter fit, non quit, Amphitruo, decernere.* Vbi male quidam tentant, *discernere*. Sic scribendum in Caesare lib. I. de bello ciuili, cap. 35. *neque sui iudicii neque suarum esse virium decernere, utra pars iustiorem habeat causam.* Ouidius lib. 4. de Ponto, eleg. 15. (v. 25.)

*Erroris nam tu, vix est decernere, nostri  
Sis argumentum maius an auxilium.*

Velleius lib. 2. cap. 118. *et solita armis decerni iure terminarentur.* Suetonius in Caligula cap. 25. *Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile decernere.* Quibus omnibus locis male vulgo *discernere* legitur atque editur. At in hac ipsa ecloga versu 54. legendum:

*Secernamque nemus, dicamque: sub arbore numen  
Hac erit.*

Non, *Decernamque*. Liuio est *excludere*, lib. 10. (cap. 23.) *In vico Longo, ubi habitabat, ex parte aedium, quod satis* esset modico sacello, *exclusit, aramque ibi posuit.* Graecis τέμενος τέμνειν. Ιλ. ζ. (v. 194.)

Καὶ μὲν ἔστι Λύκαιοι τέμενος τάμεν ἐξοχον ἄπλων,  
Καλὸν Φυταλῆς καὶ αἰρέτης.

id est, αἴφωρισσαν εἰς κτήσιν ιδίαν, ut Eustathius. nam τέμενος, γῆ αἴποτομας, ή αἴποτετμημένη τῶν πέριξ οἷς in priuati cuiusque vsum, postea κατ' ἐξοχὴν diis. denique et templum. Apollonius Rhodius lib. 2.

Νόσφι δὲ Τυνδαρίδαις Αχερουσίδος ὑψοθεν αἱτῆς  
Εἴσομας ιερὸν αἴπν τὸ μὲν μάλα τηλόδι πάντες

D'd

Nau-

Ναυτίλοις ἀμπέλαιος Θηεύμενοι οἰλάξονται.  
Καὶ κε σφιν μετέπειτα πρὸ ἄπεος, οὐα τεσσι,  
Πλοας ἐναρότοιο γύας πεδίοιο ταμοίμην.

Hoc est, *Secernam*. Nec superius dictis obiectet quisquam *τὸ δισκριμένον*: ut quum dicitur *res in ultimum adducta discrimen*: et apud Iustinum eleganter: *dum inter se bellum discrimen imperii faciunt*: quod nihil aliud est, quam dum bello inter se de imperio decernunt. Nam haec sunt deliciae *Vsus*, qui magister loquendi peruit, ut quod *decerni recte dicebatur*, eius fugerent dicere *fieri decrimen*; cuius *discrimen facere*, ut esset, quod diiudicare, placuit, id nollent *discernere* dici. Sic *diffidere* et loca distantia dicebant: at *diffidium* locis tantuminodo diuisorum haudquaquam dixero, sed *discidium*. Sic *vadimonium* etiam in priuatis iudiciis promittebatur: at *vas* non nisi capit is. Neque excusari potest, quod excidit docto viro: Tamen et *vadimonium* in priuatis dicitur, ergo a coniugatis etiam *vas*. Nam fastosus ille *vsus* argumentum a coniugatis pro nihilo putat. Nec iuuant Aulonii verba, quae per inimiciae errorem ille Senecae tribuit: (in *Sap. Thal. v. 22.*)

*Per mille possum currere exempla, ut probem  
Praedes vadesque poenitudinis reos.*

Quasi *vas* in publico iudicio non iuxta possit inuenire causam poenitentiae ac praes in re priuata. *Quaefatio*, publicum iudicium: et tamen, qui ei praefest, non *quaefitor*, sed *quaefitor*: sicuti habetur, corruptum est. *Auctoratur* gladiator, non miles, qui tamen *exauforatur*. *Agere animam*, non rem, famam, caput, admirerunt: at *agitur res*, *fama, caput*, non anima. Et quae de genere hoc infinita. Eadem ecloga versu 29.

*Me Siluanus amat, dociles mihi donat auends,  
Et mea frondenti circumdat tempora tæsta.*

Repre-

Reprehendit incomparabilis Scaliger, quod *frondentem taedam* dixerit, et ex ea fertum texuerit Calpurnius. Taeda enim nullo modo frondet, nullis argumentis humanis inclinari potest ad plicationes. Nec posse defendere hic loci Calpurnium se fatetur Barthius, nisi quod loquatur sub persona pastoris et pueri. Nam cum pastor pinus nullum alium norit usum, nisi ut taedas inde conficiat, iure suo *taedam* pro ipsis ramusculis frondosis, quibus Siluanus coronam nexuerat, posuisse. *Taeda frondens*, inquit, dici non potest, non est enim nisi non frondens. Quibus obducimus Plinium lib. 16. cap. 10. vbi enumerat sex species arborum cognatarum, pinum, pinastren, piceam, abietem, laricem, taedam: *Sextum genus est taeda proprie dicta, abundantior succo quam reliqua, parcior liquidiorque quam picea, flammis ac lumine sacrorum etiam grata.* Hae mares duntaxat ferunt, et tam quam Graeci *sycen* vocant, odoris gravissimi. Laricis morbus est, ut taeda fiat. Omnia ea perpetuo virent, nec facile discernentur in fronde, etiam a peritis. Ergo bene *taeda frondens*, Calpurnio, in qua et *frondem* et *abundantem succum* agnoscit Plinius, et quam *virere* dicit. Etsi autem rerum naturalium gnari Plinium erroris arguant, quibus omnino taeda vitium arboris enectae, seu quae interaruit et proinde ad plicaturas incommoda est, quod voluit quoque haud dubie Scaliger: sufficit tamen defendendo Calpurnio, contentum eum fuisse hoc Catone. Neque ignorauit istud omnino Plinius, qui inter morbos *omnium, quae refinam ferunt, recenseat, nimia pinguitudine in taedam mutari*, lib. 17. cap. 24. Sed et Iuuenalis *taedam*, vbi alii pinum, ponit Sat. 12. (v. 59.) *si sit latissima taeda.* Ex pinu enim rates saepe texunt Poëtae. Eadem ecloga versu 56.

*si quis mea vota deorum*

*Audiat, huic soli, virides qua gemmeus undas*

*Fons agit, et tremulo percurrit lilia riuo,*

*Inter pampineas ponetur faginus ulmos.*

*Faginum* scilicet pro fago positum interpretantur et tollerant. At quid promtius, quam scribere: *hic solus.* Ita enim loquebantur. Horatius lib. 2. Sat. 3. (v. 183.)

*Latus ut in Circō spatiere, aut aeneus ut flos.*

Iuuenalis Satyra 7. (v. 79.)

*Contentus fama iaceat Lucanus in hortis  
Marmoreus. Sed Serrano tenuique Saleio  
Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?*

Ita enim scribendum: non *Marmoreis.* *At:* aut si malis hoc indulgere Poëtae: *Marmoreus.* *At Serrano.* Nam horti isti marmorei nullius vñus. Caeterum quia testatur vir et ingenio et doctrina et meritis vtroque honoribus excellens Vltius, priscis exemplaribus esse, *huic similis,* legerim, *hic similis.* Nam *hic similis ponetur faginus,* est, huius effigies ponetur e fago. Vt, *Aristotelem similem vel Pittacon.* De qua loquendi ratione olim scripsimus in Dia-triba ad Statii Siluas.

## C A P V T XIV

*L. Annaeus Seneca quinques emendatus. Aestatem Martius adducit. Materia omnibus obnoxia carnis. Causam incipientem occupare remedis. Ter-* *tullianus defensus. Laudatum in escis. Coitu nubium vehementer elitus fiebus vapor globo, in quo cum humido coactuata est.*

**E**ximus est locus epist. 36. *Observa orbem rerum inservientium: videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere ac resurgere. Aestas abit, sed alter illam annus adducit: hiems cecidit, sed referent illam sui menses. Ms. membranae quas contulimus: sed altera illam artius adducit. Evidem demiror ne niminem hic notare aliquain eius codd. varietatem. Quid enim expeditius quam scripsisse auctorem: Aestas abit, sed alter illam Martius*

*Martius adducit. Ver enim aestatis praecursor: primus mensis veris Martius, quo calor temporis incipit, et in quem incidit aequinoctium vernum.* Seruius ad Virgilii lib. i. (v. 43.) Georg. *VERE NOVO GELIDVS.* *Vere nouo et anni accipiamus et prima parte veris. Nam anni quatuor sunt tempora diuisa in ternos menses, qui ipsorum temporum faciunt talem discretionem, ut priore mense ver nouum dicatur, secundo adultum, tertio praeceps.* Idem supra: *Nouum ver ideo ait, quia anni initium est mensis Martius.* Quare in pictura mensium de Martio: (Georg. 4, 307.)

*Tempus vernum hoedus petulans et garrula hirundo  
Indicat, et finus labris, et herba virens.*

Saepe autem legas, qui per compendium tempora anni nominant, aestatis et hiemis mentione ver et autumnum includere. Immo aestatem pro vere dixit Maro lib. 4. Georg. (v. 59.) ubi per aestatem liquidam interpretatur Seruius, per ver serenum. Sed ut Seneca, cum dicit aestatem a Martio adduci, Eclog. 7. (v. 47.)

*Iam venit aestas.*

*Torrida, iam laeta turgent in palmite gemmae.*

Quippe in Martio, ut ait Ouidius, (Fast. 3, v. 537.)

*Arboribus redeunt detonsae frigore frondes,*

*Vuidaque in grauido palmita gemma tumet.*

Iterum Virgilius 3. (v. 296.) Georg. *DVM MOX FRONDOSA REDVCITVR AESTAS.*

Seruius: *Donec vernum tempus adueniat. nam ut etiam in primo diximus, ver et aestas, sicut etiam hiems et autumnus, unum fuerunt, secundum rationem hemisphaerii.* Vlpianus in l. 1. n. 32. de aqua quotidiana: *Aestatem inciperet sic peritiores tradiderunt, ab aequinoctio verno, et finiri aequinoctio autumnali: et ita sensis mensibus aestas, atque hiems dividitur.* Sic ergo scripsisse auctorem ostendunt aperte et verba sequentis antipheti: *hiems cecidit,*

*sed referent illam sui menses.* Ep. 58. *De homine diuina fluida materia et caduca et omnibus obnoxia casibus.* Et hic silent interpres. Tamen membranae: et omnibus obnoxia causis. Prorsus verbo familiariter Senecae, ut alibi eruditus notaruntur. Gellius lib. 9. (cap. 4.) ex Plinio: quae si impensius forte boudauerint pulchras arbores, segetes laetiores, infantes amoeniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emoriantur repente haec omnia nulli aliis causae abnoxia. Cicero de Haruspic. responsis: (cap. 18.) *Nam corporis quidem nostri infirmitas multorum subit casus, per se denique ipsum corpus tenuissima saepe de causa conficitur.* Luius lib. 22. (c. 8.) *ut in affecto corpore quamvis leuis causa magis, quam valido grauior, sentiretur.* Et alibi: *praeualida corpora ab externis causis tutu videntur; sed sibi ipsa viribus bnerantur.* At eadem vox testuenda Senecae lib. 3. de ira cap. 10. *Qui contumaciam vitio solent corripi, iam aduentare valetudinem intelligunt, si calor summa deseruit, et incertum lumen, terrorumque trepidatio est, etc.* Solitis itaque remedis incipientem causam occupant, et odore gustuque, quicquid alienat animos, repetuntur. Ita plures Pintiani, ita tres Palatini. At vulgo: *incipientem causam.* Vbi, proba, inquit Lipsius, lectio, nisi libri abducant. Quorum alii causam, alli curam. Reficerem: *incipientem cura occupant.* Hoc in scirpo nodum querere est. Atque hinc etiam lucem capit Tertullianus de Pudicitia: *Quod si post recuperationem et confirmationem rursus sacerdos animaduertit in eadem domo de pristinis causis et maculis, immundam eam pronuntiavit, et iussit deponi materias et lapides, et omnem structuram eius, et abiici in locum immundum.* Loquitur de lepra, morbo olim apud Hebraeos tam dominum quam hominum. Perperam supposuerunt docti viri: *de pristinis causis.* Seneca etiam vitium arboris appellat causam lib. 2. de clementia: *Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rebias praeerasque arbores collunt, sed illis quoque quas aliqua deprauauit causa, adminicula*

*cula quibus regantur applicant.* Epist. 119. *Recipiunt superuacua delectum: hoc parum decens, illud parum laustum, oculos hoc meos lasdit.* Ita quidem ex coniectura Lipsius. Sed libri omnes veteres, *laudatum*, quod certe mutari non debuit. Tangitur enim coenipetarum aut comium conuiuarum ritus, singula fercula regis sui, quae placuissent, laudantium: in eoque magnus pascendum ambitus. Vnde Theophrastus in charactere *κολαπέας* (pag. 9. ed. Cesaub.) καὶ τῶν ἐσιωμένων πρώτος ἐπαινεῖσας τὸν οἶνον, καὶ παραπεμένω εἰπεῖν, ὡς μαλακῶς ἔδιει! καὶ ἄρα τὶ τῶν αὐτὸν τῆς τραπέζης Φῆσαι, τεττὶ ἄρα ὡς χρησόν ἐσι; [Sic enim legendum videtur. Vulgo *παραπεμένων*, cuius nulla Venus: et si verterit Cesaubon, illi assidue assistens: qui et laudat ἐσιας pro ἑοδίαις. Sed in Ms. vt ad marginem posterioris editionis notatum, *παραπεμένων* ex quo elicimus *παραπεμένων* et est sermo non ad conuiuatorem, sed ad conuiuam, ita vt iste exaudiat ac fruatur. *Et iuxta accubanti dicere: ut molliter vesceris!* vel, *ut laute exciperis!*] *Laudatum ergo, quod cum praeconio praebitoris nitorisque eius atque platus a conuiuis solet excipi.* Petronius: (cap. 31.) *adlata est gustatio valde laudata.* Item: (c. 35.) *laudationem ferculum insecurum est.* Plinius lib. 10. c. 50. *Dedere et Parthi cocis suis mores: nec tamen in hoc mangonio totum placet; hic clune, alibi pedatore tantum laudatis.* Vides *laudatum id ipsum esse ei quod placet in cibis.* Seneca lib. 3. Nat. Quaest. (c. 18.) *de mullo: nihil est morente formosus.* Da mihi in manus vas vitreum, in quo exultet, in quo trepidet. *Vbi multum diuque laudatus est etc.* Naturalium Quaestionum lib. 2. cap. 12. *Aristoteles multo ante ignem colligi non putat, sed eodem momento exsiliare, quo fiat.* Cuius sententia talis est. *Duae mundi partes in imo iacent, terra et aqua: utraque ex se reddit aliquid.* Terrenus vapor siccus est et fumo similis, qui ventos, tonitrua et fulmina facit: aquarum halitus humidus est, et imbres et niues creat. *Sed siccus ille terrarum*

rarum vapor, unde ventis origo est, quia coaceruatus est,  
 cum coitu nubium vehementer impactarum a latere eliditur:  
 deinde ubi latius ferit nubes proximas, plaga et cum sono  
 incutitur, qualis in nostris ignibus redditur, cum flam-  
 ma vitio lignorum videntium crepat. Facile omnes con-  
 sentiunt hic subesse vlcus: at nemo qui magnae aliquid  
 opis adferat. Gruterus monet τὸ impactarum ab Erasmo  
 esse, in suis et Fortunati MSS. desiderari. Opsopoeus e  
 Memmiano offert: cum coaceruatus est, coitu nubium ve-  
 hementer a latere eliditur. Tunc MSS. deinde ut latius fo-  
 riat nubes proximas. Praeterea in istis, plaga et cum  
 sono, Erasmus ignorat τὸ Et: sed et Fortunati Gruteris  
 que codices scripti: haec plaga cum sono. Fromondus velli-  
 cat illud, coitu nubium: et non male ait legere Pincianum:  
 ut latus ferit nubis proximae. Verba Aristotelis, ex quibus  
 sua formauit Seneca, exstant lib. 2. Meteorologicorum cap. 8.  
 Τῆς γαρ αναθυμίσεως ἔστι διτῆς, τῆς μὲν ὑγρᾶς, τῆς  
 δὲ ξηρᾶς καὶ τῆς συγκρίσεως ἔχεστιν ἀμφώ ταῦτα διά-  
 μενα, καὶ συνισταμένης εἰς νέφος ἐτούτη τὸ πυκνοτέρας συστάσεως  
 τῶν νεφῶν γιγνομένης πρὸς τὸ λέχατον πέραις. (ἢ γέρε  
 ἐκλείπει τὸ θερμὸν διακρινόμενον εἰς τὸν ἄνω τόπον, ταύτη  
 πυκνοτέραν καὶ ψυχροτέραν αναγνωστὴν ἔνει τὴν σύστα-  
 σιν etc.) οὖτι δὲ μπεριλαμβάνεται τῆς ξηρᾶς αναθυμί-  
 σεως ἐν τῇ μεταβολῇ ψυχρομένης τῇ αὔρᾳ, αὐτὴ συν-  
 έιτων τῶν νεφῶν ἐκκινεῖται. Quorum haec est senten-  
 tia: Quum duplex sit exhalatio, humida et secca, et ex  
 ambabus final ab imo effundentibus consistat et coeat glo-  
 bus instar nubis, utriusque potentia praeditus; nubes  
 autem medio in aere pendentes densius sint compactae circa  
 terminum suum aut ubi ultimae a nobis videntur, (quia  
 enim deficit illic calor, redundus ad partes superiores, ideo  
 et spissius frigidiusque necesse est fit illud volumen nu-  
 bium etc.) propterea igitur quoque vis seccae exhalationis  
 includitur globo isti a terra videnti, mutatione aëris ex-  
 calido in frigidum quasi cohorrescens, coëuntibus nubibus,  
 puta illa a terra standenti et istis in frigido aëre suspensis.  
 eli-

*eliditur atque exsilit.* Hinc intelligitur non sufficere illud Senecae, *quia coaceruatus est.* non enim terrenus vapor congregatus hoc efficit, sed *η σύγκεισις ἔχεσσα ἀμφω,* seu collectio humidi et siccii. Tum quia *τὸ οἰμπαζταροῦ* in nullis libris manu exaratis reperitur, abeat, unde malum pedem attulit. Sed nec *lateris* vllamentio apud Aristotelem. Quare existimo verba Senecae sic scribenda et digerenda: *quum coitu nubium vehementer alteri, cui coaceruatus est, eliditur.* Intelligo autem, *alteri*, vaporis humido, quicum in globo isto vel aceruo iunctus fuit aridus. Hoc est, quod Aristoteles: *ἐν τῇ μεταβολῇ ψυχομένῳ τῷ αἴρος αὐτῇ συνόντων τῶν νεφῶν ἐκκρίνεται.* Porro autem, quia pro illo, *vbi latius ferit nubes, omnes* MSS. *vt latius,* scribendum existimo; *deinde vi latus ferit nubes proximas.* Nam sic Aristoteles: *Βίᾳ δὲ Φερομένῳ καὶ προσπίπτοσσα τοῖς περιεχομένοις νέφεσι, ποιεῖ πληγὴν.* Quae prope ad verbum reddidit Seneca. Ita ergo pars eius affecta redintegranda: *Sed fucus ille terrarum vapor, unde ventis origo est, quum coitu nubium vehementer alteri, cui coaceruatus est, eliditur; deinde vi latus ferit nubes proximas; haec plaga cum sono inquitur.* Quae sequuntur eodem capite, omnia Aristotelii debentur, alia liberius, alia pressius translata. Ut illa: *qualis in nostris ignibus redditur, cum flamma vitio lignorum virantium crepat.* Elegantius Stagrites: *ώσπερ εἰπάσσαι μείζονι μικρὸν πάθος, τῷ ἐν τῇ Φλογὶ γινομένῳ φόρῳ ὁν καλλίσσον οἱ μὲν τὸν Ηφαίστον γελᾶν, οἱ δὲ τὸν Εσίαν οἱ δὲ ὡπελῆν τέτων.* Tum hoc: *Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilitudinem nubium.* Quare? aliae maiorem sinum habent, aliae minorem. Aristoteles: *Παντοδιποὶ δὲ οἱ φόροι διὰ τὴν αὐνωμαλίαν τε γίγνονται τῶν νεφῶν, καὶ διὰ τὰς μεταξὺ ποιλίας, η τὸ συνεχὲς ἐκλείπει τῆς πικνότητος.* Nimirum Seneca philosophi *τὴν αὐνωμαλίαν καὶ τὰς ποιλίας* per διὰ δυοῖν accepit, et sic unam causam ponit, alteram ut cause causam. Rursum Seneca: *illa vis expressi spiritus ignis est, qui fulgurationis*

tionis nomen habet, leui impetu accensus et varius. Aristoteles: Τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἐκθλιβόμενον τὰ πόδια μὲν ἐκπιρρηται λεπτῇ καὶ ασθενεῖ πυρώσει, καὶ τέτταν, ἦν καλλίμενος αἰσχαπτήν οὐ τὸν ὀστέον ἐκπίπτουν τὸ πνεῦμα χρωματισθὲν ὁφῆῃ. Quodque apud utrumque continenter sequitur: ut apud Senecam, *Ante autem videmus fulgurationem quam sonum audiamus, quia oculorum velocior est sensus et multum aures antecedit: apud Aristotelem, Γίνεται δὲ μετὸς τὴν πληγὴν καὶ ὑπεροτῆς βροντῆς, ἀλλὰ φαινεται πρότερον διὰ τὸ τὴν σύνη προστερεύει τῆς ἀκοῆς.*

---

## C A P V T X V

*Manilius illustratus et saepius correctus. Immotus pontus. Sidera et fretum ignota. Claudianus correctus. Sidera pro frigoribus. Ouidii vetus lectio probata. Pestis. Ouidius emaculatus. Germania siccæ zellure fugiens. Mare Adriaco mutatum nomina ponto. Salmonei pons et missae per aera quadrigae. Eiusdem lebetes et nales.*

*Tretzes correctus. Salmoneus se admouisse Iouem terris non fulmine ficto sensit: et morte deum didicit. Duo Lapidès antiqui illustrati, alter et correctus. Cybele male ponitur inter inferorum deos. Cybele irata, non est terra gravis. Impii dii apud Tacitum. Numina maligna apud Iuuenalem.*

**Q**uid Manilius immotum pontum dixerit lib. i. (v. 76.)

*Immotusque nouos pontus subduxerit usus:*

eleganter explicat declinatator ille apud Marcum Senecam: *Immensum et humanae intentatum experientiae pelagus, totius orbis vinculum, terrarumque custodia, inagitata remis vastitas.* Haud igitur deliberandum de hac opt. cōdīcīs lectiōne, vbi ante Scaligerum erat: *ignotusque.* At apud Claudianum in 4. Cons. Honorii scribendum est: (v. 30.)

*Quid*

*Quid rigor aeternus coeli? quid fidera prosunt,  
Ignotumque, fretum?*

Cum vir summus in Raphelingiana curasset poni: *coeli quid frigora prosunt*, quod secutus quoque est Clauerius; induxit virum doctum, ut defenderet vulgatum cum erronea distinctione, et *fidera* interpretaretur frigora. Non ignoro illud Virgili: (Aen. 3, 6.) *hiberno moliris fidere classem*. Vbi Seruius: *aut tempore, ut, quo fidere terram Vertere Maecenas: aut reuera fidere propter Orionem*. Statius: (Silv. 1, 2, 157.) *ipsa meae tepeant tibi fidera Brumae*. Quomodo et Ouidius lib. 2. de Ponto, Et. 4. (v. 25.)

*Longa dies citius brumali fidere, noxque  
Tardior hiberna solstitialis erit.*

Sic enim MSSC. vbi vulgabant: *brumali tempore*. Mamerinus Genethliaco Maximiani: *aduersus inclemantium locorum et fiderium nefrae vos maiestatis potentia turbatur*. Sed apud Claudianum *fidera* proprio sensu suo dicuntur. Quo deuictis illis gentibus coeli rigor? quo *fidera* et *fretum* nostris ignota? Haec enim duo a nauigantibus non possunt disiungi. Valerius Flaccus: (5, 196.)

*Tot freta, tot dure properantia fidera passis.*

Sic iterum declamator apud Senecam: *igsum vero graue et defixum mare: aut nulla aut ignota fidera*. Ouidius 1. Tristium: (5, 61.)

*Nos freta fideribus totis distantia mensos  
Detulit in Geticos Caesaris ira finis.*

Iterum Manilius lib. 2. vers. 228.

*Princeps armenti Taurus regnoque superbus  
Lanigeri gregis est Aries, hostisque duorum  
Praedatorque Leo.*

Priores

Priores edit. *postusque duorum.* Gemblacensis: *postique.* Inde coniiciendum fuit *peftisque duorum Praedatorque Leo.* Sic Cicero Clodium, ni fallor, aut Pilonem vocat, *peftis mea.* Sallustius Iugurtha: (14, 10.) *postquam illa peftis ex Africa eiepta est.* Et ita alibi Manilius. Restituenda vox eadem non dispari sensu Ouidio lib. 7. metamor. non parum etiam corrupto loco: (v. 765.)

*Protinus Aonis immittitur altera Thebis:*

*Cessit et exitio multis pecorumque suoque.*

*Rurigenae pauere feram. vicina iuuentus*

*Venimus et latos indagine cinximus agros.*

Quae enim altera? numquid vates obscura? atque adeo Sphinx? Noh puto. Vitium oportet esse valde antiquum. Nam inde multi etiam scripti: *immisus est bellax.* Nesciebas enim quam diceret alteram. Sed videtur scripsisse Quidius:

*Protenus Aonis immittitur altera Thebis*

*Pestis, et exitio multi pecorumque suoque.*

*Rurigenae pauere feram.*

Rursum Manilius lib. 3. versu 634. de aestate:

*Tunc et bella fero trahantur Marte cruenta,*

*Nec Scythiam defendit hiems: Germania fucca*

*Iam tellure fugit, Nilusque tumescit in arua.*

Scaliger: Vagatur exsiccato solo, quod hieme ea loca aquis operiantur. Ergo tantum vagatur? Immo de sententia Manilii, vere ac simpliciter fugit infestantes Romanos, non defensa paludibus suis, vt erat hieme, qua parte rem in ea gerebant Romani. Passim Tacitus. Lib. 1. Annal. (c. 67.) *quod si fugerent, pluris filias, profundas magis paludes.* Lib. 2. (c. 5.) *fundi Germanos acie et iustis locis: iuuari filias, paludibus, breui aestate et praematura hieme.* Lib. 4. versu 606.

Ac

*Ac ubi se primum porta mare fudit ab illa,  
Enatat Ionio, laxasque vagatur in undas,  
Et prius in laeva se fundens circuit omnem  
Italianam, atque Adriam comitatur nomine pontum.*

Editi veteres et membranaceus Venetus coenobii D. Antonii, qui melior hic Gemblacensi, *Et natat.* Cur autem, *Et prius?* Sed hoc vtcumque transeas, quod vero pus, qui vomitus, *Adriam comitatur nomine pontum?* Tam insipidam, olidam, fatuam lectionem fastidiosissimum illud Scaligeri palatum non exhorruisse? Venetus caret particula *Atque*, et aīrī *& pontum* habet *ponto*. Hinc aestimetur, an aliquid nobis Manilius debeat. Reponitus:

*Ac ubi se primum porta mare fudit ab illa,  
Et natat Ionio, laxasque vagatur in undas,  
Vt prius; in laeuanam se fundens circuit omnem  
Italianam, Adriaco mutatum nomina ponto.*

Vbi angustias freti Siculi mare liberauit, et iam exsultat Ionio, lateque effusum spargitur, vt prius quam arctum illud intraret; in laeuanam se vergens omnem reliquam maritimanam Italianam ambit accepto nomine Adriatici. Lib. 5. versu 91. de natis sub Heniocho:

*Hinc mihi Salmoneus, qui coelum imitatur in orbe  
Pontibus impositis, missisque per aera quadrigis  
Expressisse sonum mundi sibi visus, et ipsum  
Admouisse Iouem terris de fulmine fingit,  
Senxit et immensos ignes, super ipse secutus  
Morte Iouem didicit, generatus possit haberis.*

Sic Scaliger: magna parte ex Gemblacensi: huic enim *Pontibus*, et *Admouisse* et *Generatus possit haberis* debentur: superest tamen nescio quid scabri in tota compositione: et viri docti nondum sibi satisfactum testantur. Quorum alii, *Attonuisse Iouem terrestri*: alii *Amouisse* retinent, faciunt autem, *imitatus et finxit*. Deinde illi,

*Senxit*

*Sensit et immensos ignes, seque ipse secutus  
Morte leuem didicit, generatus qui sit, haberis:  
hi vero,*

*Sensit et immensos ignes supereesse, seipsum  
Mortalem didicit generatus quo sit habendus:*

Vel, *Morte hominem didicit; vel Morte Iouem eum didicit quo sit habendus generatus*, id est, ad quem origine in suam referre debeat, nimurum ad mortalem quendam Iovem. Nos non quidem tam mirifica, forsan tamen non minus commoda dabimus. Quod si primum versum, ut est, retinereim, vtique malleum, quod reiicit Scaliger, *impositus*: vt dicatur ipse Salmoneus *impositus pontibus imitari coelum*, quam ambiguum illud, *Pontibus impositis quadrigis*. Sed quia Gemblacensis quoque *impositis*, ita videtur ominus instaurandus locus:

*Hinc mihi Salmoneus, (qui coelum imitarier urbi  
Pontibus impositis, missisque per aera quadrigis  
Expressisse sonum mundi sibi visus: at ipsum  
Admouisse Iouem terris non fulmine ficto  
Senxit, et immenses ignes super ipse secutus  
Morte deum didicit) generatus possit haberi.*

Vrbis mentio hac in re et Virgilio Aeneid. lib. 6. (v. 588)

*Per Graium populos mediaeque per Elidis urbem.*

Salmoniam vocat Diodorus, Salmonen Eustathius: et hanc eodem fulmine subrutam addit Apollodorus. Pontis Servius quoque meminit: *fabricato ponte aereo super eum agitabat currus*. Non desunt enim qui aliter. Vir doctor non solum aere imitatum tonitus, sed etiam pellibus Libycis scribere notat Tzetzen Chiliade septima. Legitur quidem ibi:

*Ἐν βύρωσι τε καὶ λύθησι τοῖς δρόμοις τῶν αἰγάλεων.*

Quod reddiderunt, *In pellibus atque Libycis cursibus curruum*. Sed nec pelles Libycae nec cursus Libyci quicquam ad rem faciunt. Scribendum: Ev

*Ἐν Βύρσας τε καὶ λεβήταις καὶ δέρμοις τῶν αἰρμάτων.*

Auctor Apollodorus: *Kαὶ Βύρσας μὲν ἐπηρεαμμένας ἐξ ἀρμάτων μετὰ λεβήτων χαλκῶν σύρων, ἔλεγε Βροντᾶν.* At idem, pergit Manilius, *sensit, se terris admouisse, vel coelo deduxisse et in sece attraxisse ipsum Iouem iratum non ficto fulmine.* Non minus quam Tullus Hostilius Elicium male sollicitando. Vnde Seneca lib. 2. Nat. Quaest. cap. 49. ex disciplina Caecinae et Etruscorum: *Hospitalia, quae sacrificiis ad nos Iouem arcessunt, et (ut verbo eorum molliore utar) inuitant: sed si irascentem dominō inuitant, tunc venire cum magno inuitantium periculo affirmat.* Additur: *Secutus immisos ignes super, id est, supernos, vel desuper in se missos non sustinens, sed cum illis deiectus.* Denique, *Morte deum didicit: vt Lapis antiquus de Popillio Auito: LOCVM. SEPVLT. ACCEPI. ANTE. AED. DEAE. MAGNAE. CYBELES.*

*QVAM. IRATAM. MORTE. SENSI.* Quum nefcio quid aduersus illam peccasset, breui post quomodo cumque mortuus, ira deae periisse creditus est. Tantillam rem non potuit assequi ille, qui positis ab se sibi Quæstionibus Romanis ita respondit, vt appareret non tam facile de rebus Romanis responderi quam effundi declamatiunculam sententiolis vibrantibus pictam aut nomine Politices ignorantiam doceri. Rogat, quid sit post mortem Cybelen iratam experiri. Caballus in porta offendens: non enim *post mortem, sed morte* praefert Lapis. Tres affert interpretationes iuxta insulsas. „An ideo, inquit, haec formula „vsurpata, quia inter deos infernales etiam Cybele habita? „Quidni? non enim sine vxore debuit illic agere Saturnus. „Vt *iratam*, ait, *Cybelen sentire* nihil sit aliud quam vita pri- „vari et in domum Plutoniam deferri.. En normam sermo- nis! en eloquentiae Latinae magistrum! Cybelen siue Bere- cynthiam nulla vñquam vetus superflitio apud inferos loca- vit. Si quis Acherunti Cybelen alea lusisse scripsit, et Cybelen et inferos derisit, nec apud inferos Cybelen, sed et ipsam et in- feros nusquam esse putauit. Et tamen Παρθίνιτον συγ- κυζεύ-

*xv. Cœurus. iv. adg., non Cybelae, sed τῇ Δήμητρᾳ ediderat Celsus, quo loco abutitur. Illud vero carmen epitaphion Mygdonii,*

*Qui colitis Cybelen; et qui Phryga plangitis Attin,  
Dum vacat, et tacita Dindyma nocte silent,  
Flete meos cineres:*

si monstrat Cybelen etiam ad fato functos spectasse, addamus inferorum diis et Veneres Cupidineisque, tum Ele-  
giam, quia Catullus (3, 1.) *Lugete o Veneres Cupidineisque,*  
*et Ouidius, (Amor. 3, 9, 3.)*

*Flebilis indignos Elegeia solue capillos.*

Pergit: „An vero, quum Cybele sit terra mater, ut veteri-  
„res interpretantur, Autus hic terra conditus irataim eam et  
„grauem dicitur sentire? quo faciunt veteres formulae in  
„piis votis, *fit tibi terra leuis*, in exsecrationibus, *fit ti-  
„bi terra grauis.* „ Quasi eiusdem sit Cybelen veram  
deam credere, et per eandem nihil aliud quam terram  
significari putare. Quasi possit eadem statui persona coe-  
lellis, magna deorum, Iouis praesertim et Neptuni et Plu-  
tonis, mater, numen praesens, vindex iniuriarum suarum;  
et mox eidem attribui, quod non nisi huic rudi, solidi,  
exanimo orbi, qui sustinet vestigia nostra, conuenit. Alterum  
philosophi est, quae vates et sacerdotes credulo vul-  
go de diis tradebant, pro rebus adumbratis et imaginibus  
naturae accipientis, atque adeo religionem tollentis: alterum  
superstitionis, interpretationes istas pro summa impie-  
tate detestantis. Quin etiam Poëtae aliquique eruditii homi-  
nes, inter duo illa genera medii, et interdui vulgi more  
diis istis commenticiis supplicantes, interdui eosdem  
pro rerum naturae simulacris sine vi, sine specie,  
traducentes, et nunc de diis ut partibus naturae,  
nunc de naturae partibus ut diis loquentes, non tam  
amen promiscue ac sine discriminé, sed magno delectu  
attributiones rerum significatarum, cum fictis per-  
sonis

**fonis coniunxere.** *Iunonem* interpretantur aërem: at ne-  
mo inuentus est, qui diceret *volucres* in *Iunone* alarum  
*remigio* *vehi*, aut *Iunonem Persarum obscuratam sagittis*.  
Vestam nihil aliud quam puram flammam intelligi iubet  
Ouidius: quis tamen ausus *Vestam amoris* aut *irae* dicere,  
quae igni adsimulantur? aut *urbem Troianam Dorica Ve-  
sta absuntam*, quod ignis fecit? Vestam idem et terram  
interpretatur: nec Ibin tamen nec lenam suam mortuos  
optat *Vesta grauari*. Qui *Cybelen iratam* putat dici posse  
*pro terra graui humatis*, idem Gigantes vocet *Cybeles  
partum* et *Iouis fratres*, et *Cybelen incendio Phaëthon-  
tis arfisse* dicat, et *filios Berecynthiae* pro *obscuris* et  
*ignobilibus*, et mille nugas, quas, absque his foret, ta-  
men dixit noster. Deos iratos, quasi aliunde nosci ne-  
queant, quaerit in Lepide Celeiano: *KAL. AELIO-  
NIN. DI. IR. ET. BAL. ET. INO. COS. CE-  
LEIAE. AVG. P. AELIVS. P. F. COS. PRO.  
SE. ET. SVIS. V. S. L. M.* Hic, inquit, *DI. IR.*  
idem est quod *dii irati*. Quare autem? aut quomodo haec  
interpretatio notarum reliquis verbis conuenit? Qui vero  
isti *BAL. ET. INO*. Consules? Ex tribus Lapidibus aliis  
(qui exstant p. XXIII. Gruteri, et p. CXXX. eadem qua quem  
tractamus, et MIX.) liquet τὰ *BAL. ET. INO*. ean-  
dem personam idemque nomen esse, et corruptas eas  
notas pro *BALBINO*: est enim P. Coelius P. F. Bal-  
binus Vibullius Pius: cui collegam dant et Fasti et duae  
ex significatis Inscriptiones ab Hadriano adoptatum L.  
Aelium Ceionianum Commodum Verum iterum: quod  
nomen in vitiatis illis *KAL. AELIONIN. DI. IR.*  
intelligendum, quomodocumque etiam expressum fuerit:  
nam varia licet coniicere. Diis iratis inter duorum Consul-  
lum nomina non magis locus est quam propitiis: nam si  
diis iratis factum, vt eiusdem anni Calendis Ianuariis  
moreretur Aelius Verus, id tamen hoc deplorandi tem-  
pus non erat. Porro et irati dii fiunt *impii* apud Taciti-  
num lib. 16. Annal. (c. 31.) *Nulos impios deos, nec aliud*

*infelibus precibus inuocauit: quin et numina maligna apud Iuuenalem Sat. 10, (III.)*

*Magnaque numinibus vota exaudita malignis.*

*Impii, maligni, iidem qui irati, ait. Haudquaquam, o percontator. Impii dii sunt magici, qui deuotionibus aduocantur, quos qui tum adhibuisse putarentur, impietas rei siebant. Maligna autem numina vocat Iuuenalis, quae specie indulgendi nocent, quae faciunt compotes malorum, quae dant imprudenter roganti, quo pereat. Quid est autem, quaerit ipse in altero lapide, pro se et suis libenter meritoque vota soluere iratis diis? Et, Profecto nihil aliud quam auertere iram deorum, respondet. Profecto hoc tibi nemo Latine gnarus concedet. Diis iratis siebant quidem et suscipiebantur vota, sed non solvabantur, nisi propitiis. Quid enim est soluere? nempe debitum reddere. At nemo debitor voti, nemo reus, nemo damnatus existimabatur, nisi potitus eo, cuius causa votum fecisset. Id autem propitiis diis contingere censebant, non iratis. Decernit tandem, mentem Inscriptioonis esse, Auitum contra animi sententiam sub terra conditum, siue ad inferos delatum. Praeclare. Sed qui sunt illi ex sententia sub terra conditi siue ad inferos delati? Decius, credo, aliquis aut Curtius aut Menippus. Caeteri omnes, quicquid est hominum, Cybelen iratam morte senserunt, id est, maluerunt viuere quam mori, vt cum rogatore loquar. Praecipue Achilles, si Vlysses Alcinoo non est mentitus. Quintilianus decl. 6. *Dii immortales, coeli, maris, inferorum praefides, uni mihi adhuc omnes male experti.**



CAPVT

## C A P V T XVI.

*Symmachus emendatus est  
defensus. Munus, quo Roma  
pariter et Athenae se iactent.  
Terentius non Comicus, sed  
Reatinus: Serenus non Septi-  
nius, sed Sammonicus. Statius  
correctus. In Symmacbo alia  
quaedam leuia animaduerafa,  
quae fugerunt editores. Cele-*

*bris habitatio. Celebrare Dif-  
famare. Nonii locus. Ut et  
Augustini, Hieronymi, Macrobi.  
Epistolae formales. Hoc, illud,  
non semper ita posita, ut pro-  
piori respondeat prius, remo-  
tiori posterius. Reuerendus,  
non timendus.*

*S*ymmachus pater ad filium scribit lib. I. (ep. 2.) *Hoc  
est manus, quo non sola se possit iactare Campania;  
sed praeteritis Roma aut Athenis in Graecum lo-  
quendi honorem huius modi lingua vertatur.* Sic edidit  
Scioppius, nec habet quicquam auxilii: tantum profert e  
Bessarionis libro: *Athenefi in Graecum: e Fuldano, si in  
Graecum.* Barthius coniicit: *praeteritis Roma aut Athe-  
nis in seculum loquendi honore haec lingua vertatur,*  
lib. 28. Aduersar. cap. 9. Nobis in Ms. visum: *Athenien-  
sis in Graecum.* Sed scripsérat auctor: *sed pariter Roma  
et Athenae, si in Graecum loquendi honorem huiusmodi  
lingua vertatur.* Eadem epistola: *Scis Terentium, non  
Comicum, sed Reatinum illum Romanae eruditioinis pa-  
rentem hebdomadon libros epigrammatum adiectione con-  
diisse.* Miror qui in mentem venerit editoribus ut illa,  
*non Comicum, olere aliquid παρεμβελημένον* dicerent.  
Quasi non soleant veteres in eiusmodi ambiguitate distin-  
guenda ludere. Tertullianus de pallio: (p. 36. ed. Salm.)  
*Nam et arietem, (non quem Laberius, reciprocicornem,  
lanicutem, testitrahum, sed trabes machina est, quae mu-  
ros frangere militat) nemini adhuc libratum, illa dicitur  
Carthago studiis asperrima belli prima omnium armasse in  
oscillum penduli impetus.* Sic Cicero lib. 2. ad Att. epist. I.  
*quod me illum vindicem aeris alieni, aere, non Corinthio,  
sed illo circumforaneo, obruerunt.* Marcus Seneca in  
Controuersia, Ter fortis: *Aeschines non ille orator, sed*

hic

*hic ex declamatoribus.* Liuius lib. 31. (c. 46.) *Larissamque, non illam in Theffalia nobilem urbem, sed alteram, quam Cremasten vocant.* Quintilianus lib. 9. c. 2. *Rutilius Gor-giam secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis.* Apollinaris Sidonius ad Polemum: *nouerint sententiam meam discrepantia sentientes, fine M. Varrone, fine Sereno, non Septimio, sed Sammonico, fine Censorino, non posse damnari.* Ex his Septimiis alter, Serenus puta, ipse ille est, ad quem carmen extat Statii lib. 4. Siluarum. Vbi in editionibus perperam vocatur *Seuerus.* Coniungit eum cum Stella Sidonius carmine ad Magnum Felicem. Nam de eius poësi Lyrica clare Statius: (lib. 4. Silv. 5. v. 57.)

*Hic plura panges vocibus et modis  
Passim solutis, sed memor interim  
Nostrri verecundo latentem  
Barbiton ingemina sub antro.*

*Vocibus et modis passim solutis* non aliter accipio quam apud Horatium: (Carm. 4, 2, 11.) *numerisque fertur lege solutis.* Meminit Seruius ad l. 5. Aeneid. vers. 116. ad l. 6. v. 289. ad l. 9. v. 762. ad l. 12. v. 923. Vide de hoc Sereno Nic. Loënssem lib. 5. cap. 4. et Sirmondum ad Sidonium. Rursum Symmachus lib. 2. Epist. 26. *Baiarum solitudine vehementer offensus Puteolis malui commorari.* Iuuat enim nos illius loci salubris habitatio. Inepte comparantur hic *solitudo et salubritas.* Scribo: *iuuat enim nos illius loci celebris habitatio.* *Celebrare, frequentare, celebratio et celebritas* frequentia, celebris locus qui a multis frequentatur. Cicero pro Sulla: (c. 26.) *Quae domus? quae celebratio quotidiana? quae familiaris dignitas?* Quintilianus decl. 265. *celeberrimae viae.* Tacitus lib. 2. Hist. (c. 64.) *vita-ta viae Flaminiae celebritate.* Annal. 16. (c. 29.) *nota et celebritate periculorum sueta iam Senatus moestitia.* Firmat autem sonieſtūram nostrā Symmachus l. 1. ep. 18. *iam-dudum vestri cupiunt Lucrina tacita et liquida Baiana et Puteoli adhuc celebres.* In Lucilii versu:

*Multis*

*Meditisendo locis sermonibus concelebrarunt:*

commodè explicatur a Nonio concelebrare diffamare. Nec de alia emendatione cogitandum pro diuamare. Est enim *diffamare* indifferens nonnunquam pro diuulgare, in vul-  
gus spargere. Ita plus quam semel vtitur Augustinus de  
*Civitate Dei.* Lib. 3. c. 10. *an respondent, quod nisi assiduis*  
*fibi*que continuo succedentibus bellis Romanum imperium  
*tam longe lateque non posset augeri, et tam grandi gloria*  
*diffamari.* Membranae Ms. ignorant τὸ succedentibus.  
Lege: *assiduis fibi*que continuis bellis. Frustra hunc Nonii  
locum Lipsius, Dousa, Scioppius tentarunt. Notaui mihi  
in Symmachi epistolis quibusdam, οὐσαταινᾶς praesertim,  
quae sine personae mentione sensum non habent integrum,  
subaudiendum esse vocabulum. non secus ac in formula-  
rum libris habemus, quas paucis mutatis accommodare alii  
negotio et homini possis. Sic lib. 2. Epist. 21. nomen eius  
non exstat, qui commendatur. Lib. 3. ep. 91. *Qualis ergo*  
*quantusque fit dominus et frater meus, in aperto est.* De-  
sideratur nomen illius *domini et fratris.* Lusit operam qui  
correxit, *quantusque sis dominus.* Quasi de Ruffino, ad  
quem scribitur, accipendum hoc foret. Subsequitur enim:  
*Merito eius laudibus nostrum cedit ingenium.* Vbi etiam  
eius in tuis mutandum fuisset. Lib. 8. Epist. 70 et 71. nul-  
lum nomen praescriptum, sed indefinite: *Ad praeturam*  
*multos inuitat.* Indicatur, hoc literarum exemplo mutatis  
noiminibus ad plures vsum Symmachum. Adde Ennodium  
lib. 1. Ep. 12. Igitur sanus etiam locus est lib. 2. ep. 66.  
Symmachi: *Quae me non minus pro illo quam necessitudo*  
*commouit, ut ipse etiam comperto ex relatione Victoris spe-*  
*stabilis viri negotio cogitabis.* Nam αὐτὶ τῷ illo posuerat  
olim Symmachus nomen eius, qui has detulit, cuiusque  
negotium commendatur, quod non prostare cuius suas  
forte ob causas ipse vir consularis voluit. At est qui haec  
dicat esse sine sensu, et loco τῷ pro illo substituat fami-  
liam. quod sane mihi sine sensu est. In relatiuis *hoc, illud,*  
prius solet plerunque respondere propiori. Non tamen id

vbiue obseruant veteres. Liuius lib. 4. *hoc socios amare, hoc hostes! quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos?* Nempe hos ad socios, illos ad hostes refertur. Iustinus lib. 2. (c. 1.) *tantis fructa molibus, tot fossis consissa, ut cum his arceantur, illis recipiantur aquae.* Sic etiam Symmachus lib. 4. Ep. 7. *maius quiddam est fortunam restituere, quam dedisse. Illud enim fieri fortuna consentit, hoc contra illam praefat humanitas.* Non probandum quod Iac. Lectius corredit transpositione: *Hoc enim fieri fortuna consentit, illud etc.* Hieronymus Apol. 3. aduersus Rufinum: *Darentque consilium, ut non ad Protei columnas, sed ad Ionae portum nauigarem: hunc enim fugientium et turbatorum, illum securi hominis esse cursum.* Quod male mutauit Marianus Victorius, et hinc insultat Transalpinae editioni. Macrobius lib. 7. Satur. cap. 4. *Nam ideo omnes dexterae partes validiores sunt et debiliores sinistre, quia has regit calor visceris sui, illae contagione frigoris sinistra obtinentis hebetantur.* Miratur vir eruditus, a castigatoribus hunc locum impune esse dimissum, quem transpositio pronominum omnem loci sententiam destruat: facitque: *quia illas, et hae contagione.* Fallitur: id ipsum enim Macrobius intelligi voluit ex vulgato. Liuius lib. 24. (c. 29.) *Et mittentibus et missis ea laeta expeditio fuit: nam et illis, quod iamdiu cupiebant, nouandi res occasio data est; et hi sentinam quandam urbis rati exhaustam laetabantur.* Vbi illi sine dubio missi, hi mittentes. Haec exilia sunt: sed, si docti viri talia non cogitando lapi sunt, liceat nobis cogitandum de illis esse monere. Epistolae isti, a qua incepimus, subiecti sunt versus quum in alios claros viros, tum in Valerium Proculum, quorum ultimus ita affectus est, vt tot doctorum hominum labor neque ad sensum, neque ad sermonem, neque ad sonum bonum adducere eum potuerit:

*Cum primis, quos non onerauit gloria patrum,  
Ponemus Proculum, vitae morumque decorum,  
Haud unquam indignum magnorum Poplicolarum.*

Olli

*Olli semper amor veri et constantia, simplex  
Coelicolum cultus. non illum spernere posse:  
Et quamquam reverendus, non deinde timeres.*

Sic edidit primus Scioppius, et simul cibnecit, post inde, inetri gratia, Iac. Leclius versui et sententiae ita succurre-re ait: *reverendus erit, non deinde timebis.* Iuretus: *erat, non deinde timendus.* Barthius, primo, *reverendus eum non deinde timebis:* secundo, *eras, non digne timeri:* tertio, *At qu. reverens ius non est inde timeri:* quarto, *reverere decus, non deinde timebis.* Mirum est tot mutationibus nihil effecisse doctos viros, quod non palam sit ineptum. Inueni in scriptis membranis:

*Et quamquam reverendus eris, non inde timeris.*

Facile fuit hinc diuinare:

*non illum spernere posse,*

*Et quamquam reverendus erat, non inde timeres.*

Plinius lib. 1. epist. 10. *reverearis occursum, non reformi-des.* Symmachus filius lib. 10. epist. 25. *sine contemtu facili-s, sine terrore reverendus.* Compositio similis apud Ci-ceronem post redditum in Senatu: (c. 6.) *Etiam si agrestem et inhumanum exsistares, tamen libidinosum et perditum non dubitares.*

## C A P V T XVII

*Propertio medicina et lux, non r̄e accepto. Scare ranta-e  
Tanti est. Africa tota in lu-eladis pretio. Quae vulgo 8 et  
cris. Taciti locus insignis re-9 elegiae habentur in lib. 4.  
stitutus. Scare magno pretio, Propertii, una est. Lanu-dicitur per intellectum r̄e dato, vium aliud, aliud Laurentum.*

**P**ropertii est lib. 3. eleg. 18, (3.)

*Durus, qui lucro potuit mutare puellam:  
Tantisper in lacrimis Africa tota fuit?*

Quam sit hic difficilis explicatu locus, nemo expertus est

magis And. Schotto, qui attentius caeteris omnibus vnum considerauit, lib. 2. Obs. cap. 26. Scaliger, inquit, nihil hic contulit. Passeratus ingenue fatetur, si legas *Tanti*, se non intelligere, et aquam sibi haerere. Attamen, *Tantis in lacrimis*, scriptum fuisse existimat Schottus: hunc vero sensum Poëtae attribuit: „Durus ac dirus videatur, quis „quis amori lucrum anteponit. Ergone pluris apud illum „Africanae merces, quam lacrimae amantis fuerunt? „Evidem stupefactus haereo, nec exputo quomodo interdum homines literis cultissimi, quae contra omnem rationem volunt, sibi primis queant persuadere. *Africa tota tanti fuit in lacrimis*, hoc est, merces Africanae plus commouent aliquem, quam lacrimae amantis. Quis tantus artifex intendenda citharae Propertianae, vt haec chorda sic tinniat? Atque adeo vir optimus et studiis clarissimus et si rem valde absurdam se commentum non omnino senserit, vedit tamen se non id inuenisse, quo ceu vero stare posset. „Fingamus, ait, duo illa disticha esse Annae sororis, sic Didonei alloquentis, cum sacra imperaret fieri „regina, de Aenea iam vela faciente: *Credis cum iam posse tuae* etc. Sane hac fictione sensus verborum esset: *Tantine fuit Africa tota in lacrimis?* adeone cordi fuit illi Africam totam coniicere in lacrimas, adeo moerore luctuque Africæ est delectatus, vt ea de causa puellam desereret? Sed isti simulationi locus hic nullus: non Annae persona loquitur, sed ipse poëta: neque ad Dido, sed ad eam, quam ipse dominam an. bit; neque de Aenea, sed de illius pristino amatore, qui maritimum iter lucri causa suscipiendo puellam deslituerat. „Vel respexerit fortasse, „inquit Schottus, vt coniectare pergamus, ad luctum Carthaginis Africanae atque v lulatum, quem Maro cidente „et manus adferente sibi Didone fingit.. Istiusmodi coniecturarum nec finis vlla nec ratio nec fortuna esse potest. Tamen ex ultima Gebhardus exclusit nouum monstrum: *Tantis ne lacrimis:* quod sit, Ne Africa quidem urgente excidio Carthaginis tantum lacrimarum fudit, quantum

Cyn-

Cynthia. Sic esse in Cornel. et cum habeamus codicis scripti lectionem, non tanti esse auctores dubiis coniecturis fulcire. Recte, si habeamus bonam nec inexplicabilem: at haec qualis est? *Africa fuit lacrimis tantis*, nec ubi, nec quando, nec quid, nec quare: hoc est, urgente excidio Carthaginis Africa sic fleuit. Iam tota? Non profecto Utica, non Masinissae liberi, non tot alii populi, qui gravi iugo Poenorum liberati gaudebant. Quaerat et Iuuenalis, (Sat. 10, 32.) *vnde ille oculis sufficerit humor*, ut una puella plus fleret, quam tota Africa; tertia pars, ut putabatur, orbis terrarum? *Tantine verissime a Schotto restitutum censeo*, et orationem esse interrogantem eidem assertior. Ut hoc libro superius: (El. 10, 1.)

*Postume, plorantem potuisti linquere Gallam  
Miles, et Auguсти fortia signa sequi?  
Tantine villa fuit spoliati gloria Parthi?*

Iam reliquae vulgatae non aliter constat sensus, quam ut dicamus, amatorem, qui vela dedit, tam infane ab Africa, siue in Africa, fuisse desideratum, ut si ille prætulisset amorem puellae, nec nauigasset, grauissimo illos dolore adficeret. Ergo potuit hoc facere? et tanti fuit, quod, non dico pauci Africani, sed tota Africa in lacrimas ibat desiderio absentis, hoc, inquam, fuit tanti, ut puellam desereret? non potius fuerat illam flendo interire? Nam, *tanti est, non est tanti*, formulae sunt, quibus utimur, cum significare volumus aliquod malum vel incommodum magno bono, magno pretio nobilem rem vel mercem, infano labore excellens opus compensari vel non compensari. Habet exempla Schottus, et nullo negotio possunt coaceruari. Cicero: *Nihil tanti, ut a te abesse, fuit.* Hoc est, nihil erat, quo pensaretur hoc incommodum, quod tecum esse mihi non liceret. Sic Propertius diceret, *Africa tota in lacrimis*, Africam totam plorare, non fuit tanti, ut puellam desereret. Pro desertione pueræ non fuit dignum pretium Africam totam luctu leuare. Hic

E e 5

sensus,

sensus, nec ullus alius illius, *Tantine in lacrimis*, potest esse: qui alium excogitat, quid sit Latinus loqui, his certe verbis, ignorat. Atque ille ut tolerari potest, si verum hunc solum audias: ita non potest probari, si simul audiias cum praecedenti: nam illud, *lucro mutare puellam*, magis. indicat ultro ab desertore appetitam nauigationem et Africam, quam eum ab Africa fuisse expetitum. Ego igitur intempestiuas illas lacrimas Africanas ob aduentam nauigantis (nam puellae illas adscribi, ut voluerunt docti, non patitur sermo Latinus) lubens cum Annae alloquio et siue Carthaginis in morte Elisei siue totius prouinciae in excidio Carthaginis fletu eis κόρακες mitterem: tantum tandem enim Propertium iuuant: qui scriperat:

*Durus, qui lucro potuit mutare puellam.*  
*Tantine in lucris Africa tota fuit?*

Hoc est, non debuit deserere puellam, et si ea deserenda totam Africam lucrari, et vectigalem reddere posset. *Africa tota in lucris*, omnes illius prouinciae opes in redditu, non tanti, ut illa desereretur, fuerunt. O darum hominem atque inhumanum, qui lucri causa discidium fecit! an tanti, ut te derelinqueret, fuit vel totam Africam καρπήσθαι, et inter lucra habere. Cicero lib. 5. de finibus: (c. 30. al. sect. 91.) *si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit*. Admonet hoc esse tanti me obscuritatis cuiusdam apud Tacitum lib. 3. Histor. cap. 72. *Arserat et ante Capitolium ciuili bello, sed fraude priuata.* Nunc palam obseffum, palam incensum. quibus armorum caufis? quo tantae cladis pretio stetit? pro patria bellavimus. Sic editiones principes: sed erat rō stetit, tanquam superfluum, B. Rhenanus, induxitque passim receptum: *quibus armorum caufis, quo tantas cladis pretio, pro patria bellavimus?* Quod et sic aegrum primo Lipsio visum: postea pronunciauit in sanitate esse, et explicandum: ne pro patria quidem olim tanta clade pugnatum, nedium pro ambitione priuata aut contra patriam. Salinarius

nerius reuocat editum prius et interpretatione exornat. *Quibus armorum causis?* In iustis scilicet, inquit, Capitolum conflagrauit. Potest ferri. *Quo tantae clades pretio stetit?* „propugnatio, ait, et conseruatio Capitolii aduersus „Gallos et Porfenant nihil est, si cum huiusmodi clade „comparetur.” Hoc vero nullo modo. *Stetit* sane fit, defensum est aduersus Gallos et Porfenant. Sed cum dicimus, *Quod tantae clades pretium,* accipitur quasi audias, quis fructus, quae utilitas? Forsan etiam, quae tantae clades aestimatio vel compensatio? Cuius sententiae verba, cum τῷ στεῖτι, prout id explicat Salinerius, non nisi inepte iunguntur. Fac quam fieri potest commode: *Quod pretium tantae clades in stante ac defenso Capitolio?* Dixeris, ne Capitolium quidem tanta rerum aliarum clade defendi debuisse. At hoc falsum est: et rectius iudicauere maiores, vel totius urbis prodita satis magnum pretium esse defensum Capitolium. Deinde non hic sensus, quem colligit Salinerius: interpretatur enim, quasi dictum esset: *quanto minori clade Capitolium defensum est?* Quod, non adsequor, quibus fidiculis inde possit extorqueri. Nihilo commodius, quod sequitur: „*Pro patria bellauimus*, vt, „*Fuimus Troës, fuit Ilium*: non amplius pro patria pugnamus, sed eius perniciem tantum in votis habemus. Captat verbum *bellauiimus*, et vult id esse, desiimus bellare, vt *fuisse* dicitur, qui desiit esse: sed hoc elegans, illud prorsus hic ναενόζηλοι et loco non suo. Ergo aliter Pichena: *quibus armorum causis?* *quo tanta clades pretio stetit?* *pro patria bellauimus?* quasi dicat: si pro defensione patriae incensum Capitolium fuisset, praesertim ab ipsis obsecris ad hostes arcendos, aliquod pretium fuisset, ac magis excusabile: nunc autem non pro patria bellauimus, sed ciues contra ciues. Acidalio vix ullus locus facilius restitui posse videtur, mutatis saltim interpunctis: *quibus armorum causis?* *quo tantae clades pretio?* *pro patria bellauimus.* Quaerere Tacitum, quae armorum causa, quae tantae clades merces? et respondere, Patriam, inui-

inuidiose atque acerbe, tanquam, ut patria seruaretur, arcem patriae et imperii sic perire necesse fuerit: denique ne ar-  
guatur dissimulasse, quod libri veteres inserunt, *fletit*, id apposite putat fieri, *scilicet*. Freinsheimus, quod Pichena coniecit, forte melius dicit vulgato; non quin sensus sit in eo elegans, sed quod *precedentia, quibus armorum causis,* non satis consentiant: optimum tamen arbitratur vocem *fletit expungi, et distinguiri: quibus armorum causis? quo*  
*tantae clades pretio? pro patria bellauimus.* eum sensum acutiores, quam ut facile in breuibus notis describatur. Sic illi. Non temere est, quod in omnibus veteribus adie-  
ctum reperitur τὸ *fletit*: quod nihil contati Pichenae cre-  
dimus, et si eius conjecturae fides abroganda sit. *Stare* *pretio magno* dieitur, quod carum est, eoque male em-  
tum. Vnde quoties transfertur, de quo id enuntiamus; id intelligimus esse aut fuisse aliquando aut visum desidera-  
bile, nec eo nos potitos, nisi damno et iactura rerum alia-  
rum. Ipsum igitur quod *fletit* vel constat *magno*, habet ra-  
tionem vel speciem boni, *preium* adjuncti bono mali:  
estque illud, quod obuenit *magno cum pretio atque malo;*  
ut Poëta canit. *Stat magno*, quod redimitur magna mercede data atque expensa. In hac autem Piche-  
nae lectione quum *clades* malum sit, *preium* habet vicem  
boni: nam, *quo tanta clades pretio fletit?* est illi, quod eius *preium*, commodum, lucrum fuit? quo bono com-  
pensata est. Sic in eo, quod *stare magno pretio* dicimus,  
intelligeremus, *accepto*, non *dato*; idque cum *magno*  
emolumento venire. Sed hoc refutat ratio loquendi et  
*vitus* veterum. Liuius lib. 23. (c. 30.) *multoque sanguinis et*  
*vulneribus Poenis ea vittoria fletit.* Ouidius lib. 10. (v. 547.)  
*Stet mihi ne magno tua gloria.* lib. 12. (v. 68.) *commissa-*  
*que praelia magno Stant Danais.* Sic in istis, apud Cice-  
roneim, *Data est merces erroris mei magna*, apud Liuium  
*expiandum id bellum magna mercede*, et similibus, et *pre-*  
*tiuum et merces semper malum, dannum, poenam, expri-*  
*munt.* Ergo si Tacitum volumus Latine loqui, cladem  
ipsam

ipsam *pretium* ei esse sentiemus, quo interrogat, num quid aliud dignum, ut pensaretur tanto malo, comparatum sit. Et quantum video, scripsit: *Nunc palam obfessum, palam incensum. quibus armorum caufis? quid tantae cladis pretio stetit? pro patria bellauimus?* Quibus autem, inquit, armorum caufis nunc obfessum et incensum est? Et quid fuit tanti, ut obfideretur et incenderetur? quid, quod nobis constitit tanta clade, tanquam pretio? quod pretio tantae cladis emimus aut affectauimus? quid dicere possumus, cur operae *prēgium* effet tantam cladem dare ac pati? cur hanc cladem bene impensam, et eius rationem nobis constare crederemus? numquid bellauimus pro patria? numquid opponemus nomen reipublicae? et eins interfuit Capitolium exuri, ut interfuit Atheniensium, urbem et arcem prodi Persis, donec e mari recuperarentur? Poterant id obtendere Sullani et Mariani: agebatur enim, optimatum an popularium in manu effet respublika, vtri viciissent, libertatem conseruaturorum: praeterea incendium ortum casu. At Vitelliani directo oppugnarant Capitolium, et contra fidem Flauio Sabino datau, et pro foedissimi hominis impotentissimo dominatu. Tunc igitur honestus erat arinorum praetextus: tunc quod effet tanti, quodque stetisse tantae cladis pretio non poeniteret: tunc pro patria bellabatur: nunc alia oinnia. Cicero tertia in Catilinam: (c. 10.) *Atque illas dissensiones erant huiusmodi, Quirites, quae non ad delendam, sed ad commutandam rempublicam pertinerent. non illi nullam esse rempublicam, sed in ea, quae effet, se esse principes; neque hanc urbem conflagrare, sed se in hac urbe florere voluerunt.* Atque illat tamen omnes dissensiones, quarum nulla existit reipublicae quaefuit, etc. Rursum Propertius, lib. 4. Eleg. 8. (v. 47.)

*Cantabant furdo, nudabant pectora caeco:*

*Lanuui ad portas, hei mihi, solus eram.*

Ad Turnebus in voce *Lanuui* quaefuit aliquid turpiculi lib. i3. adv. cap. 8. Quod latius docere conatus est Simeo Bosius

Bosius in Epistolas ad Atticum. Sed Ios. Scaliger: non est, inquit, quod Turnebo assentiamur, qui obscoenitatem hic vaticinatur. Nam Lanuuium sine villa figura est oppidum Laurentum. Sic ille breuiter: vt signa rerum posse videas ad subsidium magis memoriae suae, quam ad legentium disciplinam, quod de Nigidio Figulo dicit alii cubi Gellius. Itaque quia non videt quid vellet, valde inepta voluit Passeratius. Fortasse simplex, inquit, et honesta sententia: cum ego essem ad portas Lanuuii frequentissimi oppidi, mihi tamen solus videbar: vel cum essem Lanuuii, quod poene ad portas urbis Romae est, videbar tamen esse in solitudine. Cum vero haec subsistere non possent, denuo labitur ad obscoenitatem quaerendam in *Lanuuii* voce, praesertim cum *porta* apud Catullum de re huic vicina usurpetur. Verum ut intelligas et Poëtae sententiam et illustris Scaligeri, hoc notandum: Quae vulgo distinguuntur octaua et nona, Elegia sunt una, nequaquam separanda. Et ineptissima inscriptio est: *De Cynthia et Dracone.* Nihil enim Cynthiae cum Dracone fuit: sed historia huius per occasionem, mentione Lanuuii inlata, inferitur. Cum autem Propertius fastum passus et alios præferri videns mutare dominam et abdicare Cynthiae amores, ipsa alio digressa, constituisse, Teia et Phyllide vocatis animum lenire voluit. Quod tamen negotium ei nequiter expetiuit. Nam et mala emina subinde interuenientia hilaritatem conuiuii confuderunt, et quicquid illae ad libidinem suscitandam deliciarum facerent, Propertii animus, violentae medicinae non opportunus et quasi externatus, solus Cynthiam usque Lanuuii portas prosequebatur. Hoc est;

*Lanuuii ad portas, hei mihi, solus eram.*

Sensus communis amantium. Theocritus Pharmaceutria: (Id. 2, 60.)

νῦν δὲ λαβοῖσσε τὸ τὰ Θράκης ταῦθ' ὑπόμαζον  
Τὰς τὴν φλάσις καθυπέρτερον ἀς ἔτι καὶ νῦν.  
Ἐκ θυμῷ δέδεμαι· ὅδέ μεν λόγου δένεται ποιεῖ.

*Epistola Leandri: (Ouid. Heroid. 18, 30.) Et quo non  
possim corpore, mente feror. Ioculare erratum Passera-  
tii, quod verba illa,*

*Cum vicina meis turba cucurrit agris,*

explicat: frequentia vicinorum sese effudit ad spectaculum Lanuuini anguis, et cucurrit per meos agros et praedia Lanuuina. Etenim Cynthia cum insperato rediret, et suum Propertium inter alienarum meretricum amplexus haerentem inueniret, grauiter mulcatis his, ministro dominoque, tumultum excitauit: adeoque illa est, quae Esquiliis noctu turbauit aquosas, et fecit, ut vicina turba in agros Propertii se effuderit. Qui vero in Esquiliis spectaculum praebebit anguis, qui Lanuuii afferuatur? Sed et superuacua est haesitatio Passeratii in illo:

*Lumina sopitos turbant elata Quirites:*

an Aricinini et Lanuuini possint appellari Quirites? Nam manifestum est, rixam illam et quicquid geritur, ut Propertii comissatio cum meretricibus, Cynthiae inexspectatus aduentus, ab eaque datae turbellae et hominum cursus, Romae in Esquiliis peragi: non Lanuuii, non alibi. In tantos laqueos induit se vir fane quam doctus, postquam semel tricis impeditum pedem explicare non satis prudenter est aggressus. *Videlicet qui summam veritatis amicit, semper erret necesse est*, ut recte Lactantius de opificio Dei. (Sect. 6, 12.) Scaliger tamen quoque fallitur, cum Lanuum putat esse Laurentum, quorum hoc in litore prope Ostiam, illud remotum a mari secundum viam Appiam habitabatur.





## C A P V T XVIII

*Palladius emaculatus. Tangere simo plantam. Imber summam bumum tangens. Seneca correctus. Cblamydem contractus ab auro. Ouidius et restitutus et defensus. Tactus arenae, &c. Tangi aues visco. Petronius tentatus. Latae amundines. Manilius illustratus. Glebas mittere virgis.*

*Crates summa lateris. Crates, cutis, crux, corium terrae. Vallari foliis. Vallus pectinis. Setae stantes, ut valli. Bis restitutus Ouidius. Vallum et Vallus, quid differant. Vallus interior et exterior. Caesari adserita vera lectio. Suctus. Sugere terram. Utillime.*

**P**alladius Ianuario tit. 16. (in ed. Gesner. Tit. 15, 16.) *Fimo bubulo ima planta tingenda est: sed melius cinis spargetur in scrobibus, ne calore steroris adatur.* Scribe ex Lugdunensi Ms. *ima planta tangenda est.* Sic Februario tit. 25. (Sect. 15.) *lacertae viridis felle si tangantur cacumina, non putrescit.* Et Aprili tit. 8. (Sect. 2.) *Tunc dorsa apum bibentium tangamus illo liquore tintea festucula.* Restituendum et Senecae lib. 3. Nat. Quaest. cap. 7. *Quomodo ergo potest imber suggerere omnibus vires, qui summam cutem tingit?* Recte, inquit Gruterus. At duo Pal. tangunt, vt et vet. exemplaria Fortunati, qui tamen emendabat tangit: at Col. *quae summam humum tangunt:* at rō tangunt et nos in Britannico reperimus. Cur autem tangunt? Ninium altius sedit vlcus: nec sine ratione Col. rō qui ambiguum facit. Scribendum: *Quomodo ergo potest imber suggerere omnibus vires, vix summam cutem tangens?* Pars maior eius per fluminum alueos in mare descondit. Hoc est, leuiter imbuens. Frequens et Ouidio. lib. 3. de arte: (v. 269.)

*Pallida purpureis tangat sua corpora virgis.*

Lib. 4. Fastorum (v. 166.): *et tactae rore queruntur aues.* Iterumque (ib. v. 791.): *et sparsa tangere corpus aqua,* Sic enim vett. codices. Lib. 2. met. (v. 122.) *Ora sui sacro medi-*

*medicamine nati Contigit.* Plinius lib. 20. cap. 1. *Tradunt hoc succo tabbis radicibus vitum, non attingi vuas ab aubus.* Lib. 38. cap. 4. *si quis in finum exspuat, aut si superior palpebra saliu tangatur.* Ut Scholiaest Iuvenalis Sat. 1. (v. 68.) *gemma vdam interpretatur saliu tabtam propter signaculi impressionem.* Ex quibus colligas licet, frustra dubitatum, quum dicitur *contingere melle* aut *amurca* aut *sale*, a *tango* an a *tango* descendat id verbum: quasi non et ipsum *tango* sit inungo, illino, induco. Gifanius plane, quasi res indigeat argumentis, haud scio, inquit, an dixerit Lucretius *contingere melle a tango*, cum libri omnes *contingere* scribant: non *continguere*. Mitto alios. Sed quod idem vir doctissimus Nasoni impingit lib. 14. versu 345.

*Phoeniceam fuluo chlamydem contractus ab auro:*

ferendum non est: quum in melioribus codd. quod et in suis quibusdam ille vidit, sit, *contractus*: nec aurum hic, quo passim contingi aut distingui potuit vestis, sed fibula. Claram hoc ex sequentibus:

*Purpureum chlamydis pennae traxere colorem.*

*Fibula quod fuerat uestemque momorderat aurum,*

*Pluma fit: et fuluo cervix praecingitur auro.*

*Chlamydem contractus* est contractam, pressorem, iumentam habens. Euripides:

*πρὸς δ' ἔδεας Ασίτιδες*

*Δμωῖ τατίζοτ, ὃς ἐπερσός ἐμὸς πατητής,*

*Ιδαῖος Φάρη χρυσέοις ἐγευγμένοις*

*Πέρπασιν.*

Porro ex eo, quod prius notabamus, ius sibi fecit Ouidius *tabum arenae* pro aspergine dicendi Met. lib. 9. (35.)

*Ille cauis haufto spargit me puluere palmis,*

*Inque vicem fuluae tabu flauescit arenae.*

Spargebantur enim, postquam oleo gauisa cutis, teste Statio, sic ut haceret, et ea velut inducerentur. Quamquam

et virga tangit, quae superducitur, et si nihil haereat: Ut, *Virginis os tangit*: et Plinius lib. 19, cap. 10. *Sunt qui sanguineis virgis tangant ea, quae volunt his obnoxia esse.* Sed placitum nonnullis iactu (cui suus alibi locus) hic omnino damno vel propter vocabulum αφης, quod sic vertit Ouidius, ut et Plinius lib. 35. cap. 11. ακονιτι reddit citra pulueris tactum. Vtrinque iam animaduertit P. Faber lib. 3. Agonist. cap. 22. Nec de nihilo est, quod ut Ouidius, flavescere tactu arenae, sic flavesceret haphe dixit Martialis lib. 7. epigr. 66. (v. 5.) Et ipse alibi: (Art. 3, 628.) carbonis puluere tange, leges. Sic aues tangi dicuntur, quarum alas, Plauti verbo, arundo verberat. Qui eadem fabula et eadem imagine: *Tactus sum vehementer visco.* Petronius: (c. 109.) *Ecce etiam per antennam pelagiae considerant volucres, quas tactis arundinibus peritus artifex tetigit.* Illae viscatis illigatae viminiibus deferebantur ad manus. Id est, visco obleuit. Plinius lib. 16. cap. vlt. *Hoc est viscum pennis avium tactu ligandis, iuglandis oleo subactum, cum libeat infidias moliri.* De quo genere aucupii capiebam Manil. lib. 5. vers. 290.

*Sed parte ostia surgentem cerne Sagittam  
Chelarum. Dabit et iaculum torquere lacertis  
Et calatum neruis, glebas et mittere virgis,  
Pendentemque suo volucrem deprendere coelo.*

Scaliger, *Virgis*, interpretatur, sagittis, quibus glebas plumbeas mittebant, quae iactae in aere ignem concipiebant: quas Statius *arsuras coeli per inania glandes*. Lipsius velit et ipse *virgas* pro sagittis, nisi diceret *glebas* iis missas: nam glandes plumbeae fundis missae, non sagittis. Dubitat, num ad fustibalum referendum sit, qui lapides glebasque mittebat? an ad tubos illos et canales oblongos, teretes, foratos, quibus etiam nunc aues feriant, emissas per eos argillacea gleba, spiritu collecto et valide expresso? Sed hoc ambigit rursus an veteres visitarint. Sagittas certe non intelligi, quod de illis praeierit: *Et calatum neruis.*

Haec

Haec Poliorcet. lib. 4. Dialogo 6. Barthius lib. 5. Aduers. cap. 23. corrigit: *boluas et mittere virgis*: quod sit iaculis configere, quibus immanes ferae petuntur. At lib. 9. c. 15. explicat de glebis bituminis ardantis aut iactu ipso flammam concepturi, qua, cum sagitta munitum hostilibus haesisset, incendium fieret praesentaneum. Rursus lib. 23. cap. 20. Quomodo autem *virgis*? „Sagittis, inquit Scaliger. „At quantulum plumbi sagitta mittitur? Ego vero glandes „illas fundis missas puto, et si *glebas* omnino retinendas „censes, τὸν *virgis* utique meadolum erit. Glebae enim „sunt minuta frusta plumbi. Quid quod de iaculo et sa- „gitta iam locutus Manilius.„ Sed haec alterius loci sunt. Denique *glebam* interpretatur frustum cuiuscumque ma- teriae vel rei: praeципue illorum, quae facile ignem ca- piunt: ut *glebae sagittis aptas* apud Manilium, quibus in- condium immitteretur tabulatis aliquibus, lib. 56. cap. 12. Tantum egit, ut nihil ageret. Videlur ei male haesisse illud Caesaris in 7. de bello Gallico: (c. 25.) *Quidam ante portam oppidi Gallus, qui per manus seu ac picis trans- ditas glebas in ignem e regione turris proiecivit.* Sed vanum est hic alia de re quam de aucupio cogitare. Sedet igitur mihi *glebas* esse vilci, quibus arundo lita est, et *glebas* mittere *virgis* esse τὸν ἱερὸν τὸν θεοβόλον δόγανον, seu *viscatas virgas* mittere: quas *viminā viscata*, et, si possim obtinere, *litas arundines* appellat Arbiter: et si Salmasius ad Solinum malit *textis*, Gonsalius *textis* velit esse oc- culte coniectis. Silio est *viscata arundo*, ut recte restituit Barthius, lib. 1. Aduers. cap. 13. Martiali *pinguis virga*, lib. 9. epigr. 55, 3.

*Aut crescente leuis traheretur arundine praeda,  
Pinguis et implicitas virga teneret aves.*

Paulinus carmine primo: (in Fragm. extr. ad Gestidium v. 1.)

*Sume igitur pastas dumoso in rure volucres,  
Quas latitans filicis sub tegmine callidus auceps,*

*Dum simili mentitur aues fallitque susurro,  
Agmina viscatis suspendit credula virgis.*

Prudentius Cathemer. 3. (v. 43.)

*Inlita glutine corticeo  
Vimina plumigeram seriem  
Impediunt et abire vetant.*

Seneca lib. 3. de ira cap. 16. *sic aues viscum, dum trepidantes excutunt, plumis omnibus illinunt.* Recipiimus nos ad Palladium, cuius Maius tit. 12. *Hoc mense lateres faciendi sunt ex terra alba vel rubrica.* Nam qui aestate sunt, celeritate feruoris in summa cute fiscantur, interius humore feruato, quae res scissuris eos faciet aperiri. MSS. tres : *in summa cratē fiscantur :* ut et Barthianus lib. 37. Aduers. cap. 3. Quod ille spernit, mihi religioni est spernere. Ita vocat belle superficiem eius compositionis. Sic in Septembri tit. 10. (Sect. 4.) *Sed in novo prato rapa conserere possumus, quorum messē finita, caetera, quae dicta sunt, exsequemur.* *Viciam tamen foeni seminibus mixtam post haec spargemus.* Rigari vero, antequam solum durum fecerit, non debebit, ne eius cratē minus solidam vis interflui corrumpat humoris. Humani corporis luteam cratē dixit Prudentius Cathemer. Hymno 8. (v. 59.) *Frangit et cratē luteam laboris Longior usus.* Paullo aliter: nempe pro compage. Sed sic prorsus elephanti corium Sidonius in Burgo Leontii: *quippe improba cratē Natiuam nec tela forant.* Nec oblitus sum, quod paullo ante inutuatus sum a Seneca, nec Plinii *extremam cutem terrae, tum eiusdem, moueri terram callumque summam cutis solui.* Sed alias alia placent. *Crustam* vocat ibidem Seneca: *Omnis humor intra primam crustam consumitur, nec in inferiora descendit.* Plinius corium lib. 17. cap. 4. *statim subest arena tenuissimo caespitum corio.* Iulio tit. 6. *Ex hac in vini amphoram unius librae mensuram mittimus, incisis tamen ante superfluis, et abiectis foliis, quibus pars extrema levatur.* Longe suauius Ms. L. et S. *quibus pars extrema vallatur.*

Pari

Pari similitudine Cicero lib. 2. de natura deorum: (142.)  
*Munitaeque sunt palpebrae tanquam vallo pilorum. De-*  
*sene&stute: frugem vallo munitam aristarum.* Ouidii est  
lib. i. Amorum, eleg. 14. (v. 15.)

*Non acus abrupit, non vallum pectinis illos.*

Ms. Pircheimeri, dein Arondellianus: *vallus pectinis.*  
Neque ausim reicere: nam *vallum* quam cum pectine  
habet conuenientiam? Isidorus lib. 15. *Valli fustes sunt,*  
*quibus vallum munitur. Interualla spatha sunt inter capi-*  
*ta vallorum, id est, stipitum.* Raritas igitur dentium pe-  
ctinis *interualla*, ut dentes ipsi *valli*. Haesites forsitan ob-  
illud eiusdem Isidori, *vallum esse, quod ex vallis compon-*  
*nitur.* Ego vero hoc accipio, *hoc vallum*, quia id vo-  
cabulum nasceretur, dictam munitionem e solis vallis:  
sed vix in veteribus hodie sic acceptum inuenias: post-  
quam enim ea vox ad munitionem, quae fit aggesta terra,  
translata est, usus tollendae ambiguitatis ergo primaeuam  
significationem obliterauit; et *hic vallus* non modo pro-  
singulis stipitibus, sed etiam pro ipsa munitione valuit.  
Caesar lib. 3. de bello ciuili cap. 63. *Erat eo loco fossa pe-*  
*dum 15, et vallus contra hostem in altitudinem pedum 10:*  
*tantundemque eius valli agger in latitudinem patebat.* Ab  
eo, intermissio spatio pedum 600, alter conuersus in con-  
trariam partem vallus humiliore paullo munitione. *Hoc*  
*enim superioribus diebus timens Caesar, ne nauibus nostri*  
*circumuenirentur, duplum eo loco fecerat vallum, ut si*  
*ancipiatur praelio dimicaretur, posset resisti.* Rursus: *Nan-*  
*ct ad mare nostrae cohortes IX legionis excubuerant, acce-*  
*sere subito prima luce Pompeiani etc.* simulque naubus  
*circumueniti milites in exteriorem vallum tela iaciebant,*  
*fossaque aggere complebantur: et legionarii interi-*  
*oris munitionis defensores, scalis admotis tormentis*  
*que cuiusque generis telisque terribant.* Ita enim scriben-  
dum esse didicimus ex Torrentiano codice: ita diuinarat  
P. Ciacconius, et postea in Ms. expressum inuenit. Nou-

*interiorem vallum*, vt olim vulgabatur: non *anteriorem*, vt nuper de coniectura Faërni. *Interior* spectabat castra Pompeii; *exterior* in contrariam partem: cohortes oppugnabant *interiorem* terrestri itinere profectas: leuis armatura et qui nauibus venerant, *exteriorem*. Ideo ait *circumvictos*: *præternauigarunt scilicet interiorem et interuallum 600 pedum*, vt ad auersam illam munitionem peruenirent. Sic lib. 7. belli Gallici cap. 82. *hostis interior*, qui obsidetur, et 74, *exterior*, qui subsidio venit obseSSI: et prorsus, vt hic, c. 87. *equitum se partem sequi, partem circumire exteriores munitiones, et ab tergo hostes adoriri iubet*. Postea e nauibus, quia aditus a mari nondum obseptus erat, in media egressi, propugnatores utriusque munitionis etiam a tergo invadere. Hoc illud: *atque inter duos vallos, qua perfetum opus non erat, per mare, nauibus expofiti in auersos nostros impetum fecerunt, atque ex utraque parte, munitione deiebros, terga vertere coegerunt*. Toties igitur hic Cæsari vallis pro tota munitione. Tibullus: 1, 10, 9. *Non arcis, non vallis erat*. Itaque nullus dubito, quin et lib. 8. Metamor. versu 285.

*Stantque velut vallum, velut alta haftilia, setae,*  
*vel vallis vel valli scripserit Ouidius. Denuo Palladius*  
*Septembri tit. 13. (Sect. 2.) Hisdem diebus seritur cappa-*  
*ris: late serpit: succo suo terris nocet. Ms. Lugd. sucu.*  
*Lege: succo suo terris nocet. Idemque intellige, quod*  
*Octobris tit. 2. quod pro malitia sua ferendum non est:*  
*nam terrae uber exhaustum.* Varro lib. 1. de re rust. cap. 44.  
*(Sect. 3.) Agrum alternis annis relinqu oportet, aut*  
*paullo levioribus sationibus ferere: id est, quae minus su-*  
*gunt terram. Plinius lib. 16. cap. 34. de candida hedera:*  
*Etiam plurimis locis intercisa vivit tamen duratque: et*  
*totidem initia radicum habet, quot brachia, quibus inco-*  
*lumis ac solida arbores fugit ac strangulat. Illud etiam*  
*notabile est in Iulio tit. 1. haberis in Ms. codice: silvestres*  
*agri utilissime extirpabuntur, pro utilissime, quod vulgo*  
*est.*

est. Sic etiam Octobri tit. 4. (Sect. i.) *vbi collis praeruptus aut macer, vites utilissime ponuntur.* Ms. *vt illiniae.* Nempe et hic fuit olim: *utilissime ponuntur.* Vtique loco non aliter Comelinianae membranae.

## C A P V T XIX

*Lucr̄etius aliquot mendis liberas. Contendere causam. Instituere vestigia aliud, aliud statum componere aut gradum. Capite, statuere se in vestigia. Praepositionum ordo mutatus. Ouidio scriptura vetus redditus declarata. Duro sub ianitor aere. Manilius et Auctor*

*Elegiae in mortem Drusii defensi. Somnos in membra locare. Usque. Viae, iter vocis. Orae. Speculum obuerte-re oris. Speculum sapientiae causa, in quo cor perspiceretur. Qua. Plautus, Manilius, Propertius, Claudianus leuiter adiuti.*

**L**ucretius libro 4. versu 471.

*Hunc igitur contra mittam contendere causam,  
Qui capite ipse suo instituit vestigia retro.*

Iure Lambinus offenditur illo, *qui capite instituit vestigia retro.* Quid enim interest, si capite institui vestigia possunt, ante an retro fiat? Neque tamen statim hi duo versus expungendi erant, aut follicitaridum τὸ contendere causam. Primo quidem sic loqui ait Tullium in Catilinam (2, ii.): *si causas contendere velimus.* At hic contendere est comparare. Dein coniicit: *Hanc igitur: ut contendere sit absolutum.* Sed si tollimus *Hunc*, ad quid referetur τὸ *Qui?* Rursus, quia in quibusdam libris est *mittuam vel mittnam pro mittam, censem pro causam, sese pro retro, ariolatur: quidnam contendere currem.* Palmettius eodem impetu, *mutim iam aut tendere censem: aut modestius, minuam contendere causam.* Mihi quoque contendere causam satis placet. Est enim contendere aliquid saepe magna contentione ac studio, ac summa opum vi, conari atque agere: *ut Ciceroni, Hoc contendō, et,*

*tantum contendere in republica, quantum probare ciuibus possis.* Monuit autem idem Tullius orationem esse dupliceam, alteram *contentionis*, alteram sermonis; et *contentionem tribui disceptationibus iudiciorum, concionum, senatus*, lib. 1. de officiis. (c. 37.) Accipio igitur contendere causam, vt *cernere vitam, cernere bellum, pugnare pugnam, militare bellum, certare multitam.* Nec mouerim facile, *Mittam, ob sermonem Terentianum, (Eunuch. 3, 3, 22.) Mitte orare.* Membranae tamen Vossianae quoque *mituam*: vt non absconum sit illud *minaam* Palmerii, aut *metuam*, vt Horatio (Carm. 2, 2, 7.) solet poni pro nolle aut cauere. In altero Palmerius, *institit in vestigia sese.* Gifanius *instituere vestigia* scribit esse gladiatorum, aut pugilum προθόλην. Evidem *in statu stare, gradum componere* noui: sed qua re his illud simile sit, nondum intelligo. Neque id docet Virgilii: (Aen. 7, 689.) *vestigia nuda sinistri Instituere pedis.* Nihil enim aliud dicit, quam περέπεις esse, altero tantum pede ocreatost vel peronatos. Quid est autem: *Non aduersus illum pugnabo, qui statum componit capite ipse retro?* Non enim voluerit exprimi illud Virgilii in quinto: (v. 428.)

*Abduxere retro longe capita ardua ab iðu:*

aut Statii lib. 6. (748.) *tuto procul ora recessu Armorum in speculis.* Hoc artis est, neque causa, cur quisquam ea vtentein recuset parem. Decurramus igitur ad membranas, in quibus: *in statuit vestigia sese.* Priuna quidem manus *esse*: sed id correctum iuxta veteri manu *in sese.* Accipiainus igitur:

*Qui capite ipse suo in statuit vestigia sese.*

Definam contra illum disputare, qui sibi non constat, qui se ipse euertit, qui cernuat et se ipse capite suo in vestigia statuit. (Terentius in Adelphis) 3, 2, 18.

*Sublimem medium arriperem et capite primum in terram statuerem.)*

Amant

Amant sic transmouere praepositiones Poëtae, interdum citra necessitatem metri. Virgilius: (Ecl. 6, 19.) *iniciunt ipsis ex vincula fertis.* Potuisse enim, *ex ipsis.* Ouidius: (Remed. 113.)

*Post tamen hic multos seruatus creditur annos.*

Potuisse: *Post multos tamen hic.* eodem numero, quo. Virgilius: (Aeneid. 1, 477.)

*Lora tenens tamen: huic ceruixque comaeque trahuntur.*

Et ipse Naso alibi: (Pont. 3, 9, 11.)

*Iudicium tamen hic nostrum non decipit error.*

Sic prima Metamorphosi: (v. 231.)

*In domino dignos everti testa penates.*

Vbi poterat: *In dignos domino conuerti.* Quo magis inducor, vt aurem praebeam Ms. Pircheimeri, qui legi iubet apud Ouidium lib. 3. de arte, versu 587.

*Obde forem duro dicat sub ianitor aere,  
Non potes.*

Vulgo, dicat tibi ianitor ore. Cur ianitorem sub duro aere dixerit, ipse rationem reddit lib. 1. Amorum: (6; 1.)

*Ianitor indigne dura religate catena.*

Ipsum genus loquendi scitum, *Ianitor sub aere,* vt *Eques sub armis.* Virgilius: (Georg. 3, 116.) *atque equitem docere sub armis Insultare solo.* Sed quod sequitur, ita conciliabam: *exclusi te quoque tanget amor.* Ideo, inquit, fegnius amantur vxores, quod, vt Statius canit, *licet expositum per limen aperto Ire, redire, gradu.* At tu, puella, fores habe obseratas: dicat interdum ille tuus ex more alligatus ianitor amatori, Non potes nunc admitti. Non ipsum modo incitabis, sed te quoque, et aliquo hominis amore pertentabere: tibi quoque illum iucundiorum facies. Sunt autem frequentia Ouidio talia: *cultu cultor ab ipse suo:* (Ep. 12, 18.) *laetitia soluar ab ipse mea:* (Ep. 13, 116.) *indicio prodor ab ipse meo:* (Ep. 11, 72.)

*valui poenam fortis in ipse meam.* (Am. i, 7, 26.) Quibus  
cominotus et ferre possum apud Manilium lib. i. vers. 245.

*Nos in nocte sumus, somnosque in membra locamus.*

Etsi Scaliger *κακογηλίαν* vocet puerilem et nugatoriam.  
Nimis abrupte. Sed quanto suauius, quod ille subiecit;  
*Somno sit membra locamus.* Quo illud sic? At *locare*  
*membra in somnos* est collocare corpus in lecto cubicula-  
rī vel dormitorio: nec *transpositio* particulae habet aliquid  
magis *κακόγηλον*, quam in tot aliis exemplis. Sic Tac-  
itus: (An. 13, 7.) *riparum ad Euphratis: viam Miseni pro-*  
*ppter.* Ipse Tullius lib. 2. de natura deorum: (c. 4.)  
*Senatus, quos ad solebat, referendum censuit.* Lib. i. de  
inuentione: (c. 19.) *delectationis non alienae ab eo negotio,*  
*quo de agitur.* Lib. 3. de officiis: (c. 7.) *quod honestum*  
*fit, id maxime esse expetendum se propter.* Barthius *lo-*  
*care somnos in membra censet dictum, ut, Caruitne te*  
*hodie febris?* et, *dare classibus austros,* Lib. 6. Aduers.  
cap. 10. Illud magis placet. Auctor elegiae in mortem  
Dufi: (v. 253.)

*Flammam diu contata caput contingere sanctum*  
*Erravit posito lenta sub usque toro.*

Non video, cur Scaligeri, *lenta sibi usque*, aut Lipsii  
*lenta subitque præferam.* Significat certe *tō usque* con-  
tinuum alicuius temporis aut morae. Plautus Pleudolo:  
(1, 5, 146.) *Sed te volo domi usque adesse.* Terentius:  
(Adelph. 2, 2, 7.) *cui hodie usque os præbui.* Virgilius:  
(Ecl. 9, 64.) *licet usque, minus via laedat, eamus.* Flam-  
ma igitur diuin diu metuit attingere sanctum corpus, sub  
posito toro usque lenta erravit, lente ambedit et corripuit  
circumiecta ligna, non recta emicuit in summum, *vbi*  
corpus erat. Rursum Lucretius lib. 4. versu 510.

*Praeterradit enim vox fauces saepe, facitque*  
*Asperiora foras gradiens arteria clamor.*  
*Quippe per angustum turba maiore coorta,*

*Ire*

*Ire foras ubi coeperunt primordia vocum,  
Scilicet expletis quoque ianua raditur oris  
Rauca suis, et iter laedit quae vox it in auras.*

Sic olim publicatum est. Sed ultimum versum obelo confixit Lambinus: eundemque ab optimo, ut ait, veteri libro exsulem deleuit Gifanius. Quod ille factum indignatur, et gloriam tanti facinoris sibi praereptam dolet. Proponit hic auctor secundum argumentum, quo vocem demonstret esse corpoream. Primum fuerat, quia insinuans per aures sensum illarum impellit. Secundum incipit a primo versu hic producto: *vbi τὸ enim incommodum, nec connectit orationem.* Ms. *Propterea radit.* Scribe: *Praeterea radit vox fauces saepe.* Atque ita MSS. Gellii lib. 10. cap. 26. unde sic edidit H. Stephanus. Probat igitur hoc altero arguento vocem constare ex corporeis elementis, quia corpus laedere potest. Nempe per angustum guttus turba maiore soni aut vocum coorta, et sic expletis nec satis patentibus viis, per quas transit vox, virgentibus tamen aliis, rauca redditur ianua oris, siue guttus, et vox, quae in auras exit, laedit suum iter. Sic apparet legendum esse:

*Scilicet expletis quoque ianua redditur oris  
Rauca viis, et laedit iter quae vox it in auras.*

Sic conieceramus, et postea in Florentina Iuniae editione plene expressum vidimus. Ouidius lib. 2. Met. (v. 828.)

*Vitalesque vias et respiramina clausit.  
Nec conata loqui est: nec, si conata fuisset,  
Vocis haberet iter.*

Statius lib. 5. Thebaidos: (v. 606.)

*tandem laxata dolore  
Vox inuenit iter, gemitusque in verba soluti.*

Guntherus lib. 3. Ligurini, utriusque imitator: *vix hast  
fauces in verba solutae Vocis iter praefigure valent.* Pur-  
tarunt

tatunt *expletas oras* dici: sed quid est *expletis oris ianum radi?* Immo vacuum et spiramentum ipsum expletur, orae autem raduntur. Peccat in contrarium Gifanius hoc libro, versu 166.

*Quandoquidem speculum quodcumque obuertimus oris,  
Res tibi respondent simili forma atque colore.*

Turnebus legit: *quoicumque obuertimus aeris: et intelligit speculum ex aere.* Lainbinus edidit, *quecumque obuertimus oris: coniicit tamen, quoicumque obuertimus orae: vel, quamcumque obuertimus oram.* Gifanio *Speculum oris* videtur appellasse, quod vfitate plerumque et absolute *Speculum* dicitur, quo ora ac fauces animantium redundunt: et si locus ei sit de mendo suspectus. Primum ediderat, *quocumque obuertimus, illuc:* postea quod supra posuimus, ut tamen non male quosdam *aeris* habere fateretur. Mirum non addidisse ex Plauti Epidico a. 3. sc. 3. quod interiiciemus, non quia necesse est, sed quia luce indiget: (v. i.)

*Non oris causa modo homines aequum fuit  
Sibi habere speculum, ubios contemplarent suum:  
Sed qui perspicere possent cor sapientiae,  
Igitur perspicere ut possint cordis copiam.*

*Cor sapientiae* volunt esse sapientiam, quae insit in animo, vel per hypallagen sapientiam cordis, vel perfectio nem et excellentiam cordis. Quae quum inepta esse Guedetus intelligeret, subiecit, *Sed qui perspicerent cor saepius suum, ad Terentii Hecyram.* Sed distinguendum est: *Sed qui perspicere possent cor, sapientiae.* Subaudi, *causa habendum speculum fuit.* Cor hominum eorundem est, quorum *os*, non *sapientiae*. Imitatus est postulatum Monimi in hominis fabrica. Lucianus: Επὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὲ τότο ἐμέμψατο καὶ τὸν αὐχητέκτονας ἐξέπληξε τὸν Ηφαίστον, διότι μὴ καὶ θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ κατὰ τὸ στέφον, ὡς αὐτοπετειωτῶν γνώριμα γήγενθεις ἀπασιν ἢ βέλαις

αἱ βέλεται καὶ ἐπικοء, καὶ ηἱ ψέυδεται ηἱ αἰλυθεύει. Sapientiae quoque causa, inquit, speculum habendum fuit, quod cordis imaginem redderet. In ultimo versu percipere malim. Ea, inquit, gratia id habendum fuit, ut quemadmodum ex speculo forma oris noscitur atque emendatur, ita ex hoc mirifico speculo noscerent homines et corrigerent formam animi, et sic disserent prudenter. Quod, si facere possent, non morarentur conferre praesentia cum praeteritis, nec in aestimanda aliena adodescentia suae obliuiscerentur. Sed in Lucretio codicium optimorum lectionis unica litera mutari vult: *quacumque obuertimus oris*: nam illi, *quocumque*. *Oris* autem dixit ab *ora*, quae cuiusque rei extremum indicat, circumcaesuram, ut auctor loquitur, siue summum corpus. *Qua*, vbi, qua parte. Sic apud Manilium lib. I. (v. 35.)

*Maior uti mundi facies foret et veneranda  
Non species tantum, sed et ipsa potentia rerum,  
Sentirentque Deum gentes, qua maximus esset.*

Id est, vbi, vel qua parte esset maximus, vbi maxime maiestate suam exserit, neinpe in coelo. Male vulgo, *quam maximus*, Sic et Propertius scripsérat lib. 4. eleg. I. (v. I.)

*Hoc, quodcumque vides, Hospes, qua maxima Roma est,  
Ante Phrygem Aenean collis et herba fuit.*

Quodcumque vides hodie radians fulgensque ea parte terrarum et Latii, vbi Vrbs domina est, pro eo nihil olim nisi saltus et gramina. Vedit hoc et Carrio, sed adiicit: nisi forte illi Maniliiano simile est, *quam maximus esset*, lib. I. Antiq. cap. 5. Certe simile est, sed vtrobique corruptum. Claudianus cónsulatu Olybrii et Probini: (v. 83.)

*Ipsa, triumphatis qua possidet aethera regnis,  
Affilit.*

Ita Ms. non *quae*, quod beta languidius. Respondet, quod inferius in allocutione imperatoris: *cur deseris arces Austronias*.

*sonis coelumque tuum? Quacumque obuertimus extremitati corporum speculum, simili figura et colore res eae redundunt in speculo, quales visuntur in ipsis extremitatibus.* Lib. 5. (v. 582. Lucretius.)

*Quandoquidem claram speciem certamque figuram  
Praebet, ut est oris extremis cumque locata.*

*Et ipso lib. 4. (v. 47.) summum corpus, sumnum corticem,  
membranam appellat.*

---

## C A P V T X X

*Iustinus ter emaculatus. Prodere destituendo vel relinquentio. Deserere et prodere. Prodere de mutis et inanimatis non ob euentum modo dicitur, sed etiam ob imaginem fraudis et fidei frustratae vel spei. Alpes decepero. Infidiae decepero, vel fefellere. Prodere omnem actum annorum suorum. Silio, Liuio, Senecae, Valerio Flacco reddita vetus scriptura. Prodere et perdere officium differunt. Proditor Helles. Martiali lux. Seneca iterum adiutus. Portatores qui propriæ,*

*et unde dicti: et eorum varium officium, cuius intuitu alio atque alio ea vox transfertur. Portitor, vedor. Taurus portitor Europæ. Aries Phryxi, non Helles portitor. Portitor pro custode. pro acerbo omnium quae agas, percontatore. pro pecuniarum coactore. Portitor Virsae Bootes. Hilastus in Castalectis emendatus. Columella et Statius illustrati. Portitor quomodo factum. Portitor, quasi ad portum itor.*

*Iustinus lib. 12. de Alexandro post Clitum imperfectum cap. 6. Ob haec illi quatriduo perseverata inedia est: donec exercitus uniuersi precibus exoratus est, precentis, ne ita unius mortem doleat, ut uniuersos perdat, quos in ultimam deductos barbariam inter infestas et irritatas bello gentes destituat. Videtur loco positum rō perdat, ne, si prodat legamus, idem videatur bis dicere, quum sequatur destituat. Ego tamen prodat præfero, ipso Iustino auctore lib. 19. cap. 3. non ideo se in eam diem vixisse, quoniam velit viuere, sed ne hos, quibus nefanda lues*

*lues pepercerat, inter hostium exercitus relatos, morte sua proderet.* Habes enim et hic *relictos*, ut ibi *destituat*: et tamen illud additur quasi praegnantius. Cicero lib. I. in Verrem: (35.) *quibus illam relitionem proditionemque consulis sui gratam sperat fore.* Pro Flacco (c. 33.): *is a Flacco corruptus est, is me deseruit ac prodidit.* Sic prodere Liuuius lib. 26. (c. 36.) *publica prodendo, tua nequicquam serues.* Et notum est. Gruterus ad Liuium omnia illa, quae tralatione manifesta a proditionis scelere ducta dicuntur, tantum propter euentum et factum dici existimat. Non ego, qui in omnibus imaginem quandam fraudis reperio, si non in eo, cui adscribitur actio, at in eo, qui patitur. Proprie quidem se decepit ipse, falsa concepta opinione de re, per quam malum accipit. Quia tamen ei sit fraus, alterum fraudem facere videtur. Ut cum apud Virgilium: (Aen. 10, 592.) *currus fuga segnis equorum Prodidit.* Nempe culpa et vitium est equorum, quod fuere segnes, et sic spem domini fraudarunt. Apud Silium: (10, 317.) *clypei transfixi proditus aere.* Nempe *aes* molle fiduciam domini decepit, tramittendo istum, cui resistere, quemque retro agere debuerat. Sic lib. 4. (v. 34.) *atque Alpes et peruvia saxa Decepere;* Ms. Col. et Rom. ac Paris. editiones. Omnes enim crediderant Alpina humanis gressibus esse imperuia. Liuuius iterum lib. 26. *neque opere munitus erat, ut ubi ipsius loci et stagni praefidio creditum foret.* Eam fidem admissis hostibus fefellerit proditor locus. Idem lib. 22. cap. 4. *id tantum hostium, quod ex aduerso erat adspexit: ab tergo ac super caput, decepere infidia.* De qua conjectura Lipsii dubitandum non est. Nam omnes MSS. constanter *deceptae*, quod frustra demissas in caput interpretatur Pontanus in *Analectis*: non *detextae*, vt vulgo, quod iuxta frustra pro *tectae* cum Glareano accipiunt. Locus, quo probant hanc significationem verbi, ex mero librariorum errato habet *detergendas infidiis pro tegendis.* Sic lib. 23. cap. 26. erat *castris se detinentem, pro tenentem.* lib. 27. cap. 29. *descenderent*

*derent carmen, liber optimus et alii pro disserent.* Hoc lib. cap. 60. idem *desero pro sero.* Sic apud Lucretium *degerere bellum pro ternere bellum.* Nam *decepere alibi dicit fefellere.* lib. 21. (c. 48.) *Minus quam ad Ticinum fefellit.* Et iterum: (cap. 57.) *nocte adortus, non fefellit vigiles.* Lib. 25. *ne quis agrestium procul spectator agminis falleret.* Lib. 31. *Non fefellere infidae.* Curtius lib. 4. (cap. 3.) *interiorem quoque murum, vt, si prior fefellisset, illo se tuerentur, undique orsi.* Statius lib. 7. Thebaidos: (v. 720.)

*Vixerat ille diu pauper scrutator aquarum:  
Decepit tellus.*

Silius lib. 5. (v. 497.) *et senio male fida fefellerat arbor.* Eiusdem Sili est, vt ad priora reuertamur, lib. 16, *septens denudas proditor arces.* Sic enim MSS. et vett. editi. Tanquam desertor, qui non defendit, cum deberet. Seneca de breuitate vitae cap. 6. *qui cum aliis felicissimi viderentur, ipsi in se verum testimonium dixerunt, prodentes omnem actum annorum suorum.* Ita in MSS. non *perosi,* aut *perodientes,* vt fecerunt. Sic et apud Valerium Flaccum scribendum lib. 6. vers. 385.

*vt machina muri,  
Quae scopulis trabibusque diu confectaque flammis  
Proeubuit tandem atque ingentem prodidit urbem.*

Non *propulit*, vt editur. Nec vero accredimus eidein Grutero, recte sollicitasse Marquardum Freherum leg. 1. de reg. iuris: *quae cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum:* substituto *prodit.* Differunt sane *prodere officium et perdere.* *Prodere officium* est ab officio desciscere. Ut apud Ciceronem lib. 4. Acad. Q. (c. 8. al. Sect. 23.) *Ille vir bonus, qui statuit omnem cruciatum perferre, intollerabili dolore cruciari potius, quam aut officium prodat aut fidem.* Id ipsum *deserere* dicit lib. 1. de finibus: (c. 10. al. S. 33.) *qui officia deserunt mollitia animi.* Et *relinquere*

*quere lib. 2. Tuscul. (c. 13. al. Sect. 31.) ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente confusis, multa officia relinquente.* Sic Plutarchus de malignitate Herodoti: τὸς τὰ ἔχεται παθεῖν ἐπὶ τῷ μὴ προέδομαι τὸ καλὸν ὑπομείναντας. Lucianus Gallo: τὰ καθήκοντα δὲ χρὴ προδιδόναι καὶ ταῦτα φιλόσοφον ἀνδρα. At perdere officium suum est inhiberi, quo minus praestes, quod debes. Ut apud Quintilianum lib. 8. cap. 5. *Ego vero haec lumina orationis velut oculos quosdam eloquentiae esse credo. Sed neque oculos esse toto corpore velim, ne caetera membra suum officium perdant. Sed nec hinc desumptum, ut censet Gruterus, cum proditor Helles apud Lucanum et Martialem dicitur: et apud Ouidium lib. 4. Fastrorum, ut est in optimis MSS: (v. 715.)*

*De duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen.*

Est enim aliis et proprius usus verbi pro effundere, cuertere. Hoc ostendit Seneca Oedipo: (Act. I. v. 142.)

*Segnior cursu sonipes in ipso  
Concidit gyro, dominumque prono  
Prodidit armo.*

Epist. 71. *Imperfetta necesse est labent, et modo prodant, modo sublabantur, modo succidant.* Epist. 114. *quomodo in vino non ante lingua titubat, quam mens cessit oneri, et inclinata vel prodita est.* Ita enim legendum. Quasi euersa vel effusa. Quid vero sit proditor Helles, explicat in Troadibus (Act. 4. v. 1035.): *gregis ductor radiante villa etc. medioque iactum Fecit in ponto.* Nondum tamen nos latere tecto abscedere licet. Sunt enim magni nominis viri, ea differentes, quae si vera sunt, iuxta probe portitor Helles dicitur aureus ille vir gregis ac proditor: et quia veterimi etiam libri portitor, ambigas necesse est, vtrum malis. Taceo illud Seruui in 6. Aeneidos: (v. 298.) *Portitor proprius, qui portat; abusus etiam, qui portatur; portitor dicitur, sicut vector.* Taceo Hieronymum, *epistolarum tabellarios, Niciae Hypodiacono, portatores dictos*

G g

esse

esse scribentem. Lingua seculi sui corrupti sunt. At nunc quoque *portitorem* aiunt etiam esse gestorem testibus locupletibus, Ouidio et Statio: quod tamen ignorabat Savaro, quem facessere iubens sententiam Pii id nomen aeuo Sidonii natum, antiquissimum dat eius auctorem Arnobium. Addunt discriminis causa posse scribi altera significatione *portutorem*: sed *portitorem* Φορέα a portando, non a portu: et ne analogia repugnet, ut *praefitum* et *praefatum*, sic putant etiam placuisse *portatores* ac *portitores*. Quin etiam dicere licere censem et *portorium*, ut *portitorem* pro publicano, a portando quoque ita vocari, quia pro mercibus exportandis, non in portu solum, sed etiam in pontis transitu soluatur: item *portorium* esse vectigal, quod capiebatur ex rerum importatione et exportatione, unde et nomen: id qui redimerent, *portitores* a rerum importatione appellatos. Sed hi passi quoque sunt aliquid humani, nec bona aetas *portitores*, praeterquam a portibus, dictos agnouit. Hilarius de signis coelestibus, in Catalogis: (p. 162.)

*Portitor est Helles, et portitor Europae.*

Sic aduocat Petrus Scriuerius ad nonum Martialis, et, ex alia lectione, inquit,

*Proditor est Helles, et proditor Europaeus.*

Pithoeus quidem et Scaliger vtrobique dederunt *proditor*: sed medium ferire tutissimum et scribere:

*Proditor est Helles. est portitor Europaë.*

*Et Gemini iuuenes. et pressus ab Hercule Cancer.*

*Eft*, intellige in signis Zodiaci: quod nisi gemines, nimis ieunum est. *Proditor* autem *Helles* Aries, quia illam effudit: sed Taurus *Europae portitor*, quia virginem saluam transuexit. *Portitores* enim proprie publicani redemptores portuum, aut eorum operaे, qui in portu capiebant vectigal: eoque obseruabant commeantes, et ibi custodiam agebant, ne quid inscriptum transiiceretur. Productus est vocabuli

cabuli vſus ad eos, qui exigeabant in transitu annis: nam et hic instar portus est, vnde non aliter quam nauibus aut pontibus pergitur. Quum autem iidem homines et transveherent scaphis, et nauum colligerent, non sibi, sed aut magistratibus (qualem subinde Charonta fingit Lucianus, exemplo illorum, qui passim hoc ministerio fungebantur) aut publicanis, qui a magistratibus conduxisserent: inde factum, vt *portitor* non modo exactorem publici in portu aut quasi portu, τελώνη, sed etiam πορθμέα, siue nauticalium, qui viatores traiceret mercede, significaret. Sic igitur *Europae portitor* Taurus, qui eam transiexit; non qui portauit. Hinc etiam capimus Columellae verba, quae viri longe doctissimi medicina indigere putabant lib. 10. (155)

*Mox ubi nubigenae Phryxi, nec portitor Helles,  
Signorum et pecorum princeps, caput efferet undis.*

At est acute dictum, et, vt opinor, sine mendo: sed τὸ *portitor* accipies, quasi bis positum esset. Aries, inquit, ille *Phryxi portitor, et non portitor Helles*, quia Phryxum transiexit, Hellen prodidit. Meimini, quum tentarem: *nubigenae vettor, sed proditor Helles*. Sed nihil corrindendum. Non igitur, nisi a portu, *portitor*: nec bene loquutis vñquam id vocabuli usurpatum pro gerulo aut baiulo, quod sequior aetas adamauit. Ouidio quum tribuunt *portitor Helles*, aliquem de istis, quos commemorauimus, nominare voluerunt. In Statio frustratus est viros praestantissimos vetus Scholiaſtes. Verba sunt lib. I. Thebaidos, versu 693.

*et iam temone ſupino*

*Languet Hyperboreae glacialis portitor Vrſae.*

Hic Lactantius: *Ophiuchum significat, qui ſub Vrſa eft: aduentu enim dici incipiunt fidera septentrionis hebesceſſe.* Sic enim emendandum ex membranis, vbi vulgo, *albesceſſe*. Quia ſubeft, portare videtur, ſcilicet: inde ergo *portitor*. Sed fallitur et Lactantius. Non enim potest intellegi, niſi *Arctophylax*. Ouidius lib. 10, (447.)

*Tempus erat, quo cuncta silent, interque Triones  
Flexerat obliquo planstrum temone Bootes.*

Quemadmodum autem Bootes Vrsarum portitor? Nempe et custodiam praestabant ac munus habebant portitores. Cicero pro lege Manilia (c. 6.): *publicani familias maximas, quas in saltibus habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis.* Quod per ev. dict. duon est in portubus custodiendis. Donatus ad 6. Aeneidos (v.298.): *Portitor is proprius est, qui portum obseruat, ut nullus eius iniussu in alienas regiones transeat.* Hic igitur aquis tam male oletibus, tam horridis gaudientibus, erat par custos, nec dissimilis loco et regioni. Hinc Statius portitorem pro custode dixit. Sic ab eorundem acerbitate in excutiendis et viatoribus farcinisque et mercibus, Plautus Menaechmis (1, 2, 8.) vxorem vocat *portitorem*.

*Portitorem domum duxi: ita omnem mihi  
Rem, necesse eloqui est, quicquid egi atque ago.*

Et quum hinc, turn ab coniuncta exactione transfert Cicero in secunda Agraria: (c. 23. al. Sect. 61.) *hos Decemviros portidores omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modo reges atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excutiant.* In Vatinium: (c. 5. al. Sect. 12.) *quum te non custodem, ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares.* Lib. 4. de republica (in Fragm. Non. Portitor.) *Nolo enim eundem populum imperatorem et portitorem esse orbis terrarum.* Quod vtinam hodie reges principesque meminissent! At *portorium*, ne ipsum quidem a portando, sed a portu descendit: nec tamen directo: compendio enim et diuarum literarum et vocabuli dicitur pro eo, quod integrum fuit *portitorium vestigia*, merces, vt definit Nonius, quae portitoribus datur. Id ad pontes ob eam, quam supra posui, causam productum ostendit Labeo in leg. 60. π. 6. D. Locati: *id vehiculum cum pontem transiret, redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat.* Quamquam autem apud Nonium

Nonum ex Turpilio notatum videas, *porti indigentes*, tamen, calide fortassis, sed suspicor non a *portus*, *porti*, *portitor* descendere, nec simplex esse nomen, sed duplikatum ēn τῶν portum itor. Ad portum enim quotidie ventitabant: portum obibant: in portu plurimum ambulabant et obuerabantur suae procriptionis gratia. Sic *Advorsitor*, *aduersum itor*, seruulus, qui hero domo progresso et negotii causa alicubi moraturo ad locum et horam dictam obuiam venit. *Diuersitores*, qui diuersum, huc atque illuc, in diuersas partes eunt: hoc dederunt nomen cauponibus et illorum ministris, qui per cellas et synoecia ibant, et occurrabant praefatoque erant hospitibus. Sic *praetor*, *circitor*, *domuitio*.

## C A P V T   X X I

*Claudianus sparsum emacula-*  
*tus et illustratus.* *Ioci Fescen-*  
*nini.* *Litterae I et L confusae.*  
*Abiectae aedes apud Plautum,*  
*Bis Ouidio redditæ vetus lectio,*  
*semel defensa.* *Iaciunt arbores*  
*poma.* *Frontinus correctus et*  
*Julius Firmicus.* *Latus testu-*  
*lae.* *Gratia iuncta loco.* *Ver-*  
*ba apta ioco.* *Animas concili-*  
*iantia osculantium labra.* *Tra-*  
*bæ smaragdae vel smaragdi.*  
*Tertullianus explicatus.* *Solis*  
*lancea, lucernæ spiculum lumen.*

*Martini Capellæ locus. Chelæ.*  
*Agmina Druforum.* *Pulsatus,*  
*responsus, et similia.* *Pauper-*  
*tas deorum satu.* *Vestrictæ*  
*Spurinnæ fragmentum corre-*  
*ctum.* *Pulsatum crebro ictu*  
*conuexum.* *Imperator discit or-*  
*bi, quod priuati sibi.* *Arces*  
*insigne tyrannidis.* *Pruden-*  
*tius illustratus.* *Arcis iusti-*  
*tium.* *Arces ancipites.* *Im-*  
*pellere cheros coelestes.* *Agit*  
*flamma polum.*

In Fescenninis nuptiarum Honorii et Mariae, oda 2. (v.35.)

*Oriensque, regna fratrum,*  
*Simul occidensque plaudat.*  
*Placidae laetentur urbes.*

Puerile atque indignum tanto Poëta vitium, quod merito negarunt excidere illi potuisse docti viri. Clauerius edi-

*dit, ferantur.* Sed Ms. opus erat, vnde didicimus olim  
fuisse: *Placidae iacentur urbes.* Seneca in *Medea:*  
(Act. I, 113.)

*Festa dicax fundat conuicia Fescenninus,*  
*Soluat turba iocos.*

Ceu digitum intendit alter codex et originem mendi exhibet, cui *locentur urbes.* Nihil frequentius in veteribus libris, quam *I* et *L* confundi. Sic in omnibus fere Lucretii MSS. *estolam* pro *efto iam, vimulcit*, pro *vim vicit*: in opt. Vossiano *veraula* pro *vera via*. Sic apud Plautum *Mostellaria* (4, 3, 3.) *nunquam aedepol me scio Vidisse usquam abletas aedes, nisi modo hanc.* Quod non debuit pingere Scaliger, cum iam Turnebus et Lambinus vidissent legendum, *abietas.* Eo sensu, quo apud Phaedrum fab. lib. 63. (v. 41.)

*Deformis cultum vendet, ut vinum paret.*  
*Agros abiicit moecha, ut ornatum paret.*

[In priore versu malim: *ut vinum petat.* Suetonius Claudio c. 40. *descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim et ipse petere.*] Ouidius lib. I. artis amatoriae, versu 747.

*Si quis idem sperat, laturas poma myricas*  
*Speret, et e medio flumine melia petat.*

Scribendum ex Ms. Pircheimeri et regio: *iasturas poma myricas.* Sumferat a Theocrito Idyll. 5. (v. 49.) *βάλλες δὲ καὶ η πίτυς] υψόθε κώνες.* Vt a Nasone Prudentius hymno 3. Cathemer. (v. 76.)

*Hinc quoque pomiferi nemoris*  
*Munera mitia prouenient.*  
*Arbor onus tremefacta suum*  
*Deciduo grauis imbre pluit,*  
*Puniceosque iacit cumulos.*

Frontinus de limitibus agrorum: (de Controversiis Sect. 15.)

*Est et controversiae genus, quod ad solum non pertinet,*

*de*

*de arborum fructibus: quarum quae in fine sunt, sive intra, nec ullam ad radicem habent contouersiam, quoties inclinatae in alterutrum fructum iactauerint, inter affines mouent disputationem.* Ita enim legendum: non earum. Diuersum meendum est apud Iulium Firmicum Matheos lib. 1. cap. 3. *Prudentissimum illum Atheniensum, et singularis iustitiae virum, qui vitae atque virtutum merito Sapientis cognomen acceperat, infamis testulae iactus exegit.* Legimus in Ms. *testulae latus.* Quasi diceret Η ψηφοφορίας ἡ ὀσρακισμὸς. nam *testulam ferre Ψηφοφέρεν* et *ψηφοφορέν* et *ὀσρακίζεν.* Cornelius Nepos in Themistocle: (c. 8.) *testarum suffragiis e ciuitate eiectus.* Aristide: (c. 1.) *collabefactus testula illa.* Cimone: (c. 3.) *testarum suffragiis, quem illi ostracismum vocant, decem annorum exilio multatus est.* *Latus autem, latio, latura.* vnde *laturarii* apud Augustinum aliosque analogia sua nuntiuntur. Rursus Ouidius lib. 2. de arte, versu 564.

*Illic depositis habitat Concordia telis:*

*Illo, crede mihi, Gratia nata loco est.*

*Gratiam omnino σωματοποιεῖ:* vt et lib. 6. metam. (v. 492.)

*Non Hymenaeus adeft, non illi Gratia lectio.*

Itaque fatua haec scriptura, si penitus inspiciatur. Periculum scilicet erat, ne aut femorigena esset aut cerebro Iovis proficiisset Gratia. Ms. Pircheimeri: *Gratia iuncta.* Vnde nascebatur Cl. V. Pet. Scriuerio quantius pretii coniectura:

*Illic, crede mihi, Gratia iuncta loco est.*

Nam et *Iocus* est ex illis minutis diis, qui Venerera adsestantur. Plautus Bacchidibus, Horatius, alii testes. Naso in Epistola Sapphus: (v. 48.) *aptaque verba ioco.* Neque enim probare possumus, quod ad Simplicium vult Salmafius, *locu.* Libro 4. (v. 868.) Fastorum iubet quaestum corpore facientes a dea poscere *blandicias dignaque verba ioco.* Plena suspicionis ea vox et apud Liuium lib. 33. (c. 28.)

vbi obscoenos aliquot viros *ioci causa conuiuio celebri interfuisse* ait. Eiusdem operis ḥ̄da 4. (v. 21.)

*Et murmur querula blandius alite  
Linguis affidue reddite mutuis,  
Et labris animum conciliantibus etc.*

Placebat scriptura vet. cod. *Linguis affidue reddite mutui.* Sed vincat, vt semper, vnicus Claudiani vindex verius esse: *Linguis affidue reddite mutuis.* Quid autem dicas de doctis viris, nisi αὐταὶ φροντίςse fuisse, qui tot editionibus non viderunt legendum: *animam conciliantibus?* Vel, *animas.* Platonis epigramma apud Gellium: (L. 19, II.)

*Τὴν ψυχὴν Αγαθῶνα φιλῶν ἐν χείλεσιν ἔχον.*

Et pari suavitate Latinus ille Anacreon: (loc. cit.) *Animula aegra et saicia Cucurrit ad labias mihi. Conciliare συάπτεν* dicit nonnemo apud Stobaeum: *τι γὰς ἀλλα ποιῶσιν οἱ τῷ σόματι φεύοντες η συάπτεσι τὰς ψυχὰς;* In ipso Epithalamio: (v. 87.)

*Lemnius haec etiam gemmis exstruxit et auro,  
Admicens artem pretio, graibusque smaragdis  
Supposuit caesas Hyacinthi rupe columnas.*

Ms. melior: *trabibusque smaragdis.* Quod non possum non probare, siue migrasse vatem pudenti audacia legem substantiui, et *smaragdas trabes* enuntiare voluisse, siue per dictam Grammaticis ἐπεξήγησιν accipere malis, *trabes smaragdos*, vt sint trabes quae erant solidae smaragdi. Sed et ὁ καὶ η σμάραγδος Graeci. Tertullianus *lumen spiculum* et *lumen lanceam* pro tenui et fusiore dixit de pudicitia cap. 7. *Moechiae vero et fornicationis non drachma, sed talentum: quibus exquirendis non lucernae spiculo lumine, sed totius solis lancea opus est.* Hic haerent docti viri; delent alii τὸ lumine: alii legunt luminis, alii *spiculi.* Quinetiam iunxeré duas voces in vnam, et glosam fecerunt, *Lumen lucernae spiculi.* Sed recte sese habet vulgata. Nam καὶ ἐπεξήγησιν (vulgo appositionem vocant)

vocant) lucernae appellatur *lumen spiculum*, solis *lumen lancea*. Quibus exquirendis non lucernae lumen, quod instar spiculi est, sufficit, sed opus est totius solis lumine, quod instar lanceae: seu tanto amplius lumine lucernae, quanto lancea spiculo. Alludit ad genus loquendi, quod sibi poëtae fecerunt, radios solis, et siderum, *ictus*, *tela*, *dies*, *iacula radiantia*, *spicula* appellando, uti notauit ad Lucretium Gifanius. Quod autem Sauaro ad Sidonium *lanceam* obseruat ponit pro face, idque adfirmat Glossario Ms. in quo, *Flammea*, *lancea*; videtur deceptus errore librarii, qui scribere debuerat; *Famea*, *lancea*. Apud Martianum Capellam in Epithalamio: (v. 31.)

*Dostiloquum charis iuuenem complexa lacertis  
Foecunda redde pignora.*

Mss. fidi pro *charis* habent *chelis*, cum interpretatione, *curuis*. Numquid igitur dixit *chelis lacertis* pro ita implicitis, ut forficum sunt brachia, seu quae dicit Ouidius (Met. 10, 127.) *concaua brachia cancri?* Placuit certe huic aetati *chelae* pro brachiis. Saxo Grammaticus:

*Adde oculum proprius, nostras et prospice chelas.*

Abbo de bellis Parisiacaे vrbis lib. I. *nudis quoniam chelis inimicus*. Itaque possit et suspicari, *chelis iuuenem complexa lacerti*. Aut plane *coelis*, κοίλοις, vt hoc sibi sumferit, quia et *Syriam coelen* nonnunquam Latini appellabant. Sed vix haec tanti, vt illis immoremur. Lib. I. in Eutropium vers. 460.

*remate tenebris*

*Agmina Brutorum Coruinorumque ceteruae.*

Olim meminit Bruti superius in hac indignatione: *iam Chrysogonis tua, Brute, potestas Narcissique datur*. Quare suspicabar hic fuisse: *Agmina Drusorum*. nam et hoc gratum libertati nomen, vel ob patronum Senatus, vel ob illum, qui nihil ad largitionem reliquit, nisi coelum aut coenum, vel deinde ob illum, qui credebatur rempu-

blicam redditurus, si ad imperium venisset, et egisse cum fratre de Augusto ad eam restituendam cogendo. Lib. 2. versu 450.

*Flagrat opus, crebro pulsatus perfrepit istu.  
Contextit varius penetrans Chalcedona nidor.*

Vox *pulsatus* admodum torfit eruditum virum. Scribit: *crebro cultri eos perfrepit*. Postea voluit, *crebro pulsos* eos. Nec in sequenti versu *penetrans* ei videtur optime valere: sed tollere nodum codicem Cuiacianum, in quo, *Contexti, varius penetrat*. Quam scripturam cum superiori emendatione, *pulsos eos*, coniunctam fartum tectum locum praestare. *Contextum* esse pulmentum ex variis compactum. At ego suspicabar *pulsatum* dici pro pulsatione seu motu ministrorum in caedundis saginis. Istiusmodi substantiuorum, nec vulgarium, ingens est numerus. *Responsus, invitatus*, (Fam. 7, 5.) *oppositus*, (pro Sextio, c. 55.) *intentus* (pro Marcel. c. 10.) apud Ciceronem. *Amissus* ita dixit Cornelius Nepos, *Offensus* Statius, (Theb. 12. v. 283.) *affiduo mundi incitu* Plinius, *abaddus* idem. Vestritius Spurinna in fragmentis a Barthio publicatis: *Salus sancta, deum satu, Nullis, Panperies, numinibus minor*. Male sata nullis Numinibus, fecerat librarius: nec *Sancta deum est ut diæ Deæw*. Immo et diis ortam dicit et nullis numinibus minorem. Cicero da Vniuerso: (in Fragm. Sect. 2.) *Haec vos, qui deorum satu orti estis, attendite*. Talis salutatio apud Ouidium: (Met. 2, 428.) *salve Numen, me iudice, dixit, Audit ipse licet, manus Ioue*. Claudio tamen videndum an potius scripserit:

*Flagrat opus, crebro pulsatum perfrepit istu  
Conuexum. varius penetrat Chalcedona nidor.*

Facile poëtis sonitus et clamor it coelo. Seneca epist. 3. *hoc omne conuexum, intra quod iacent maria cum terris*. Statius 1. Thebaid. (v. 208.) *mixta conuexa deorum Maiestate*

*te tremunt.* Festus: *Conuexum est ex omni parte declinatum, qualis est natura coeli, quod ex omni parte ad terram versus declinatur.* Rursum Claudianus in 4. conf. Honorii vers. 228. *Disce orbi, quod quisque sibi: mirifice occupatos habuit Barthium in notis et lib. 15. Aduers. c. 14. Clauerium, Demsterum.* Quid vero elegantius et verius hac quam propositum lectione, a Contareno primum prodita, nobisque in opt. Ms. inuenta. Nimurum quod Imperator discit, discit orbi, seu in gratiam et commodeum subiectorum. Et hic sensus est usurpatus a multis Principes instituentibus. Isocrates ad Nicoclem: *οἱ μὲν γὰρ τὸς ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκεῖνοι μόνοις ὀφελέσσονται εἰδέται τὸς κρατεύτας τῷ πλήθει ἐπ' αἰρετὴν προτρέψειν, ἀμφοτέροις ἀντὶ ὀφελήσεις, καὶ τὸς ταῖς δυναστείαις ἔχοντας τοι τὸς ὑπὲρ αὐτῶν ὄντας.* Vegetius in prologo: *neque quenquam magis decet vel meliora scire vel plura quam Principem, cuius doctrina omnibus potest praefare subiectis.* Nam quod ait ille exclamatio illa vniuersum genus humanum a Theodosio compellari, falsum est. Theodosii cum solo filio Honorio dialogisimus a Claudiano instituitur. Eodem Panegyrico de tyrannis vers. 292.

*Muniti gladiis viuant, septique venenis,  
Ancipites habeant arcis, trepidique minentur.*

Fatetur se non capere, quae sint *ancipites arcis*, Barthius et hic et lib. 44. Aduers. c. 22. atque *arcis* vel *acies* vel *artus* substituit. Quomodo potuit in tanta lectione nescire arcem perpetuum esse insigne tyrannidis? Nec declamatores hic allegabo, qui quoties tyrannorum inmeminerunt, toties fere etiam *arcis* habent mentionem. Strabo de Hierosolymorum templo lib. 16. *ἢν δὲ ὅμως ἐνπρέπει τις περὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν, οὐχὶ ὡς τυραννέον βιδελυτομένων, αὐλὴν ἵερὸν σεμνυνότων τε καὶ σεβομένων.* Seneca de clementia lib. 1. c. 19. *Non opus est instruere in altum editas arcis, nec in ascensum arduos colles emunire, nec multiplicibus se mariis trabibusque sepire: saluum regem*

*gem in aperto clementia p[re]faſbit.* Idemque Thyeste: (Act. 2, 342.) *Nescitis cupidi arcium, Regnum quo iaceat loco.* i. dominationis. Iustinus lib. 16. de Clearcho: (c. 4.) *auctores potentiae suae, per quos in arce collocatus fuerat.* Vnde Iuuenalis inuidioſe villam Albanam Caſar[is] *arcem* dicit Sat. 4. (extr.) Et ſic Prudentius de Pharaone Rubro mari immerso: (Cathem, 5. v. 78.)

*Ipsos et proceres et vaga corpora  
Nigrorum videoas nare satellitum,  
Arcis iufitium triste tyrrannicae.*

Quod tanquam carum notat Barthius lib. 9. Adv. c. 20. aulamque ſeu ſtatū, vt hodie barbariffamus, inquit, interpretatur. Neque vero *iufitium* vindicta eſt: ſed vt in iuſtitio actus rerum et officia erant damnata, vnaque triſtitiae facies in omnibus apparebat, ita iuſteri natatu illo omnis poimpa ceſſabat dominationis, et vna erat regis totque ministeriorum et satellitum facies, quaſi naufragorum. *Ancipites autem*, quia tantum metus quantum fiduciae praebent dominis. Nota, quae de Dionyſio Cicero in quinto Tusculanorum. (c. 19.) Plinius in Paneg. (c. 49.) *Ille tamen quibus ſibi parietibus et muris ſalutem ſuam tueri videbatur, dolum ſecum et infidias et vltorem ſcelerum Deum incluſit.* Dimouit perfregitque cuſtodiā Poena, anguſtosque per aditus et obſtructos, non ſecus ac per apertas fores et inuitantia limina irrupit. Laberius: (in Fragm. v. 106.) *Necesse eſt multos timeat, quem multi timent.* Xenophon lib. 5. Κυρ[ε]παι. Τὸν μέντοι ἄνδρας ἀρχοντας πᾶσιν ἄμα χαλεπάνεν τοῖς ἀρχομένοις τέτο ἐμοὶ δοκεῖ μέγας αἰμορτημας εἶναι ἀνάγκη γὰρ διὰ τὸ πολὺς μὲν Φοβεῖν πολὺς ἔχθρες ποεῖθαι διὰ δὲ τὸ ἄμα πᾶσι χαλεπάνεν, πᾶσιν αὐτοῖς ὁμόνοιας ἐμβάλλειν. Panegyri in consulatum Manlii Theodori verſ. 102.

*At quoties elementa doces ſemperque fluentis  
Materiae cauſas, quae viſ animauerit aſtra*

In-

*Impeleritque choros; quo viuat machina motu.*

Ms. ambo: *Impuleritque choros.* Et ita, ni fallor, Schotti quoque libri, et Delrii codex, et si alterum ille interpretetur. Sed *impulerit*, omnino recipiendum. Quid in aeternum illum et irrequietum cursum orbes astricos egerit et mouerit. Nam *impellere* est dare principium motui.

Statius lib. 3. Thebaidos: (v. 32.)

*Ecce sub occidua versae iam noctis. habuñas  
Astrorumque obitus, ubi primum maxima Tethys  
Impulit Eoo cunctantem Hyperionia ponto.*

Macrobius lib. 7. cap. 3. *In praecipitistantem, vel lenis  
tactus impellit.* Barthius libro 46. Aduersariorum II. *im-  
plerē choros dici astra* ait, scilicet, vt nullum eorum vel  
loco suo vel concentui desit. Hoc ipsum voluerat Delrius.  
Sed non Claudianus, qui *vim aliquam, non astra, impulisse choros astrorum, non implesse dixerat.* Seneca epist. 88.  
*Agit ille continuus ordo fatorum, et ineuitabilis cursus:  
per statas vices remeant.* Atque hinc intelligitur quod lib. I.  
de raptu Proserpinæ vers. 252.

*incanduit aér,  
Egit flamma polum, fluxit mare, terra pependit.*

Quod sine sensu esse aiebat Clauerius, et supponebat: *Legit  
flamma polum.* Male profecto. *Egit flamma polum,* est,  
flamma aetherea impulit choros astrorum, in motum egit.  
Quintilianus decl. 4. *Casum tibi, pater, haec diuersitas videtur.  
in corpus unum dissentientibus solidata primordiis, ut summo  
vertice locatus igneus vigor cuncta levia calidi spiri-  
tus ardore suspenderet, profundus humor ad ima demer-  
sus etc.* Seneca de otio sap. cap. 32. *quis fuerit uniuersi  
status, antequam seminā in partes discederent? quae ratio  
mersa et confusa diduxerit? quis loca rebus affigauerit;  
sua pte natura grauia descenderint, euolauerint levia, an  
praeter nisum pondusque corporum altior aliqua vis legem  
singulis dixerit.* Vnicuique ex elementis attribuit proprietatem

tatem suam. Ut aeris proprium est τὸ διαφανὲς, in quo dies albet, aetherii ignis innouere polos, maris fluere, terrae in ambiente aere pendere et vehi. Quare libenter audiimus scriptum codicem in illo: *incanduit aer*: cum vulgo haberetur: *incanduit aether*. Sic illud elementum omitteretur, hoc bis poneretur.

---

## C A P V T XXII

Tacito diversis locis antiqua lectio asserta et restituta. Agere ferre cuncta. Odio et terrore corrupti in dominos serui. Interpellatum silentium non interpolatum. Curtius defensus. Strata odia, stratum aequor, stratae irae. Miseria vulnerum. Extra conuentum amandatus. Conuentus in prouinciis quōd modis dicatur. Theophilus defensus. Iurisdictio prouincialis feruebat hieme maxime. Locus in Actis Apostolorum. Αγόρειδι. Tas ἀγοραῖς ἄγειρ. Glossarium correctum. Lux Horatio. Cicero saepius explicatus. Selecti iudices ex conuentu et propositi. Conuentus Campanus. Cuesari auxilium. Familiae, id est, donus, vel patresfamiliae.

**L**ib. 1. Historiarum cap. 2. Nec minus praemia iniusta delatorum quam scelera: cum alii sacerdotia et consulatus ut spolia adepti, procurationes alii, et interiorum potentiam, agerent ferrent cuncta. Odio et terrore corrupti in dominos serui, in patronos liberti. Non debemus hic sequi innouantem Pichenam: agerent verterent cuncta odio et terrore. Ipsi quidem hoc ignoscendum est, qui quantum potuit egregie de hoc auctore meritus, rectoque satis iudicio; ne posset amplius, vitae instituto et ἀψιμαθέσιον et lectionis inopia, ut ipse fateatur, prohibitus est. Quid enim frequentius illa phrasι agere ferre, ἀγεδαι φέρειν; Apud Herodotum, Xenophontem, Polybium, Strabonem, Herodianum, Livium, Senecam, Quintilianum reperire est. Hesychius: ἀγειν καὶ φέρειν, τὸ ληστεῖν καὶ αἴρειν. Strabo lib. 14. εἰδεν ἡπτον διετέλησεν ἀγειν καὶ φέρειν τὴν πόλιν

λη μέχρι τῆς κατασφόῆς τῷ Λυτρωνίᾳ. Plutarchus Mario: Οὐδενὸς αὐτέχοντος αὐτῶν πρὸς τὴν ἔφοδον, αἷς πάντων μὲν, σύσσεται πᾶλιν, ἐν λόγῳ λέσσας, αἴγος, μένων καὶ Φερομένων. Aristophanes Νεφέλους (v. 240.)

ὑπὸ γὰρ τόκων χείζωντες δύσκολωτάτων

Αγοραὶ Φέρομεν.

Liuius lib. 3. (c. 37.) de patriciis iuuenibus Decemvirorum affectatoribus: *Hi ferre agere plebem plebisque res*, qui sic saepe. Seneca in ep. quae ex transuerso ferunt agunt que. Nec vero assentior Lipsio *rae odio et terrore huic periodo adiungenda*. Accurate immo Tacitus duas ponit causas, quibus corrupti in dominos serui, in patronos liberti; odium vltro prudentium nimirum; quod ilorum fuit, qui duriter fuerant a dominis aut superbe a patronis habiti; et terrorem coactorum prodere, nempe quaestiones et tormenta in seruis, minas aliasque cruces in libertis. De vtroque Seneca eleganti loco Ep. 47. *Virga murmur omne compescitur: et ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamentum, singultus: magno malo illa voce interpellatum silentium luitur: nocte tota iciuni mutique perstant.* Sic fit ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. At illi, quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere ceruicem, peritulum imminens in caput suum auertore. *In coniuicis loquebantur, sed in tormentis tacebant.* Deinde eiusdem arrogantiae prouerbium iastatur, totidem esse hostes quot seruos. Vidi codicem, qui in hoc Senecae loco habebat: *interpolatum*. nec tamen cum Modio, Obsopoeo et Lipsio aequa bene iudico *interpolatum*. Plane non quadrat, si vim verbi inspexeris. *Interpellatur*, cui interceditur, aut quod continuatum abrumpitur: *interpolatur*, quod in aliam formam mutatur, sic tamen ut ipsum corpus maneat. Curtius lib. 4. cap. 6. *Vincam tamen silentium, et si nihil aliud, gemitu interpellabo.* Ita MSS. ita

ita editiones ante Modium. Sed de horum verborum distinctione multis alibi egimus: postquam haec admonitio aduersarios inuenit. Ad rem adde Senecam lib. 3. de benef. c. 19. Eodem lib. 1. Historiarum, de Iulio Burdone Germanicae classis praefecto cap. 58. *Ita in custodia habitus: et post vitoriam demum, stratis iam militum odiis, dismissus est.* Quid elegantius? *strata odia pro compositis, sedatis, postquam detumuerunt.* Ut *stratum aequor.* Apollonius Rhodius lib. 1. (v. 115.)

ἀμφὶ γὰρ αἰθῆς  
Νήνεμος ἐσόρεσιν δίνει, κατὰ δὲ ἔνυσσος πόντου.

Lib. 2. (v. 174.) de mari: *αὖλα τόγ' ἔμπης Στόργυτας.* Vnde Grammatici Graeci: *Στορεὺς, γαληνοποῖος. Στορῶ,* γαληνῶ. *Στορέσας, κατακοιμίσας, καταπρεψύνας.* Virgilius: (Ecl. 9, 57.) *Et nunc omne tibi stratum filet aequor.* Achille Tatius lib. 3. *τὸ πολὺ τῷ πνεῦματος περιεπέπαιτο, τὸ δὲ ἄγριον ἐσόρεσσο τῷ κύματος.* Et plancus Statius (2. Silv. 5. init.) ita de Leone mansueto, ut Tacitus:

*Quid tibi confrata mansuescere profuit ira?*

Immo, ex quo veterque hauserunt, Aeschylus Prometheus: *Τὴν δὲ αἰτέρα μνον τορέσας ὁργὴν Εἰς αἰθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα*

*Σπεύδων σπεύδοντι ποδὶ ἤξει.*

Non possum igitur subscribere viro eruditissimo, qui hoc deleuit, ceu nullo bono sensu, et ex coniectura mera in contextum retulit, *satiatis.* Eodem libro cap. 79. *donec pauci, qui praelio superfuerant, paludibus abderentur. Ibi saevitia, hic miseria vulnerum absunti.* Lipsius: videtur legendum addita voce: *saevitia hiemis.* Muretus: *saevitia hiemis et vi vulnerum.* idque probat Pichena: nec tamen contextui inserere est ausus. Errant profecto, et vulgata nihil est sanius. *Ibi, nempe in praelio, absunti Sarmatae saevitia vulnerum, id est, vulneribus in vitalia fossis:*

fossis : hic, nempe in paludibus, qui superercent, absunti miseria vulnerum non letalium, cum nempe insideret tabes et curae esset inopia. Sensus perspicuus et optimus. Eodem modo, sed ex alia causa, miseria vulnerum absuntos Germanos narrat Aminianus post praelium : *Noctis itaque aduentu praelio iam diremto, refectisque viribus fessis, prope confinia lucis ductor, egregius, in agminis quadrati figuram produsto exercitu, quum comperisset occultantibus tenebris barbaros lapsos, securus infidiarum, per aperta camporum sequebatur et mollia, calcando semineces confratos, quo<sup>s</sup> vulneribus frigorum asperitate contractis dolorum absunserat magnitudo.* Lib. 4. Historiarum cap. 56. Illuc Cladius Labeo, quem captum et extra conuentum amandatum in Frisios diximus, corruptis custodiis profugit. Accipio, inquit Lipsius, conuentum socialem : electum ab omnibus qui arna in Romanos iunxissent : si tamen pura lectio, cum libri quidam *commentum* : nec se melius quidquam elicere. Non minus Pichenae suspectus ille *conuentus*, quod essent in acie ac campo, quum ius suu Civilis Cladius in Frisios mitteretur : rogat, num sit priuato et clandestino ducum consilio absque multitudo frequentia et conuentu, nulloque iudicio amotum Labeoneim ? an potius, procul a coetu militari, vbi periculum erat, ne discordiae semina p<sup>r</sup>aeberet. Sauilius interpretatur : *confined out of the way into Frisia* : quasi dictum esset, e medio amotum. Atii : metu, ne conuentibus et conciliis interesset. Ecce et cui omnipium ineptissima vocetur recepta lectio : neque enim potuisse extra conuentum amandari, qui vix eius pars fuerit : itaque emendandum : *extra continentem* : non enim in Batauorum insula, sed in expeditione et campo tum fuisse Ciulem. Horum si cui quid placet, per me vtaur. Sed Tacito *extra conuentum* est extra oppidum et fines Batauorum. Conuentus dicebant Romani oppida in prouinciis selecta, in quibus Praetores et Proconsules

conuentus agebant, et pro tribunali ius reddebat occurrentibus eo ad diem edictam, qui in circumiectis locis et horum alicui attributis lites haberent. Cicero lib. 5. (ii.) in Verrem vocat *oppida*, in quibus confistere Praetores et conuentum agere solerent: Liuius lib. 45. (c. 29.) *capita regionum*, ubi concilia fierent. Nonnunquam etiam non modo haec oppida, sed et ciuitates, quae in id forum conuenirent, ut rursus Cicero libro 2. (c. 15.) Plinius lib. 3. c. 1. de Baetica: *Iuridici conuentus in ea quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispanensis.* Mox: *Conuentus Cordubensis Offigi, Iliturgi* etc. *Oppida Hispanensis conuentus, Celtica, Axatiara* etc. Et iterum: *Celticos, qui Lusitaniam attingunt, Hispanensis conuentus; Turdulos, qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt, Cordubam petunt.* nempe iurisdictionis causa. Neque enim melius *Corduba*, vt volueret. Cap. 3. de Hispania Citeriore: *Dividitur in conuentus septem, Carthaginensem, Tarraconensem, Caesaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Barbarum.* Ibidem: *Tarracone disceptant populi 44.* Et, *Carthaginem conueniunt populi 62.* Tum, *In conuentum Cluniensem Varduli ducunt populos 14.* etc. *In eundem conuentum Carictes et Vennenses quinque ciuitatis vadunt.* Lib. 4. cap. 22. *Vniuersa prouincia dividitur in conuentus tres, Emeritensem, Pacensem, Scalabitum.* Lib. 5. cap. 28. *Sed prius terga et mediterraneas iurisdictiones indicasse conueniet.* *Vna appellatur Cibyratica: ipsum oppidum Phrygiae est: conueniunt eo 25 ciuitates celeberrima vrbe Laodicea.* Cap. sequenti: *Alter conuentus a Synnada accepit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani.* Vnde condiscas licet, quod dicebant ordinare prouinciam, quum populis nationibusque debellatis per decem legatos ab vrbe missos vna cum imperatore victore statuim imponerent, eius non exigua partem fuisse, distribuere illam per conuentus. Atque, ut distinctius agamus, *conuentus in hac materia et tem-*  
pus

pus significat et rem, quae agitur, et locum, et turbam loci. Primum docet eleganter Theophilus lib. I. tit. 6. Institutionum: Καὶ τί ἔστι Κομβέντον, ὁπτὸς χρόνος πρὸς καταλύσιν δικῶν ἐπινενομένος. Οἱ γὰρ Ρωμαῖοι, τὸν πάντας χεδὸν ἐν τῷ πολεμεῖν δαπανῶντες, κατέ τινας χρόνου, ὑπὸ χειμῶνος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δεινῶν καλυόμενοι, ἐπειδή περ ὅντας αὐτὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ οὐκ ἐνῆν ἐκτὸς εἶναι τῶν δικῶν, αὐθέντες τὰ σπλαχνά, ταῖς δικαῖοις ἐχόλαζον. Ελέγετο δὲ ὁ καὶρος Κομβέντος. Certe nugati sunt, qui hic quicquam, ut nugatorium, carpfere. Cicero lib. 5. ad Atticum ep. 14. *Erat mihi in animo recta proficiisci ad exercitum, aestiuos menses reliquos rei militari dare, hinc mem iriſaſtioni.* Subseruit, quod lib. 5. in Verrem: (c. 31.) *Nam aestate summa, quo tempore caeteri Praetores obire prouinciam et concursare consueuerunt, aut etiam in tanto praedonum metu et periculo ipsi nauigare.* Et loquitur Theophilus de illo, quod plurimum fieret, quemadmodum plurimum bellis exerciti fuere Romani. *Hinc forū vel conuentū agere Græcis τὰς ἀγοραῖς ἄγειν*, quae et ipsa designatio temporis est: intelligitur enim τὸ ἥμέρας. Apostolorum acta cap. 19. (38.) Εἰ μὲν δὲ Δημήτειος καὶ εἰ σὺν αὐτῷ τεχνῆται πρὸς τινα λογον ἔχοντας, αὐγόραιοι ἀγονται: καὶ αὐθίπατοι εἰσιν, ἐγκα- λεῖταισαν αὐλήλοις. Ita scribendum, αὐγόραιοι, προπα- ροῦτόνοις, et τὸ ἥμέραι intelligendum, primus, quod sciam, ex Suida monuit Ioachimus Camerarius, et con- firmauit Casaubonus ad Theophrastum. Actum agunt, qui τὸ ἀγοραῖον ex Syro et Arabe, penes quos nihil hic sani sensus, pingere atque ornare conantur. Interpres vetus, *conuentus forenses aguntur*: quem et qui car- pferunt et qui excusarunt, vix sese, quid in eo boni esset aut secus, intelligere ostenderunt. Nam *conuentum agi* pulcrum, et non modo ad sensum recte, sed illis verbis dictum, ut magis proprie non possis: sed *conuentus fo- renses aguntur* parum ἐωμαῖται. non enim *conuentum fo- rensem agi*, sed *conuentum agi* dicebant, per *conuen-*  
H h 2 *tum*

*tum nihil aliud intelligentes quam forum.* Nec valde idein defenditur, quum χρόνος vel καιρὸς subaudisse dicatur. non enim χρόνος vel καιρὸς subaudire debuit, sed ἡμέρα. Strabo lib. 13. *Eis δὲ τὴν σύγχυσιν ταῦτην & μικρὰ συλλαμβάνει τὸ τοὺς Ρωμαῖς μη κατὰ Φῦλα διελεῖν αὐτὸς, αλλ’ ἔτερον τρόπον διατάξει τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς αγόρεις ποιεῖνται καὶ δικοδοσίας.* Glossarium Latinograecum: *Conuentus, Αγόρειος σύνοδος ὀχλαγωγία.* Et rursus: *Cum res aguntur: ὅτε αγόρειος ἐσιν.* Ita legendum: non agitatur. Rem ipsam, ut magnifice transtulit ad Alexandrum Trogus Pompeius lib. 12. (c. 13.) *velut conuentum terrarum orbis abturo.* Quod est, omnibus populis legem pacis dicturo, iura reddituro, tanquam sibi subiectis. Turbam loci, ut Horatius lib. 1. Sat. 7. (v. 22.)

*Perfus exponit causam, ridetur ab omni  
Conuentu.*

Non enim, qui eo conuererant vel Bruti vel huius contentionis spectandae gratia, ut vel obscure vel male Cruijus. Aliquo modo Bruti gratia, sed ut ius dicturi. Cicero lib. 2. in Verrem: (c. 8.) *homo omnium ex illo conuentu quadruplicatorum deterrimus.* Ibidem infra: (c. 66.) *Nam quid ego de Syracusanis loquar, quod non est proprium Syracusanorum, sed et illorum commune et conuentus illius, ac prope totius prouinciae.* Locum denique ut Iuuenali Sat. 8. (v. 128.)

*Nec per conuentus et cuncta per oppida curuis  
Vnguibus ire parat nummos raptura Celaeno.*

2. Cicero lib. 1. in Verrem cap. 13. ex P. Rupilii decreto: *Caeterarum rerum selecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi solent.* Vbi Asconius Pedianus: *Ex iis ciuitatibus, ad quas ciues Romani conuenire solent agendae suae et publicae rei causa.* Quae annotatio Asconii satis demonstrat in verbis Ciceronis aliquid esse suppurati:

putati; nam *conuentus ciuium Romanorum* hic locum non habet. Scriperat autem Cicero: *Caeterarum rerum selecti iudices ciuium Romanorum ex conuentu propensi solent.* Dixerat, quid Rupilius statuisse in eo, quod citis a ciue peteret, id est homo Siculus ab homine Siculo eiusdem ciuitatis: quod priuatus Siculus a populo Siculo, aut populus a priuato alterius ciuitatis: quod ciuius Romanus a Siculo vel Siculus a ciue Romano. Nunc ergo, quod superest, *Caeterarum rerum*, nempe quibus disceptant non Siculi, sed inter se ciues Romani et alii peregrini. *Selecti iudices*, nam et hoc Romae vocabantur: Quidius: (Amor. I, 10, v. 38.)

*Non bene selecti iudicis arca patet.*

*Ciuium Romanorum*, hoc est, ex ciuibus Romanis, qui sint numero ciuium Romanorum, ciues Romani. *Ex conuentu* unoquoque scilicet, id est, ex illo oppido et regione, vbi *conuentus agitur*, seu iurisdictio celebratur: qui negotientur illic et domicilium habeant. *Proponi solent*, nempe in albo, ut Romae quoque fiebat. Franc. Hotomannus ad haec verba, *Conuentum* ait ex equitibus Romanis constitisse, qui in prouinciis negotiabantur et a Praetore in consilium aduocabantur: unde *conuentum* seu *forum agere*. Praetor eadem in re dicebatur. Gemina his in quintam Verrinam: et a Praetore, inquit, quum forum agere vellet, aduocabantur. Confudit plane *conuentum* et *confilium*: quasi *conuentus* nihil aliud sit quam assessores et consiliarii Praetoris. Conturbat etiam notiones separates τὸς *conuentus*: nam quum *conuentus agi* dicitur, *conuentus* est *forum*, siue *con cursus*. hec in unum ad disceptandum apud iudices in provincia: quum dicuntur iudices dati *ex conuentu*, tunc *conuentus* significat locum, vbi agitur *conuentus*, et ius redditur. Theophilus *conuentum* a *confilio* accurate distinguunt: atque et si tantummodo ille *confilium* καὶ ἐξ αὐτοῦ definit *ultimo conuentus diem*, quo Praetor cum

suo consilio manumissionibus vacabat: tamē et consiliū erat, quod escūque Praetor et iudices sedebant cognoscendi causa. Ut actionē prīma: (c. 3.) Quamobrem vero se confidat aliquid perficere posse hoc Glabrone Praetore et hoc consilio, intelligere non possum. Et lib. I. in Vettrem: (c. 5.) Confringat ille sāne vi sua consilia senatoria. Hi nunquam dicti sunt conuentus. Simili errore ad id quodd sequitur: Selecti e conuentu aut propositi ex negotiatoribus iudices nulli? allinit Manutius: Ex conuentu ciuium Romanorum. At conuentus ciuium Romanorum hic sine sensu. Sed ex conuentu, id est, ex oppido quoque, ubi ex edictō Praetoris forum agebatur, selecti et propositi de more iudices ciuium Romanorum, seu ex ciuib⁹ Romanis, litibus quas inter se ciues Romanii haberent, nulli a Verre dicuntur. Quos Cicero lib. 7. (ep. 14.) ad Atticum nuncupat patres familiarium, qui essent Capuae, has Caesar vocat familias conuentus Campani. Lib. I. de bello Ciuali cap. 15. Gladiatores quos ibi Caesar in ludo habebat; etc. circum familias conuentus Campani custodiae causa distribuit. Sic feliciter restituit Phil. Rubenius lib. I. Electorum cap. 8. ubi vulgo, familiares conuentus Campaniae. Familias, id est, ipsos colonos: ut apud Tacitum lib. I. Histor. (c. 78.) Eadem largitione ciuitatum quoque ac prouinciarum animos aggressus, Hispanibus et Emeritenibus familiarium adiunctiones donat. Nec conuentus est Campaniae, sed Capuae, vel, quod idem est, Campanus: quod ei nomen haesit ex eo, quod praefectura fuerat. Cicero pro Sexto cap. 4. Qua de causa et tam conuentus ille Capuae, qui propter salutem illius urbis consulatu conservat meo me unum patronum adoptauit, huic apud me P. Sextio maximas gratias egit. Vbi quam ieiunus quamque dissimilis sibi quantus vir P. Manutius? In praefecturis id fuisse ait conuentum, quod in coloniis et municipiis Decuriones, id est, senatum quendam. Quodcumque huiusmodi populus, prouincia, vrbs, municipium,

um, colonia, agere vel egisse dicitur, id intelligimus factum ex vniuersorum vel maioris partis sententia per delectos quosdam, vt pluriimum honestiores, et sic senatores. Numquid igitur populus, prouincia, vrbs, municipium, colonia, sunt senatus quidam? *Conuentus ille Capuae* nihil aliud est quam praefectura: multitudo aratorum, qui agrum populi Romani vestigalem exercabant, et publicanorum et negotiantium et incolarum caeterorum eius oppidi. Nic. Abramus, eti Campani post vrbe bello Annibalico expugnatam consilium publicum nullum habuerint, tamen secutis ait temporibus vel hoc ex loco liquere indulatum iis esse, vt quandam senatus imaginem obtinerent *conuentus* nomine. Contrarium liquet ex hoc loco: sequitur enim: *hoc tempore idem homines nomine commutato coloni Decurionesque*: postquam scilicet lege Julia coloniae ius et honorem acceperant. An *coloni* sunt senatores? Qui tunc *conuentus*, iam *coloni*: sed additur *Decurionesque*, quia coloni hos habebant pro senatu; isthic nihil tale, quia nec senatus nec concilium pro senatu erat, sed annuus praefectus omnia. Sic colonias, et conuentus coniungit auctor de bello Alexandrino, vt intelligantur duo genera diuersi iuris oppidorum: (c. 56.) *quos ex omnibus conuentibus coloniisque conscriptos, transmarina militia perterritos, ad sacramenti redemptionem vocabat*. Fortassis autem, subnectit Abramus, *conuentus* iste solum ad disceptandas lites forenes institutus. Immo nullus erat *conuentus institutus*, tanquam collegium aliquod legitimum, ordinarium, perpetuum. Sed quia praefectorum in Italia ius propeimodum idem, quod extra Italiam prouinciarum; ideo caput praefecturae, vbi residebat Praefectus, vocabatur *conuentus*, vt prouincialium oppidorum capita, in quibus consistere Praetores et forum agere solerent, *conuentus* appellabantur. Rursum Manutius ad lib. 5. in Verrem cap. 39. *Homo certior fit, nihil agi in foro et conuentu tota die, nisi hoc quaeri,*

*quatri, quemadmodum classis sit amissa.* Hoc est, in foro atque in oīnni oppido. At ille: *In conuentu ciuiū Romanoruin, qui Syracusis negotiabantur: is enim concientus appellatur in prouinciis.* Cur ergo Plinius in eodem conuentu alios ponit ciues Romanos, alios Latinos, alios stipendiarios, alios liberos? Praeterea an sōli ciues Romani curiosi? nulli Siculi? Eodem libro cap: 53. *ut nunquam dubitaret in conuentu palam supplicia, quae in conuictos maleficii seruos constituta sunt, ea in ciues Romanos expromere.* Hic denuo Manilius: *Conuentus dicitur ciuiū Romanorum in prouincia negotiantiūn.* Immo in frequenti oppido, ex illis, quae descripsi. His omnibus, opinor, fatis euictum est, Tacito *amandatum extra conuentum,* nihil esse aliud quam extra oppidum et fines Batauorum exportatum sub custodibus. De eodem supērius: *Claudius Labo, oppidano certamine aenulus Ciuli, ne imperfectus inuidiam apud populares, vel si retineretur, semina discordiae præberet, in Friesos auehitur.*

---

## C A P V T      XXIII

*Sidonius Apollinaris emendatus, bisque illustratus. Quivis, pro veterque. Donare. Se-  
nacae Marcus et bis Lucius de-  
fensi: hic ter emaculatus. Va-  
lerio Flacco lux. Petronii duo  
loco insignes restituti et expli-  
cāti. Spes et Vota pro liberis.*

*Deducere. Commendationes  
morientium. Cicero leniter  
tentatus et illustratus. Dona-  
re sidera, quid apud Statuum.  
Tradere. Rursus tentatus Ci-  
cero. Rursus et Petronius cor-  
rectus luceque perfusus. Lae-  
sus damnare. Sectus Corybas.*

**L**egimus apud Sidonium in Panegyrico, quem dixit Antheimio Augusto, versu 8. (carim. 2.)

*Tuque o, cui laurea, Iane,  
Anna dobetur, religa törpore soluto  
Quanis fronde temnos.*

Noū

Non puto multis agendum, ut demonstrem illud; *Quod vir fronde*, non ab eodem profectum, a quo superiora sunt. Quemadmodum enim, cui laurea debetur, quauis fronde iubetur esse contentus? Immo cui certum debetur, cum postulare quouis pati sibi satisfieri est insignis iniuria. *Quae autem necessitas?* numquid decoxerant, qui debabant? an arbor illa exaruerat Italiae? Quin si legitimam et religione sanctum erat, inenunte anno lauream Iano imponi, pro inosfro et detestabili omne habebatur, quauis alia fronde illum coronari. Num putarunt simile esse Ouidiano:

*Tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus.*

Non est: neque enim adhuc nata laurus, quum id faciat Phoebus. Dissimulant tamen omnes sedulo, praeter Barthium, qui lib. 28. Aduerfariorum cap. 7. coniicit: *Gnatus fronde comas.* At mei si res sit arbitrii, scribamus: *Quauis fronte.* Abutitur τῷ quauis pro vtraque: quod facile condonabitur: licet et quadrifrontem interdum redderent Ianum. Sic in Panegyrico, quem dixit Auitio (carm. 7, 10.) *iam nette bifrontes, Auceps Iane, comas.* Seduto autem, an solutas, quod antehac edebatur, recipias, iudicent, oportet, scripti, quum neutrum sit auctore indignum. *Solutas* est liberatas: *soluto* per hypodilagen erit ἀντὶ τῷ solutus: ut enim ligari torpos dicebant, qui defixi stupescerent, de quo ad Statuum noctuimus, ita solui torpos, qui excitarentur et reciperent viuos atque alacres sensus. Carinme 7, qui Panegyricus est Auito dictus: (v. 121.)

*Affurgunt proceres, Mars, Cypris, Romulus, et qui  
Auctores tibi, Roma, dei: iam mitior ipsa*

*Elefitur, et veteres iras Saturnia donat.*

Sic omnes MSS. et veteres editiones. Ex conjectura legbam, ponat, inquit Sauaro, ut in veteribus epigrainmatibus:

*Iam veteres iras Venus et Saturnia ponat.*

*Sed enim ponit erat legendum: nisi iratos velimus ha-*

bere manes Prisciani. Elegantissime autem donat. id est, condonat, remittit. Petronius: (c. 30.) *quicquid ergo est, dono vobis.* Seneca lib. 1. de clementia: (c. 20.) *quimum in potestate habeat, et paenam, si tuto poterit, donet.* Lucanus: (9, 144.) *superis haec crimina dono.* Statius: (Theb. 7. v. 556.) *abfedo, et mea vulnera domo.* Vlpianus in l. 17. n. 12. D. de iniuriis: *Plane si praefas agere nolit, vel quia remittit atque donat iniuriam.* Respxit autem Sidonius Horatium, vbi Iunonen facit eloquuntur lib. 3. (Od. 3, 30.) *Protinus et graues Iras et invisum nepotem, Troica quem peperit sacerdos, Marti redonabo.* Verbum etiam extra hanc causam Annaeis gratum, ut sit quod abolere, tollere, non vti, excludere, non adhibere. Sic apud Mareum controversia, Expositus repetens e duobus: *Dono, quod indicauerim.* Vbi sollicitabat vir magnus Nic. Faber, substituto *danno.* Si nullum est apud Quintilianum declam. 1. *Dono illud,* dum a suo limine egreditur, dum illor, quos a patre accepit, seruulos fallit. Hoc est, non vtr hoc: non illud argumentor, quam difficile fuerit a limite egredi; seruulos fallere. Lucius lib. 2. Nat. quaest. cap. 59. *Haec nulla diligentia eritat, nulla felicitas donat, nulla potentia euincit.* Vbi Erasmus donat. Et vox ibidem: *Cafas iste donat metum.* Hic fecerant, denerat. Idem in Medea vers. 1016.

IA. *Iam perage coeptum facinus, haud ultra precor,  
Morisque saltē supplicis dona meis.*

Quod omnes male acceperunt ante I. Gruterum et Hug. Grotium. Idem verbum eadem vi restituendum est. Senecae in Phoenissis, quae vulgo Thebais appellatur, versu 233.

*infaeret ac recrudefecit nefas  
Subinde, et aures ingerunt quicquid mihi  
Negastis oculi.*

Mein-

Membranae longe optimae inter Florentinas : quicquid mihi *Donaftis oculi*. Quae mihi remisistis, quorum pudorem sustulitis oculi, quos erui. Hinc ipse ille caecus per eundem haud dubie auctorem in Oedipo : (v. 999.)

*quis deus tandem mihi*

*Placatus atra nube perfundit caput ?*

*Quis scelerata donat ?*

Et, audacius forsitan, confeo tamen hoc quoque loquendi genere usum in iisdem Phoenisis versu 456.

*sancta si pietas placet,*

*Donate matrem pacem ; si placuit scelus,*

*Maius paratum est.*

Ineptum iudicat Scaliger, et in multis ex libris : *Donate matri pacem*. Sed quid fiet versu ? Nunquam credam ita impiegisse aut dedita opera violasse legem Iamboru*m* Senecam. Tamen omnes scripti sic habent libri, omnes : Quid exspectas ? Prodigiose corrupta haec tragœdia est, et in primis pars ultima, cuius yix tertium quemque versus saluum puto. Hic autem suspicor a Poëta fuisse : *Donate matri bella* : eodem sensu verbi *donare* : quem non affecitus aliquis bene vetus corrector, et cogitans matrem interuenire pacificatricem, *pacem* ingessit *ut* *τὰ bella* : ut superius *Negafis aviri τὰ Donafis*. Numnis quam verisimilis haec mihi conjectura videtur, ut cunctique audacior. Tertius ex Annaeis Lucanus non minus eodem verbo lascivit. Lib. 4. (v. 764.)

*tantum profertur ad hostes,*

*Et spatiis iaculis oblato vulnera donat.*

Ne sit scilicet magnum, et ut illa citius corporibus sedent. Lib. 6. (58.) *Tot potuere manus etc. ratibus longae flexus donare Maleae*, Lib. 7. (784.) *quantum poenam misero mens conscientia donat*. Eodemque : *ut donet bellī tibi damna vetustas*. Lib. 9. Ptolemaei satelles Pompeii caput offerens Caesari : (v. 1016.)

*Rex*

*Rox tibi Pellaens tecum pelagique labores  
Donat.*

Valerius Flaccus lib. i. versu 473.

*Donat et Iphiclo pelagus iuueniumque labores  
Aesonides, fessum Phylace quem miserat aevo.*

Vbi pius : concedit Iphiclo vt nauiget cum caeteris : sed postea sanior : Interpretari possumus Iasonem Iphiclo seni condonare pelagus, id est, laborem remigandi remittere. Silius Italicus lib. i. Murruum Saguntinum inducit his verbis agentem ad Poenum, quem sperabat se caesurum : (v. 497.)

*Longum in Dardanios fites iter atque niualem  
Pyrenen, Alpesque tibi mea dextera donat.*

Idem lib. 2. (v. 324.)

*Si bello absfigis, nec te vicitibus offers,*

*Quantum, heu Carthago, donat tibi sanguinis Hanno!*

Et lib. 15. de Liuio Salinatore : (736.)

*hei mihi quanta*

*Cessavit Latio dextra, et quot funera Poenis*

*Donarunt prauis suffragia tristia Campi.*

Paullo alter, et eleganter tamen, *to donare* ponitur in l. 249. Da de V. S. *Praeuaricatores eos appellamus*, qui causam aduersariis suis donant, et ex parte alteris in partem rei concordant. Est enim per malam gratiam tradere, male gratificari. Quale apud Petronium, (c. 4.) *spes suas donare ambitioni*: quem eximium locum mirifice torserunt, nemo satis enarravit. *Primum enim*, inquit, *sicut omnia*, *spes quoque suas ambitioni donant*: deinde dum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum propellunt, et eloquentiam, qua nihil esse maius confitentur, pueris induunt adhuc nascentibus. Non enim *ambitione*, non *ditant*, non *domant*, est legendum, non *donare* est

est contemnere et relinquere : quae singula suos autores habent. *Omnia donare ambitioni*, est, in omnibus seruire ostentationi ; nihil facere graue, et seriuin, atque ut conscientiae satisfacias, sed omnia ad pompa et opinionem vulgi, ut videare fecisse. Seneca epist. 110. *Addiximus animum voluptati, cui indulgere initium omnium malorum est : tradidimus ambitioni et famae et caeteris aequae vanis et inanibus.* Spes vocat ipsos liberos, propter spem, quam de bonis liberis parentes habent. Seneca Medea : (Act. 3, 478.) *Per spes tuorum sacerdotum.* Quintilianus praefat. lib. 5. *Illum enim, de quo summa conceperam, et in quo spem unicam senectutis meae reponebam, repetito vulnera orbitatis amisi.* Sic apud Iustinum (1, 4) educatrix Cyri : *permitteretque fibi suae fortunae ipius sua spei sua puerum nutrire.* Sic Vota apud eundem Petronium : (140.) *Ea ergo ad Eu-molpum venit, et commendare liberos : eius prudentiae bonitatisque credere se et vota sua.* Sic legendum et distinguendum. nam suos, quod addunt vulgo, a Ms. abfuisse, et salua sententiae integritate abesse monuit et olim Douza. Intellige, commendabat, vel commendare coepit liberos his verbis, quae sequuntur. Supradictis multis hoc genus loquendi confirmavimus. Nec vero faciunt huc, quae adnotantur de praceptoribus filiarum : non enim commendantur, ut praceptor discipuli, sed ut clientes patrono : et specialius puella ut curatori vel *τοκυγαω*; adolescentes, ut maioribus natu sectatores. Ex iure, de quo Asconius ad orationem in Pisonein : *Fu-it autem Pupias Piso iisdem temporibus, quibus Cicero, sed tanto aetate maior, ut adolescentulum Ciceronem patet ad eum dederet, quod in eo et antiquae vitae similitudo et multae erant literae.* Cicero pro Coelio : (cap. 4.) *qui ut huit virilem togam dedit, (nihil dicam hoc loco de me : tantum sit, quantum vos existimatis) hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum.* Nemo hucus M. Caecilius in illo aetatis flore vidi, nisi aut cum patre,

patre, aut mecum, aut in M. Craffi castissima domo.  
 Auctor de corrupta eloquentia: (c. 34.) Ergo apud ma-  
 iores nostros iuuenis ille, qui foro et eloquentiae parabat-  
 tur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis  
 studiis, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum ora-  
 torem, qui principem locum in ciuitate tenebat. Quam-  
 quam et aliquid amplius eo verbo expressisse videtur;  
 quale Iustinus lib. 35. (c. 2, 1.) *Initio belli Demetrius*  
*duos filios suis apud Cnidium hospitem cum magno qua-  
 pondere commendauerat.* Et Hyginus fab. 96. *Thetis*  
*Nereis cum sciret Achillem filium suum, si ad Troiam*  
*expugnandam esset, peritum, commendauit eum in in-*  
*silium Scyron ad Lycomedem regem.* Sic et morituri.  
 Cicero lib. 3. de Officiis cap. 10. *Damonem et Phintiam*  
*Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse: [ut] cum*  
*eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset,*  
*et is qui morti addictus esset, paucos sibi dies comen-*  
*dandorum suorum causa postulauisset, vas factus est alter*  
*eius sustendi.* Particulam virgulis inclusam superfluam esse  
 senseo. Sed hic subiecerant, *conueniendorum.* Grute-  
 rus notat *commendare* Gifanio esse valere dicere; sibi po-  
 tius fidei aliorum committere, ut faciunt morituri: vnde  
 Cicero alibi; (de Finib. III, 5.) *simulatque natum fit ani-*  
*mal, ipsum sibi conciliari et commendari ad conseruandum.*  
 Rectius adhibuisset ex lib. 3. de Finibus: (c. 20.) *Ex haec*  
*animorum affectione testamenta commendationesque mori-*  
*entiam natae sunt.* Auctor de bello Africano (c. 88.)  
 circa mortem Catonis: *liberis suis L. Caesari, qui tum*  
*ei proquaestore fuerat, commendatis.* Plinius lib. 7. cap.  
 12. *Antiocho regi Syriæ e plebe nomine Artemon, in*  
*tantum similis fuit, ut Laodice coniux regia necato iam*  
*Antiocho, mimum per eum commendationis regnique suc-*  
*cessionis peregerit.* De quo Valerius Maximus l. 9. c. 14.  
 crediderunt homines ab Antiocho moriente Laodicen et na-  
 totos eius sibi commendari. Quae quidem Athenis usque  
 eo valebat commendatio, ut et viri uxores suas aliis post  
 se

se maritis collocarent. Sic Demosthenes Paeaniensis decedens duobus superstribus liberis tutores dedit cognatos Aphobon et Demophonta cum tertio amico Therippida: et huic legauit vsumfructum 70 minarum, vtque dum Demosthenes filius, inclitus postea orator, inviros transcriberetur: Demophonti filiam desponebat cum dote duorum talentorum; Aphobo vxorem suam, liberum communium matrem, Cleobulam Gylonis filiam, ηξωτε γημαθαι addita dota 80 minarum, vtque aedibus instructis frueretur vsque ad virilem filii aetatem. Vnde orationes in Aphobum. Sed, vt reuertamur ad Petronium, Eumolpi bonitati ac prudentiae matrona dicit se committere et liberos suos, argumentum et materiam omnium votorum. Sic Ouidius lib. v. Fastorum (v. 459.) inducit Remum Faustulo et Accae dicentem:

*En ego dimidium vestri parsque altera voti  
Cernite finis qualis.*

Statio in Epicedio Patris: (5. Silv. 3. 146.) *Hinc tibi vota patrum credi.* Sic igitur *Spes* et *Vota* pro liberis. Ipsi vero, sicut caetera omnia, ita etiam liberos, summam speim suam, consecrant et imminolant ambitioni: nihil illis iustum et rectum, sed tantummodo, quae ambitiona sint et fuso placeant, requirunt: vanam potius speciem profectus sectantur in illis ante tempus producendis, quam solidam frugem exspectant tardius prouenturam. Itaque dum *festini votorum*, vt Statius quoque de patre loquitur lib. 6. (v. 74.) Thebaidos, cupiunt in illis primo quoque die videre, quae optant, cruda illorum studia, parumque subactos in primitiis bonarum artium, cogunt adspirare ad subsellia, et ibi dicere suppeditante impudenteria, quae nunquam didicerunt. Hoc tum incipiebat perdetentim fieri: nunc fit tam gnauiter, vt poene nihil aliud agatur, nec parentibus tantum, sed et docentium turba auctoribus. *Donantur* igitur *ambitioni* liberi, dum in illis desiderant sollemnemmodo parentes, vt videantur eru-

erudit, non vt sint, et vt cito turgescant titulis, quos nunquam meruerunt. *Pueris adhuc nascentibus* debet Ciceroni lib. 4. Acad. (c. 5.) quod si illi *tum in nouis rebus, quasi modo nascentes, haesitauerunt.* Viri docti ut suam illud *donare pro contemnere* approbent, profert ex Statii Thebaid. lib. 1. (v. 30.)

*maneas hominum contentus habenis  
Vndarum terraeque potens, et fidera dones.*

Quod explicant, p[re]ae nostro imperio ipsum coelum contemas. Sed *fidera dones* est, deos facias, aurnina in fidera mittas, vt loquitur Manilius. Patri, fratri, gnatu id se decus dedisse postulabat Domitianus. Hinc Martialis lib. 9. epigr. 104. (v. 21.)

*Templa deis, mores populis dedit, otia ferro,  
Astra suis, caelo fidera, serta Ioui.*

Et lib. 14. (epigr. 124. v. 2.) *magno qui dedit astra patri.* Plinius in Paneg. (cap. 89.) *Licet alteri vestrum filii virtus triumphalia, alteri coelum dederit.* Non minus il ludunt nobis, quam tradere sic quoque pro contemnere positum aiunt apud Ciceronem lib. 8. ad Atticum. Puto respicere verba epist. 7. de Pompeio : *qui ante fugit quam scit, quem fugiat, aut quo : qui nostra tradidit : qui patriam reliquit.* Sed hic tradere non est contemnere, verum prodere ac deserere, destituere indefensum et exponere hosti vel inimico. Videtur autem rō *TRA* abundare, et scripsisse Ciceronem : *qui nos tradidit.* Item aiunt apud Terentium in Phormione. (Act. 1. Sc. 5, 7.) Ibi est, *tradere causam aduersariis :* multo plus quam negligere aut contemnere : potest enim hoc fieri sine dolo : at illud scelest[e] praeuaricari est. Martialem addunt lib. 9. (ep. 104. v. 15.) Credo voluisse :

*Solus Iuleas cum iam retineret habenas,  
Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.*

Hic

Hic vero est, ecclit alteri, vel aliis: quod potest fieri, ut fecerit ex contentu rei, potest ex necessitate fortunae, potest ex benevolentia, potest ob maiorem mercedem. Eodem iure igitur tradere erit cogi, et factum velle, et mercedem accipere. Denique applicant huic Petronii epigramma: (cap. 18.)

*Contempi turpe est; legem donare superbum:*

*Hoc amo, quod possum, qua libet, ire via.*

*Legem donare*, aiunt, est, velut rem inutilem, sibi non aptam arbitrari. Melius comprehenderant sensum, quem idem corrigerent, *legi damnare*, quod esset *lege*: quamvis nec hoc admittendum sit. *Alii regem donare*. Est et qui *legem dantur*. Denique *legem donare* interpretati sunt *legem dare*: quod tamen nec sententiam efficit commodam, nec Latinum est. Scribe: *laesum damnare*. Id est, non accipere satisfactionem, sed perseuerare in querela, donec damnaturis illum, a quo laesus est. Sic autem Petronius solet. (c. 107.) *Quid debet laesum facere, ubi rei ad poenam configiunt?* Et, (c. 139.) te noxam meruisse, daturumque graues poenas, si laesus in querela perseverasset. Hinc pergit: (Supra c. 18.) *Hoc amo*, hoc delector, *quod possum ire viam, qua libet*; hoc est, quod nec contemnor, et iuris obtinendi copia est, vt si velim, possim damnum laudentem; nec tamen sum tam impotens, vt ad summam illam veritatem *legitimum ius exigere* gestiam, et omnino damnare illum, quo laedor. *Nam saepe et* (ita enim legendum) *fapiens contumus, affectus iniuria, nedit iurgia, vocat in ins, experitur in foro;* Et qui non iugulat, vobis *abire* solet: hoc est, qui non summum ius exsequitur, tamen pro victore discedit. Sic cadunt conjecturae: *quo possum*: et, *aequaliter ire viam*: et, *qui non iugulat rector, obire* solet: cadit interpretatio: quod neque me contemnit, neque mihi vt vobiscum litigem, legesque praescribam, necessitatem imponitis: quasi vel *donare* vel

*dare legem sit litem mouere. Carmine 20. Sidonii, quod est Epithalamium Ruricio et Iberiae, vbi Veneris transi- tum describit:*

*Hic et Sigeis specubus qui Dindyma ludit,  
Iam settus recalet Corybas, cui gutture rauco  
Ignem per bifores regemunt caua buxa caueras.*

Sauaro: *Settus*, id est, occipitio intonsus. *Corybantes* enim attondebant sinciput. Immo, *settus Corybas*, est Gallus, abscissus matris deum sacerdos. *Martialis lib. 9. epigr. (7. v. 4.) puer auari settus arte lenonis.* Plautus Milite: (c. 5, 15.) *Obsecro hercle te, ut mea verba audias, priusquam fecer.* Dicit ergo tantam Veneris esse virtutem, ut etiam amissum cum virilitate calorem ab illius vicinitate receperit exectus ille Cybeleius Corybas. *Claudianus* (in Eutrop. 1, v. 49.) *foecundum corporis ignem Sedibus exhaustit geminis.* Hoc etiam alii, sed post nos scilicet, publice diuntaxat, in Sauarone notarunt.

## C A P V T XXIV

*Cypriano aliquot maculae de- cere. In istino reddit a vetus teriae. Res nar̄ ἰξοχήν, quae lectio. Vastitas. Eryere, Hi- ēsū aut posui. Sine lege. Pro- bōre militēm. Obuersari. Con- ficiari se. Canore pro praedi-*

*cere. In istino reddit a vetus lectio. Vastitas. Eryere, Hi- bernum. Aestuum. Verna. Autumna.*

**E**pistola ad Donatum: *Malorum blandientium virus occultum est; et arridentis nequitiae facies quidem laeta, sed calamitatis abstrusae illecebrosa fallacia; infar quoddam veneni, ubi in letales succos dulcedine adspersa, falliditate fallendi sapore medicato, poculum videtur esse, quod sumitur; ubi epotaueris, pernicies hausta grassa- tur. In membranis reperi: inlecebrosa fallacia infar veneni est: vt videatur scribendum et interpungendum: Malorum blandientium virus occultum, et arridentis ne- quitiae facies quidem laeta, sed calamitatis abstrusae inle- cerosa*

*cibrosa fallacia instar quoddam veneni est.* Caetera sic restituta Grauio ait Pamelius, quo proxime accedat Cambr. codex: *alios, epotatum est; alios, epotauius; alios epotandum est.* Quae varietas arguit subesse occultum vlcus, ad quod sanandum praeiuit nobis Ms. liber exhibens, *epota'res est.* Quod et nos postea in Fuxiensi codice, et in suis post nos alii inuenierunt. Nimirum τὸ Res interdum κατ' ἄξονν de iis, quae sumuntur quasi victui. Cicero lib. 2. (cap. 28.) de Finibus: *Negat enim tenuissimo victu, id est, contemtissimis cibis et potionibus, minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum.* Phaedrus: (4, 7, 3.) *Hasc cum tentaret si qua res esset cibi.* Petronius in coena Trimalcionis: (c. 36.) *Danus omnes plausum a familia coeptum, et res electissimas aggredimur.* Guntherus lib. 5. Ligurini:

*Vtraque vinetis exuberat, utraque pomis,  
Piscibus atque feris et cunctis rebus edendis.*

In libello de disciplina et habitu virginum, vbi aduocatur ex Esaia: (3, 20.) *Auferet Dominus gloriam vestis illarum, et ornamenta earum, et crines, et cincinnos, et discriminalia.* Praefero quod membranae: *discrimen et armillas.* Sic Ouidius: (Art. 2, 303.)

*Compositum discrimen erit, discriminata lauda.*

Seruius ad lib. II. (v. 144.) Aeneidos: *LATE DISCRIMINAT AGROS.* Dividit. vnde et *Discrimen capitis muliebris dicitur ex eo, quod caput auro discernat.* Videntur data opera ex vulgato interprete interpolasse auctorem passim, vbi testimoniis S. Scripturae vtitur: ita MSS. ab editis differunt. De oratione Dominica ex eodem Prophet: (1, 4.) *Semen nequam, filii scelesti, dereliquit Dominum et in indignationem misericordis illum Sanctum Israël.* Membranae: *Semen pessimum, filii sine lege.* Quod Septuaginta: σπέρμα πονηρόν, υἱοὶ ἀνόμως. Et Statius: (Theb. II, v. 524.) *fatinus sine more.* Epistola 66. refertur ex Apo-

stolo Paulo ad Timotheum: (2, 2, 4.) *Scriptum est enim, Nemo militans Deo obligat se molestiis secularibus, ut ei placeat, cui se probauit.* In Ms. est, *qui se probauit.* Quemadmodum et in prisca versione reponendum diuinarat Hugo Grotius: cum in Graeco sit τῷ σεωτολογήσαντι, id est, ei qui delectum egit. Sed, aiunt, eundem sensum vulgata interpretatio facile suscipit. At non sufficit ad vindicandum aliquid pro genuino atque emendato, suscipere id sensum materiae conuenientem: nisi constet eum sensum sic expressum, ut in ea re loqui veteres solerent. *Probare se alicui vulgare est atque omnibus notum: sed qui delectu acto ad sacramentum admisissent aliquem, ipsi probasse militem proprio verbo dicebantur.* Suetonius in Iulio: (c. 65.) *Militem neque a moribus neque a fortuna probabat, sed tantum a viribus.* Plinius lib. 10. Epist. 39. *Neque enim multum interest, quod nondum per numeros distributi sunt. Ille enim dies, quo primum probati sunt, veritatem ab his originis suae exigit.* Quintilianus in Milite Mariano: *En quanta delectui tuo sit inuidia?* Diceris adversus Cimbros puerum probasse. Vegetius lib. 1. de re militari cap. 7. dum possessoribus indicti tirones per gratiam aut dissimulationem probantium tales sociantur armis, quales domini habere fastidiunt. Ita recte ex MSS. Steuchius: qui tamen obtestatus se nolle sola lectionis varietate lectorem pascere, nihil de probando milite, sed tantum de probandis equis aliquid suggerit. Isidorus lib. 9. cap. 4. *Vnde et tirones dicti, qui antequam sacramento probati fuerint, milites non sunt.* Inde probatoria non modo aliis officialibus, sed et militibus dabantur. Lege 17. Cod. de re militari: *Neminem in ullo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari concedimus, consuetudine, quae haecenus tenuit, antiquata, quae magisteriae potestati vel ducibus probatorias militum facere vel militibus adiungere licentiam tribuebat: ut hi tantum in numeris vel limitibus militent, qui a nostra diuinitate probatorias consequuntur.*

His

His omnibus inducor, ut et Cyprianum et veterem interpretem scripsisse credam: *qui se probauit*: nam et hic passim elegantior est quam vulgus existimat. Rursus de disciplina et habitu virginum: *Quasdam non pudet nubentibus interessere, et in illa lasciuientium libertate sermonum colloquia incesta miscere, audire quod non decet, quod non licet dicere, obseruare et esse praesentes inter verba turpia et temu-tenta conuicia, quibus libidinum fomes accenditur, sponsa ad patientiam stupri, ad audaciam sponsus animatur.* Pamelius notauit in aliis libris *obseruari*, in aliis *conuersari*. Noster quoque *obseruari*. Verum est, *obuersari*. Eius enim vis, in medio versari, conspicere et se conspicendum praebere. Liuius l. 33. (cap. 47.) de Annibale: *praeparatis iam omnibus ante ad fugam, obuersatus eo die in foro, auertenda suspicionis causa.* Quemadmodum de eodem Trogus Pompeius lib. 31. (c. 2.) cum tota die, *in oculis principum legatiique Romani, in foro Carthaginensem, obuersatus in supremum fuisset.* Iterum Liuius lib. 38. (init.) *vt primo quieti, velut ad priuatam rem agendam venissent, in foro obuer-sarentur.* Plinius lib. 5. epist. 21. *Sedebant iudices, decem-viri venerant, obuersabantur aduocati.* Sic recte MSS. non *centumuiri*: nam hi iidem qui iudices: at *decemuiri* magistratus, qui hastae praeessent, *vt loquitur Pomponius*: qui id iudicium cogerent. Suet. Octav. c. 36. *ut centumui-ram hastam, quam quaestura fundi consueuerant cogere, decemuiri cogerent.* In libello de Ecclesiae Catholicae vni-tate: *Facilior cautio est, ubi manifestior formido est: et ad certamen animus ante praefruitur, quando se aduer-sarius profitetur.* Sic Pamelius ex margine vnius, quum in aliis omnibus esset, *confiteri*, perpetuam differentiam esse inter *confiteri* et *profiteri* ratus, quod hoc sponte, illud quasi ab inuito fiat. Sed *confiteri* interdum est id ipsum, quod non celare, non dissimulare. Ut Statius de Laio, *vbi nepoti in somnis apparet, l. 2. Thebaid. (v. 122.) confessus auum.* Cyprianus vero et in lib. de Oratione Do-minica: *exhibere in sermone constantiam, quam confite-mur.* De mortalitate: *Bella et fames et terraemotus et pe-*

*stilentias per loca singula ex surgere praenuntiauit et docuit.* Ms. *praenuntiauit et cecinit.* Quid dulcius? *Cancere* vatum est futura praedicentium. Iustinus lib. 3. (c. 4.) *hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse Apollinem Delphis cecinisse.* Lib. 7. (c. 6.) propter vetera Macedoniae fata, quae cecinerant, uno ex Amyntae filiis regnante florentissimum fore Macedoniae statum. Et sic apud eundem legendum lib. 43. cap. 1. ex MSS. quae assidue di vino spiritu impleta, velut per furorem, futura praecinebat. Vbi editur, *praemonebat.* Hinc Liuius lib. 30. (c. 28.) *Q. Fabium* haud frustra canere solitum, grauiorem in sua terra futurum hostem Annibalem, quam in aliena fuisset. id est, praedicere ac vaticinari. Lactantius lib. 1. instit. c. 4. *Quis enim mentis emotae, non modo futura praecinere, sed etiam cohaerentia loqui possit?* Notter ad De metrieanum: *Succendi et cremari alienigenas praecanit Dominus.* Ep. 13. Item denuo praecanitur et praedicitur Iudeos, si sitient et Christum quaesierint, apud nos esse potaturos. Sic enim MSS. non *praecinit et praecinitur*, ut Pamelius. Tertullianus aduersus Iudeos: (c. 10, p. 145. ed. Pamel. Par. 1616.) *Hanc solennitatem diei, id est, Pascha azymorum, cum amaritudine manducaturos praecanebat.* Idemque alibi. Iterum in libro de mortalitate: *Contra tot impetus vastationis et mortis inconcussis animi virtutibus congreedi, quanta pectoris magnitudo est?* Hic demum habet ille Pamelii codex aliquid cedro dignum. Atqui omnium vitiorum eius mirator, vbi cum primis sequendus erat, hac auctoritate non vtitur. Pro *vastationis* ibi legitur *vastitatis*, quod et nobis obuium in membranis fuit. Sic supra hoc libro: *quando ergo infirmitas et imbecillitas et vastitas aliqua grassatur.* Et de bono patientiae: *Accedit vulnerum vastitas, et tabescentes et fluentes artus edax quoque verium poena consumit.* Pontius diaconus in vita et passione Cypriani: *Erupit postmodum lues dira, et destabilis morbi vastitas nimia, innumeros per diem populos a sua quemque sede abrupto impetu rapiens.* De Operet

et

et eleemosynis: *Patrimonium Deo creditum nec respublica eripit, nec fiscus innudit, nec calumnia aliqua forensis euerit.* Ms. auctius et doctius: *Patrimonium Deo creditum nec fur rapit, nec respublica eruit, nec fiscus etc.* Imitatus est Virgilianum: (*Aeneid. 2. v. 4.*)

*Troianas ut opes et lamentabile regnum  
Eruerint Danai.*

Imito sic prorsus Imperatores in l. secunda Cod. Theod. de Usuris: *Quicumque ultra centesimam iure permisam quicquam sub occasione necessitatis eruerit, quadrupli poena et obligatione constrictus, fine cessatione, fine requie, protinus ablata redhibebit.* Epistola ad Moysen et Maximum, quae ita est: *Per vicissitudines mensum transmeauit tempus hibernum: sed et vos tempora hiemis persecutionis hinc pensatis.* Haec quoque Pameli, non Cypriani, manus, quam meliores scripti ostendunt fuisse: *Per vicissitudines mensum transmeauit hibernum.* Ita enim loquebantur exquisitius: *vernum, aestiuum, autumnum, hibernum, provere, aestate, autumno, hieme.* Plin. lib. 19. cap. 2. *nec ultra annum durare, temerrima autem verno esse.* Palladius: (lib. 1. Tit. 34, Sect. 7.) *Spatia hortorum, quae per vernum senibus impleturus es.* Solinus: (cap. 57.) *ne aestiuo quidem torrente pruinis caret.* Noster ad Demetrianum: *Nec sic verna de temporie sua laeta sunt, nec adeo arboreis fructibus autumna foecunda sunt.* Ita ex sinceris codd. legendum etiam priores publice monuimus. Nam Pamelius interposuerat: *sata laeta sunt: nec prohibuit eum vel consequens, autumna: quod obseruat noue dictum, nec testem eius alium dare potest quam Bedam.* At Cyprianus imitatus in utroque est magistrum suum, de resurrectione carnis: *Revoluantur hiemes et aestates et verna et autumna, suis vicibus, moribus, fructibus.* Lex II. Codice Theodosii de Feriis: *illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus exceptit, aestiuis feruoribus miti-*

*gandis, et autumnis foetibus deserpens.* Quām fecit in suo 7. eodem titulo Iustinianus: sed siue a Triboniano sua a librariis interpolata: nisi quod hic rectius exceptit, quam illic accepit. Aberrat memoria doctorum virorum, cum ea eadem lege aduocant *autumnis dieis*. Aulonius Idyll. 8. (v. 10.)

*Mordeat autumnas frigus subtile pruinatas.*

Immo et Gellius lib. 19. cap. 7. quodam tempestatis *autumnalē die*. Forsan et Ouidius lib. 3. Met. (v. 729.) *Frondes autumno frigore tactas.* Ita enim Berlinanno in tribus MSS. inuentum probauit Gebhardus, et in nostris membranis vnis scribitur.

## C A P V T   XXV

*Lixius bis restitutus, bis explicatus. Equestris ordinis intrepedita. Romulus tres legit centurias, singulas centenum capitum.* Eaedem tres ducentenorum singulae factae Quirib; Sabiniis in urbem receptis. Trecentum sub Tullo Hostilio. Sexcentum sub Tarquinio Priscus, mancipiis tamen tribus sexaginta centuriis, in quibus trecenti Ramnes Primi, trecenti Ramnes Secundi, trecenti Titienes Primi, trecenti Secundi; trecenti Luperces Pri-

mi, precenti Secundi vel Posterioris vocarentur: et omnes essent mille octingenti. Seruus singulas centurias has fecerit in geminas, ita ut sex essent, id est cum capitum quaevis trecentum: alias ab se lectus addidit duodecim. Postiores, sub iisdem nominibus appellatos, quos addidit Priscus, quo sensu dicitur Lixius. Sex centuriae, Sex suffragia. Fefius correditus. Geminatae ab Seruio centuriae, ut dicantur.

**D**e origine et augmento equestris ordinis sub regibus mire variant veteres. Romulūn trecentos, ex numero triginta curiarum, singulis denos praebentibus, Celeres instituisse constat. Id factum statim post urbem conditam volunt Dionysius Halicarnasseus et Plutarchus; Livius

vix post bellum Sabinum demum et T. Tatium in urbem  
recepitos, id quod nomen etiam Titienium vel Tatienium  
suadere videtur: nisi tamen res ante hoc nomen fuit, id-  
que accepit, quum numerosior fieret. nam ab hoc tempo-  
re, nempe Quiritibus Sabinis inter ciues admissis, auctos  
eos vult Plutarchus e trecentis in sexcentos. Dionysius  
non hoc quidem, scribit tamen sub mortem Romuli fuisse  
*οὐ πολλὰ ἀπέχοντας χιλίων.* Liuus Alba diruta equi-  
tum decem turmas ex Albanis legisse Tullum Hostilium  
tradit. Et licet de alio augmento fileat, tamen postquam  
Tarquinius alterum tantum numero illorum, qui tunc  
erant, adiecit, fuisse ait mille octingentos in tribus cen-  
turiis. Lib. i. cap. 36. *Neque tum Tarquinius de equitum  
centuriis quicquam mutauit; numero alterum tantum ad-  
iecit, ut mille et trecenti equites in tribus centuriis essent.*  
Ita vulgatae et complures e scriptorum vulgo. Si centurias  
Romuli centenum capitum faciamus, Tulli tricenum bi-  
num, fore vniuersos duplicato numero mille 240, quos  
rotunde *mille trecentos* dixisse Liuitum censet Glareanus:  
et sic vulgatum posse defendi. Mauult ipse *mille ducenti*,  
vt ducenariae centuriae intelligantur, auctae sic vel sub Ro-  
mulo, intra cuius regnum peditatum decuplo, equitatum  
triplo creuisse auctor Dionysius est, vel sub Tullo. At  
Ms. codex Borbetomagensis: *mille et octingenti*, quod me-  
rito amplectuntur Rhenanus et Sagonius. Nongentos in-  
telligimus fuisse omnes ante Priscum, in singulis centuriis  
trecentos. Hoc exacte conuenit rationi Dionysiana: et si  
accessionis sub Tullo nullam ille mentionem faciat,  
quae tamen satis est probabilis. Hic et rotundissimus nu-  
merus, et accipendum sub Romulo ex centenariis duce-  
narias factas fuisse centurias, sub Tullo trecenum. Et hoc  
tempus respicit, quod vnde cunctumque Isidorus lib. 9. Origin.  
cap. 3. *Turma triginta equites sunt. Romani enim equi-  
tes in una tribu trecenti.* Ergo in tribus tribubus nongenti.  
Denique et Florentinus in membranis ita expressis nume-

ris: *mille et DCCC.* Quum ergo nongenti essent ante Tarquinium, trecenti Ramnes, trecenti Luceres, trecenti Tatienenses, in tres centurias digesti, capitum numerum ille duplicauit in centuriis eodem numero seruatis: nominis etiam discriminem ortum, vt hi *Secundi* dicerentur Ramnes, Luceres, Tatienenses; isti qui ante fuerant *Primi*: utriusque generis erant nongenti. Seruius Tullius exoleta religione numeri tres has centurias, in quibus erant *mille octingenti*, descripsit in sex, vt in singulis centuriis essent trecenti: deinde addidit ipse duodecim alias a se lectas centurias, vt vniuersae octodecim essent, testibus Liuio et Dionysio. Verba Liuii (l. i.) cap. 43. *Sex item alias centurias, tribus ab Romulo institutis, sub iisdem, quibus inaugurate erant, nominibus fecit.* Non facit iniuriam Glareano Sigonius, quin culpatur eum quindecim centurias equitum faciente, quae fuerunt octodecim. Feret etiam interpretationem Sigonii, velle Liuium, sex esse factas ex tribus: sed hoc e verbis istis exculpere nullo modo possum, nisi videam additam praepositionem. Quis enim vñquam dixit: *tribus fecit sex*, pro, e tribus? Ita ergo repone: *e tribus a Romulo institutis.* Deinde non concoquo, quod ait, exortum ex hac segregatio[n]e Tullii, vt essent *Primi* et *Secundi* Ramnenses, Luceres, Tatienenses. Didici enim ex Liuio id contigisse post duplicas capitula numero centurias ab Tarquinio. *Neque enim tum Tarquinius*, inquit, *de equitum centuriis quicquam mutauit; numero alterum tantum adiecit, ut mille et octingenti equites in tribus centuriis essent.* Postiores modo *sub iisdem nominibus*, qui additi erant, appellati: *quas nunc, quia geminatae sunt, Sex vocant Centurias.* Sic bene Sigonius pro *Posteriore*, quod habebatur: sed quam bene, non percepit ipse auctor. Non enim sensus est, quem fingeat, posteriores equites, qui additi erant a Tarquinio, appellatos esse *sub iisdem nominibus*. Cui enim rei hoc dicere Liuium, qui iam memorasset, nihil in centuriis mutatum

mutatum praeter hominum numerum? Certe aliquid non dictum proxime voluit exprimere: nimisrum, praeter numerum, hoc tantummodo in illis, quos adiecit Tarquinius, factum esse noui, ut quamuis sub iisdem nominibus Rammensium, Tatiensium, Lucerum censereuntur, sic appellarentur tamen apposito vocabulo *Posteriorum*, id est, ut Festus ait, *Secundorum*. *Sex Vestae*, inquit, *sacerdotes constitutae sunt*, *ut populus pro sua quaque parte haberet ministram sacrorum*, quia ciuitas Romana in sex est distributa partes, in *Primos Secundosque Tatienses, Rammes, Luceres*. Patribus nouis in curiam introductis ambitio statim genuit discrimen *maiorum et minorum gentium*. Sic tum quoque, simul Tarquinius equitum auxit numerum, differentia nominum et generis orta est: tres quidem, non amplius, centuriae dicebantur: sed in prima centuria vocabantur *Primi Rammes* a Romulo, *Secundi* vel *Postiores* a Tarquinio; in secunda centuria *Primi Luceres* et *Secundi* vel *Postiores Luceres*; in tertia *Primi Tatienses* et *Secundi* vel *Postiores Tatienses*. Perinde ut triplicis aciei ordines constabant militiae: in acie prima duo erant primi *Hastati*, *primus hastatus prior et primus hastatus posterior*: in secunda duo primi *Principes*, *primus princeps prior et primus princeps posterior*: in tertia duo *Principili* *primus pilus prior*, et *primus pilus posterior*: et sic usque ad decimos. Sic illi in eadem centuria vocabantur *primi et secundi Rammes*, in secunda *primi et secundi Luceres*, in tertia *primi et secundi Tatienses*. At Seruius Tullius ex his tribus centuriis fecit centurias sex: ita ut *primi Rammenses* unam facerent, *secundi Rammenses* alteram, *primi Luceres* tertiam, *secundi Luceres* quartam, *primi Tatienses* quintam, *secundi Tatienses* sextam centurias. Hoc tamen illis honoris habitum, ut quoties *Sex centuriae* appellarentur, non aliquae e nouis duodecim, sed κατ' ἔξοχην hae sex e tribus factae significantur. Hoc confirmat Festus: *Sex suffragia appellantur in equitum centuriis, quae sunt effectae*

*effectorae ex numero centuriarum, quas Priscus Tarquinius rex constituit.* Ita legendum: non *adfectae*, non *adieictae*. *Effectae*, nempe a Seruio Tullio. Salmasius de re militari cap. 20. annotat „Liuium eo loco, vbi tractat de censu per ditum equitumque, non octodecim centurias equitum, a Seruio factas dicere, sed duodecim eum scripsisse, ipsum, itemque sex alias centurias adieciisse tribus, a Romulo institutis, sub iisdem quibus inauguratae fuerant nominibus...” Imino non plures quam octodecim Serthii censui attribuit Liuium: duodecim ait nouas addidisse Seruum; tres priores in sex diuisisse. Hic error ex eo, quod non vidit excidisse libris praepositionem, *et sex alias centurias tribus a Romulo institutis*, accepit, quasi esset, sex alias praeter tres, quas Romulus instituit; cum legendum sit: *Sex item alias centurias e tribus*, nam *alias* dicit ratione illarum duodecim, quas nominauerat: non trium, quas nominatus erat. Deinde sensum, quem ante ipsum nemo Liuio dedit, refutat. „Quod, inquit, non satis recte procedere videtur. Age, esto, tres centurias equitum fecerit Romulus: sex centurias, ad eas adiunxerit de novo Seruus: iam sunt novem. Ait autem duodeciim centurias a Seruio ipso institutas. Sic non octodecim in totum essent centuriae, sed una et viginti...” Ergo quum ipsi non satis recte procedere videatur, cur fingit tradere Liuium adiunctis sex ad tres centurias, quod nemini praeter ipsum in mente venit? Dissentire etiam censet Liuium et Dionysium de Tarquinio, quasi apud hunc non legatur vias nouas centurias ad tres priores Romuli addidisse Prismum; Littus vero tradat, id solum ne faceret absterritum, ut sue nomine nouas additas insigniret, caeterum alterum tantum addidisse numero. Sed ita Dionysius (lib. 3. ant. p. 203. lin. 25. ed. Sylb.) Βελομένῳ ποτὲ τῷ Ταρκυνίῳ τρεῖς Φυλὰς ἐτέρας αποδεῖξαι νέας ἐκ τῶν ὑπ' αὐτῷ πρότερον κατειλεγμένων ἵππεων, τοὺς ποτσαὶ τές ἐπιθέτες Φυλὰς ξενιτῷ τε καὶ τῶν ἴδιων ἐταίρων ἐπωνύμες. Duo igitur dicit;

dicit; primum κατελέχθαι ὑπ' αὐτῷ πρότερον ιππέας, deinde ex illis voluisse regem tres nouas centurias facere sibi et amicis cognomines. Quod autem postea, τῶν περὶ τὰς φυλὰς ἐγχειρημάτων ἀπέση, significat quod omnes: nouis et pluribus centuriis appellandis abstinuisse Tarquinium: non, (quod foret contra omnes) lectos ab se nuper equites ordine dato ipsum mouisse, aut nullos equites legisse. Hinc quum laborasset in numero *mille trecentorum* apud Liuum, decurrit eo, ut legatur *mille ducenti*: quod sufficiebat apud Glareanum inutiliter legi. Plutarchi διπλασίαθέσης δὲ τῆς πόλεως, οἱ Δευτεῖν ἐγένοντο πεζῶν μὲν ἔξαντις, ιππέων δὲ ἔξαντος, cum falsum sit de peditum numero, aequo falso esse de equitibus. Sed debuit cogitare, huic falso, ut saepe accidit, subesse umbram veri, recepto conforte rege et aucto senatu, etiam auctos fuisse equites. Quid enim? T. Tatius nullos Celeres satellites habuit, passus collegam solum hac turba conspicuum? an trecentis ab Romulo lectis et ipse usus est? Quemadmodum illis fidere potuit? Tum quemadmodum illis usus est? utrum vt vterque 150 haberet? an vt altero in publico versante cum omni satellitio domi alter delitesceret? Evidem vix decerno, quid a fide sit alienius ac magis abhorrens. Pergit: „Eum „nuinerum equitum auxisse dicitur Tullus Hostilius Alba „diruta, et ex Albanis tres centurias legisse. quomodo igitur „tur potest stare, quod tradunt Liuius et Dionysius, agi „tasse Tarquinium de aliis centuriis addendis ad tres Ro „muleas?“ Respondeo, optime: nam licet numero capi „tum bis auctae, tres tamen centuriae dicebantur, Ramnium, Lucerum, Tatensium: ita ut primum centuriae singulae centenum hominum essent, inde ducentum, tandem trecentum. „Iam numerum, inquit, earum dupli „cauerat Tullus Hostilius lectis ex Albanis tribus nouis „centuriis: falsum igitur etiam illud erit, quod na „Liuius Tarquinium Priscum retento centuriarum numeru „ro trium, qui a Romulo institutus est, numerum

,, 150

„tum auxisse altero tanto, et mille ducentos equites scri-  
 ssisse in tribus centuriis pro sexcentis. Haec est prurigo  
 carpendi veteres. Falsum immo, centuriarum numerum  
 duplicasse Tullum: addiderat ille quidem trecentos ex  
 Albanis; sed ita, ut hi computarentur sub iisdem tribus  
 centuriis, ut et antea dicebantur: nec duplicauerat nume-  
 rum, quem intuenerat; fuisse enim iam tum mille du-  
 centi, quam sexcentos reliquisset Romulus. Verissimum  
 autem, Tarquinium Priscum retento numero centuriarum  
 trium, auxisse capita altero tanto: unde enim prius et  
 facundi Ramnes, Titientes, Luceres, nisi hos addidisse  
 Tarquinius? Sed sane falsum est, mille ducentos fuisse  
 ab Tarquinio: non tamen, unde illi videatur: sed quia me-  
 lioribus libris credendum est fuisse mille octingentos.  
 Rursum concedit, quod prius negauerat, a Romulo factos  
 sexcentos: „Non tamen, inquit, ut vult Plutarchus, le-  
 gionibus adscripti sexcenti a Romulo equites fuere,  
 tametsi demus sexcentos ab eo in tribus centuriis factos  
 equites.“ Atqui nihil aliud volunus: et hoc prius con-  
 cesso multa potuerat et sua et nostra verba lucrari: crede-  
 ret deinde Lutio, trecentos, quo nihil probabilius, alias  
 addidisse Tullum ex Albanis: et alterum tantum Dema-  
 rati filium: sic constitisset numerus millenum octingente-  
 num in tribus centuriis, quas in senas secrevit Tullius  
 Seruius. Addit ibidem Lutius: „Postiores modo sub  
 iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt, quas  
 nunc, quia geminatae sunt, Sex centurias vocant.  
 Quomodo, inquit, haec congruere poterunt et conue-  
 nire cum his, quae de Seruio dixit, praeter duodecim  
 ab ipso factas centurias, sex item alias tribus ab Romulo  
 institutis sub iisdem nominibus fecisse?“ Haec si agno-  
 scebat non congruere, mirum, ne tum quidem admoni-  
 tur, alium horum verborum sensum querendum esse,  
 quam ipse primus et solus fecit. Conueniunt optime, si  
 accipiantur posteriori loco dicta, ut accepit Siganus:  
 et si

etsi praepositionem addendam non viderit. Ibi dicitur additos a Tarquinio in easdem tres Romuleas centurias uno modo distinctos fuisse a veteribus equitibus: appellatos enim *Postiores Ramnes*, *Titenses*, *Luceres*, cum veteres exinde *Primi Ramnes*, *Titenses*, *Luceres* dicarentur, etsi in iisdem vtrumque genus esset centuriis: quas quia ex singulis geminas seu binas fecit Seruius, postea *κατ' οξχήν Sex* sunt vocatae *Centuriae*. Altero loco dicitur praeter centurias duodecim nouas ab ipso alleclas, ex tribus Romuli (quas scilicet praeter ipsum Romulum, Hostilius et Tarquinius numero capitum auxerant) Servium fecisse sex. Tandem quum eadem, qua superius, chorda oberrasset, colligendo ex verbis Liuii centurias vnam et viginti, putes resipiscere, quum ait: „An sex illas ita interpretabimur, vt etiam tres Romuli comprehensas intelligamus? ita sane videtur. Sed et sic impingit male interpretando verbum *Geminatae*. Paullo post enim hanc dictorum summam colligit: „Tres a Romulo primum institutae fuere verae iustaeque centuriae ex centenis nimirum equitibus: tres centuriae ex Albanis a Tullo Hostilio additae.„ (Ergo spernit rursus, quod prius admirerat de sexcentis a Romulo factis: admittit, quod spreuerat de Tullo) „sic sexcenti equites facti. eum numerum duplicauit Tarquinius, et mille ducentos in tribus centuriis statuit. Geminauit has centurias tres Servius. ergo duo millia, et quadringenti equites ex illis sex centuriis exierunt.„ Haec longe a vero deuia. Praeterquam quod Tarquinii numerus est *mille octingenti*, non *mille ducenti*, vt diximus, Seruius hos adeo non fecit duo millia quadringentos, vt ne vnum quidem hominem addiderit, nisi forte in locum vacantem defuncti aut depulsi. Centuriae sub Tarquinio erant sexcentorum capitum singulæ; itaque tres continebant mille octingentos: eaedem Centuriae sub Seruio trecentorum factæ; itaque mille octingenti, qui antea tres tantummodo, tum sex cere

cere centurias. Nusquam dicit Lixius: a Seruio *geminatum* esse illum numerum Tarquinii millenum octingenum, sed bis dicit, prius ipso verbo, dein sensu *geminatus esse centurias*, id est, geminas factas, ita ut quaevis ex una duae fierent, reliquo numero capitum, qui antea fuerat. Plautus Amphitruone: (2, 2, 154.)

*Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sofiam:  
Nunc si pateram patera peperit, omnes congerimavimus.*

Locus alter est: *Sex item alias centurias e tribus a Romulo institutis* (intellige, et ab ipso Romulo, a Tullo, a Tarquinio numero capitum auctis) *sab iisdem, quibus inaugurate fuerant, nominibus fecit*. Romulus primum centenos in quamque centuriam legit, dein decentos, centum additis, reliquit: a Tullo Hostilio quaevis centuria habuit trecentos: ab Tarquinio sexcentos. Seruins rediget easdem rugsum ad trecentos, duabus ex una facie. Ex hac proposito omnium equestris ordinis capitum post Seruui censum numerus fuit, non septem millium ducentorum, quem ille collegit, sed quinque millium quadringtonitorum.



IOH.

IOH. FREDER. GRONOVII

# OBSERVATIONVM

LIBER QVARTVS

Kk





IOH. FREDER. GRONOVI  
OBSERVATIONVM  
LIBER QVARTVS

---

CAPVT I

Centuriae praerogatiuae, iu-  
re vocatae. Tribuum, Curia-  
rum, Centuriarum origo. Cu-  
riae nunquam eaedem, quae  
Centuriae. Festus correctus et  
illustratus. Tribuum tandem  
quoque ratio habita centuria-  
tis comitiis. Vicissim centu-  
riae nominibus Tribuum appella-  
tare, quando praerogatiuae  
essent. Praerogatiuae in suf-  
fragium nonnunquam reuoca-  
tae. Liuius bis genuina lectio  
reddita. Aniensis iuniorum.  
Inserponere. Suspicio ad alium  
Liuii locum. Lacus Tbrafi-  
menu et Cannae tristia ad re-

cordationem exempla. Docu-  
mentum esse. Documento esse.  
Praecones in comitiis apparen-  
tes magistratibus. Firmata  
Sigionii restitutio. Veturia iu-  
niorum. Legibus et plebiscitis  
praescribi soliti, qui primi sci-  
vissent. Fragmenta Legum  
antiquarum correcta. Princi-  
pium. Faucia curia princi-  
piam fuit. Liuius iterum  
emendatus. Idemque alio loco  
illustratus. Pro tribu, pro  
concione, pro rostris, pro tri-  
bunali. Voci, Praerogatiua,  
notio elegantior. Ambrosius  
in Hegeſippo correctus.



Romae quum centuriata comitia haberentur, quia  
populus Romanus, ex instituto Seruii Tullii,  
ex censu in classes, classes in centurias erant  
tributae; sortiri solebat prima classis, quae centuria esset  
praerogatiua. Sunt autem praerogatiuae centuriae, quae

primaè citantur et suffragium rogantur ante iure vocatas. *Iure vocatae*, quaecunque rogantur post illas, sic dictae, quod in his sequente populo praerogatiuarum voluntatem iure omnia completerentur, vt sane vult Asconius Pedianus in Diuinationem: caeterum, vt ego existimo, quod illae iam iure, hoc est, legitimo ordine, non classium modo sed ipsarum etiam centuriarum, quo in censorum quiue censum egerant tabulis descriptae essent, non forte praelatae postpositae, ad suffragium ferendum citarentur. Sic comitiis curiatis curiae, tributis tribus aliae praerogatiuae, aliae iure vocatae, ex instituto siebant. Caeterum cum esset alia diuisio populi Romani per curias, alia per tribus, alia per classes et centurias: (ista ex generibus hominum, secunda ex regionibus urbis, postrem ex censu:) nec si curiatim dinumerares populum, quicquam interefset, qua quisque in tribu aut centuria censeretur; si tributum, qua in curia aut centuria; si centuriatim, qua in curia tribuue: ita et comitiis, quae ab his partitionibus appellantur, curiatis puta non tribus aut centuriae praerogatiuae ac iure vocatae, sed curiae, nec tribus centuriae-ve suffragium inire, sed curiae; tributis non centuriae curiaeue praerogatiuae vel iure vocatae, sed tribus, nec curiae centuriaeue suffragium inire, sed tribus; centuriatis denique non curiae tribusue praerogatiuae et iure vocatae, sed centuriae, nec tribus curiaeue suffragium tulisse, sed centuriae dicebantur. Quo pertinet, quod Liuius ait, tribus aliquando nihil ad centuriarum distributionem pertinuisse. Non respicimus iam tempora prima reipublicae Romanae. Romulus, vt volunt Plutarchus et Dionysius, populum in tres partes distribuit, quas dixit tribus: in singulis duxit alias decem partes minores, quas triginta curias: ex his singulis denos Celeres vel equites electos, quia trecenti essent, tres centurias vocavit. Alio-ter postea Seruius Tullius, relicto enim numero triginta curiarum, quatuor fecit tribus ex regionibus urbis, quae crescente republica paullatim ad triginta quinque proce- fere:

fere: centurias autem nuncupauit non equitum turmas, sed partes quinque classium. Ex eo tempore valuit, quod diximus, tres fuisse distinctas populi Romani partitiones istas, nihil communione habentes. Comitia Curiata sunt a Romulo, Centuriata Seruui Tullii, Tributa exstiterunt paullo post secessionem in montem Sacrum et creatos Tribunos. Quare non potest excusari Festus, si tamen Festus, non Paulus, cum curias easdem vult fuisse quas tribus: multo minus vir doctus, qui ex eodem constare ait, nosque docet, Centuriata comitia potuisse dici etiam curiata, lib. 41. Adv. c. 1. Si constaret, simul constaret rem falsam et erroneam tradidisse. Sed possunt ista verba interpretatione molliri: *Centuriata comitia, item Curiata comitia dicobantur, quia populus Romanus per centurias et curias diuisus fuerat.* Hanc eniū Basileensium membranarum scripturam facile admitto, nec tamen centuriata comitia eadem, quae curiata, audio; sed centuriata dicta periude ut curiata, quia populus Romanus illa diuisus per centurias, haec per curias digestus habuerit. Et in his quidem perpetuum discrimen fuit, nec aut comitiis centuriatis respectus ad curias, aut curiatis respectus ad centurias vel tribus ullus habitus: ut mirer magnum Budaeum in posterioribus ad Pandectas scribere, in curiatis populum promiscue suffragia tulisse, sed tribum digestum. Immo curiatim, tributim nunquam. At in tribubus et centuriis postea nonnihil consuetudo mutauit, sic ut comitiis centuriatis, non modo classium et centuriarum, sed etiam tribuum coepérit haberi ratio: profectumque inde, ut eodem comitiatu maximo, quae vocabula (puta, ut praerogatiuae essent aliae, aliae iure vocatae) tum proprie centuriis congruebant, communicatae sint cum tribubus, quarum essent illae centuriae; et tum quoque quod antehac solis tributis factum, tribus dicarentur aut praerogatiuae aut iure vocatae. Neinpe multitudine ciuium in immensum aucta, unaquaque in tribu perinulti erant diuersarum, immo omnium, classium.

ves, iamque singulae classes in quauis tribu plures faciebant centurias tam iuniorum quam seniorum. Hinc Cicero in Oratione pro Plancio (c. 20.) centuriam vocat *vnius tribus partem*. Ergo comitiis ex tribubus quinque et triginta forte vna tribus excernebatur; ex cuius centuriis primae classis quod quaereretur praerogatiua centuria, ipsa quoque haec tribus iam praerogatiuae nomen acquisierat: deinde quot illius forte ductae et iam praerogatiuae tribus essent centuriae primae classis, tot rursum fortis in fitellam coniicabantur numero, vt videtur, aliquo notatae, quo prima iuniorum vel seniorum, secunda, tertia, et deinceps centuriae distinguenterunt: tum quam centuriam designans fors excidisset, ea erat praerogatiua centuria. Hinc fatum, vt quemadmodum ob centuriam praerogatiuam etiam tribus, in qua centuria continebatur, praerogatiuae nomine gaudebat; sic etiam tribus nōmen daretur illi centuria, atque adeo promiscue interdum haec duo vocabula, *centuria et tribus*, hac in re comitiali usurparentur. Praerogatiuae autem centuriae tantam auctoritatem fuisse testantur veteres, vt nemo eam viuquam tulerit, quin renuntiatus sit. Quod quidem religionis specie inuoluisse videtur, quando inesse principiis omina putabant, ne principium suffragiorum vanum et irritum toti negotio malam scaeuam obiiceret: sed tamen, vt multa Romanorum superstitione, idem et inter arcana potentiae optimatum censeri debet, atque utilissimum inuentum Serui Tullii, quo comparauit, vt comitia maxima, hoc est, ipsa reipublicae vis et maiestas, illorum in manibus absque inuidia tenuiorum essent, hac religiosa obseruatione mirifice stabilitum est. Quoniam igitur populus vt plurimum sequebatur praerogatiuarum voluntatem, vt ait Asconius, ne quo casu tam ratum suffragium redderetur irritum; si causa intercederet, quamobrem is, qui earum puncta tulisset, magistratum eum gerere non posset, mos fuit reuocari eas in suffragium, et habita consultatione alios designare. Haec in comitorum ritu ac ratione do-

doctissimis viris latius explicata habuimus praemonenda, ut tanto facilius medicina, quam insignibus duobus Liuii locis, adhuc vix cuiquam in suspicionem adductis, corruptissimis tamen, satis, ut ego reor, utilem faciemus, admitteretur. Lib. 24. cap. 7. de comitiis consularibus secundis a Q. Fabio Maximo post Cannensem pugnam habitis: *Eo die cum fors praerogatiuae ante iuniorum exisset, eaque T. Otacilium et M. Aemilium Regillum Consules diceret; tum Q. Fabius silentio facto tali oratione est usus.* Supino quidem lectori atque animum auocanti nihil hic occurret morarum: sed cuius oculis Liuiana dictio familiarior fuerit, animaduertet cito nomen praerogatiuae tribus desiderari, et illud, *ante*, nauic non esse. Quum subfdium peteremus a MSS. initio magis turbati (non diffitebor) inox planissimam nos expediendi rationem inuenimus. Omnes, qui aliquo numero, codices consensu uno: *Cum fors praerogatiuae antefilidiorum exisset: nisi quod recentiores diphthongos ignorant.* Inde ergo scribendum erimus: *cum fors praerogatiuae Aniensis iuniorum exisset. Meminerat noster Aniensis tribus olim. lib. 10. (c. 9. extr.) Et lustrum eo anno conditum a P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Sauerrione Censoribus, tribusque additae Aniensis et Tromentina.* Cicero quoque in oratione pro Plancio (c. 22.): *Et ais prioribus comitiis Anensem a Plotio, Tarentinam a Plancio tibi esse concessam.* Senatusconsultum in epistola Caelii ad Ciceronem: (Fam. 8, 8.) *L. Atetus L. F. An. quod est, Aniensis.* Porro *Anensem iuniorum* dicit, ut lib. 27. cap. 6. *Galeria iuniorum, quae sorte praerogatiua erat, Q. Fulrium et Q. Fabium Consules dixerat: comedique iure vocatae inclinassent, ni Tribuni plebis C. et L. Arennii se interposuissent, qui neque magistratum continua-ri satis ciuile esse aiebant; et multo foedioris exempli, cum ipsum creari qui comitia haberet.* Quod vulgo additur, reliquae, neque in Rhenani, neque in Sigonii, neque in nostris usquam comparuit. Arennios mutuatus est a Pighio Gruterus, cum in scriptis editisque *Arriani, Arciani, Ara-*

ni legeretur: nec repugno, et si et Afranius aut Herennius cogitare possis. Denique prouocabulum se Moguntina adoptauit, mox ab Aldina, deinde et caeteris receptum: Andreanae omnes ommnesque scripti, quos videre, quoruinque excerpta nancisci mihi licuit, eo carent. Quod mihi non temere esse videtur. suspicor in verbis sequentibus *rae qui aiebant*, ab Liuio non exisse, sed ab illis adiecta qui non intelligebant *rae interposuissent*. Id enim idem est quod, interlocuti essent, mentionem fecissent, monuissent: vt *interponere causam* apud Caesarem, (B. G. i., 42, 5.) pro inferre, praetexere, *interponere moram* apud Tullium: (Acad. i, i.) nam pro causa vel mora sunt illa, quae statim subiiciuntur. Profecto nihil integrum hoc sermonem: *ni Tribuni plebis C. et L. Areñii interposuissent, neque magistratum continuari satis ciuile esse, et multo foedioris exempli cum ipsum creari, qui comitia haberet.* Sed, vt omaem lucem huc admittamus, cum legis *interposuissent*, intellige *decretum*. Solebant namque Tribuni, vt et in posterum testatores illorum actiones essent, et in praesens plus ponderis haberent, sententiam suam verbis concipere in tabellis, et de scripto pronunciare. Talia decreta Tribunorum octo et decretum Sempronii Gracchi super L. Scipione apud Gellium lib. 7. cap. 20. Liuius passum, sed verbis huc aptis, lib. 4. (c. 53.) *Quum res diu ducta per altercationem esset, etc. decreto interposito nouem Tribunis sustulerunt certamen, pronuntiaueruntque ex collegii sententia, L. Valerio Consuli se etc. auxilio futuros esse.* Ita autem et istis sunilia verba saepenumero inuitis auctoriibus addita esse, et norunt eruditii, et multis exemplis ad Liuium demonstrauimus. Iam vero *sors praerogativaq; exit Anieni*, vt apud Tacitum: (13, 15.) *Festis Saturno diebus inter alia aequalium ludicra, regnum lusu sortientium euenerat ea sors Neroni.* Traxit huius corruptiae contagio vicinum locum, quem eadem haec tenus peste corruptum nec curatione nos ab illo segregare oportet. Sub fine Fabianae concionis cap. 9. *Lacus Thrasimenus*

et

et Cannae, triste ad recordationem exemplar; at ad praecauendum simile viles documento sunt. Praerogativa iuniorum in suffragium reuocata, quum T. Otacilius ferociter eum continuare consulatum velle vociferaretur atque obstreperet, lectores ad eum accedere Consul iussit. Primum meliores libri: *tristia ad recordationem exempla*. Et sic saepe Liuius lib. 8. (c. 7.) Manlius ad filium: *triste exemplum, sed in posterum salubre iuuentuti erimus*. Eodem (c. 35.): *Cacterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato*. Lib. 9. (c. 17.) *Vt alios reges claros ducesque omittam, magna exempla casuum humanorum*. Lib. 22. (c. 7.) *Pyrrhi superbam dominationem miserabilemque Tarentinorum seruitutem exempla referens*. Dein iidem libri: *sed ad praecauenda similes viles documento sunt*. Quod Siganus, *vtilia documenta*, non repertum mihi praeterquam in uno suspectissimae fidei codice, qui passim illi contra meliores subscriptibit. Etsi lib. 9. (c. 46.) *haud memorabilem rem per se, nisi documentum sit aduersus superbiam nobilium plebeiae libertatis*. Lib. 21. *Hispanis populis sicut lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruinas erunt*. Sed multo frequentius documento esse. Lib. 4. (c. 31.) *tres delectu habitu profecti sunt Veios, documentoque fuere, quam plurimum imperium bello inutile esset*. Lib. 5. (c. 51.) *tantum poenarum diis hominibusque dedimus, vt terrarum orbi documento effemus*. Lib. 6. (c. 25.) *Documento unus dies fuerat, ne sua consilia melioribus praeferret*. Lib. 7. (c. 6.) *deletum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde, turbato gentium iure, comitia haberentur*. Lib. 10. (c. 38.) *iacentes deinde inter stragem victimarum documento caeteris fuere, ne abnuerent*. Lib. 28. (c. 42.) *ne Claudio quidem et Liuius Cos. tam recenti exemplo, quantum id interficit, documento sunt*. Vides formulam dicendi per se satis efficacem, et si non apponatur *viles*. Itaque quamvis minus forte criminationibus subiectum sit acquiesce vulgato, ubi τὸ *viles* ad nomina locorum potest referri: tamen suspicor ab Liuio fuisse: *sed ad praecauendos*

*dos similes duces documento sunt.* Huc enim omnia tenui-  
dunt orationis eius. Flaminium autem et Varronem de-  
signari scis. Lib. 5. (c. II.) *exercitum fuga trepidum, plen-  
num vulnerum ac pauoris incidentem portis, non fortu-  
nam aut quemquam deorum, sed hos duces accusantem.*  
L. Virginium et M. Sergium Tribunos militum consulari  
potestate, clade accepta ad Veios. Denique monstri si-  
miles videbatur, quod protenus in omnibus MSS. bonae  
notae: *Praeconensem iuniorum in suffragium reuoca.* nisi  
quod nonnulli, sequioris tamen inter bonos notae, *reuo-  
cata.* Sed non est iam magni laboris, si noris pree-  
dendentia, genuinum confidere: *Lacus Tbrasumenus et Can-  
nae, triflia ad recordationem exempli, sed ad praecauen-  
dos similes duces documento sunt.* *Praeco Anensem iunio-  
rum in suffragium reuoca.* (Hucusque concio Fabii) *Quum  
T. Otacilius ferociter cum continuare consulatum velle voci-  
feraretur atque obstreperet, lictores ad eum accedere Consul  
iussit.* Scribi debet, *reuoca*, non *reuvocata*: sunt enim  
haec ultima dicentis Consulis verba, quibus denuo tribum  
citare Praeconem iubet. Nam Praecones apparebant co-  
mitia habentibus, qui tribus ad suffragia ineunda citarent,  
et creatos magistratus renuntiarent. Cicero in secunda  
Agraria (c. 2.): *Itaque me non extrema tribus suffragiorum,  
sed primi illi vestri concursus, neque singulae voces Praecon-  
num, sed una voce uniusquis populus Romanus Consulem  
declaravit.* Sequitur mox, quod confirmat, quae de se-  
cundo suffragio praerogatiuae, si ratum non esset prius,  
repetiuimus: *Iterum (non Interim) praerogatiua suffra-  
gium init, creatique in ea Consules Q. Fabius Maximus  
quartum, M. Marcellus tertium.* *Eosdem Consules caste-  
ræ centuriae sine villa variazione dixerunt.* Sed hunc re-  
vocandi suffragia morem totamque rem egregie illustrat  
narratio lib. 26. cap. 22, quae plerunque cuin istis solet  
coniungi: *Fulvius Romam comitiorum causa arcessitus  
quum comitia Consulibus rogandis haberet, praerogatiua  
Veturia iuniorum declarauit.* *T. Manlium Torquatum et  
T. Ota-*

*T. Otacilium.* Mox de Manlio excusante valetudinem oculorum: *petitque, ut pauca sua verba audiret, centuriāmque, quae tulisset suffragium, reuocari iuberet.* Iterum: *proinde si videretur, redire in suffragium Veturiam iuniorum iuberet.* Rursus: *Tum centuria et auctoritate viri mota et admirantium circa fremitu petit a Consule, ut Veturiam seniorum citaret.* Denique: *Citatis Veturiae senioribus, datum secreto in Ovili cum his colloquendi tempus.* Ita namque perpetuo MSS. codices: non *prærogatiua centuria iuniorum, non centuriam iuniorum iuberet,* etc. monuitque Sigonius, imprudenter repugnante Robortello: cui fidei adhuc arbitratos editores potius, quam illi verissime restituenti, cuiusdam illorum dissolutionis indicium est. Aut singularis fuit infelicitas aut temeraria est adfirmatio Utinensis istius, qui se decem libros vetustos habere, nec in vlo *Veturiam* aut *Voturiam* scriptura esse crepat. Nam ego nullum hic consului (plurimos autem consului: memini certe tredecim) in quo non alterutrum clare ac sine ambiguitate legeretur. Eidem obici-  
cienti centurias non habuisse nomina, satis respondit Si-  
gonius: quorum fere sensum superius exsequuntur sumus. Dictum primarum seu prærogatiuarum tribuum in suffra-  
gium reuocandi morem ostendit et Liuius lib. 45. cap. 36  
et 39. Haec fere omnia conscriperam, quum animad-  
verti primore loco, *Aniensis iuniorum*, legisse et Antonium Augustinum de legibus cap. 8. et in diatriba de centuriis, Fuluii Vrini ad Liuium notis inserta, qui tamen Octauii Pantagathii illam esse mauult ab Augustino literis mandatam. Malui-  
mus, *Aniensi*, quod antiquae scripturae id conuenientius et politius ipsum esset: sed et certioribus argumentis nos: nam ille τὸ ἀντεῖ depraevatum ex *anien.* tantum con-  
iectabat, neque ideo quemquam editorum aduertit: nos ex tot membranarum, *antefi*, pro *aniesi*, quemadmodum cos. pro *consul*, fecimus *Aniensi*, ut nulla dubitatio relin-  
quatur. Caeterum quamuis ignari haec a quoquam pro-  
visa, oleo operaque nostra, quicquid hoc est, peruesti-  
gauerimus: libenter tamen memoriam talis viri renoua-  
mus,

mus, et proprii iuris illi partem cedimus, non prius industriae quam integritatis testimonium ab optimo quoque ferre cupientes. Videtur autem quae praerogatiuae inter caeteras auctoritas erat, eadem poene apud ipsas praerogatiuas fuisse eorum, qui in illis primi sciuisserent. Itaque honori quoque id illis duciebatur, atque ut senatusconsultis qui scribendo adfuisserent, ita legibus et plebiscitis qui primi sciuisserent, eorum tanquam auctorum prae caeteris nomina praescribebantur. Cicero pro Plancio (c. 14): *Nam quod primus sciuit legem de publicanis, si in eo crimen est, quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus?* si quia primus sciuit, *vtrum id sortis esse vis, an eius qui legem ferebat?* si sortis, nullum crimen est in casu; si Consulis, splendor etiam Plancii, bunc a summo viro principem ordinis iudicatum. Sic in oratione pro domo (c. 30.) testatur a Cludio in aes nomen Sedulii incisum, ut qui primus sciuisse. Patetque ex fragmentis legum superstitibus. Apud Frontinum lib. 2. de aqueductibus: (p. 126. apud Fl. Veget. ed. Scriuerii) *T. Quinctius Crispinus. Consul. populum. iure. rogauit. populusque. iure. sciuit. in. foro. pro. rofressis. a. d. pr. R. I.* [hoc est, ante diem pridie sive Kalendas sive Eidus Iunias. nam posteriorius R corruptum] *Tribus. Sergia. principium. fuit. Pro. tribu. Sex.... L. F. Varro..... Fragmentum Legis Thoriae: Sp. Thorius ... F. Tribunus. plebei. plebem. iure. rogauit. plebesque. iure. sciuit. Tribus... principium. fuit. Pro. tribu. Q. Fabius. Q. F. primus. sciuit. Eodem modo: C. Serueilius .... F. Pr. populum. iure. rogauit. populusque. iure. sciuit. Tribus.... principium. fuit. Pro. tribu..... primus. sciuit. Denique: C. Antonius. M. F. Cn. Cornelius... F. C. Fundanius. C. F. TRR. pl. deff. plebem. iure. rogarunt. plebesque. iure. sciuit. Pro. tribu..... primus. sciuit. Ex tribus posterioribus vides in primo redintegrandum: *Pro. tribu. Sex.... L. F. Varro. primus. sciuit.* Ex tribus prioribus, in postremo agnoscedam esse et lacunam post, *iure. sciuit*: deest enim: *Tribus. (quae fuisset, expressum erat) principium. fuit.* [Quae com-*

comparanda cum formula Attica, ut noscas, quam paucis pro ratione reipublicae mutatis, hinc suam effinxerint Romani. Habes in initio Demosthenis de corona: 'Ἐπὶ ἄρχοντος Μυτιφίλα, ἐποτεμβαῖνος ἔνη καὶ νέα, Φυλῆς πρυτανευόσης Παιδιονίδος Δημοσθένης Δημοσθένες Παιανίενς ἐπεν.' Et iterum: Πρυτανεῖα Φυλῆς Ιπποδοντίδος; Αριστοφῶν Κολυττεύς πρόσεδρος εἶπεν. Rursumque: 'Ἐπὶ Χαιρενίδε Ηγύπτους ἄρχοντος, γεμηλιῶνος ἐπη ἀπίοντος, Φυλῆς πρυτανευόσης Λεοντίδος, Αριστόνικος Φρεάσιος εἶπεν.' Sic etiam: 'Ἐπὶ ἄρχοντος Πόλυκλέτους, μηνὸς Βοῦδρομιῶνος ἐπη ἐπὶ δέκα, Φυλῆς πρυτανευόσης Ιπποδοντίδος, Δημοσθένης Δημοσθένες Παιανίενς ἐστρεψεν νόμον. Et plura, quae illuc possunt videri. Verteres tuto hoc ultimum Romano more: *Tribus Hippothonitis principium fuit. Pro tribu Demosthenes Demosthenis F. Paeaniensis legem traxit.*] Hinc apparet apud Liuium lib. 9. cap. 38. legendum esse: *Papirius C. Iunium Bubulcum magistrum equitum dixit: atque ei legem curiatam de imperio ferenti triste omen dicere diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus insignis cladi bus. non Faicias curiae, ut vulgati. Thuanaeus: Faucia curiae. Pal. et editiones veteres Beccarii, Veneta, Tarvisina, Moguntina, Parisina, Alsenii, saucia curia;* in Curionis editione mutatum est. *Principium* est idem quod praerogativa. *Centuria, curia, tribus principium erat, quae prima rogabatur.* Sed et quod sequitur vel invitis libris non dubitem reformare: *duabus insignis cladi bus, captae urbis et Caudinae pacis: quo veroque anno eadem curia fuerat principium. Non, eiusdem curiae. Caeterum et illis, quae supra scripta sunt, recte sane vidit ad Festum Scaliger defendendum esse illud Liui lib. 9. cap. 46. de C. Flauio scriba: quum appareret Aedilibus, fierique se pro tribu Aedilem videret. Sed satis obscure: ego interpretor, inquit, pro tribu, praerogativa tribu: quomodo enim? et qua ratione? Neque vero distinguendum in legibus citatis: principium fuit pro tribu: et, tribus Sergia. Principium fuit pro tribu Sext. L. F. Varro: quae*

quae postrema defecta esse verba festinans haud dubie non animaduertit vir summus. Ita vero iungendum: *Tribus Sergia principium fuit: Pro tribu Sext... L. F. Varro primus sciuit:* (post Sex. deest nomen eius, qui praenominis Sextus, cognomine Varro dicebatur, puta Terentius aut Visellius, aut Rubrius, aut simile) et perinde in aliis. Vbi sane vox *tribu sola næst' ἐξοχὴν significat tribum proxime nominatam, exempli gratia, Sergiam aut aliam quamcunque, quae forte praerogativa erat.* Et sic apud Liuium intelligendum, *pro tribu*, nempe ea, quae principium erat: quod ex perpetuo usu formulae istius subaudiendum esse nemo isthoc aevo ignorabat. Ipsa locutio, *pro tribu*, concepta est; ut *pro concione*. Lib. 7. (c. 10.) *Dictator miris pro concione eam pugnam laudibus tulit.* Tacitus 1. annal. (c. 44.) *Stabant pro concione legiones districtis gladiis.* Asinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. famil. (ep. 31.) illud me *Cordubae pro coaccone dixisse.* Sic *pro tribunali*. Lib. 26. (c. 38.) *Hannibal quam pro tribunali quaedam ageret.* Epitome lib. 58. *Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriae missa pro tribunali accepturum se esse dixit.* *Pro moenibus.* Frontin. 1. Strat. (c. 5. ex. 5.) *ad speciem retinendae urbis raros pro moenibus sagittarios reliquit.* Denique vulgatum illud, *pro rostris.* Quae non admodum diuerso sensu dicuntur, quo vulgariter, *in concione, in tribunali, in rostris.* De quo ne quis dubitet, auctorem dabo. Cicero Philippica secunda: (c. 34.) *Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea.* De eadem re Suetonius (Caef. 79.): *et Lupercalibus pro rostris a Consule Antonio admotum saepius capiti suo diadema repulerit.* Sed nihil similius quam, *pro suffragio* apud Ciceronem lib. 2. in Verre: (c. 51.) *Cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res revocatur ad sortem.* Perfecerat iste imperio, ut *pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur.* Addatur in tironum Latinae elegantiae studentium gratiam, ex eo, quod praerogatiuae tribus

tribus vel centuriae tantus erat suspectus et reuerentia apud iure vocatas in comitiis, factum, vt vox ipsa praerogatiuae acciperetur pro secundo omine, certo signo indicioque et pignore ac quasi arrhabone futurae rei optatae vel secundae. Cicero actione prima in Verrem (c. 9.): *qui quam sit isti amicus, attendite: dedit enim praerogatiuam suae voluntatis eiusmodi, ut isti pro praerogatiuis eam reddidisse videatur.* Cato Uticensis ad Ciceronem lib. 15. famili. (ep. 5.) perscita translatione: *Quod si triumphi praerogatiuam putas supplicationem, et idcirco casum potius quam te laudari mauis; neque supplicationem semper sequitur triumphus, et triumpho multo clarius est senatum iudicare etc.* Liuius lib. 3. (c. 51.) *Icilius ubi audiuit Tribunos militum in Aventino creatos, ne comitiorum militarium praerogatiuam urbana comitia iisdem Tribunis plebis creandis sequerentur.* etc. Lib. 21. (c. 3.) *In Asdrubalis locum baud dubia res fuit, quin praerogatiuam militarem, qua exemplo iuuensi Hannibal in praeatorium delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque ad sensu appellatus erat, fauor etiam plebis sequeretur.* Lib. 28. (c. 9.) refert in triumpho M. Liui Salinatoris et Claudi Neronis notatum fuisse inter militares iocos, equites praecipuis laudibus adfecisse L. Veturium et Q. Caecilium legatos, hortatosque esse plebem, vt eos Consules in proximum annum crearent. eam publicam commendationem vocat praerogatiuam auctor: *adieciisse equitum praerogatiuae auctoritatem Consules, postero die in concione, quam fortis fidelique duorum praecepue legatorum opera usi essent, commemorantes.* Cestius rhetor apud M. Senecam in controversia, Sacerdos prostituta: *Habemus quandam praerogatiuam sacerdoti ab ipso numine datam. Licet isti obiciant illi, fuisse captiuam, lenoni postea seruisse, nouissime causam dixisse: inter tot pericula non seruassent illam dii nrae fibi.* Plinius l. 7. Nat. histor. c. 16. *Faecunditatis in foeminitis praerogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis saliuam infici.* Idem lib. 37. cap. 1. *Candidorum dux*

et

est paederos: quinquam potest quadrari, an in colore miserrimi debeat totiens iactari per alienas pulchritudines nominis: adeo decoris praerogativa in vocabulo facta est. Laudat ex gemmis candidis paederota: etsi dubium possit videri, sine priuatum gentis paederotum, et quidem colore a caeteris separatum gemmis, cum idem vocabulum tot etiam aliis attributum sit: nam opalum propter eximiam gratiam plerosque appellasse paederota, capite 6. scripsiterat: et hoc ipso, amethysti quoddam genus aliis paederotas, aliis anterotas, aliis Veneris gemmas vocari. Adeo, inquit, ipso illo paederotis addito vocabulo eximiam et praecipuam gratiam genitimarum agnoscendi conferunt: et in diuersis generibus simul audias aliquos etiam paederotas vocari, praecellere aliis eos lapides etiam ante experimentum iudices. Vlpianus IC. l. 9. D. de iure iurando: *hoc duntaxat aduersus eum, qui iuriandum deculit, tfsque qui in locum eius successerunt: caeterum aduersus alium si velit praerogativa iurisiurandi uti, nihil ei proderit.* Apud Vopiscum (in Probō, c. 6.) Aurelianus, cum decimanis praeficeret Probum, scribebat: *Ma enim sunt, qui quadam felicitatis praerogativa praeferunt nisi futuros Principes, habere non norunt.* Ambrosius in Hegesippo lib. 1. cap. 32. in oratione Herodis: *Nunc mihi trepidatio vestra vadatur praerogatiuam victoriae.* Sic enim emendamus, cum perperam edatur, victoriam. Iosephus dixerat: *Nuν δὲ ὁ ὄνυχος ὑμῶν τοι τὸ δονοῦν ἀθυμον αὐτοφύλετον ἐμοὶ γίγης ἐγγυᾶται.* Symmachus quoque non ineleganter lib. 3. Epist. 91. promtam foro in eum praeclarae tuae mentis affectionem, quam illi et decus proprium et meae amicitiae praerogativa contulit. Et lib. 7. Epist. 115. quem ego in numerum bonorum esse referendum, priusquam in orum ipsius periculum facarem, ex praerogativa sui testimonii iudicauis. Eodemque libro epist. 125. Magna enim praerogativa est placuisse sapienti. Quasi praecaudicum dices: sed hoc interest, quod praecaudicum ambiguum verbum, nec tantum pro aliquo aut in fauo-

**fauorem eius** (Plinius lib. 5. epist. 1, *Curianus orabat*, *ut fibi donarem portionem meam*, *seque praeiudicio iuuarem*. Liuius lib. 42. (c. 61.) inducit Persea dicentem: *Praejudicatum euentum belli habetis.* Si virum Romanum, non Macedonem, apud suos loquentem faceret, potuisse decore dicere: *Praerogatiuam victorie habetis.*) sed etiam, immo frequentius, contra aliquem inque damnum eius cedere dicitur: *praerogatiua semper in commodum et gratiam procedit.* Nam *praeiudicio* non modo iuuatur, secundum quem datum est, sed et *praedamnatur*, a quo abiudicatum est: at *praerogatiua respectum talein non habet*; certe tot veterum testimonia gratosam solum voluere. Haec eo etiam copiosius exsequuti sumus, quia doctos quoque homines non satis eam vocem enodasse video. Q. Marius Corradus lib. 1. de copia sermonis Latini, *praerogatiuam* ait esse ius illud, quo primus in Senatu vel comitiis aut alter altero prior quis sententiam rogatur: item quo singuli homines vel ordines inter se aliquo in conuentu pro dignitate alter alteri praeponuntur. Neutrū bene. Non enim ius est *praerogatiua*, sed proprie ipsa tribus aut centuria curiae, quae prima, Romae quidem non iure perpetuo, sed per sorte, rogabatur: transferendo propter auctoritatem tribus huius vel curiae centuriaue omen aut pignus rei desideratae. Altera significatio eti sola prope modum nunc omnibus in ore sit, tamen Latino vetere auctore caret. Quod meminerat Guilelmus Insulanus, et qui *praerogatiuam* accipiunt pro priuilegio aut eminentia, qua quis aliis praefat, non videre se fatetur, qua nitantur auctoritate, immo qua ratione excusentur: sed ipse *praerogatiuam* priscis temporibus ait habitam pro quodam quasi *praeiudicio*, quod rogationem praecedenter: tum fuisse quandam *praerogatiuam militarem*, ut cum milites aliquem acclamaissent Consulem vel Imperatorem: denique *praerogatiua* per tribus aut centurias distributa atque habita, accessum ad collationem suffragiorum. Quae quanti sint, ex dictis facile colligas. Non praecedebat

rogationem praerogatiua, tanquam alia res, sed a praerogatiua tribu rogandi siebat initium. Secundum illud perinde est, ac si obserueni fuisse quoddam suffragium omnium populorum, quia apud Ciceronem lib. 2. de finibus est: *septem autem illi non suo, sed populorum omnium suffragio nominati sunt*: aut fuisse quoddam suffragium militare, quia Liuius lib. 22. (c. 14. extr.) ac, *si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant, Minucium Fabio duci paelatueros*. *Distribuere autem atque habere praerogativam per tribus* quid sit, si veteres interroges, nihil responsi tuleris.

---

## CAPV T II

C. Cornelius Tacitus illustratus. Remittere possum, vbi intelligas pro permittere: at non permittere, vbi remittere, hoc est, gratiam facere, condonare ne fiat, requiritur. Permitti accusationem, ius iurandum, pecunias vel debitum, avitū rē remitti, Latina non videri. Leges, tertia de publicis iudicis, sexta de iure Patronatus, septima et tricesima de pactis restitutae. Correctus Tacitus. Mortem sine arbitrio

remittere ei, qui damnatus est, vt more maiorum puniatur. Cicero illustratus. Permittere inimicitias reipublicae. Sermo compendiosus Taciti, vexationibus obnoxius, pluribus optimorum auctorum exemplis firmatus. Liui locus tentatus. Luculentum additamentum e Tacito sublatum. Mare Esteriarum flatu in orientem nauigantibus secundum, inde adversum.

**L**ibro 1. Annaliūt cap. 8, vbi narrat, vt Patres Conscripti funus Augusti metu Tiberii adulati fuerint: *Conclamant Patres corpus ad rogum bumeris Senatorum ferendum. Remisit Caesar adroganti moderatione*. Hoc est, remisit in aduersando, et cessit instantibus conclamantibusque: nam ea vis est verbi, vt non indicet modo concessisse id Caesarem, sed etiam post aliquod certamen concessisse, vt victus et expugnatus crederetur. Sic lib. 12. (c. 41.) *Et Caesar adulatioibus Senatus libens ceſſit, ut viceſimo*

*vicesimo octavo anno consulatum Nero intret.* [Addit Tacitus: *arroganti moderatione*. hoc est, superba quadam et indigna modestia: facto eodem superbus et verecundus. nam superbum et intolerandum fuit, quod passus est, senatoriam maiestatem eo deprimi, ut vespillonum sandaliorumque ministerio fungerentur: pudoris ac modestiae speciem habebat, qui cum contra aliquam diutetendisset, se passus est vinci.] Seruator Taciti, sententiae non ignarus, in verbo, *remisit*, non nihil haesitabat; postea fassus ab Cuiacio edoctum se, *remittere* interdum esse idem quod permittere: qui et vicissim *permitti* dici, quod remittitur, notat lib. 21. Obs. c. 29. Equidem esse, vbi vtrouis verbo recte et commode utare, sensu in idem reincidente, et si propria proximaque interpretatione diuersa, non negauerim: forte etiam, si omnino volunt, *remittere* ita poni, ut notionem alterius induisse videatur: at *permittere* aliquid simpliciter *avtrī rē remittere*, quod est condonare et facere gratiam, seu concedere ne fiat, etiam atque etiam videndum, an mos et consuetudo veterum dici patiatur. Apud Ouidium lib. 2. de arte (v. 599.): *nihil hic nisi lege remissum*: pro quo lib. 3. de Ponto Eleg. 3. (v. 69.): *Nil nisi concessum*, in eadem materia. Non multum abest, si scribas, *lege permisum*: sed differt proxima interpretatio: nam *lege permisum*, ut licet facere; *remissum lege*, ne teneatur ea, obligetur et vindicetur. Cicero pro Sulla: (c. 16.) *noli id putare a me esse ammiso omissum, quod est remissum atque concessum*. Sed et *dimissum possis interpretari*, ut *remissus adulter*, L. 25. D. ad I. Iul. de adulteriis, et in Fastis: *inceptaque fila remisit*. Iterum Cicero in eadem oratione: (eodem cap. supra) *permitto aliquid iracundiae tuae*: hoc est, patior aliquid te facere aut loqui iracundiae excusatione. Potuisse: *remissa aliquid iracundiae tuae*: quod foret, condono tibi aliquid, ne exsequar aut vlciscar; aliquid de iure meo remitto tibi, iracundiae respectu, cogitans illud: *sic, Crito, est hic: mitte.* At in Lege 3. D. de publicis iudiciis:

diciis : *morte rei accusatio permittitur* : non video, vt possit tolerari : non enim est simplicis concessionis, sed plane exprimendum est aboleri aliquid aut tolli vel cessare, quod citra hunc casum fieri debebat. Neque *permitti accusationem* aliter Latine dici existimo, quam L. 4. D. ad L. Iul. de adulter. *an superuenienti marito permittatur accusatio*. Aut igitur retinenda lectio prior, *permittitur*, quam videntur inuenisse Basilica, reddendo, *avocatores*, et verbum signatum appareat vel per exceptiones peremptorias : aut scribendum, *remittitur*, vt apud Senecam lib. 3. de benef. cap. 37. *Iurauit Tribunus; nec sefellit, et causam actionis remissae concioni reddidit*. Pariter vitiosum in l. 6. n. 1. D. de iure patronatus : *Lega Iulia de maritandis ordinibus permittitur iuriurandum, quod liberto in hoc impositum est, ne vxorem duceret*. Paulus omnino scripsit, *remittitur* : vt idem loquitur L. 6. et 14. de iure iurando, et vbique alii : id quod Pomponius, *gratiam fieri iuriurandi*, L. 41. eodem. Illud vero Latine non alio sensu dicitur quam L. 10. D. de in litem iurando : *actori permittitur in litem iurare*. Neque secus existimandum de L. 37. de pacis, vbi rescriptum fertur ab Imp. Antonino et Vero, *debitori reipublicae a curatore permitti pecunias non posse, et cum Philippensibus remissae esent, reuocandas* : nam vel proximum ineinbrum satis indicat in priori fuisse, *remitti*. Quo sensu Augustus apud Suetonium cap. 71. *si quas manus remisi cuique, exegisset*. Par error apud Tacitum lib. 16. annalium cap. II. *Accusati post sepulturam, decretumque ut more maiorum punirentur*. Et Nero intercessit, mortem sine arbitrio permittens. Non, sefellit hic mendum viros doctos, et si cura sefellerit, Quid est, quod ait, *mortem sine arbitrio*, inquit P. Faber? Legendum, *mortem eius arbitrio permittens* : vel potius, *mortis arbitrium permittens*. Sic lib. I. Semestrium cap. 4. Aliter rursum lib. 2. cap. 7. eiusdem doctissimi operis, ponens tamen vitium in vocabulo, *sine*, vt vel *libero* vel *suo*, quod significet, illorum proprio, sub-

substitutatur. Postremum, placitum et Laeuius Torrentio ad Domitianum Suetonii, et Scip. Gentili lib. 3. de iurisdictione, laudat Lipsius: magis suum *sine arbitrio*: hanc olim adseuerabat ipsam Cornelii scripturam esse; utique postquam sic reperiri in codice Florentino adnotavit et edidit Pichena. Qui tamen praestantissimi viri ipsam maxime suspectam parte in sedem morbi reprehendisse non videntur. Ne dicam de illo, qui cogitauit: *mortem sine opprobrio permittens*. Scripsit Tacitus: (Ann. 16, 12.) *mortem sine arbitrio remittens*. hoc est, verbis Suetonii, liberum mortis arbitrium indulgens, vel remittens decreto definitam mortem, cuius arbitrium non haberent ipsi: aut etiam, remittens ne inorarentur optione certi generis mortuum ipsis ablata. Similis clementiae simulatio, quam in Domitiano annotat Suetonius, cap. 11. *Quosdam maiestatis reos in curiam induxit: et cum praeceperat, experturum se illa die, quam carus Senatus esset, facile perficerat, ut etiam more maiorum puniendi condannarentur: deinde atrocitate poenae conterritus ad lenitatem inuidiam intercessit, his verbis: Permittite, Patries Conscripsi, a pietate vestra impetrari, quod scio me difficulter impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgetis.* hoc est verbis Taciti, ut dathnatis mortem sine arbitrio remittatis. Amant hoc verbo, et eleganter, ut praecipue illius et proximi seculi scriptores. Sic apud Senecam, *remittere seruitutem, tormentum, supplicacionem, curam*: apud Lucanum, *usum belli poenamque remittit* (4, 364.); *lacrimas luētusque remitto* (7, 707.): *boc oneris fortuna remisit* (4, 398.). Et quis frequentius ipso Tacito? apud quem et Lib. II. (c. 36.) *Sullio Cæsonino et Plautio Laterano mors remissa.* Sic illis *remissa mors sine arbitrio*, siue mors sententia et SC. definita. Apud Cicerone in pro Sextio cap. 31. qui cum inimicitalis sibi mecum ex reipublicae diffusione suscepit esse dixisset, eas se Patribus Conscriptis dixit et temporibus reipublicae permissurum. Hic quoque putant viri docti

*permittere omnino possum pro remittere: quando et Tacitus i. Annal. (c. 10.) quamquam fas sit priuata odia publicis utilitatibus remittere.* Sed est hoc ex illis, in quibus diximus vtrinque verbum, sed sua quodque significacione, locum habere. Nam *permittere* hic est in potestate et manum dare, de illis statuendi; et, si velint, eas abolendi ius facere. Illustrat Liuius lib. 40, ubi refert Censores M. Aemilium M. Fuluium rogatos a Senatu, ut dissidia nota deponerent: *ambo significare, si alter vellet, se in potestate tot principum ciuitatis futuros.* Hoc est ex Cicerone, se inimicitias principibus ciuitatis permissuros. Quod denique ad eundem sensum redit, quem proxime τὸ remittere faceret: nam Patres Conscripti et praefens fortuna reipublicae non aliter concessa hac potestate erant usuri, quam illas abolendo, præcipiendoque, ut vtrinque remitterentur. Pulchra ratio comprehendens sermonis est apud Tacitum lib. 13. cap. 55. in verbis Baicali: *Deesse nobis terra, in qua viuamus; in qua moriamur, non potest.* Quae cum in dubium venisset, defensa est opportune a Ios. Mercero, simili prorsus loco lib. 12. cap. 64. *truci contra ac minaci Agrippina, quae filio dare imperium, tolerare imperitatem nequibat.* Sed hinc quoque nuper eruditissimis viris usum est ita potius concepere: *dare imperium volebat, tolerare imperitatem nequibat.* Quibus, cum ante omnia saluum Tacitum velint, haud ingratum faciemus, opinor, si quod hic infolens videtur, allatis exemplis visitatum veteribus ostendemus. Cato de re rustica cap. 6. *Ager oleo conferundo, qui in ventum fauonium spectabit et soli ostentus erit; aliis bonus nullus erit.* Idque repetit ex illo Varro lib. 1. cap. 24, ut nulla sit suspicio mendi. Vides ante τὸ aliis ex sequenti subaudiendum, *bonus erit.* Afranius Diuortio: *Vigilans ac solers, secca, sana, sobria; Virosa non sum: et si sim, non desunt mihi, etc.* Cicero lib. 2. Tuscul. (c. 17.) cum vero fontes ferro depugnabant, auribus fortasse multas, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra

*tra dolorem et mortem disciplina.* Ouidius in epistola Le-  
andri: (Her. 18, 126.) *Vnaque mens, tellus non habet una  
duos.* Iterum epistola Laodamiae: (ep. 13, 132.) *Non  
subiti casus, numinis ista mora est.* Martialis lib. 9. Epigr.  
86. *Non se, coniugas abstinet ille suos.* Et in Apophore-  
tis Epigram. 185. *Nec Glycere, vere Thais amica fuit.*  
Tacitus lib. 3. Annal. (c. 34.) *pauca foeminarum necessita-  
tibus concedi, quae ne coniuges quidem, adeo socios non one-  
rent.* In his omnibus verbum, quod in parte periodi  
ponitur, in alia intelligitur. Haud igitur opus est τὸ vo-  
lebat: sed nec satis id efficax ad sensum Taciti exprimen-  
dum: is enim significat, potuisse quidecum ab se Agrippi-  
nam impetrare, ut contra vatuum ac praesagiorum minas  
imperium filio daret; ut autem imperitare illum suo arbitrio  
pateretur, ob insaniam dominandi libidinem im-  
petrare ab se non potuisse. *Poterat*, inquam, vel *quibas*,  
non *volebat*, voluit Tacitus. Nec miraberis verbo, cuius  
pars subauditur, negationem, quae non item subauditur,  
contineri, quum in exemplis allegatis ab eo sit separata.  
Nam eiusmodi diximus Liui lib. 39. cap. 37. *Quod ad le-  
ges ademtas attinet, nego antiquas Lacedaemoniis leges.*  
*Achaeos ademisse quas non habebant, sed nostras leges de-  
dice.* Haec enim veterum scriptorum et editorum lectione,  
quain immutauit Gelenius, quod τὸ nego resoluendum, in-  
cio non, haud videret. Sic Cicero lib. 2. de finibus (21.):  
*Pugnant Stoici cum Peripateticis: alteri negant quidquam  
esse bonum, nisi quod honestum sit: altero plurimum se et  
longe longeque plurimum tribuere honestati, sed tamen et  
in corpore et extra esse quaedam bona.* Sensus, perinde  
quasi dictum esset: alteri aiunt nihil quidquam esse bonum.  
Exinde sic dividunt τὸ negant sequentia, in quibus ex ea  
verbo τὸ aiunt subauditur. Suetonius Claudio: (c. 15.)  
*alium interpellatum ab aduersariis a propria lice, negan-  
temque cognitionem rem, sed ordinarii iuris esse.* Sic ex  
Nemo, Nola, Nego, quae aperte negant, elici significatio-  
nem in proximo membro orationis, quae affirmat, pro-

bat exemplis Manutius ad Ciceronem pro Quintio. Li-  
vius lib. 26. (c. 2.) *efficisse disciplina atque imperio, ut  
nemo eorum generis ac sanguinis sui memor in acie esset,  
praesidio sociis, hostibus terrori essent.* Nec vero illius  
ellipsoes, de qua agebamus, apud Liuum exempla de-  
sunt. Lib. 2. (c. 33.) *Ita Tribuni plebis creati duo, C. Li-  
oinius et L. Albinus.* Hi tres collegas sibi creaverunt: in  
his Sicinium fuisse seditionis auctorem; de duobus, qui  
fuerint, minus conuenit. Vult enim dicere: fuisse in his  
Sicinium conuenit, de duobus alteris non constat inter  
scriptores. Lib. 22. (27.) *nec se tempora, aut dies imperii  
cum eo; exercitus diuisurum.* Lib. 24. (c. 20.) *vindo caeterae  
praedae haud multum, equorum greges maxime abatti.* Quasi  
esset, haud multum actum. Lib. 40. (c. 21.) *nam exercitus mil-  
lam esse, paucis et expeditis per difficilimum adirem.* Idem  
que genus deleto adsutitio centone restituendam suspicimur  
lib. 21. c. 50. *Romanus conscribere pugnam et ex propinquis vires  
conferre vello: contra cludere Poenus, et arte, non vi,  
rem gerere, nauiumque quam virorum aut armorum mallo  
certamen facere.* nam ut sociis naualibus adfatis instru-  
tam classem, ita inopem militi habebat. Put. dimosque  
quos vidimus MSS. sed et Pall. excerpta: *naualibus adfa-  
tum minus instructam.* Vnde coniicio illa, ita inopem,  
non esse Liuii, qui scita brevitate reliquerat: *nam ut so-  
ciis naualibus adfatis, minus instructam classem militi  
habebat.* Ut caetera menda, ita additamenta pleraque  
satis annoxa esse patet ex uno insigni, quod fastulit Liphys  
lib. 24. cap. 10. *apum examen in foro visum, quod mira-  
bile est, quia rarum.* Quis dubitet quinque posteriores vo-  
ces fastulissimi hoimairis, haudquaquam Liuii esse? tamen  
sine illa varietate in omnibus scriptis, et ipso etiam Pu-  
teanaeo seruantur. Tale apud Tacitum, vt in eo desina-  
mus, lib. 2. Histor. cap. 98. *Mare quoque Etriac flatant.  
barum flatu in orientem nauigantibus scandum, inde ad-  
versum erat.* Vatic. et Farnes. *Mare quoque et blaesi  
flatu aquilonis barum flatu.* Budensis: *Mare quoque et  
efi*

*Eti flabra aquilonis etrum flatu.* Florentin. et *Eti flabra aquilonis arum flatu.* An non clamant hi scripti, cum vox, *etefiarum*, diuisa esset, hoc modo: *etefi arum*; postea aliquis aut inter versus aut in margine addidisset interpretationem, *flabra aquilonis*; ab imperito deinde scriptore et quicquid inuenisset in exemplari suo, Taciti esse credente, dissectae mediae voci eam interpretationem esse interpositam? omnesque Taciti calamo exaratos codices, qui supersunt, ex uno (quod summi viri de aliis quoque membranaceis aliorum auctorum obseruarunt) et quidem illo primitus sic corrupto esse propagatos? Nihil veri, si falsum est scripsisse Tacitum: *Mare quoque etefiarum flatu in orientem nauigantibus secundum, inde aduersum erat.* Haufit autem suum illud magister ille ex Hisdoro: lib. 13. Orig. c. II. *Etefia flautem abra aquilonis sunt, quibus nomen inditum est, quod certo anni tempore flatu agere incipiunt.* Hic porro ex Lucretii lib. 5. *etefia flabra aquilonum.* Video monere Acidalium et sibi sic logi placuisse et Mureto. Quia nemo illis creditit, operae pretium putauit exponere, quo argumento nos, nondum illis inspectis, in idem congruerimus.



## CAPVT III

Plauti Trinummis oëties, roni adsera verus lectio. Vin-  
Poenulus semel, partim inter- dex non potest dici, qui auferat,  
pretatione, partim modestis ut perdat. Imperitus. Incen-  
conjecturis adiutae. Maledicis sderare genus suum. Flamma.  
famis feris. Communicare Zanugor ytrac. Iuratores iidem  
cum aliquo prouinciam dicitur qui Censores. Ciues Romani  
etiam qui communem fufciperit. rationem Censoribus dabant;  
Coadùm vinum, cogere fructus, Censores accipiebant.  
oleam etc. Non si error. Var-

Famas dixisse Sallustiun nesciremus, nisi Arruntius  
inter caetera indoctae imitationis id consecundo Se-  
necae notam meruisset. Verba illius, inter arma  
civilia aequi boni famas petti: huius, ingentes esse famas  
de Regulo. Praeiuerauit autem Sallustio Plautus, et si vul-  
gares illud libri minime demonstrent, Trinummo a. i. sc.  
a. v. 140. Hascine me propter res maledicta differunt.  
Sic editum iam olim, pro quo malebat Douza, maledi-  
ctia. At tolerabilem tamen ait lectionem vulgatam Gru-  
terus. Sane contra Douzam potuit, non contra conuen-  
sum veterum librorum. Secus innumerae sunt et fuere  
lectiones tolerabiles, quod ad sententiam, quas intoleran-  
das fecit facietque membranarum alias vel praebentium  
vel portendentium auctoritas. Quae hic sine varietate:  
maledictas famas ferunt. Atque id quamvis sensu sit nul-  
lo, non tamquam ita fuit deformandum. Schoppius in Su-  
spectis coinnutabat: maledictis diffamauerunt. Alii:  
maledictis famae differunt: vel, Hascine propter res maledi-  
ctas famas ferunt. Mihi videtur a Plauto fuisse: Hascine  
me propter res maledicæ famae ferunt. id est, iniqui ru-  
mores differunt, raptant, vexant. Posset ex sententia  
Douzae fieri: maledicis famis ferunt. Neque enim mu-  
tantum τὸ ferre. Liuius lib. 28. (c. 40.) Quum Africam  
nouam prouinciam extra sortem P. Scipioni destinari homi-  
nes fama ferrent. Sed neque id opus, quia quod homi-  
nes

nes fama ferunt, idem ferre fama ipsa saepe dicitur: et maledicæ famae facilius in maledicæ famas degenerauit, quam maledicis famis. Ibidem mox: (v. 152.)

*Nunc ego te quæso, vt me opera et consilio iuues,  
Communicesque hanc mecum meam prouinciam.*

Guidelmo difficile est explicare hoc loco istud, *communicare*: vnde prehendit illum suspicio rectius fore, *Communicare* que. Protineiae, inquit, *communicantur*, et *munimus*: *munia nostra*, cum id, quod officiæ est nostri, sedulo cu- reamus. Sed longe difficilius illi fuisse puto dare aucto- rein huius sermonis, quam mihi erit explicare, quid Plau- to sit *communicare cum aliquo illicet prouinciam*. Nini- rum *communicare* vulgo est commune facere. Hoc so- lum respexit; non, id fieri duobus modis, primum cum, quod habemus soli, eius participem facimus alterum: deinde etiam, cum, quod habuit alter, id nos vltro simili suscipimus et partem eius nobis iniungimus. *Communicare* quid cum aliquo dicitar, inquam, non modo qui com- munue facit, sed interdum quoque qui commune accipit. Hoc posterius minus quidem frequens, non tamen inusitatam veteribus fuisse docuit me Cicero lib. 15. Epist. 21. ut illa omittam, quae ciuitate teste fecisti, cum mecum inimicitias communicasti, cum me concionibus tuis defen- disti. Dicitur enim, Trebonium suscepisse inimicitias Ci- ceronis gratia cuin huius inimicis atque illas cum Cicero- ne communes sibi fecisse. M. Seneca in Callia integrato ex Iunio Gallione: *Beneficium, inquit, tibi dedi, quod fi- liam collocaui*. Nunc vero, Miltiade, grauiorem fortunam carcere sustines. *Callias tecum communicare dignatus est*. Postrem vitium habent: neque enim serio sic diceret, vt qui Calliam multum infra ponat, et ironiae nulla hic gra- tia foret. Coniiciebam: *Callias tecum communicat pena- tes. vel, communicabit nepotes*. id est, communes habe- bit. In Plauto igitur sic quoque accipi certum, suscipias, inquit, habeasque meum communem hanc meam prouin- ciam.

ciam. Quod est in eadem fabula a. a. sc. 4; v. 125. *Tam  
vinum priusquam coactum est, pendet putidum: iniuria  
contra veteres libros suspectum reddiderunt doctissimi vi-  
ri, coactum supponentes.* Etenim *vinum coactum* perinde  
Plautus dixit, *vt vindemiam coactam Paullus IC. in l. 13.  
D. quib. mod. vñusfr. amittitur: fructumque percipi spica  
aut foeno caeso, aut vua ademta aut excusa olea: quamvis  
nondum tritum frumentum, aut oleum factum, vel vindem-  
mia coacta sit.* Sic cogere fructus Labeo in l. 78. de Rei  
vind. quod ipse mox explicat exempli gratia ex lectis vuis  
aut oliuis vinum aut oleum facere. Videndum Cuiacius  
lib. II. Observat. cap. 39. Sed quod Nonius Marcellus  
*cogere pecus putat esse malgere, τρόπον τελέσαι, et mal-  
lem nocti persuasisse magno viro: neque enim alio sensu  
dictum, Cogite oves pueri, atque Cogere donec oves stabili-  
lis, aut, Tityre cogere pecus.* Sed alia in istam sententiam  
non desunt. Cato de re rustica cap. 144. *Oleam cogito  
recte omnem arbitratu domini.* Varro lib. I. de re rust. c. 6.  
(l. 3.) *Verno tempore in campestribus maturius eadem illa  
seruantur quam in superioribus, et celorius hic quam illic  
coguntur.* Quare eodem libro cap. 15. de vimo: *quod est  
campus, nulla potior serenda quod maxime fructuosa, quod  
et sustinet sepiem ac cogit aliquot corbulas vuarum:* legi-  
mus cum Nonio, approbante Scaligero: non colit, quod  
mauult Victorius. *Cogit eī dat cogere.* Columella Lib.  
II. cap. 2. (l. 70.) *sciat vindemiam fibi esse faciendam, sed  
antequam fructum cogere incipiat.* lib. 12. cap. 3. (l. 9.)  
*interesse pastoribus in stabulis fructum cogentibus.* Non  
dicit, *pecus cogentibus:* cuius eandem significationem esse  
Nonio creditit vir incomparabilis. Redigere vocat Cal-  
purnius eclog. 5. (v. 35.) *quod occiduae mensura redegerit  
hora.* Nam et in pecunia interdum paria faciunt haec duo  
verba. Papinianus in l. 34. de statuliberis: *si ita manus-  
missum, (Dama, si in Hispaniam projectus anno proximo  
fructus coegerit, liber esto,) Romae retineat baeres, ne-  
que proficiisci patiatur: numquid dicturi sumus statim ante  
fructus*

*fructus coactos liberum fare.* In eadem Plauti fabula non parum sollicitos habuit viros doctos a. 3. sc. 2. v. 17.

*Itane tandem maiores famam tradiderunt tibi tui,  
Ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes?  
Atque honori posteriorum tuorum ut vindex fieres?*

Alii correxerunt vibex; plures et summi viri in eam sententiam concedunt, *vindictam esse αὐτοῖς τοις καὶ εἰς αὐτοῖς*, ut *vindicare*, *αὐτοῖς καὶ εἰς αὐτοῖς*: sic *vindicem* esse ultorem: qui vlciscatur, decus auferre: inde *vindicare* auferre, *vindictam ablationem*, *vindicem* qui auferit. Rem fortassis bonam, si opportuna foret: nec repugno, si *vindicare* est quoquis modo auferre: quod si illi praestabunt, rem magnam praestabunt. Est auferre ab alio possessionem, vt ipse aut rem possideas aut liberatae atque iniusto domino erectae gloriam. Sed *auferre*, hoc est tollere, abolere, perdere et tibi et aliis, id vero nunquam dictum *vindicare*, neque unquam hoc modo qui auferit, *vindex*. Nimurum distinctione peccatum est, et versus ille connectendus cum sequentibus:

*Atquì honori posteriorum tuorum ut vindex fieres,  
Tibi paterque aiusque facilem fecit et planam viam  
Ad quaerendum honorem.*

Agnoscis longe alium et verum vtique Plauti sensum. An ideo maiores tui et famam et opes tibi tradidere, vt esset, quod perderes? Impo contra: vt eadem tu vindicares traderesque posteris, illi tibi viam munierunt; et tamen illam obseptam tibi rediddisti. Nihilo peior sensus, si pro atque scribas neque, seruata priori distinctione. Alterutrum certe horum verum: nam vt furem aut hostem aut decoctorem ita simpliciter *vindicem* dictum credam, nemo facile a me impetrabit. Minime vero haesitandura fuit in eiusdem scenae versu 39.

*Pernoui equidem, Lesbonice, imperitum tuum ingenium  
admodum.*

Ecce

*Ecce peritum aliis, alias impeditum, qui maxime sapere visus, docet nihil esse mutandum; quia imperitus idem sit veteribus quod impeditus, ut arfines, arferre, aruenire. Quo, quo, non profecto scelesti, absit, sed optimi semperque suspiciendi viri, ruitis? Imperitum est αφελες, simplex, ἐναπάτητοι imprudens nec satis munitione adversus illecebras ac fraudes humanas.* Sic Caesar lib. i. (c. 40.) de Gall. *magis ratione ac confilio, quam virtute viciisse, cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset, hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse.* Et lib. 6. (c. 10.) *sperans barbaros atque imperitos homines, inopia cibariorum adductos, ad inquam pugnandi conditionem posse deduci.* Num aliud in Andria: (5, 4, 7.) *tunc hic homines adolescentulos, Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem inlicit?* Et pro domo Cicero ad Clodium de eiusdem factione: (c. 5.) *qui facultate oblata, ad imperitorum animos incitandos renovaturum te tua illa funesta latrocinia putarunt.* Apud quem sic inillies. Brutus ad Atticum de Cicerone: *Sed quaedam mihi videtur, quid dicam? imperite vir omnium prudentissimus, an ambitiose fecisse, qui valentissimum Antonium suscipere pro republica non dubitarit inimicum.* Nec longe, maioris operae est versu 49.

*Si istuc, ut conare facis indicium, tuum incendes genus.  
Tum igitur tibi aqua erit Cupido, genus qui restinguas tuum.*

*Atque erit si nactus, perinde ut corde amantes sunt cati,  
Ne scintillam quidem relinques, genus qui confliscat tuum.*

Hanc nobis scripturam chirographis proximana dedit praeclarus ille Camerarius. Cui intelligenda monuit Scaliger, *incendere genus suum idem esse quod egregiis factis illustrare; ratione non adinodum obscura; quod enim incenditur, collustratur igni.* Atque ideo ignis circum tempora fundi et crinem lambere Alcanio, Lauiniae, Setvio Tullio, L. Marcio, Masinissae, clementius vbiique forsan, ali-

alicubi certe creditus, futuram eorum gloriam praecinuisse narratur. Sed et arae subitam concipientes nec manu factam flamمام Seleuco regnum, Ciceroni actionis contra Catilinae populares felicem euentum, Tiberio imperium, cui et tunica ardens ab exilio redditum, promisso omne memorantur. Timoleontis in Siciliam expeditioni, cum repente coelum discessisset, in nauem, qua vehebatur, delapsus ignis mox in facem collectus et cursum praelucens, felix augurium dedit. Alexandri castra magno ignis fulgore collucere, quasi illustria, per somnum Dario visa Macedoni victoriam portendisse et doctiores augurati sunt vates et exitus docuit. Sic Juliani τὸ παραβότος Persica expeditione Iouianus nomine miles fulgere ictus successori principis omen fuit: et falsi interpretes tamen aiebant, incrementa claritudinis Imperatori portendi gloria coepitanti, ut est apud Ammianum. Ouidius quoque *flamمام* pro lucida et splendentia fortuna posuit lib. 5. Tri-  
stium Eleg. 8. (v. 19.)

*Nos quoque floruimus: sed flos fuit ille caducus:  
Flammaque de stipula nostra breuisque fuit.*

Sed quia Scaliger, ut caeteris verbis haec sententia conveniret atque aptaretur, docuisse nos insuper habuit, alienissimam hic illam esse non citius Simon Ulricus Pistorius censuit, quam errori eius docti viri fuerunt acceptores. Primus tamen Acidalius verba locis transmutauit, ut legeretur: *si istuc, ut facis indicium, conare.* Douza post ἀντὶ τὸ aqua subiecit aquae, et Cupidinem intelligit non illum Aphrodisium, sed desiderium quoduis. Probat vtrunque Pistorius, et adiicit expositionem luculentam: quae adeo viros doctos induxit, ut iudicatum decretumque crederent, et ex illorum arbitrio Plautum reformatarent. At vero quam alienum atque abhorrens in illa explicacione, *restinguere genus suum*, dici aliquo pacto idem restabilire; hoc enim τῷ incendere opponitur, idque volunt esse ad extremam miseriā adigere, quasi incendio perdere

dere et absumere. Cur non procedenti audacia vice  
*tuū genus supposuere incendium*, ne relinquerent ipsum  
*genus?* neque enim Latine dicam *restinguere domum*, si  
forte ea arserit, sed *ignem*. Iam deinde quantum aenig-  
matum: *Si istuc facis, incendes genus*, id est, rem ab-  
suines: eo incenso petes aquam, qui restinguas *idem ge-*  
*nus*, id est, cupies abire exsulatum: *si aquam eris nactus*,  
id est, si ex voto exsulatum abieris. Non ipse Oedipus  
tam remotos et implicitos euoluisset sensus: nec si venis-  
set in mentem hoc subesse, auderet confiteri. Denique,  
*non scintillam relinques, qua genus confliscat*: quomodo  
potest explicari, genus tuum interibit? ut debet certe, si  
incendium generis in malam partem accipitur. Tum enim,  
ut flamma damnum maius, ita scintilla, minus quidein,  
attamen damnum, et in flaminam aliquando surrectura.  
Haec duo directis cornibus inter se committuntur, ita ut  
nulla ratio leuandae huius: *αντιλογίας* superfit. Aliud  
igitur potius quaeramus. I. Brantius ex veteri lectione  
faciebat, *Si istuc facis, in vitium tuum incendes genus*. tum,  
*aquae*: ut sit sensus: ardebis infamia: et ad restinguendū  
incendium, clamabis aquam, hoc est, cupies igno-  
bilis esse. Sed non est Plauti phrasis: *incendere genus in*  
*vitium*. Restat, ut nos operam nauemus. Primum illud,  
*ut conare, facis indicium*, tolerari nequit: neque enim  
conabatur haecenus illustrare genus, neque eius indicium  
dederat: quod Scaligero obstat, et in causa fuit, ut quod  
ille recte notauerat, pro falso acciperetur. Etsi enim  
Lesbonicus secum deliberauerat, constitueratque ad me-  
liorem frugem applicare animum a. 2. sc. i. tamen huius  
*consilii* neminem habebat testem, nec specimen ullum  
praebuerat. Venditionem agri dissuasit ita Lysiteles, ut  
maiorem partem sermonis alio verterit, et animi genero-  
si scintillam in affine reliquam ad ipsam luxuriamque  
eius depellendam exitarit. Indignum censebat ille, so-  
rorem eo loco oram indotatam elocari, deinde sua fratri  
culpa dote fraudari: non aliud homines per multos dies  
locu-

loenturos: eam famam sustinere se non posse. Contra docet Lysiteles, non isthoc illi' opus esse ad malos rumores compescendos et bonam famam comparandam, sed industria, fuga otii, amoris, aliarum iuuentae pestium. Inde proponit vtrumque iter vitae, et quae vtrum ingressos et praemia et damna consequantur. Admonitionis conclusio haec est, duabus literis mutatis, planissima futura:

*Sed te moneo, hoc etiam atque etiam ut reputes, quid facere expertas.*

*Si istuc ut conere, faxis indicium, tuum incendes genus.*

Nam ordinem verborum et in scriptis omnibus et editis vetustioribus hunc esse non negant illi, qui inspexerunt, et si non fint sequuti. Quid est igitur, *isthuc conere?* Non me hercle vendere agrum, sed quae versibus 24 et 25. praeципiuntur:

*Cape sis virtutem animo, et corde expelle desidiam tuo,  
In foro operam amicis da, baud in lecto amicae, ut solitus es.*

Hinc, inquit, si des indicium et rebus monstres te expertere et conari, genus tuum illustrabis, ignem lucemque ei immittes. Nam et supra dixerat:

*Et postremo, nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis,  
Tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor,  
In occulto iacebis, cum te maxime clarum voles.*

Clarum velle genus suum est incendere velle: cui contra, iacere in occulto et post se latere, quod est sibi deesse atque obstarere. Porro Lysiteles: Sed aduersus hanc unicam viam addendi ignem, lucem et claritudinem generi tuo, tibi erit impedimentum et quasi aqua Cupido, instar aquae ad dominandos generosos impetus tibi fore inconsultum et vagum amorem cogita: eo non secus, atque aquae vis ignem, splendorem generis tui, quem solummodo virtus

Mm

et

et labor restituere et accendere possunt, nullo negotio restinguui. Qui Cupido et prauus amor, si te nactus erit, si occupauerit inque ditionem redegerit, (prout solet euenire amantibus a Cupidine possessis, vt mentis desipient, et cor non habeant) ita te obruet, vt ne scintilla quidem relinquatur, qua possit reuiuiscere atque excitari denudo quasi latens ille in cineribus ignis, et emergere lux claritasque generis tui: vt nullum superfit, quod eleganter Graeci, ζάπυρον γένγες. Nec dubitem Plauto hanc αλληγορίαν meditanti in mentem fuisse illud τῆς τῷ Πλάτωνος καλλιεπεῖας in 3. de legibus, diluuo terras innundante, ἐν κορυφᾶς ποῦ τμικεῖ ζάπυρα τοῦ τῶν αὐθάρπαν γένους διασπεσσωμένα. Sic Eustathius in ἀρχαῖον (ad vers. 19. edit. Rom. p. 27.) de Hesione fratrem Poldarcen, postea Priamum, redimente καλύπτεας γνωμήσας αὐτὴν μὲν αὐτῆλθεν αἰχμάλωτος ὑπὸ Τελαμῶνος οὖσα τὸν δὲ αἰδελφὸν αἴφηκε ζάπυρον γένους ἔκει. Neque elegantia minore lingua sancta Samuelis lib. 2. cap. 14. (v. 7.): וְנִכְנוּ אֶת גָּחַלְתִּי אֲשֶׁר נִשְׁאַרְתִּי. Vnde Septuaginta: καὶ σεωδήσεται ὁ σπινθήρ ὁ ὑπολελειμμένος ποι. Significat vnum filium sibi relicturn vidua. Vetus interpres: et quaerunt extinguere scintillam meam, quae relicta est. Eustathius in eodem libro (ad vers. 52. ed. R. p. 43.) Λιγύπτιοι δὲ τὰς νεκροὺς ἔτερίχευον, ἵνα ὅλοι τὸ σῆμα τῷ πότε ζῶντος ἔχωσιν εἰς μνήμην ζάπυρον. Philo in Flaccum (pag. 966.): Ζῶντος μὲν τῷ μερισμίᾳ, ταὶ ζάπυρα τῆς ἴδιας σωτηρίας ὡντι απεγινώσκεν· αποθανοντος δὲ σύντεθανεν καὶ τὰς οἰκίας ἐλπίδας ἔδοξεν. Sed nec qui sequitur versus, melius habitus ab interpretibus:

LE. Facilis est inuentu: datur ignis, tamen et si ab inimicis petas.

Interfatur enim Lesbianicus, fessus audiendo patrua verba, et irridens, quae dixerat Lysiteles per aquae et ignis similitudinem: minaris, ait, si Cupido me adipiscatur et te neat,

neat, genus metum, velut in ignem fuso aquae monte, restinectum iri: frustra me terres; scito enim, si ignis extinguatur, nihil esse facilius quaesitu: dant facile etiam iniunici. Quod per αλληγοριαν erat dictum, ipse quasi simpliciter et sine figura de coquinario igne pronuntiatur, accipit, ut eludat. Significans inanem sumi operam ab Lysitele censoria hac oratione; pridem eum sibi molestum esse, qui omisso, quod caput erat, negotio de dote dicenda, philosophas sententias dictare et veluti bicorni discriminine sectam Pythagoream literam aut Herculis Prediciorum visum otiose odioseque enarrare sit aggressus. Fumus est merus allegorica praestantissimi viri interpretatio, qua tamen, ut germana, ille se fumum iam omnem, quem multo maximum et grauissimum ex igne isto minus caute tractato concinnauerint interpretes, dispulisse sibi persuadet. Quod alibi fecisse, haudquaquam ibimus inficias; hic, et si posse demus in eam mentem verba flecti, in eandem tamen a Lesbonico pronuntiari pernegamus. Eadem fabula a. 4. sc. 2. v. 30.

CH. Quid, adolescentis, quaeris? quid vis? quid istas  
pultas? SY. heus senex,

Censur cum iuratori reste rationem dedi,  
Lesbonicum hic adolescentem quaero.

*Iuratorem* dici Plauto Censorem magistratum populi Romani doctissime et verissime Turnebo annotatum existimo. *Iurator* et *Iuratus* sunt τῶν ἕρως τι, ut amator et amatus. *Iuratus* qui iuriandum adigitur: *iurator* ergo qui adigit. Haec notio generalis analogiae bene conueniens: sed *iuratores* νοτί έζοχήν. Censores dicit Plautus: nullus enim magistratus totum populum Romanum omnesque adeo ciues iureiurando adigebat, praeterquam Censores. Liuius lib. 43. (c. 16.) Censores ut eam rem adiuuarent, ita in concione edixerunt: legem censi censendo dicturos esse, ut praeter commune omnium ciuium iuriandum haec adiuuarent; tu minor annis sex et qua-

draginta es etc. c. A. Gellius lib. 4. Noct. Attic. c. 20. Censor adigebat de uxore solenne iurandum. Verba ita erant concepta: tu ex animi sui sententia uxorem habes? Qui iurabat, cauillator quidam et canalicola et nimis ridicularius fuit. Id confirmatur ex phrasl rationem dedi. Ciuium Romanorum erat dare rationem, Censorum accipere. Docet insignis locus Varronis lib. 5. de L. L. Nunc primum ponam de censoriis tabulet. *Vbi noctu in templum Censor auspicatus, atque de coelo nuntiatum erit, Praeconi sic imperat, ut viros vocet: Quod bonum, fortunatum, felixque salutareque sit populo Romano Quirition, reique publicae populi Romani Quirition, mihi collegaque meo, fidei magistratusque nostro: omnes Quirites, equites, pedives, magistratus, priuatosque, curatores (f. iuratores) omnium tribuum; si quis pro se scie pro altero dare rationem volet, voca indicium buc ad me.* Suetonius de censura Claudi c. 16. Nec quemquam nisi sua voce, vicumque quis posset, ac sine patrono, rationem vitae passus est reddere. Docet prologus Poenali: nunc rationes caeteras Accipite. nam argumentum hoc hic censembitur. In censendo ergo rationes dantur et accipiuntur. Sed et mox sequens versus 58. *Vos iuratores estis: quaeso operam date.* Quod haudquaquam sollicitandum fuit. De actotoribus loquitur tanquam de ciubus Romanis lustrandis; de spectatoribus, ut de Censoribus. Ergo vos iuratores estis: quid aliud est, quam vos Censores estis? Metalepsin vocant hanc figuram rhetores. *Iurator καὶ ἔξοχος* Censor magistratus populi Romani, qui omnes cives iureiurando adigit et recenset. Est vero ambigua vox Censor, et tum magistratum significat, tum quemuis alium, qui cuiuscunque rei, personae, actionis, scripti, censionem usurpat. Hic ergo posterior quia Censor dicitur, prior autem ille Censor etiam iurator est, ideo et populus spectans Censor arbiterque fabulae idem iurator. Neque est dubitandum, quin cui iuratori fe censum esse et rationem dedisse refert Sycophanta, is non sit alius quam Censor ma-

magistratus populi Romani. Superest vna difficultas in eruenda sententia versiculi vniuersi. Ea potest tolli distinctione posita post verbum, *turatori*, hoc modo: *Census cum iuratori, recte rationem dedit*. Prior particula sententiae obscura est defectu verbi substantiui, quod intelligitur: nam *cum census*, est, cum census sum: deinde, *Census iuratori* est census sum a iuratore vel censore. Vel, cum census sum rem et bona mea iuratori. Ita enim loquebantur. Cicero pro Flacco (c. 32.): *Voluisti magnum agri modum censeri: et eius agri, qui diuidi plebi Romanae non potest. Census es præterea numeratae pecuniae centum triginta sestertium millia. Census es mancipia Amyntae.* Statimque: *Et primo pertinuit, cum te audisset seruos suos esse censum.* [Vnde Ouidius eleganter lib. I. de Ponto el. 2. (v. 138.)]

*Ille ego, de vestra cui data nupta domo est.  
Hanc probat, et primis dilectam semper ab annis  
Est inter comites Marcia censa suas.*

Lipsius ad Tacitum: *est censa*, pro *censuit*, satis noue. Periculosest quidquam, quod huius aetatis scriptorein probasse certum sit, nouum dicere. Immo, pergit, antiquae: ut videlicet, *adfectatus est regnum*, pro *adfectauit*; *spectatus est suum*, *communicati sunt*, pro *communicauerunt*. Immo non dixit Ouidius *est censa*, pro *censuit*: non enim dicebant in ista re Romani, *censo magnum agri modum*, sed *censor magnum agri modum*: non *censo inter possessiones moas Tusculanum*, sed *censor inter meas possessiones Tusculanum*. Quod ita *censemur*, id est, in censi profitemur, id habemus possidemusue, aut certo videmur habere possidereue. Sic Ouidius: *Marcia inter comites suas vxorem meam, a primis annis sibi dilectam, semper censa est*: proprio esset, quasi in censi professa est, in censi detulit inter comites suas: quod est nihil aliud, quam habuit: ut quod censemur, habemus vel habere nos creditur. Vides sermonem exquisitam et

parum adhuc intellectum. Hoc nobis in Ouidio nouum, quod transtulit in alienum domicilium, id quod proprie Cicero dixit. Sed inter tam paucos optimi aevi scriptores, qui sciemus, frequens aliis, an nouum Ouidii fuerit.] Habes hic et expositam causam, quare accedere non possum viris doctis, qui censuerunt *suratores* esse testes, et hoc sensu Senecae in ludo de morte Claudi huc vocabulum obtrusum voluere.

---

## CAPVT IV

*Liuus plurimis loeis continenter restitutus. Perolla Pacuvii Calauii Campani filius abstractus ab Deo et Magii latere. Tiburtes Magii. Pacuvius, non Pacullus, non Patulo. Silius Italicus ter correctus, ut in eo elegans loquendi genus notatum. Coniuvium in ciuitate atque etiam domo luxuriosa omnibus voluptatium illecebris instructum. X et A ac viciissim, tum A et V confusa in vett. libb. Seneca suspicio-*

*ne mendi liberatus. Plinius et Quintilianus leuiter correcti. Ouidio quoque medicina. Suetonii loco subsidium. Valetudine suspecta animi quoque haud mirabilis iusturbatio. Solis occasu. Caesar emaculatus. Amens metu. Dextroae dextras iungentes fidem abstringere ad sacras deum mensas. Iustini firmata melior scriptura. Cereris ignes. Si omisssum.*

**N**arrat Liuus lib. 23. coniuvium Campanum ob constantem Perollae in Romanos fidem et cogitatum in Hannibalem facinus, quod peractum ex eius sententia nescio an tantum vbiique laudis quantu[m] fortunae habuisset. Sane liberare grauissimo hoste Italiam, tot nobiles optimates, qui sub carnificis securi aut Virrii cicuta mox animam exhalarunt, ad mature poenitendum Romanaque clementiam experiundam adigere, (nunquam enim sine Poeni fiducia uniuersum exceperint bellum, nec ad eas necessitates, quas postea attraxerunt sibi, obdurassent)

durassent) patriam violati foederis crimine expiare et servare, eaque de causa, nullo priuato odio, tyrannum inter latronum ac satellitum addictissimorum custodias, solum, conscio nullo, aggredi, corpusque suum non morti, sed infinitis etiam cruciatibus et confusioneis, utcunq; fuisse set euentus, tum illorum, tum furentium primo impetu ciuium ac benefactorem suum ignorantium exponere: haec, inquam, omnia quam non lauream merentur? At vero Hannibal ineritis, pacatus ad hospitalem mensam, fide publice data et iurata, ab eo, cui ipse exoratus veniam dederat, inque speciem amicum fecerat, sica occisus; patre interfectoris sene paternaque domo certissimae internecioni obiectus; res est qua facta, credo, laetati fuissent in sinu Romaini potius quam facienda fuisse autatores. Disquisitio iucunda, in qua iactare se et vela orationis pandere, et vibrare sententias liceret, nisi nos aliud nunc ageremus, et commendare antiquos, sensibus eorum expositis et verbis restitutis, ostentationi praeuerteremus. In ea narratione legimus apud Liuium cap. 8. *Diuersatur est apud Minios Celeres, Stenium, Pacullumque, inclitos nobilitate ac diuitiis.* Eo Pacuuius Calauius, de quo ante dictum est, princeps factionis eius, quae attraxerat rem ad Poenos, filium iuuenem adduxit: abstractumque ab se a Decii ait latere. Primum pro *Minios* et *Pacullumque* omnes boni libri habent constanter, *Ninnios* et *Pucuivumque*. Et quidem *Ninnius* nomen non modo in Inscriptiōnibus antiquis habetur, sed et apud Ciceronem lib. 10. ad Atticum epist. 16. *Haec mecum Ninnius noster.* Etiam lib. 39. Liti c. 13. variant MSS. Barberinus: *Pacullam animam eam sopanam sacerdotem.* Naud. *Pacullam animiam a sopanam.* Petav. *Pacullam animiam ea sopanam.* Ut hic quoque si non *Pacuuiam*, (et hoc quoque forsitan) certe *Ninniam* restituendum putem. Videntur et dubitasse librarii, *Campanam* an *Soranam* vellent. Ibid. cap. 17. *ārī τε Minium Cerrinum, Petav. Nirroium Cerrinum.* Quod ipsum proprius ad alterum accedit. Etsi autem et

*Minios offerant veteres lapides: tamen cum vtrōbique gentis vnius, et quidem Campanae, homines nuncupati videantur; cum membranae Punici belli fidei sunt longe certioris et probatoris; hārum auctoritatē vtrisque locis valere iustius duco. Mox libri a quibus recedere posterioribus fas non fuit: quae traxerat rem ad Poenos. non attraxerat.* Sic lib. 24. (c. 2.) *Senatus Romanis faueret, plebs ad Poenos rem traheret.* Lib. 43. c. 17. *aduersus amentiam eorum, qui ad Macedonas gentem trahebant. ex emendatione nostra: vulgo enim infane, Macadonicam.* Curtius lib. 4. (c. 5, 15.) *comprehensis qui res ad Macedones trahebant.* Nec vero quid rō ait hic faciat, magnopere habet, quum minime appareat vllam obliquam Pacuui orationem referri. Subuenit commode incomparabilis Puteanaeus: *abstractum atsdecim agit latere.* Vnde elicimus verum: *abstractum abs Decii Magii latere.* Prope scopum iaculatur Valla, citans, *abstractum a suo cum Decio ait latere, rescribens vero, a sueto Decii Magii latere.* Idem nomen reddendum Silio Italico lib. 4. versu 185.

*Tum Remulum atque olim celeberrima nomina bello  
Tiburtes Magios, Hispellatemque, Metaurumque  
Et Damum.*

Ita namque MS. Oxoniensis et Romana vetustissima editio. Vulgo sine sale, *magnos*: quo tangi historiam trium fratribus Tiburti, Corae, (non enim Coracis) Catilli, quod hic adnotarunt, non equidem video. At voluit Silius, fratres aut gentiles Magios Tibure, et praeterea tres, quorū nomina sequuntur, a Chryxo interfectos. De Calauii nomine altero dubitat Sigonius, et *Pacullum εὐχεταὶ εἴναι*, quod in scriptis quibusdām sit *Pacinus*, quodque ille cum Glareano aliisque existimet, Silio vocari *Pactulonem*. Sed nec libri isti vlo apud nos numero, et in Silio falsa sunt lectione decepti, vnde tamen *Pactulum* potius quam *Pactulonem* formare debuerant, quia est illic,

illuc, *Pactulo genitus.* Sed nobis constat utroque scri-  
bendum esse Pacuvio. Lib. II. versu 55.

*Has astu aggressus, quo verteret acrius aegras  
Ad Tyrios mentes, quia nulla forte daturam  
Certus erat Romam: neque enim impetrata volebat:  
(Pacuvio fuit haud obscurum crimine nomen)  
Flortatur summi partem depositare iuris.*

Subaudiendus enī primus casus ad verba finita ex parenthesi: quasi esset, *has mentes aegras astu aggressus nonne-  
mo, cui nomen Pacuvio fuit.* Idque notandum, quia,  
*Pacuvius fuit,* reponit Danqueius, et quod vulgo legitur *Pactulo* etiam nominandi casu accipit. Sed et Barthius non leuiter hic offendit. Male haec legit *avti rē Has.* Deinde quia primum vocis casum deesse videbat, vaticinatur de Hannibale-Siliū loqui: eum intelligendum, qui astu rem aggressus Pacuvio suaserit petere a Romanis societatem ordinarii imperii in urbe Roma: hunc dolum fuisse versutissimi ducis, lib. 3. Aduers. c. 10. Immo Pacuvio adscribit poētarum libertate Silius, quod Vibio Virrio Liuius: illum fuisse auctorem, ut dicis causa petitio altero consulatu reieoti praetextum haberent defctionis, quasi indigne prius a veteribus sociis habiti. Itaque ad *aggressus, verteret, certus erat, volebat, bortatur, subaudi-  
ille cui Pacuvio nomen fuit.* Simillimum Silii lib. 10.

v. 92.

*Flumineo Libycam turbabat in aggere pubem,  
Cristae nomen erat, bis terni iuncta ferebant  
Arma senem circa nati.*

Id est, turbabat vir, cui nomen erat Cristae. Liuius lib. 9. cap. 36. *Tum ex iis qui aderant (Consulis fratrem Fa-  
bium Caeſonem alii, C. Claudium quidam matre eadem,  
qua Consulem, genitum tradunt) speculatum se iturum pro-  
fessus, breuique omnia certa allaturum.* Sic ex MSS. re-  
stituimus, quod eiusdem rationis ignoratione vtiarant.

Mm 5

Est

Est perinde ac si esset: *ex iis qui aderant Consulis vel germanus vel veterinus frater.* Cornificius ad Herennium lib. 4. (c. 29.) *Obfuit eo tempore plurimum reipublicae Consulum sive stultitiam sive malitiam dicere oportet, sive utrumque.* Quod est, quoddam vitium, quod vel etc. Faciunt huc quoque quae ad lib. 30. cap. 7. Liuui notavimus. Locus alter Silii est lib. eodem 11. inferius, versu 312.

*Quoque esset miranda magis tam sacra libido,  
Pacuvio genitus patrias damnauerat artes.*

Ex PACIUNIO uncis vtriusque *V* euanescentibus facile fuit *Pacullo* aut *Pactulo* sed et *Pacinno* concipere. Sed omnes boni codices Liuui integrum seruant. Nunc pergamus in Liuio: *Cooperunt epulari de die et conuiuum non ex more Punico aut disciplina militari esse: sed ut in ciuitate atque etiam domo diu ad varias omnium voluptatum illecebras instructum.* Glareanus fatetur hic esse quod se torqueat. Siganus Lipsiusque suspicentes et ipsi, nec se expedientes, idle domo diuite, hic *instructa*, vt ad domum potius illa vox quam ad conuiuum referatur, coniecerunt. Sed altius fudit vlcus. Puteanaeus et meliores Petaianus ac Florent. atque etiam modo diuaduaria *omnibus voluptatum illecebris instructum.* Nec aliter fere Regius. Men. Pall. et vt quisque antiquior, nisi quod litera decisa plures *ad varios.* Scribe: *sed, ut in ciuitate atque etiam domo luxuriosa, omnibus voluptatum illecebris instructum.* De *L* in *D* mutato, exque *LV*, primum *DV*, inde *DIV* facto nihil attinet dicere, cum praefertim Siganus, ne non esset malus, exhibuerit, *interdiu: sed A in X plus centum vicibus transformatum in optimo illo codice, et contra, animaduertimus, nec intelligitur facile, qui veterem scripturam non vidit.* Dabimus ergo exemplum nobile ex lib. 25. de Cn. Fuluii temerario praelio cap. 21. *Et Hannibal quidem baudquam simili exercitu neque ita instructo aderat.* Auctiores omnes scripti libri. Petaianus

nus secundus: *baudquam simili gente sua neque similis exercitu.* Melior et Menardi et duo Pall. *baudquam simili sua neque similis exercitu.* Sic et inuenit Lauren-  
tius Valla, qui diuinat inde, *similis vita.* Sigonius e suo  
lavoro recitat, *simili sententia.* idque testatur se probare.  
Nempe aut ipse aut scriptor codicis illius *sua compendio*  
*scribendi acceperunt pro sententiq.* Nam vnuſ e Pall. qui  
vbiq; cum Sigoniano consentit, easdeinque et bonas le-  
ctiones et corruptiones fideliter custodit, hic dissentit,  
praeferetque, *simili cura.* Hae omnes sunt nugae corru-  
ptorum aut infeliciū correctorum: vel hinc discas,  
quanto sit opus delectu ad vett. libros distinguendos. Pu-  
teanaeus vnuſ antiquissimus: *Et Hannibal baudquam simili-  
lis dux neque similis exercitu.* Volut: *Et Hannibal baud-  
quaquam similis dux neque similis exercitu neque ita instru-  
cto aderat.* Nam et rō quidem ibi non comparet, vt nec  
in aliis melioribus. Sic diuaduariaſa pro luxuriosa mu-  
tatis adiectisque paullatim literis dederant nobis, vt pro  
dux primum *dua*, mox *sua*, et *gente sua et cura et sen-  
tentia.* Quae prodigia nos amplius non miramur. Lib.  
23. cap. 30. *arx tantum retenta.* Put. ille: *ara.* Lib. 24.  
c. 29. et missis ea laeta expeditio fuit. Idem optimus:  
*exlaeta.* Lib. 28. cap. 16. *ipſe dux fugae auctor.* Rursus  
perinde vt lib. 25. idem: *ipſe dux fugae auctor.* Sic lib.  
23. cap. 48. seruant omnes libri: *conducerentque ex lege*  
*prachenda, quas ad exercitum Hispaniensem opus essent,*  
*ut quem pecunia in aerario esset, iis primis solueretur.* At  
haud dubie verum est, qnod Sigonius: *ea lege.* Sic et  
apud Senecam de clementia lib. 1. cap. 6. *Quotus quisque*  
*ex quaestoribus est, qui non ex ipsa lege teneatur, quac-*  
*quaerit?* Scripti omnes, *ex ipſa:* quod cominouit Grę-  
terum, vt eam Senecae scripturam putaret, et Lipsium,  
vt coniectaret, *non et ipsa lege.* Atqui error est anti-  
quissimi librarii, et posteriorum fides: Naz. certe summae  
auctoritatis cedex debet haberi, et quidquid ab eo caeteri  
habent diuersum, vt plurimum non a meliori libro, sed  
ab

ab ingenio aut errore describentium profectum est. Plinius lib. 9. epist. 30. *Tam rarum est etiam imperfectae liberalitatis exemplar: ea inuasit homines babendi cupidus, ut possideri magis quam possidere videantur.* Minus fortasse sanum iudicat locum Gruterus: quia Pal. MS. exempla res eximia sit homines. edd. veteres: exempli: tam eximia tenet homines; quam postremain scripturam vici-niorem vero suspicatur. Imino longissime distat. Vul-gata vero hoc tantum minus sanz, quod defectus copu-latiuae particulae facit insuauem hiaturam: quem non fuisse olim indicat licet vocibus luxatis apicibusque literarum codex scriptus. Nimirum, exemplares eximia sit, nihil aliud vult quam scripsisse Plinium: *Tam rarum est etiam imperfectae liberalitatis exemplar: et ea inuasit homines babendi cupidus.* Sic in declamatione sub Quintiliani no-mine, cui titulus, Paries palmatus: *Praeterea cum manus ex parte, qua palmare vestigium potest, plicetur in capulo, et se, dum telum occupat, claudat, necesse est, exteriora ut parte resperfa sit.* Editiones ita: sed omnino legendum hic quoque: *ea parte.* Contra Lib. 10. Liuii cap. 8. *L. Sextius primus de plebe Consul est factus.* Thuanaeae membranae: *L. Secatus:* duo Pall. sequa-cius: quae ab eadem indole mendi: fuit enim prius, *Secatus.* Idem intelligitur ex voce *Meddixtuticus*, quae in tribus apud Liuium locis vulgo scribebatur, *Mediastu-ticus:* cum illud habeant libri, et ratio velit. Apud Ma-nilium lib. 1. extremo: (v. 889.) *quondam populo vix con-tigit bacres.* Gemblacensis egregius: *via contigit.* In disputatione Pippini cum Albino legitur: *Quid est, quod amarx dulcia facit?* Al. *Fames. pro, amara.* Haec ideo pluribus, quia hanc mutationem et vices τῶν Α et Χ nec Schoppius in commentariolo de emendandis scriptoribus Latinis nec Passeratius in libello de literarum cognitione adnotarunt. *VA* autem pro *V* solo factum est in mo-stello, *diuaduarsosa*, quod, vtrum *V* an *A* poneret, li-brarius ambiguus posuit vtrumque. Sic Naz. codex Flori alicu-

alicubi, ni fallor, *illatumam*, cum nesciret, *illatum* an *illatam* scribendum haberet. Et haec enim elementa saepe mutuo infesta fibi, ut satis notum. Ouidius lib. 2. metam. (v. 702.)

*sub illis*

*Montibus, inquit, eunt, et eunt sub montibus illis.*

Alii: *eunt et erant.* MSS. *erant et erant.* Repone-  
erunt. et erant. Prius est ex conjectura Batti, qui eas vi-  
derat pelli, et e conspectu quidem iam amiserat, facile  
tamen suspicabatur nec posse valde longe esse, nec mora-  
turum abigeum, sed usque propulsurum: posterius est ex  
persona poetae affirmantis veritatem non dubiam. Nam  
qui Ouidium *Βαρτολογίαν* voluisse volunt, non possunt  
me in suam sententiam traducere. Similes sensus lib. 7.  
metamorph. (v. 659.)

*Cum primum qui te feliciter attulit Eurus,  
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Austros.*

His penitatis simillima veri ratio posse videtur reddi cor-  
ruptae notissimae ἐγνώσεως apud Suetonium Tiberio cap. 5.  
*Infansiam pueritiamque habuit luxuriosam et exercitatem.*  
Discessi dudum in illorum sententiam, qui legunt: *lubo-  
riosum et exercitatum.* Neque ita modo in Panegyrico  
Plinius, quod meminit Casaubonus, sed etiam lib. 6.  
Epist. 13. *Vnquamne vidi nisi quemquam tam laboriosum,  
tam exercitatum, quam Varenum meum?* Hoc mendum  
sic processit. *Laboriosam, lauoriosam, luoariosam,* deni-  
que τῷ Α, quod ex dubio *V* vel *A* insertum fuerat, pro-  
X accepto, *luxuriosam.* Continenter de conuiuio Liuius:  
*Vnus nec dominorum invitatione, nec ipfius interdum Han-  
nibalis, Calauii filius Perolla vinci potuit: ipsique valetu-  
dinem excusans patri, animi quoque eius mirabilem inter-  
turbationem quam quaereret: ante solis ferme occasum pa-  
trem Calauium ex conuiuio egressum secutus filius, ubi in-  
secretum (horulis erat posticis aedium) peruenierunt, etc.*

Primo

Primo Put. *Per hollam vini impotuit.* Petav. quatuor Flor. Barber. duo Pall. *vinum potuit.* Neque aliter legit L. Valla, qui reprehendit corrigentes: *permolliri potuit.* ipse autem supponit, *pelli ad vinum potuit cibumque valetudinem.* Nullus certe antiquior, *vinci*, sed praeter istos alii minoris auctoritatis, aut *num potuit*, aut *vi potuit.* Ut forte scribendum sit, *vinum petiit.* Ex more veterum in conuiuiis, yltro se ad hilaritatem inuitantium. Cicero lib. I. in Verrem: (c. 26. al. s. 66.) *fit sermo inter eos et inuitatio*, ut Graeco more biberetur: *bortatur hospes poscunt maioribus poculis.* Vbi Asconius: *maioribus autem poculis poscunt a pincerna, id est, petunt: ut subaudiantur, bibere.* Sic Horatiani conuiuae Nafidieni, (Sat. 2, 8, 35) *calices poscunt maiores.* Et in conuiuio Trimalcionis: (apud Petronium, c. 31.) *potionem poposci.* Marcialis (2, 59, 3.): *Frange toros, pete vina, rosas cape.* Melius tamen vulgatum. Lib. 24. (c. 25.) qui nequidquam palam et aperte petitum regnum, clam et dolo affectare conatus sit, et ne beneficio quidem atque honore potuerit *vinci*; quum inter liberatores patriae insidiator ipse libertatis creatus esset Praetor. At nōx omnem exuerunt modestiam, qui Liuium recixerunt. *Quum quaerret*, in nullis MSS. inuenitur. Quatuor Gallicos, sex Florentinos et Barberinum hic consuluimus, a quibus nec discedunt Pall. Omnes consensu: *ipse valetudinem excusans, patrem animi quoque eius haud (quidam aut.) mirabilem inturbationem causa ante solis ferme occasum.* Optimi praeterea, vt in primis Put. *occasu.* Nec Vallae conspicuus iste centunculus fuit: a Feltio aut Andrea processisse credibile est. Valla autem conjectat: *valetudinem excusante patre, animi quoque eius haud mirabilem turbationis causam: vel, animi quoque eius atram bilam (hoc lepidissimum) interpretabatur causam: vel, haud miram ait perturbationem.* Paulo ante solis. Glareanus admonuit editores: *ipseque valetudinem excusans patri, quomodo prioribus sequentibusque cohaerent?* Sed transi-

transierunt. Nos quum diu haec exercuissent, tandem penetrauimus ad verum, quod detractis pauculis literis hic integrum exstat: tantum abest, ut quidquam sit adiciendum. Scribe: *vinci potuit; ipse valetudinem excusans, patre animi quoque eius haud mirabilem interturbationem causante.* *Solis ferme occasu patrem Calauium.* Perolla solus inter conuias hilaritate abstinenſ non poterat tam dissimilem animo vultum induere, quin tristis apparet magnaue rei manifestus, vtcumque et ab dominis Stenio Pacuuoque et ab Hannibale inuitaretur. De Alexameno Nabidem interfecturo noster: *colligit et ipse animum confusum tantae cogitatione rei.* Talis Perolla: pulchro tamen praetextu valetudinis ab haustu liberiore Bacchi et habitu laetitiae se excusabat, subseruiente patre, et non mirum, si tentationem corporis animi quoque paulla sequatur mutatio, dicente. *Solis ferme occasu habes et lib. 22. (4.) Flaminius quum pridie solis occasu ad lacum peruenisset.* Et lib. 34. *Solis fere occasu Nero diem noctemque nequidquam fatigatis equis hominibusque ne viſo quidem hoste rediens.* Caesar lib. 5. de Gall. c. 8. *ipſe cum legionibus quinque et pari numero equitum, quam in continente relinquebat, solis occasu naues soluit.* Ita membranae Andinae. Vulgo est, quem, et, reliquerat, *ad solis occasum.* Porro omnes MSS. *posticis aedium partibus;* et haud scio quid acciderit Pall. tribus, ut voce, *partibus,* quod ait Gruterus, carerent, praesertim quum de eo filuerit excerptor. Nos praeter Andreanas, neque editum neque scriptum librum vidimus, qui non haberet et Latinus esse ostendimus ad lib. 40. cap. 2. quibus addas licet Plautum in Sticho: (3, 1, 40.) *est etiam hic ostium Aliud posticum nostrarum harunce aedium;* (*Posticam partem magis vtuntur aedium*) *Ea ibo obsonatum, eadem referam obsonium Per hortum.* In eadem historia cap. 9. *Quae vbi vidit audiuītque senex, veluti si iam agendis, quae audiebat, interesset, cum metu, per ego te, inquit, fili, quaecumque iura etc.* Quis non videt, quam frigi-

frigidum et torpens sit illud *cum metu?* Puteanaeus et Pet-  
 tauianus ille laudatus: *amen metu:* Menardi et Pal. *ta-*  
*men metu.* Scribe sine scrupulo: *amens metu.* Sed et  
 post agendis iidem codices omnes habent *inter:* quod ta-  
 men quid velit ignoro; nisi forte librarius antiquissimus  
 festinans primum duas voces omisit; deinde dimidio vo-  
 cis tertiae scripto animaduertens errorem suum pro super-  
 vacuis relictis quinque literis eundem correxit. Ulterius:  
*Paucae dorac sunt, intra quaras iurantes per quicquid deo-*  
*rum est, dextras dextrae iungentes, fidem obstrinximus*  
*ut sacratis de mensis essemus: digressi a colloquio extemplo*  
*in cum armamur? surgis ab hospitali mensa, ad quam*  
*tertius Campanorum adbibitus ab Hannibale es: eam ipsam*  
*mensam cruentare vis hospitis sanguine?* Inaudita formula  
*iurisiurandi, ut sacratis de mensis essent.* Sufficit  
 mensas hospitalis mentio in illis quae statim sequuntur:  
 hic vero loquitur de iureiurando, quo cum Hannibale  
 foedus sanxerunt omnes Campani. Primam hanc lectio-  
 nem publicatam reperio in Moguntina: inde Colonien-  
 ses, Parisienses, Basileenses et caeteri eam admirerunt.  
 Nam Andreanae et Aldi: *ut sacrata fide mansissimus.* Sic  
 etiam Men. et tres Pall. nisi quod unus horum *sacra: sic*  
 duo Florent. et Barberin. nisi quod *sacratas.* Regius post  
 rafurain: *ut sacrata fide maneremus.* Puteanaeus et  
 omnium optimi: *dextrae dextras iungentes fidem obstrin-*  
*ximus ut sacratas fide mansis.* Varia tentau: nunc loco  
 et re unum videtur dignissimum: *dextrae dextras iun-*  
*gentes fidem obstrinximus ad sacratas deum mensas.* Vel-  
 aras. Nam arae Deum mensae, et ad has solennius san-  
 ctiusque iurabant. Lidius lib. 21. (c. 1.) Hannibalem  
 puerum altaribus admotum, tactis sacris, iureiurando  
 adactum. Qui ipse apud Cornelium Nepotem: *simulque*  
*ad aram adduxit, apud quam sacrificare constituerat,*  
*etiamque, caeteris remotis, tenentem iurare iussit.* Quae  
 iuvant, praeterquam, quae viri doctissimi attulerunt, Iu-  
 stinum lib. 22. cap. 2. *Tum Hamilcarri expositis ignibus*  
*Cereris*

*Ceroris tacisque, in obsequia Poenorum iurat.* hoc est, altaribus, in quibus erat fokus accensus. Sic de eodem Agathoche in alia causa Diodorus lib. 19. παρεχθεῖς εἰς τὸ τῆς Δήμητρος ιερὸν υπὸ τῶν πολιτῶν ὥμενοις. Foedus Smyrnaeorum et Magnetum in marmoribus Arundellianis: ὄρκισάτωσαν αὐτὸς οἱ ἔχεταισαὶ ἐπὶ τῷ μητρώῳ ιεροῖς γεωμετροῖς. Non debet apud Iustinum alia lectio quaeri. [To expositis, si quem moretur, illustrabunt verba Liui lib. 31. (c. 17.) ubi Abydenam rabiem describit: *Sacerdotes victimasque adduci, et altaria in media poni.*] Mox pro armatur est in melioribus, armaremur; et, ut cruentares, pro, cruentare vis, hoc quoque ordine: *digressi a colloquio extemplo in cum armaremur?* ab hospitali mensa surgis, ad quam tertius Campanorum adibitus es ab Hannibale, ut eam ipsam mensam cruentares hospitis sanguine? Quae quare displiceant, nihil causae subest: nobis certe plus causae cur veterum librorum autoritatem sequamur, quam illis cur eam spernerent. Verbum *surgis* eo sensu, quasi esset, surrexisti, ne quid de constructione dubites. Vel si mauis, *cruentes*, facias licet: levius erit certe quam sic omnia peruertere, ut vulgo fecerunt. Quae sequuntur apud Liuum, in iis superuacua cura est reprehendenda Sigonii: *Hannibalem pater filio meo potui placare, filium Hannibali non possum?* Sed si nihil sancti, non fides, non religio, non pietas: audeantur nefanda, si non perniciem nobis cum scelere ferunt. *Vnus aggressurus es Hannibalem?* quid illa turba etc. Haec est optimorum codicum lectio, solum hoc distans a vulgato, quod pro, afferunt, habet, ferunt, in quod quicquid est scriptorum concedunt. Quod immisit Sigonius, modo, non est in melioribus. Sed deinde longe aliter, et proculdubio melius, et legi et interpungi in veteribus libris annotat idem, nempe: *Sed si nihil sancti, non f. n. r. non pietas audiantur, infanda si non perniciem nobis cum scelere afferunt, unus es aggressurus Hannibalem.* Dixi saepe optimum Sigionum raro in optimos

libros incidisse. Certe haec oratio adeo est elumbis, fabriculosa et politis auribus inimica, ut confirmare audeam, si ipse, quid deprehensus in tali casu Pacuuius erumpere posset, suis verbis concepisset, numquam ita scripturum fuisse. Quid est eni: *si infanda non afferrunt perniciem, unus aggressurus es Hannibalem.* An non hoc est dormitare et in soporem labi? Si vtique inducere vellet patrem quasi posita illa conditione facinoris auctorem filio futurum, cur non diceret potius: *aggredere, sane, non impedio, vel, aggrediaris licet?* Nam qua ratione vtitur, duobus argumentis vti patrem ad filium deterrendum, uno anno τῷ αἰχθόνῳ, altero anno τῷ τετράρχῃ, id quidem citra controuersiam est: sed vt viuidius disertiusque eadem proponat, quaeritur. Explicuit argumentum prius, immo dimittit, quasi satis virium in altero ponens: sit nihil sancti, non fides, non religio, non pietas cogitetur: has remitto tibi: audeantur infanda, et suscipiatur scelus, si non idem perniciem fert nobis. At fert certe. Etenim prospice quid agas: unus tu Hannibalem aggressurus es? etc. Recte igitur Gruterus contra Sigionum et obsequentem ei Modium veterem electionem restituit. Nondum dimittimus Campanum conviuium, vel Camarinam potius: ita omnes sordes huc congesserunt: *Vultum ipfius Hannibalism, quem armati exercitus tremunt, quem horret populus Romanus, tu sustinebis? et si alia auxilia definis, meipsum ferire,* etc. Hic τὸ tremunt est mangonum. Puteanaeus, Petaniaeus et Florentini meliores: *exercitus sustinerent quem horret.* Regius: *exercitus sustincent quem.* Scribendum fuit: *quem armati exercitus sustinere nequeunt, horret populus Romanus.* aut si omnino vis, *quem horret:* vt enim non incoinimode ex proximo repetitur, ita ad finitatem literarum facile potuit ea vox absorberi. Mox pro, et si alia auxilia, Put. *Italis auxilia, alii, talis auxilia,* vt et Andreanae, Aldinaque, sed alia distinctione, sine τοῖς et si, quae in prima reperio Moguntina. Leue est, fed

*sed fuerat: tu sustinebis? et, alia auxilia desint. deleto  
 τῷ σι: de qua elegantia aliquid inferins. Restat vnicum  
 monumentum incusandae nobis toties audaciae hominum  
 nostrorum in verbis Perollae: tuam doleo vicem, cui ter  
 proditae patriae sustinendum est crimen: semel cum defe-  
 ctionem inisti ab Romanis, iterum cum pacis cum Hanni-  
 bale fuisti auctor, tertio bodie cum restituendae Romanis  
 Capuae mora atque impedimentum tu es. O patria, fer-  
 rum, quo pro te armatus hanc arcem defendere volebam,  
 hosti minime parcens, quando parens extorquet, recipe.  
 Primum quia Put. *defectione inissa ab Romanis*, alii, *im-  
 missa*, puto gangraenam accreuisse, et resectis superfluis  
 literis scribendum: *semel cum defectionis ab Romanis*,  
*iterum cum pacis cum Hannibale fuisti auctor.* Deinde  
 exclamandi particula et *defendere volebam*, et *parcens*  
*nuspiam in vetustis conspicua.* Put. vero, qui nobis vbi-  
 que merito cynosurae vicem: *impedimentum es tu patria*  
*ferrum quo pro te armatus hanc arcem hostrimini quoniam*  
*parens extorquet recipe.* Et sic caeteri, nisi quod *hosti*  
*minime*, Regius etiam, *es tu vocum patria*, quod non est  
 nauci. Grauissima lues a multis iam seculis infedit, quam,  
 post multam meditationem, ut curari oporteat, consti-  
 tuere tamen non possumus. Veniebat sub acumen styli:  
*quo pro te armatus hanc pacem postremus inii.* Quod ta-  
 men non facio tanti, ut praeferam coniecturae, quam  
 inecum communicauit vir excellenti ingenio summaque  
 eruditione Albertus Rubenius: *quo pro te armatus hanc*  
*arcem hostium inii.* Videtur enim non ineleganter do-  
 mum, vbi diuersabatur Hannibal, arcem hostium appelle-  
 lare. Lib. 28. (c. 42.) *Non potes ne ipse quidem dis-  
 mulare, vbi Hannibal sit, ibi caput atque arcem huius  
 belli esse.**





## C A P V T V

*Lucani trium sententia, trium locorum vera lectio eruta. Bellum Caesaris et Pompeii plus quam ciuile. Bellum idem plus quam bellum ut dicat Florus. Iactati Gracchi. Plutarchus leuiter correctus. Caede Gracchorum potiores Optimatum partes et minax curia. Sallustius bis adseritus, semel Valerius Maximus. Victoria nobilitatis. Exercere victoriam. Aurelius Victor tentatus. Auertere, vertere, conuertere. Auertere, pisees cara mensa. Hora-*

*tio, Ciceroni, Plauto; Petronio lux. Interuertere pecuniam. Interuertere aliquem urgentum. Frudare aliquem aes. Serram duxo vel duxisse. Varro emaculatus. Auertere semina helli, hoc est, aurum et argentum, quae sunt belli semina. Ripae Nili aestate carentes. Efferre biemes suas solsticiis dicitur Nilus. Eoae liquentia pabula brumae, quae apud Statuum. Pax Psyllis illa cum morte, quae fit venenis.*

**M.** Annaei Lucani Pharsaliae principium, et versum adeo primum, video viros esse doctos, propter quos operaे pretium erit non tanquam nouo tractatu indignum transmittere. Volunt ideo profiteri canere *bella plus quam ciuilia*, quia urbein, Italianam, gentes, nationes, totum denique imperium inuoluerit bellum Caesaris et Pompeii: adeo ut non recte tantum ciuile dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum, sed potius commune quoddam ex omnibus, et plus quam bellum, verbis Flori lib. 4. cap. 2. At inter hos nulla sensuum similitudo. Florus enim non tam Lucanum videtur hic respxisse, quod visum aliis, quam Senecam lib. 3. Nat. quaest. in praefatione: *Quanto potius deorum opera celebrare, quam Philippi et Alexandri latrocinia, caeterorumque, qui exitio gentium clari non minores fuere peccata mortalium, quam inundatio, qua planum omne perfusum est; quam conflagratio, qua magna pars animantium exaruit.* Sic de Septentrionalibus populis Nicephorus Gregoras lib. 2. ὁσπερ γαρ εἰση σύραντο μὲν δέμαστος θεοθυτοῖς αὐτοῖς πολλάκις, καρκινοῖ

xvi

καὶ πεντῆρες, καὶ ὑετᾶν πλῆθος, ἐπῆγεσα δὲ δεισμοὶ καὶ  
ἔγγυματα γῆς, ἀέρια δὲ τυφῶνες καὶ λαιλαπῖς· οὐτω  
καὶ οὗτοι ταμεύονται τῷ θεῷ αἰρετικῷ τινα, ὡς εἴπεν,  
καὶ ὑπερβόρεα δέμαστα. Prorsus talem pestem, vel ta-  
le malum significat Florus fuisse bellum ciuale, cum id  
ait fuisse *plus quam bellum*; id est, poene non bellum,  
sed vastitatem quandam instar diluvii aut inflammationis,  
quae *Ceu coelo demissa lues inimicaue tellus*, peragraret  
orbem terrarum omniaque populararetur: velut pestilen-  
tiam aut terraemotum. Ideoque non audiendus hic Pal.  
ille, qui, *ex omnibus gentibus et plusquam ciuale bellum*.  
Lucano autem *plusquam ciuale* est haud dubio grauius, di-  
rius, inhumanius, quam ciuale: quod ipsum praeterea aliis  
bellorum generibus grauitate, diritate, inhumanitate ex-  
cellit; ab uno vincitur, quod nempe inter sanguine et  
domo, non tantum ciuitate, coniunctos oritur, quod ha-  
bet *fraternas acies et unius ingens bellum uteri, profanis  
decertatum odiis*. Ut enim postquam ab infinita illa so-  
cietate totius inter se generis humani discessum est, pro-  
pior exoritur eiusdem gentis, nationis, linguae; hac rur-  
sum interius est esse eiusdem ciuitatis; hoc denique ar-  
ctior colligatio est societatis propinquorum, ut praecclare  
Cicero in secundo nunquam satis aestimatorum de Offi-  
ciis: sic omne quidem bellum graue est et funestum, tan-  
quam discidium coniunctionis hominum; grauius inter  
populos eiusdem gentis, nationis, linguae; id ipsum tam-  
en superatur diritate ab intestino et ciuali ordinum aut  
partium eiusdem reipublicae; quo si et domus diducan-  
tur agnatiq[ue] et gentiles scindantur, iam enatum est, quod  
optime Lucanus *plusquam ciuale*. Ideo subiicit, *Cogná-  
tas acies*. Et passim idem ingerit. Ut, lib. 4. (v. 169.)

*postquam spatio languentia nullo  
Mutua conspicuos habuerunt lumina vultus,  
Et fratres natosque suos videre patresque;  
Deprensum est ciuale nefas.*

Et lib. 7. (v. 550.)

*Ille locus fratres habuit, locus ille parentes.*

*Hic furor, hic rabies, hic sunt tua crimina, Caesar.*

Verbo Florus appellat *parricidale* lib. 3. cap. 21. de Mariano: *Hoc deerat vnum P. R. malis, iam vt ipse intra se parricidale bellum domi stringeret.* Idem sociale volens plus quam sociale intelligi, eiusdem lib. cap. 18. *Sociale bellum vocetur licet, vt extenuemus inuidiam: si verum tamen volumus, illud ciuile bellum fuit.* Neque alter cepit Orosius lib. 2. cap. 18. *Iisdem fere diebus bellum ciuile, immo etiam plus quam ciuile, vix parricidio terminatum, apud Persas gerebatur.* quippe inter fratres Artaxerxem et Cyrum. Non igitur etiam τὸς ciuitate hic ea virtus, quae cum pro aequo et moderato, qualia esse inter ciues decet (etenim arma non servant modum, et bella inter ciues nulla esse decet) ponitur, quod visum Torrentio ad Iulium Suetonii cap. 74. Hoc excepto, quae illic caetera de hac voce magnopere probamus. In codem libro Lucani versu 257.

*Expulit ancipiti discordes vrbe tribunos  
Victo iure minax iactatis curia Gracchis.*

Acceperunt verbum, *iactare*, vt apud Ciceronem in Verrem: (1, 26.) *iāctatur domi suae vir primus et homo bonissimus:* et alibi, (Fam. 1, 5.) *clamore conuicioque iāctatus.* Quomodo si accipias, *iactare, vexare, raptare, tractare* eiusdem contumeliae. Is sensus merito nimis tenuis viris doctissimis visus, cuin trucidati fuerint utique: itaque leui mutatione scribunt, *mactatis.* Est autem vir eruditus, qui et alium in vulgata reperit sensum: videlicet Senatum, exprobrata Tribunis Gracchorum seditione, eundem exitum his interminatum esse, ni curia excederent. Nobis vero *iāctati Gracchi* sunt in Tiberim proiekti. Plutarchus de Tiberio: *καὶ παρενόμως ὑβριθεὶς ὁ νεκρὸς εὐ γάρ ἐπέτρεψε ψυχὴ αὐελέωδες τὸ σῶμα τῷ*

τῶν ἀδελφῶν δεομένων καὶ θάψαι νυκτὸς, αὐλαῖ μετὰ τῶν  
ἀδελφῶν νεκρῶν ἐις τὸν ποταμὸν ἔβαψαν. Idem de Caio  
Fulvioque: τὰ δὲ σώματα καὶ τάπτων καὶ τῶν ἀδελφῶν εἰς  
τὸν ποταμὸν ἔβρισθη. In fratre factum hoc iactabat in  
concionibus Caius: καὶ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐσύρετο  
νεκρὸς ἐκ καπτετωλίς, διπτησόμενος ἐις τὸν ποταμὸν.  
Hoc de Caio marito praesagiebat Licinia: νῦν δὲ ἵστος καὶ  
γὰ ποταμῷ τίνος ή Θαλάσσης ἵκετις (ita legendum, non  
ἵκετης) ἔσομαι, αὐθεῖναι ποτὲ τὸ σῶμα Φρεγέμενον. Id  
ergo nunquam antehac in sacrosancto Tribuni, in honesto  
Triumuiri coloniis dedueendis, immo ne ullius quidem  
in ciuis corpore editum nefas vnicum recordatur hic Lu-  
canus. Iam illa iunctim, iactatis *Gracchis victo iure minax*, non continent aliquam formulam consulti aut sen-  
tentiarum in Tribunos vibratarum; sed sunt simplex ac  
mera descriptio curiae, quasi dixisset: Senatus, per Grac-  
chos in Tiberim tractos et iactos victis partibus plebis et  
iure tribunitio superior ac minax, vrbe tribunos expulit.  
Eius descriptionis veritatem firmat Velleius lib. 2. (3, 3.)  
*Hoc initium in vrbe Roma ciuib̄ sanguinis gladiorumque  
impunitatis fuit. Inde ius vi obrutum, potentiorque ba-  
bitus prior.* Sed plus uno loco Sallustius in Iugurthino.  
Cap. 16. *Legationis princeps fuit L. Opimius homo  
clarus, et cum in Senatu potens, quia Consul C. Gracchus  
et M. Fulvius interfectis, acerrime victoriam nobilitatis  
in plebem exercuerat.* Opes ait in Senatu habuisse hoc  
ob ipsum, quod facuita et ira implacabili in Graecianos  
promeruisse, ut vnicus defensor eius ordinis existimare-  
tur: ideo omnes nobiles et locupletes et illum adspecta-  
se, fecūtis, coluisse, vt propugnatorem Senatus maiestas-  
tisque vindicem suae, quod de Appio Laius. Non igitur  
forte aptius, qui *Consul*, quam *quia*, vt visum viro  
docto. Cap. 31. *Occiso Tib. Gracchus, quem regnum pa-  
rare aiebant, in plebem Romanam quaestiones habitaæ sunt.*  
*Post C. Graecchi et M. Fulvii caedem, item ordinis vestri  
multi mortales in carcere necati sunt. Viriusque cladis*

*non lex, verum libido eorum finem fecit.* Sed in primis Sallustius eodem libro cap. 42. vbi inter caetera: *Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usq; mortalis multos ferro aut fuga extinxit, plusque in reliquum sibi timoris quam potentiae addidit.* Vides, quare iactatis Gracchis *victo iure minax Curia* dicatur: vides quain recte probaverint in primo Sallustii loco vett. libb. scripturam, *victoriā nobilitatis*, viri docti, pro quo nescio qui, *vindictam*, supposuerant. nam quod proximo loco est *victoria vti*, id illic est *victoriā exercere*. Valerius Maximus lib. 9. cap. 2. de L. Sulla: *dum quaerit victorias, Scipioneū se populo Romano, dum exercet, Hannibalem representauit.* Vbi pessime Pighius ex duobus corruptis libris: *dum saeculiam exercet*: Colerus vero, lego, inquit, quicquid Pighius supponat: *dum victoriā exercet.* At in veteri lectione verbum *exercet* sensu repetit ex praecedenti, intelligitque *victorias*. Liuius lib. 2. vbi narravit Genucium Tribunum sub ipsum tempus grauissimae instantis actionis domi mortuum inuentum: (c. 55.) *Sub banc pessimi exempli victoriā delectus edicitur.* Et sic saepe etiam de modestiorum ciuilium certaininum fine. Ibidem paullo post: *incerti quatenus Volero exerceret victoriā.* Aurelius Victor Octauiano: *mox procerum consul-to ob victoriā patriam placide exercitam Augusti cognomento dictus.* Non male Barthius, *victoriā in patriam.* Dubito tamen, an non sit verius: *ob victoriā partium:* et certe verius. Ouidius lib. 2. Tristium: (v. 43.)

*Tuo veniam parti superatae saepe dedisti.*

Rursum Lucanus lib. 3. in verbis Cottae ad Metellum Tribunum: (v. 150.)

*Ocius auertat diri mala semina belli.*

Alibi audiendus vir summus, qui sic incongrue legi scribit, subslituitque, *auertant.* Verbūm hoc interdum propriū est de rebus illis, quas ex aliena in nostram potesta-

teina

tem et ditionem, vt plurimum fraude et malis artibus, redigimus. Vetus Poëta apud Ciceronem lib. 3. de nat. deorum: (c. 29.) *Aut tu illum fructu fallas, aut per literas suertas aliquod nomen.* Ipse Cicerò primo actionis secundae in Verrem: (c. 4.) *istum in quaestura pecuniam publicam auertisse.* Et iterum: *auerfa pecunia publica.* Lib. 2. (c. 58.) *auerti pecuniam domum non placere.* Lib. 5. (c. 28.) *omne aurum et argentum ablatum et auersum.* Eademque: *auerfor pecuniae publicae.* Et alibi: Caesar 3. de ciuili: (59, 3.) *stipendiumque equitum fraudabant et praedam domum auertebant.* Liuius lib. 33. (c. 47.) *quid eorum ordinarii recipublicae usus consumerent, quid peculatus auerteret.* Non aliter accipit Horatius lib. 2. sat. 4. (v. 37.)

*Nec satis est cara pisces auertere mensa.*

In quo quanti viri peccauerunt! Lambinus et Torrentius, et si fateantur in pluribus MSS. esse *auertere*, malunt tamen *auerrere*: neque enim minore negotio saepe pisces et macello ob licitantium improbitatem quam e mari auerti; mensanque intelligendam, in qua venales sunt pisces. Cuiacius in lib. 4. Codicis tit. de commerciis et mercatoribus *auertere* ait esse quasi auersione magnam copiam emere. Alii simpliciter auferre pretio seu einere, sine intellectu fraudationis alicuius et *caram mensam* cum Acroae piscatoriam in macello. At si me audias, haec est hominum lautiorum et carius coenantium, non piscatorum: *auertere autem cara mensa pisces* est fraudare mensam alicuius delicati obsonio illo. Sic dicit quidem pro emere, sed significans phrasim Satiram decente, nisi ille, de quo loquitur, eos emisset, futuros fuisse mensae plerumque *carae* partem; nunc quia emit iste, mensam pretioso instructam cibo iis esse fraudatam. Non satis est comparare te pisces, quibus aliquam nepotinam mensam defraudes; hoc est caros et pretiosos. Quod tu emis aut

absumis, eo alii, qui id sibi destinarent, aut qui alioquin acciperent, videntur fraudari. Sic de aliuo:

*Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.*

Pari lusu Plinius a Petronio morituro trulla inorrhina confracta, mensam Neronis ait *exhaeredatam* lib. 37. cap. 2. Seneca de constantia sapientis inter togatorum latrocinia memorat: *si magno labore adfectata haereditas auersa est.* Valerius Flaccus lib. 5. (v. 629.) *Vellera sacramenis sperantem auertere lucis.* Cicero idem in diuinatione (in Caec. f. 57.) dixit *ad se vertere*: sed et *conuertere* lib. 3. de officiis c. 19. *neque huic, quem paullo ante fingebam, dicatorum percussione haereditates omnium posse conuertere.* Quam viuū verbi non perceperunt viri doctissimi. Turnebus lib. 20. Aduersar. cap. 13. miratur quemquam esse, qui non videat legendum: *conuerrere*: idque in quibusdam antiquitatis monumentis repertum sibi. Nec secus P. Nannius. Quibus obsequutus Gruterus ita edidit, et si iubeat ociosiores cogitare, an locum habeat, post se *conuerrere*. Bernardus Gualterus t. miscell. 6. legendum arbitratur, *cernere*. Carolus Langius et si facietur quibusdam in libris inuentum *conuerrere*, probat tamen magis *conuertere* propter sequentia: esse enim id quibusdam vel ut praestigis in testamenta irrepere. Quasi in mente habuerit quod Horatius de venenis: (Epod. 5, 88.) *non valent Conuertere humanam vicem.* Nec Lambinus aliter, et si aliunde et commodius arcessat translationem. Caeterum nec patior corrigi illam lectionem pluribus codd. interque alios nostris membranis non malis custoditam; neque aliter dictum est *haereditates conuertere*, domum nempe aut ad se, quam quae Senecae *auersa haereditas*. De prouinciis consularibus: (c. 3.) *vectigal ac portorium Dyrrachinorum totum in huius unius quaestum esse conuersum.* Primo de officiis: (c. 14.) *si in suam rem aliena conuertant.* Frontinus 4. Strateg. 3. (15.) *nihil ex tantis manubiis in suum conuertit.* Est in eadem re et *interuer-*  
*tere*

tere frequentissimum. Sed illud non ita protritum, quod apud Plautum Afin. a. 2. sc. 2. (v. 92.) *argentum intervertam et aduentorem et Sauream.* Sic enim praeter vinum, in quo est argento, omnes habere MSS. oculati testes. Et quidem interuertere rem dixit et Petronius: *si mehercules interuerterent pecuniam vestram.* Etsi hic quoque mutauerint, *pecunia vos.* Sed eos prohibet imitatio Iulii Capitolini in Pertinace: *a seruis, qui rationes interuerterant, falsis testimoniis appetitum cum esse dicebunt.* Ipse autem Plautus se iuuat sunillima locutione Pseud. a. 1. sc. 5. (v. 114.) *Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit, Eam circumducam lepide lenonem.* Neque hic faciendum cum nonnullis, Ea. Curculione a. 5. sc. 2. (v. 30.) *vnde illunc babeas annulum, Quem parasitus hic te elusit.* Varro Mysteriis apud Nonium in portidores: *aes defraudasse coponem, bonam luto obleuisse, tum portidores erram duxerunt.* Sic habent MSS. codices Nonii, et, quem oculis usurpauit, summi pretii Vossianus, nisi quod et ipse bouam; quod Turnebus censuit esse vas, vinarium longum, turgidum et amplum, ad boae serpentis similitudinem. Pro eodem Cuiacius, *obbam.* Auson. Popina, *onam*, genus ficorum: et deinde: *portidores aera induxerunt:* notari ridiculam et malitiosam imposturam cauponis seu cupedinarii, qui onam ficum luto obleuerit; quod portidores callidi et urbani, quasi in fraudem portiorum factum, multarint. Saltem docuisset, quomodo *aera inducere* sit multare. Quaedam editiones: *aera indire.* Nos legimus: *aes defraudasse coponem, coponam luto obleuisse, cum portitore serram duxerunt.* Loquitur de homine desperatae et effrontis impudentiae, qui nullum vilissimae turpitudinis genus se indignum ducat. Illum aere fraudasse coponem: ut de quo Q. Cicero de petitio-ne consulatus: *caupones omnes hic compilare per turpissimam legationem maluit.* Deinde, fores stabuli seu tabernae, non elogiorum impleuisse carbonibus, sed luto obleuisse: denique cum portitore de scratis ac friuolis,

quae

quae secum portaret, litigasse. Nam duxo pro duxisse est: *ducere autem serram Varroniana phrasis. lib. 3. de R. rust. c. 6. (l. 1.) De pauone libere licet dicas, quoniam discessit Fiscellius, qui, secus si quid diceres de iis, gentilitatis causa fortassean tecum duceret serram.* Hanc ego ex palmariis Scaligeri in Varrone obseruationibus duco, quam tamen improbat ipse prae altero *sertam*: ita saepe prauos foetus nostros preeferimus rectis, spuriis legitimis. Posthac vetus scriptura huius loci et imitatione ipsius Varronis in illo tuta erit. Theophrastus in Charaktere *αποροντας* ponit πανδοχεύσας καὶ ποργυοβοσκήσας καὶ τελωνῆσας. Quanto melius cum his rixari? Iustinus (21, 7.) de Dionysio vere *απορεοντημένῳ: apud aediles aduersus leones iurgari.* Defraudasse aes coponem intellige istum hominem de quo et caetera, syntaxi Plautina, quam dicebamus. Sic ergo quoque Lucanus *auertat.* Sine, o Metelle, inquit Cotta, vertat ad se Caesar pecuniam, quae semen belli est, illud aurum et argentum, omnium scelerum materiam Lycurgo iudice. *Auertat semina*, vt Virgilius lib. 7. (Aen. v. 522.) *auxilium castris effundit apertis.* Sic Liuius (I, II.) Tarpeiam ait *sua ipsum peremptam mercede.* hoc est, eo quod sinistris manibus gestabant Sabini, quam mercedem pacta erat. In declamationibus Fabio adscriptis, Pasti cadaueribus: *salutem nostram alacris admetiris.* hoc est, frumentum. Lib. 8. versu 826.

*Haud equidem immerito Cumanae carmine vatis  
Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora  
Hesperius miles ripasque aestate tumentes.*

Si lectiones quae possunt intelligi, sollicitari nefas, frustra hunc locum adhibuimus: sed si veterum librorum scripturae debent aestimari ex stylo et genio auctoris, produco longe meliorem et digniorem Annaeo ex MSS. membranis Andinis: *ripasque aestate carentes.* Aestatis opus est in fluuis, vt decrescant et laxe ripis contineantur; hiemis, vt intuineantur, et ripas egrediantur. Quibus

bis alterutrum horum consueto tempore non accidit, vel aestate vel bieme carere ob perpetuum earundem partium anni effectum deficiente elegantissime dicuntur per notam μετωνυμίαν causae efficientis. Gelo Syracusanorum tyrannus apud Herodotum lib. 7. legatos Atheniensium abire iubet αὐγγέλλοντας τῇ Ελλάδι, ὅτι ἐκ τῆς ἐνιαυτῆς ἔτης αὐτῇ ἐξαρσιέντας. In contrarium Virgilius Georgiorum secundo in laudibus Italiae (v. 149.) : *Hic ver affidum, atque alienis mensibus aetas.* Statius lib. I. Thebaid. (v. 635.) et in totum regnaret Sirius annum. Sic noster ipse de tellure sterili : *et immotis annum non sentit arenis.* Sic media aestate hieiem ait esse Statius in Tiburtina Vopisci villa : (v. 7.)

*Talis hiems tectis, frangunt sic improba solem  
Frigora, Pisacumque domus non aestuat annum.*

*Hiems tectis*, quae nimium aestatis calorem arcent et procul habent. Notum vero et Nili Tis η παρεὶ τὰς ἀλλαγὴς ποταμοὺς ιδίαζσα Φύσις, καὶ ὥπθεν τὴν θεριὴν ὥστε μόνος τῶν πάντων πλημμυρεῖ, verbis Heliodori lib. 2. Aethiop. Plinius lib. 18. cap. 18. *Nilus ibi coloni vice fungens euagari incipit a solstitio aut noua luna, ac primo lente, deinde vehementius quando in Leone sol est: mox progressus in Virginem transgresso, atque in Libra refidit.* Noster lib. 10. (225.)

*Nilus neque suscitat vndas  
Ante Canis radios, nec ripis alligat amnum  
Ante parem nocti Libra sub iudice Phoebum.*

Quo libro firmat omnino scripturam nostram illud:

*confurgere in ipsis  
Ius tibi solsticiis, aliena crescere bruma,  
Atque hiemes efferre tuas.*

*Hiemes* vocat abundantiam aquarum, quam in nostro orbe tempore fere hiberno experimur. Scribo autem *efferre*,

vt

ut habent quidam codices et vetustissima Romana editio, non adferre. Plinius in Paneg. (c. 30.) *quia piger Nilus cunctanter alueo sese ac languide extulerat.* Imitatus Statius quarta Thebaide: (v. 705.)

*Sic ubi se magnis refluxus suppressit in antris  
Nilus, et Eoae liquentia pabula brumae  
Ore tenet.*

Recte scholiares vetus: *illo tempore, quo bruma apud Aegyptum esse creditur:* si intelligas hanc inundationis brumam: male *pabula liquentia* interpretatur *Aegypti liquore nascentia*, quasi frumenti pabula intelligentur. Illud tolerari potest, quod sequitur: *ergo hoc facit Nilus* (puta aestiuo tempore,) *quod apud alias gentes bruma*, id est, imbræ. Sed *pabula liquentia Eoae brumæ*, sunt ipsæ aquæ, quibus pastus, saturatus, grauidus et exuberans Nilus aestate media brumam Eoam seu Phariam facit. Ea pabula, cum decessit, *ore*, hoc est, capite seu fonte, vnde emittuntur, *tenet*, comprimit, nec illas exspatiari finit. Videtur igitur dupliceam brumam habere illa coeli plaga, alteram inundatione, alteram tempore. Atque hinc *riparie Nili aestate carentes*. Finiam leuiter iuuando locum in omnibus, quotquot adhuc sunt visi, tuum scriptis tum editis codicibus, deprauatuin lib. 9. versu 888. de Psyllis:

*Profuit in mediis sedem posuisse venenis:  
Pax illis cum morte data est.*

Quid audio? ergo non moriuntur Psylli? Immo, inquit doctus commentator, naturali morte, non veneno extinguuntur. At non hoc efficiunt verba; non est haec pax vno modo non laedi, sed in vniuersum non laedi. Apud Plautum Mostell. a. 2. sc. 2. (v. 82.) ait seruus: *pax mihi est cum mortuis.* Annon dicit sibi ab illis nihil esse mali, nullo modo se ab illis infestari? Apud Annianum Fritigernus, quia suos ad oppugnandas vrbes rudes et imperitos videbat, abirent negotio imperfecto suafit,

*pacem*

*pacem fide esse cum parietibus memorans*, lib. 31. non cum muris ac moenibus se bellum gerere. Iam an naturali potius, quam ferro, quam aqua, quam praecipitio, ruina incidente, laqueo, inedia? Non video quomodo pax sit cum morte, qui tot viis ei sunt opportuni: immo quod vel vna ex omnibus, ideo pax illis cum morte non est. Tu vero scribe: *Pax illa cum morte data est.* Hoc est, cum illo genere mortis pax illis fato et dono deum concessa est: veheha illis mortifera non sunt. Non potuit aliter Lucanus scripsisse. Conferenda et haec cum illo, quod habet Esaias Propheta ex sensibus impiorum Cap. 28. (v. 15.) עשו נח צח כרתו את מות ועם תואל. LXX: ἐπομεῖμην διαθήκην μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ μετὰ τοῦ θεράπευτος συνθήκην.

## CAPVT VI

*Liuī in Syphacis bistoria aliquot loca constituta. Iusta militaria, hospitalia. Reddere iusta. Columella illustratus. Rescriptum D. Piī emendatum. Sufficientia iusta et praebita. Iusta matronarum apud Lucanum. Iustum. Ciere tumultum, Martem. Silius Italicus emendatus. Ad eosdem penates esse. Ad penates dimicare. Ieo-*

*rum medicina Liaio.* Proper-tius bis correctus et explicatus. Sumere oscula admota ad ora manu. Varro illustratus. Ad comparationis. Valerius Maximus restitutus. Fluctuari. Rursum Liuio vetus lectio redita. Sincerum equestre prae-lium. Kadagōs κόδερος. Silius Italicus de coniectura sanatus.

**R**omanæ gloriae et Afrieani triumphi magna accessio fuit Syphax Masaefulorum rex. Foedus amicitiamque eius duo eodem tempore de principatu orbis terrarum disceptantes populi, duo summi duces, Hispaniae alter olim, alter cum maxime domitor, petierant. Pactus cum utroque meliores impotenti amore circumscriptus deseruit, et vitam Carthaginensium fortunam amplectendo

etendo se regnumque suum praedam victoris et fideli non impune violandae memorabile exemplum reddidit. Huic igitur historiam, quatenus ad ipsos pertineret, suae diligenter intexuerunt Romani scriptores: utque illis alibi persaepe, sic hac quoque parte seculorum proximorum nocuit imperitia: quam nos pro virili emendare cupidi, aliquot loca praedicti regis mentionem habentia, pristinae sinceritati restituta in hoc caput coniicieimus. Libro 24. cap. 48. P. et Cn. Corneliorum ad regem legatio describitur, utque petente illo ex tribus centurionibus, qui missi erant, viuis (Q. Statorio nomen fuit) pedestris armadae et instituenda militiae causa in Numidia manserit. De quo mox: *Et Statorius ex multa iuuentute regi pedites conscripsit, ordinatosque proxime morem Romanum instruendo, et decurrente signa sequi et seruare ordines docuit, et operi aliisque institutis militaribus ita adsuefecit, ut breui rex non equiti magis fideret quam pediti.* Scio lib. 8. (6.) Latinos dici Romanis, lingua, armorum genere, institutis ante omnia militaribus, congruentes: sed hic e MSS. codd. (nouem minimum consuluius) reponendum: *et operi aliisque iustis militaribus ita adsuefecit. Iusta* sunt certus quidam modulus rerum statu tempore faciendarum, fungendarum, dandarum, percipiendarum: quoduis pensum, officium, solennia, ἔθιμα. Cicero de haruspicum responsis: (c. 10.) *omnia solennia ac iusta ludorum omnibus rebus obseruatis, summa cum caerimonia esse seruata.* Sic hospitalia iusta noster lib. 9. (c. 6.) Et venientibus Capuam cunctus senatus populusque ab iusto egressi, iustis omnibus hospitalibus priuatisque ac publicis funguntur officiis. Eodeinde libro Postumius: (c. 8.) *interca Consules exercitum scribere, armare, educere placet: nec prius ingredi hostium fines, quam omnia iusta in ditionem nostram perfecta erunt.* Columella lib. 1. cap. 8. (f. ii.) *Nulla est autem maior vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio: ut iusta reddantur; ut villicus semper se repraesentes.* Vbi perperam Fulvius Vrfinus redda-

*reddatur, quasi id verbum referretur ad vocem, exactio, ut et iusta numero singulari. Repugnat auctor ipse lib. II, cap. 2, vbi se ipse imitatur: Nulla est autem vel nequissimi hominis amplior custodia, quam quotidiana operis exactio: nam illud verum est M. Catonis oraculum: nihil agendo homines male agere discunt. Itaque curabit villicus, ut iusta reddantur: itaque non aegre consequetur, si semper se representauerit. Sic accipi debuit in rescripto D. Pii in Collatione Mosaicarum et Romanarum legum tit. 3. Seruorum obsequium non solum imperio, sed etiam moderatione et sufficientibus praebitis et iustis contineri oportet. Vulgo editum: iustis operibus contineri: nos vocem operibus iure eradiunt. Neque enim hic agitur de seruilibus operis, aut praescribitur domino, ad quod opus eos accingere debeat. Iubetur clementer tractare mancipia, non scilicet severitate solum et duro imperio, sed patris etiam familiae more nec maligno demenso. Cicero lib. I. de officiis: (c. 13.) Est autem infima conditio et fortuna seruorum, quibus non male praecipiunt, qui ita iubent uti, ut mercenariis; operam exigundam, iusta praebenda. Columella lib. I. de re rustica: tantoque curiosor inquisitio patris familias debet esse pro tali genere seruorum, ne aut in vestiariis aut in caeteris praebitis iniurioso tractentur, etc. itaque diligens dominus cum et ab ipsis tum et ab solutis, quibus maior est fides, querat, an ex sua constitutione iusta percipient. Seneca vocat vel praebenda vel necessaria lib. 3. de benef. cap. 22. De iuriis dominorum in seruos positus est, qui et sacuittiam et libidinem et in praebendis ad victum necessariis auaritiam compescat. Restituimus eandem vocem in superioribus observationibus Lucano lib. 2. v. 339. vbi Marcia ad Catonem loquitur:*

*Dum sanguis inerat, dum vis materna, peregi  
Iusta, Cato, et geminos excepti foeta maritos.*

Qo

Nein-

Nempe maximum et praecipuum munus foeminarum est concipere ac tueri conceptum, vt ait Vlpianus l. 14. de aedil. edicto. Quare hanc emendationem nonnihil indignabar aliquando me summo nostro, summi ingenii viro, parum probare. At magnum fecerit ille, si vulgatum mihi probet, aut cuiuis attentius consideranti. Quae enim, obsecro, iussa peregerit Marcia? nempe geminos excepit maritos. Scilicet iubere poterat Cato, primum ut sibi nuberet, deinde ad Hortensium ut dederetur. Quis audiuit, foeminam, cum nubit, ab ambiente iuberi et iussa peragere? dein si aut maritus vxori nuntium remisit, aut vxor a marito diuortit, eam viro in mulierem esse potestatem, ut iubere possit, cui secundis omnibus nubat? Neutrūm vero potest tolerari. Iam si haec sunt iussa, an ad ea iussa requiritur, ut insit sanguis, ut vis materna? Anus igitur et floris exoleti mulieres iussa peragere, hoc est, nubere non possunt. Multo absurdius est, iussa peragere, explicare parere aut liberum quaerendorum, quantum ad matronam pertinet, officio defungi: cuius tamen sententiae illic verba requiri constat. Vere igitur iusta requirunt, quem pudice vocat *sanguinem et vim maternam*: neque enim sine his iusta illa matronalia siue vxoria praestantur. Sed et praecesserat ex persona Poëtae narrantis: *connubii pretium mercesque soluta est Tertia iam suboles.* Quid hoc aliud quam prioris connubii iusta peracta? Porro sic etiam iusta funebria dicuntur. Charisius et Diomedes plurale tantum volunt. Intercedit Plinius lib. 9. c. 22. macerari triduo iustum. Lib. 12. cap. 25. *Alexandro Magno res ibi gerente, toto die aestiuo unam concbam impleri iustum erat.* Lib. 17. cap. 27. *Iustum existimant in denos pedes quadrator tres modios.* Lib. 18. c. 9. *Vnus frondator quatuor frondarias fascinas implere iustum babet.* Lib. 19. cap. 1. *Iustum est e quinquagenis fascium librīs quinas denas carminari.* Lib. 33. c. 9. *Alii e pondere subtrahunt, cum sit iustum tres et octoginta e librīs signari.* Narratur Lib. 28. Liui cap. 17, *Scipionis accessus ad regem, et con-*

consilium Poenorum opprimendi eius ante portum. Ibi verba: *Percussa enim ex alto vela paullo acriori vento, prius in portum intulerunt quinqueremes quam Poeni ancoras molirentur: nec ultra tumultum agere quis quicquam in regio portu audiebat.* Sic dedit Rhenanus, acuto scilicet sensu, quasi tumultum facere, non viam, in portu regio licuerit. Inuenierat in codice suo: *tumultum agere quisquam.* Sed utrumque comituni suffragio octo codd. damnatur, quorum quinque: *nec ultra tumultum ciere quisquam in regio portu audiebat.* Regius unusque Mediceus, et si non habent ciere, sed edere quisquam, ut ante Rhenanum vulgatae, tamen eodem puncto suspectum reddunt, quod induxit Beatus: sic et alius, in quo *dere*, ostendit coaliisse duas literas et occasionem corruptioni dedisse. Nos quare antiquam spernamus, nihil causae videimus. Non ultra, postquam eo peruererunt naues, quisquam Poenorum, quippe in regio portu, tumultum ciere ausus est. Atque idem verbum reddendum Silio lib. 6. versu 307. Xanthippo Lacone:

*Iam Martem ciere atque astus adiungere ferro  
Et duris facilem per inbospta degere vitam.*

auctoritate scripti Oxoniensis et Ro. editionis. Vulgo legis: *Martem regere.* Noster lib. I. (c. 12.) *principes utrumque pugnam ciebant.* Quod autem mox apud Liuuin cap. 18, *quoniam fors eos sub uno tecto esse atque ad eosdem penates voluisse:* ut unanimes octo nostri: Sigonius non dubitat resungi debere: *atque in eodem penate:* non dubitamus nos ipsum allucinari, et si Scaligerum ad Festi, *Penatis,* et alium doctissimum virum habuerit suffragatores. Nihil isto φωμακότερον. Propertius lib. 4 Eleg. 4. (v. 33.)

*O vitam ad vestros sedeam captiuam penates,  
Dum captiuam mei conspicer ora Tati.*

Edunt: *conspicer esse.* Sed puto amore aegram Tarpeiam laborare magis, ut spectet amatuin ipsa vicinior,

quam ut apud illum in vinculis spectetur. Dūm ego capta, inquit, conspicer ora mei Tatii. In Commeliniano erat: *arma Tati*. Ex compendio scribendi errores enati. Sed et similiter peccatum apud eundem lib. i. Eleg. 3. (v. 12.)

*Et quamvis duplice correptum ardore iuberent  
Hac Amor, bac Liber, durus uterque deus,  
Subiecto positam leuiter tentare lacerto,  
Osculaque admota sumere et arma manu.*

Quid est, *oscula et arma sumere?* Scaliger olim coniecit, *sumere tarda*; fortasse tamen melius putat, *sumere certa manu*, ut sit *certa*, non reluctantia. Palmerius, *sumere inerma*. Quod vero suggerit Gebhardus, nihil mutandum, et poni ordinem, quem soleant armatores tenere, post salutationem osculum illecebram stupri; noua et intacta vocari, quae iam argentea, ut quidem vult Iuuenalis, secula videre, facile patior: sed neque de tali re agitur neque sic eam significare Propertii est. Nihilo sanius *admodum sumere amara manu*: et si cum praefatione imputetur apud Barthium lib. 9. Aduers. c. 10. Confirmati dum suis scripsisse Poëtam: *Osculaque admota sumere ad ora manu*. Quae enim certior aut communior osculandi ratio quam prehensis genis mentoue labra iungere? Sic ipse alibi: (i, 19, 27.)

*Oscula suspensis instabant carpere palmis.*

Sed ad rem. Vides, *ad vestros penates sedeam*, Propertii esse Latinum; *aduersos* Gebhardi non nauci. Eodem modo scribendum lib. 22. cap. 8. *ut muros turresque urbis firmarent, et praesidia disponerent, quibus locis videbatur, pontesque rescinderent fluminum*: cum Poenis pro urbe dimicandum esse, quando Italiem tueri nequivissent. Hanc lectionem, quae ab Sigonio in vulgatas passim venit, iam olim cusim reperio in editione Augustini Becharii eandemque poene in Andreae Veneta, nisi quod, ac cum Poenis pro urbe. Taruifina et Aldina: ac cum penatisibus pro urbe. Moguntina: ac cum pro penaribus. pro

*pro vrbe*: quod retinuerunt eam secutae usque ad Sigoniu[m]. Fuit vir doctus qui inde coniceret: *actutum pro penatibus, pro vrbe.* Sed omnes hos conatus vanos reddit vnicus ille Puteanaeus, in quo tantum: *fluminum ac penatibus*: quem Petav. melior duoque Flor. sequuntur. Ergo fidenter scribe: *pontesque rescindere: it fluminum: ad penatis pro vrbe dimicandum esse, quando Italiam tueri nequissent.* Perinde est ac si diceret, domi. Lib. 21. extremo: (c. 63.) *magis pro maiestate videlicet imperii Arretii quam Romae magistratum initurum, et in diuersorio hospitali quam apud penates suos praetextam sumturum.* Lib. 30. c. 14. *vt quo die captam hostem vidisset, eodem matrimonio iunctum acciperet, et ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret.* Sic enim scripti, et si nihil hic ad sensum differunt *ad et apud* particulae. In hac ipsa historia lib. 24. c. 48. restituimus e MSS. Q. *Statorio non men fuit, qui ad regem remansit.* Vbi vulgo *apud*. Et plura eiusmodi ad Liuium. Sic accipiunt Victorius et Scaliger et Lipsius apud Varrone lib. 1. de re rustica cap. 2. (l. 12.) *Ad te enim rudem esse agriculturae nunc, olim ad Stolonem fuisse dicunt. Ad te, aiunt, est apud te: et sumtam translationem a gladiatorum vel lanistaru[m] rude.* Non adsentior. *Ad hic comparationis est, vt in illis, Grammatice ad Scaurum, disputator ad Cleanthem.* Livius: *Homini non ad caetera Punica ingenia callido.* Significat Varro iactari proverbio Romae, *vt si quis laudetur agriculturae peritus, continuo subiiciatur: tamen ad Tremellium Scrofam rудis est.* ideinque factum olin in Stolonibus, quorum genti laus haec erat haereditaria: *fuit ille callens agriculturae, sed tamen rудis erat ad Stolnem.* Ut Cicero quum lib. 2. de Oratore (c. 6.) Persum Romanorum doctissimum dixisset, addit de Laelio Decimo, quem cognouimus virum bonum et non illiteratum: *sed nihil ad Persum.* Sic apud Terentium: *At nihil ad nostram hanc.* Eodem cap. 18. tantum ducem Romanum, *relicta prouincia nouae ditionis, relicitis exercitibus, dua-*

*bus nauibus in Africam traiecisse, et commississe se se in hostilem terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam.* Dicimus in optimis codi. non comparere *to nauibus*, tunc, et *commississe*, denique, *in potestatem*. Primum, quia in Put. est *duabus*, vicinitate similium literarum elatum esse crediderim, ideoque recte additum: sed caetera omnino ad arbitrium optimorum librorum constituenda: *duabus nauibus in Africam traiecisse se se, in hostilem terram, regiam in fidem inexpertam.* Vbi intelliges *venisse* aut ipsum *traiicere* hanc vim habet, ut quoniam qui Romanorum traiiceret in Numidiam, non posset quin *venire* in hostilem terram et fidem regum inexpertam, dixerit *traiecisse se se*, pro *traiiciendo* se *venisse* vel se *permisisse*. Hae locutiones sunt praegnantes sensusque vberioris quam verborum, quibus in primis delectantur historici: quas qui non reperunt, tot additamentorum in Livio sunt rei, et hic quoque suum *commisso* intraverunt: addiderunt *in potestatem*, ne unum substantinum duo apposita haberet adiectiva: cuius causa aliud deleuisse eos alio exemplo mox ostendetur. Certe, *duabus nauibus in Africam traiecisse se se*, legit apud Liuium et imitatus est Valerius Maximus et ipse insigni modo leuandus lib. 9. cap. 8. *Quam rem re se Africanus superior ex Hispania duabus quinqueremib[us] ad Syphacem traiecit, in usus Numidae infidis praeorditis suam pariter et patriae salutem depositurus?* Itaque ex igno momento maxima rei casus fluctuauit, *vrum capessus an victor Scipio Syphacis fieret.* Ita satis audacter Pighius e duobus libris, qui quidem non fuerunt vniuersallis, si caetera ad istud exemplum. Omnes eius fine dubio alii, ut et vulgatae ante illum et quos nobis MSS. vindere contigit: *maximae rei casus fluctuatus est, vrum interfector an captiuus Scipio Syphacis fieret.* Quae et ipsa corrupta, sed multo leuiori manu sanitas et acumen Vale-  
rio potest redi. Nempe: *maximae rei casus fluctuatus est, vrum interfector an captiuus Scipionis Syphax fieret.* Sententia arguta. Quia Scipio in potestatem barbari im-

pro-

prouide, vt vult, se permiserat, maxima rei fortunam ait ambiguo euentu pependisse, vtrum nimirum Scipionem occideret Syphax atque ita futura eluderet fata, an dimisso eodem, quantum in se erat, eadem fata admoveret, et seruati captiuus, quod accidit, fieret. Verbum autem fluctuari eadem inclinatione apud Liuum, Senecam, Curtium. Noster lib. 30. cap. 34. principum quoque signa fluctuari cooperant, vagam ante se cernendo aciem. Ita enim consensit MSS. non fluctuare et cernen-tes, vt vulgo. Iterum hoc lib. 30. cap. 4. vbi simulata pacis tractatio: *Quum saepius agitata res certiorem spem pacis indies et Syphaci et Carthaginensibus per eum faceret; legati Romani vetitos se reuerti ab imperatore aiunt, nisi certum responsum detur.* Sic sane dedit Andreas, neque aliter Moguntina. Sed Aldina et prima Basileensis: *ad imperatorem.* Ideo Rhenanus se castigasse ait iuxta fidem scripti voluminis, *ab imperatore:* eaque verba respicere τὸν νεκτόν, non τὸν θεού, quod non attinaduertisse, qui mutauit. Huc inclinat et Glareanus: nam utique, inquit, legatis Romanis licebat ad suum redire imperatorem, sed ab imperatore ad Syphacem non reddituros, id enim uero minabantur, vt tandem responsum elicerent. Sed enim Put. et quicquid est meliorum clare, *ad imperatorem.* Deinde confirmat hoc Polybius lib. 14. Ταῦτα δὲ παρεργονεις ὄμενος, ἀμας διεπέμπετο τέρος τὸν Σύφακας, πινθενομένος ἐαν συγχωῇ τοῖς παρεκκλιμένοις, εἰ κοὶ Καιρχηδονίοις ἔσοις ταῦτα κατὰ νοῦν, καὶ μὴ πάλιν ἐνορνοῖ φίσεσθαι βαλεύεσθαι περὶ τῶν συγχωρουμένων ἀμας δὲ τούτοις προσενετείλαστο τοῖς πρεσβυταῖς, μὴ πρότερον ὡς αὐτὸν ὀπίσσειν, πεινὴ λαζαρίν αἴπορεισιν υπὲρ τούτων. Ad contradictionem Glareani respondeamus: nihil fuisse minatos legatos Romanos: aliqui non fecissent opinionem, cupidum pacis esse imperatorem: id quod ex eo maxime collegerunt hostes, quod non nisi certo responso iussi essent discedere. Hoc idem confirmat Polybius: ait enim his auditis τὸν Νεμάτον πεισθῆναι, διότι πρὸς τὸ συντελεῖν,

λένι ἐστὶ τὸς διελύσεως ὁ Συρῆνος ἐπὶ τῷ Φάνει τὴς πρό-  
σθετος μητρότερον απαλλαγῆσθαι, περὶ οὐ λαβεῖν  
παρὰ αὐτῷ τὰς αἰποχρίσεις, ἐπὶ τῷ διευλαβεῖσθαι τὴν  
τῶν Καρχηδονίων συγκαταβασιν. Prudenter autem acci-  
piendum illud *vetitos reuerti*, non quasi nunquam videre  
ipis imperatorem liceret, si responsum non accepissent,  
neque ut infinitum, sed ut commodum et sufficiens ad sta-  
tuendum tempus sibi datum Syphax et Poeni scirent. Eo-  
deus libro cap. II. ubi postrema Syphacis cum Laelio et  
Masinissa pugna narratur: *Ita cum a paucis praeclio accer-  
ta, omnem verimque postremo exercitum certaminis stu-  
dium effudit. Ac dum equestre praelium erat, multitudine  
Masagorum, ingenia agmina Syphace emittente, su-  
fficeri vix poserat.* Rhenanus prior huic loco manum  
attulit, quasi germana lectio esset: *omnes verimque pa-  
cifico equitum certaminis studium effudit. quis, ergo,  
supra Syphax non modo equitem in turmas, sed et pedi-  
tum in cohortes tribuisse dicebatur.* Hunc sequatus Si-  
gonius, quam nunc habemus, ex suo codice nobis pro-  
pinauit. Fieri potest: at scio nouem membranas exhibe-  
re: *omnem verimque postremo equitatum certaminis stu-  
dium effudit.* Et si Syphax pediti suo parum confisus  
(quippe non hic erat ille a Statorio ordinatus et discipli-  
na Romana instrutus, sed novus et inconditus) fuit Li-  
vius, (quia et Romanus equitatus velite tantum intermis-  
to solus fere praelium id confecit, et ne conspectus qui-  
den legionum hostes sustinuerunt) peditum inducere no-  
luerunt: quid id ad nos, aut unde haec licentia? De equi-  
tatu verimque solo loquitur: de peditibus max dictum  
Romanos nominat, quia operae pretium fecerunt vel in-  
eiendo certamen; de Numidis tacet, quia antequam veni-  
rent ad manus, fugam orsi sunt. Quod ut certius adfir-  
meamus, faciunt septem codices una voce auctiones: *As-  
dum sincerorum equestre praelium erat. quamvis duo sincere.*  
Illo modo reponendum omnino, et *sincerum equestre  
praelium nihil est aliud quam tantum equestre, sine mix-  
tura*

tura aut interuentu peditum ab solo utrumque equite certatum. Sic καθαρὸν πόλεμον Heliodorus lib. I. ἦν δὲ τὸ πόλεμου καθαρὴ τὰ φαινόμενα σύμβολα, αἷς ἀνεμέμικτο καὶ ἐνωχίας οὐκ ἐντυχεῖσσι, αἷς εἰς τὸ τέτο ληξάσης αἰλεῖναὶ λείψανται. Male interpres, iusti praelii; solius vel sinceri debuissest. Plutarchus de animi tranquillitate: τῶν αὐθεωπίνων καθαρὸν θεῖν, θεῖδε αἱργύες. Consolatione: τὸ ἐνΦρεσίνων αὐτῆς καθαρὸν τε ὃν αἰτεχνῶς καὶ πάσης αἱργύες οὐγῆς καὶ μέμψεως. Solidam et sinceram felicitatem Valerius Maximus lib. 7. c. 1. ubi vulgo *secura*: sed illud praeter Modianos habent codices, quos vidimus. *Sincerus priuati ac publici officii tenor* apud eundem lib. 9. cap. II. Tacitus de moribus Germanorum: (c. 4.) *Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniae populos nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos, propriam et sinceram et tantum sui similem gentem existisse arbitrantur.* Plinius ex Varrone de Luna lib. 23. cap. 35. *si coronam circa se habebit, et eam sinceram.* Accedat Silius Italicus, apud quem lib. 16. in oratione Syphacis ad Scipionem legitur versu 202.

*regnoque meo tum cognita primum*

*Cornipedum frena atque arcus, queis cedere nostra  
Non norunt iacula.*

Laudare intendit Romanorum munera, et tamen ait se accepisse arcus, quibus Numidarum iacula non cedant: hoc est, dicit aut iacula Numidarum potiora esse sagittis exmitti arcibus solitis, aut si *iacula* pro sagittis accipias, qui ipsis essent inutiles, quod exigere illa non possent. Utrumuis ineptum. Credo autem scribendum: *queis cedere nostra Non nolint iacula.* Ita vero donum magnificat, laudat munera, sua extenuat. *Non nolint cedere, non grauentur, facile cedant.*





## CAPVT VII

*Liuī loco illustri sanitas finiae matris: illi contenti, redditā. Statarius bistrō, orator, miles, līxa. Cicero ad Atticum illustratus. Veritas quorundam actōrum scenicōrum. Q. Statarius dux exercitus Numidici sub Syphace. Q. Statarius semilixa. Aristoteles insignis locus explicans. Iphicratis dictum. Myrrhīūs Idæae, Δρῦοῖς Eleusinianis et Libanius leuēter correcti. Xenophon illustratus.*

**P**raecedenti capite viam muniūimus ad emendandum praeclarum alium Liuī locum lib. 30. cap. 28. Nec Scipioni cum Syphace inconditae barbariae rege, qui statarios semilixas ducere exercitus solitus sit, aut cum facero eius Asdrybale fugacissimo duce rem futuram: sed cum Hannibale, prope nato in praetorio patris fortissime ducis, alito atque educato inter arma. Glareanus hic considerare lectorem iubet, quem statarium somilixam vocet, tum cuius casus sit exercitus. Cui satisfacere conatus Singtonius notat lectionem sui libri: qui statarius semilixa ducere exercitum: unde conficit: qui statarium somilixam ducere exercitum solitus sit. nam semilixa et statarius, inquit, militibus magis congruent quam imperatori et regi. Sed quis non abhorreat a coniunctione istarum vocum, exercitus līxa? Non ignoro statarium fabulam apud Comicum Afrum Heautontimorumenos, (in Prol.) nec illud Ciceronis in Bruto: (c. 30.) *volo enim, ut in scena, sic etiam in foro, non eos modo laudari, qui celeri motu et difficiili utantur; sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non modestia.* Qui locus, ut hoc obiter moneam, vnicus ad defendenda et illustranda verba lib. 4. ep. 15. Ciceronis ad Atticum contra Malaspinam et Bosium: *deinde Antiphonti*

phantis (actori ludis scenicis) operam. is erat ante manus sibi quam productus. ne diutius penderas, palmam tulit. sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce, nihil tam verum. Hoc est, in quo non multa, ac poene nulla ὑπόνεστις. Porro et ibidem *statarius et sermonis plenus orator.* Minus me falleret in nostro lib. 9. (19.) *statarius uterque miles et ordines seruans, aut hostem grauem armis statariumque lib. 22, cuius erit σαδην ὑσπινη, statoria pugna vel congressio, vt vertit Ammianus (14, 6, f. 9.) recte intellectus viris doctissimis ad ipsum, non bene Durantio Casellio lib. 2. Var. 19. cuius, vt ait Aeschylus Persis de Atheniensibus, ἐγγη σαδαια νομι φρεστηδες ταχαι: qualem suum militem fuisse vellet et magno mercaretur Syphax, nollent et gratiam facerent Romani. Haud fugit etiam apud Latinum Pacatum in Panegyrico, (c. 31.) *domus negligentissimus vernula mensularumque seruilem statarius lixa, nec denique statarium prandium in Panegyrico Mamertini.* Aliud latet: nihil istorum huc conuenit. Nostri sex et duo Pall. pro qui habent cui. dein Put. Regius, Men. primus Pal. duo Itali, *Statorius.* postremum Put. Reg. Petav. duo Pall. *semilixa ducere,* Men. vnius Pal. vniusque Italicus: *ei milix adducere.* Vnde eruenda germana auctoris manus: *cum Syphace inconditae barbariae rege, cui Statorius semilixa ducere exercitus solitus sit.* Nempe Q. Statorius postquam ordinavit copias Numidarum, honoratus est ab rege summae praefecturae munere, et ut bellum cum Romanis intercessit, memor magis praesentis beneficii regii et honorum, quam sperandorum ex patria, cum imperatorum suorum filio et fratri filio pro rege congregandi non dubitauit. Quale quid de Septimio et Gabinianis militibus in Aegypto relictis historia narrat: adeo*

*Rara fides pietasque viris, qui castra sequuntur,*

Et, *ibi fas, ubi maxima merces.* Caesar lib. 3. de civili: (c. 110.) *Erant cum Achilla copiae, ut neque numero neque*

*que genere hominum neque usu rati militaris contemnendas  
viderentur.* Hae constabant ex Gabinianis militibus, qui  
iam in consuetudinem Alexandrinae vitae atque licentiae  
venerant, et nomen disciplinamque populi Romani dedidice-  
rant. Sic externos induerunt animos, quos Tacitus nar-  
rat inuentos in regia castelloque Marobodui: (Ann. 2, 62.)  
*Veteres illic Sueorum praedae et nostris e prouinciis lixae  
ac negotiatores reperti, quos ius commercii, dein cupido  
augendi pecuniam, postremo obliuio patriae suis quemque  
ab sedibus hostilem in agrum transfluit.* Eum Q. Stato-  
rium vocant *semilixa*: neque enim ultra centurionatum  
processerat apud Romanos: ut Arrium Vmbrum per tu-  
multum ac rebellionem exercitus ducem creatum P. Sci-  
pio lib. 38. Sic in Somnio Scipionis idem ille Africanus  
maior nepotem cum maxime Tribunum militum vocat  
*poene militem: ad quam tu oppugnandam nunc venis poene  
miles.* Et Decius, filio in acie caeso, cum perculsi pro-  
ximi ad solandum imperatorei multa praefarentur, fer-  
tur dixisse strenue: *detrimentum viuis militis parum vi-  
deri sibi.* De huiusmodi nominibus tam in contemtio-  
nem quam in laudem egregie Aristoteles lib. 3. (pag.  
121. ed. Sylb.) Rheticorum ad Theodecten: Εάν τε  
κοσμέν Σούλες, inquit, ἀπὸ τῶν Σελτίων τῶν ἐν τῷ γέ-  
νει φέρεν τὴν μεταφορὰν ἔάν τε φέγειν, ἀπὸ τῶν χε-  
ρόνων. Quid autem vilius in eo genere semilixa? Pergit:  
λέγω δὲ οἷον ἐπὶ τὰ ἐναυτιαὶ ἐν τῷ αὐτῷ γένει, τὸ φάναι  
τὸν μὲν πτωχεύοντα ἐυχεδόν, τὸν δὲ ἐυχόμενον πτωχεύ-  
ειν, ὅτι ἄμφω αἰτήσεις, τὸ εἰρημένον ἐσὶ ποιεῖν. Ως καὶ  
Ιφικράτης Καλλίαν μητραγυρτην, ἀλλ' οὐ δαδοῦχον  
οὐδὲ ἔφη αἰμάτον αὐτὸν εἶναι, οὐ γὰρ ἀν μητραγυρτην  
αὐτὸν καλεῖν, αλλα δαδοῦχον ἄμφω γάρ περὶ θεὸν  
αλλὰ τὸ μὲν τίμιον, τὸ δὲ αἴτιμον. Quibus verbis adiutus  
est αὐτῆς οὐ τυχὼν, qui in Nonni Dionysiaca seuerae lucu-  
brationis telum atroci stylo strinxit, cum ita scriberet:  
„Qui decorare quipiam vult, eum necesse est ἀπὸ τῆ  
„Σελτίων εἰς τὸ χεῖρον μεταφέρειν. Aristoteles pleros-  
„que

,que Achaeos et Heniochos, qui circa Pontum sedes habebant, λησάς fuisse memorat. qui horum rapacitati honestum nomen posere velit, πορισάς appellabit. Dionysium iuniorem Siciliae tyrannum μητραγύρτην dicit Athenaeus lib. 12. nihil enim vilius est, quam stipem cogere. At Xenophon Calliam, qui itidem famulus erat Idaeae Matris, δαδοῦχον vocat, lib. 6. de rebus Graecorum. Ille ut tyranni infelicem casum cum splendore tantae fortunae componeret, rem quantum potuit, maxime deturpauit: hic vero plusculum ei tribuit, ne contentionem cum videretur, qui publico munere cum aliis fungebatur.“ Sic ille passus aliquid humanum et multum diuersas sibi ac discepans ab illa subtilitate et actimonia, qua fuisse eum et scripta polire solitum sua nos novimus. Credo causas fuisse viro doctissimo, quare in rem summam Aristotele auctore non vteretur, partes vero minimas illi delegaret; contra morem illorum artificum, quos marmori suo Praxitelen adscribere Phaedrus commemorat. Itaque sententiam eius suis verbis obseruatisque reddere maluit. Τὸ λησάκον Achaeorum et Heniochorum ab Aristotele, posse autem eos appellari πορισάς ab se nobis fert expendum. Et exstat sane de Ponticis illis gentibus Aristotelis auctoritas lib. 8. Polit. cap. 4. hic autem, vnde exemplum totum formatum est, nihil quidem de Achaeis et Heniochis, sed proxime citata verba subiicit: καὶ οἱ μὲν λησάκαι, αὐτοὶ δὲ αὐτοὺς πορισάς ναλοῦει τὸν. Itaque ne suum quidem Philosophus, sed illorum ipsorum praedonum iactat hoc ingenium. De Metragyra vero quam congruens exemplum Philosophi, tam abit a scopo exemplum doctissimi censoris. Aristoteles obseruat Calliam, qui δαδοῦχος erat Eleusiniae Matris, per contentionem ab Iphicrate μητραγύρτην appellatum, quasi Matris Idaeae Gallus esset. Quorum illud honestissimum, utique Athenis; hoc vilissimorum et profligatissimorum errorum erat, sumillimorum iis, quos Appuleii Milesiae traducunt. Plutarchus haudquaquam parcus deorum cultor

tor in libro περὶ τὸ μὴ χρῆν ἔμμετρος νῦν τὴν Πόθιαν πλείστης μέντοι ποιητικὴν ἐνέπλησσεν αἰδοξίας τὸ ἀγυερτίνον καὶ αὐγοράμον καὶ περὶ τὰ μητρώα καὶ Σεράπειαν Σωματωχῶν καὶ πλαστικῶν γένος· οἱ μὲν αὐτάθεν, οἱ δὲ κατὰ κλῆρον ἐκ τινῶν γραμματίων χρησμούς περιένοντες οἰκέταις καὶ γυναικίσ, Quare eodem cum tertio genere mendicantium: vatum eodem loco ponit et parat Ouidius lib. i. de Ponto, Eleg..i. (v. 37.)

*Ecquis ita est audax, ut limine cogat abire  
Iactantem Pharia tinnula fissura manu?  
Ante deum matrem cornu tibicen adunco.  
Cum canit, exiguae quis stipis aera neget?  
Scimus ab imperio fieri nil tale Diana:  
Vnde tamen viuat, vaticinator habet.*

Neque enim eadem, quae priore disticho *deum mater*, posteriori appellatur *Diana*, quod nempe Phrygum et Ephesiorum idem numen diuerso vocabulo, illud Rheae, hoc Diana: pace suminorum virorum dixerim. Non ista miscendi ius sibi fecerunt Poëtae, etsi sub diuersis nominibus idem numen coli docuerint Theologiae mythicae interpretes. Vaticinator hic Ouidii est ex illa nota mendicorum, qui in luce Aricino Diana Nemorensis siue Nemoralis stipem corrogabant titulo arcana fatorum edicandi: quale genus mendicabula hodieque nomine Aegyptiorum siue Ciganorum Europam perambulant. Juvenalis auctor huius interpretationis Satira 3. (v. 15.)

*Nunc sacri fontis nemus et delubra locantur  
Iudeis, quorum cophinus foenumque supellex.  
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est  
Arbor, et eiuscēs mendicat filia Camenis.*

Sequente meminit mendicantium ad axes Aricinos, neque alius clivus Aricinus Martiali. Porro de iisdem Sat. 6. (v. 542.)

*cophino*

*copino foenoque relicto*  
*Arcanam Iudaea tremens mendicat in aurem,*  
*Interpres legum Solymarum et magna sacerdos*  
*Arboris, ac summi fida internuntia coeli.*  
*Implet et illa manum, sed parcius. Aere minute*  
*Qualiacumque voles, Iudaei somnia vendunt.]*

Habeo chartaceum librum MS. eius operis, in quo est, *nil tale deorum.* Posset defendere, ut ad utrumque numen memoratum Isidis et Cybeles referretur, quando et mox tantum repetit de *fistro Phrygique foramine buxi.* Sed illam habebat Pirheimerianus et plurimum scripturam puto, neque opus erat plus repetere, quam satis commode versus pateretur. Hac ergo de causa Iphicrates constitutum facturus Calliae belle μεταφέρει αὐτὸ τῷ χείρονος οὐ τῷ βέλτιον, et pro Daducbo Metragyrtam vocat Calliam: seruauitque genus; utroque enim sacerdotium deae et quidem matris continetur. Quum non intelligeret saltem Callias, vel non intelligere se fingeret, regessit, Iphicratem αἴματον, profanum et non initiatum esse, ut pote qui sacra deum matris et Cereris Eleusiniae confunderet. Quod et ipsum conuitum est, nec lepore caret. Haec est mens Aristotelis, quam nec satis expressit vir longe eruditissimus in nec nominis aliis nec meritio leuioris opere. nam declaraturus eam notat in *sacris Idaeae matris honestius fuisse eorum munus, qui, quod lampades gestarent, δαδοῦχοι vocabantur; illaudatus illorum, qui eo, quod ipso magna matre aeruscarent, μητραγύρται audiebant.* Praeiuit utriusque doctissimus Victorius: „Muneris famulorum Idaeae matris plura magnopereque inter se diuersa fuisse; quaedam sordidiora, quaedam honestiora. praeferre faces honestum putatum; cogere vero stipem abiectum ministerium. Iphicrates igitur, inquit, Calliam dehonestare studens, a sordidiore munere eum appellauerat., Scio illud Senecae de vita beata cap. 27. cum aliquis secundis lacertos suis artifex, brachia atque buma-

bumeros suspensa manu cruentat, laurumque linctatus senex, et medio lucernam die praeserens conclamat, tratum esse aliquem deorum: sed hanc nemo dixit δαδεχίαν, certe Athenis. Non enim δαδεχία in sacris Idaeae, sed Eleusiniae Matris. Suidas et Apostolius in Διός πάδιον χρώματι δὲ αὐτοῖς οἱ τε σπιροφοριαὶ τὸν πομπὴν σέλλοντες, καὶ ὁ δαδεχός εἰν Ελευσίνῃ. Sed plena omnia auctoritatum. Quare non fuerit honesta ἀπὸ τῆς Βελτίωνος τῶν ἐν τῷ γένει translatio, si Metragyrtam Daduchi nomine digneris: nam vterque seruunt quādēa deae matri, sed non vterque iactant festas faces. Nunc ad Nonni doctissimum censorem redeamus. Is, vt nominibus variaret, Dionysium ab Athenaeo μητραιγύρτην vocatum prodit, re vitiata et deturpata, vt infelicem tyranni casum cum splendore prioris fortunae contenderet. Vbi autem ἡ τὸ ὄμοιον ἡ τὸ αἰνάλογον, sine quorum altero nulla translatio consistit? Nam si ob solam vilitatem μητραιγύρτη nomen meruit, etiam *cerdo* et *baillus* et *carnifex* vocari potuerit, et hi omnes, quia vilissimi, sint et appellantur μητραιγύρται. Iam quod est illud genus, quo tyrannus et famulus Idaeae Matris continentur? nisi forte quod ambo populum quaestui habent, ille vi potestatis, hic superstitionis. Omnino ratio nulla est, cur tyrannus ex arce depulsus ob hunc infelicem suum casum μητραιγύρτη possumus salutetur. Itaque nec Athenaeo hoc in mente venit, vt ludibrii causa Dionysium vocaret μητραιγύρτη: non cauillatur, historiam sine schemate narrat. Verba sunt eius lib. 12. Autōs δὲ Διονύσιος τέλος μητραιγύρτην καὶ τυμπανοφορέμενος ὅπτρῶς τὸν Βίον κατέρρεψεν. Vbi αἰμύντος interpres, qui reddidit: *sub extremum astatis tempus Cereri stipem emendicando cogens.* Idem refert Aelianus lib. 9. πομπή (c. 8.) Ο δὲ ἐν Κορίνθῳ πολλοῖς καὶ πομπαῖς χρησάμενος βίᾳ μεταβολαῖς διὸ τὴν ὑπερβάλλουσαν αἴκοσίαν, τελευταῖον δὲ μητραιγύρτῶν καὶ πρίνον τύμπανος καὶ κασσιλόμενος δὲ τὸν Βίον κατέρρεψεν. Nulla igitur figura, nulla μεταφορὰ in verbo Athene-

Athenaei. At Calliam tamen, qui matris Idaeae sacerdos erat, δαδεχόν vocat Xenophón plusculum ei tribuendo, ne contemnere videretur, qui publico munere fungebatur. Ne hoc quidem. Velle ostenderent viri praestantissimi, Calliam fuisse fainulum Idaeae matris: nam δαδεχόν fuisse reuera, non per honorem et palpo modo appellatum, mihi probatu facillimum. Duo sunt Calliae, quorum saepe meminerunt Graeci, Diues et Nepos, uterque Hipponici, uterque δαδεχός. Tertius inēmōratur ὁ Φαινίππος, ὁ νεωκηνὸς ἵππῳ τὴν τετάρτην καὶ πεντακοσήν. Ολυμπιάδας, si recte legitur apud Scholasticum Aristophanis in *Oenches*. Vnde is filium appellavit Hipponicum. De quo et Herodotus lib. 6. οἵτινες μᾶλλον ή δομοῖς Καλλίη τῷ Φαινίππῳ, Ἰππονίκου δὲ ματέρι, Φεινούται μισθύραντος ἔότες. Addit virum fuisse dignum, cuius memoria vigeat, et praeclarum vindicem libertatis patriae; solum Atheniensium Pisistrati in exilium pulsi bona ab hasta emere ausum, et omnia in eundem infesta machinata. Olympia viciisse equo, quadriga secundum locum tenuisse: Pythiis prius quoque prætempit tulisse, et inter omnes Graecos magnificentia, etiam in dote danda filiabus, eminuisse; quibus quemque inter omnes cives virum optasset, ei nubendi potestatem fecisse. In eundem conuenit, quod ex Theophrasto Plinius lib. 33. cap. 7. et ex Diocle Eustathius εἰς βασιλεὺς τῆς Ιλιαδ. annotant, Calliam Atheniensem τὴν ἐργασίαν μίλτῳ sive minii inuenisse, dum sperat autem posse excoqui arena rubente, in metallis argenti. Hic Callias abbas fuerit illius, quem notauit Iphicrates: nam Hipponicus iste pater Calliae diuitis. Quem Hipponicus appellat Diodorus lib. 12. eiusque matrem secunda conditione uxorem fuisse Pericles testatur Plutarchus: τὴν συνωκηνοῦτον Ιππονίκην περότερον, ἐξ οὐ Καλλίαν ἐτεκε τὸν πλάστον. Quod tamen vix potest contigisse, nisi iam vetulam duxerit. Callias ὁ δαδεχός prior Olympiadis 72. anno secundo fuit praefectus in pugna Marathonia, ubi in Pp barbar-

barbarum incidens, qui eum habitu sacerdotali tamenque  
cinctum, ceu diadema gestaret, pro rege adorauit, et  
thesaurum ei monstrauit in puto defossum, misero in-  
dice contra datam fidem occiso, repente diues prodijt, et  
**λακόπλετος** dictus est. Scholiastes Aristophanis in  
**Νεφελ.** (ad vers. 64.) **Καλλίας** δὲ ὁ δαδέχος προσελθὼν  
ἐν τῇ ιερᾷ σολῇ κατὰ Περσῶν ἐν Μαραθῶν, καὶ αὖτε  
τεύσας κατὰ Βαρβάρων, καὶ τέτον Ολύμπια μηδέποτε  
ἀρμάτι, τὸν διεν Ιππονικὸν ανόρισε. Δέγεται δὲ τὴν τρί-  
την μάλιστα αὐχμαλώτην ταύτην τῇ μάχῃ τῶν Βαρ-  
βάρων προσελθόντος αὐτῷ καὶ μηνύσαντος Θησαύρου  
καὶ αὐτὸν ὑπερον αἴπεκτενεν ὁ **Καλλίας**. Scribe autem:  
Δέγεται δὲ καὶ τέτον πλευτῆς μάλιστα. Plutarchus  
Aristide: ὃν ἦν καὶ **Καλλίας** δαδέχος. Τούτῳ γάρ τις  
τῶν Βαρβάρων, ὡς ἔστι, κατέπεσσεν οἱ θεῖοι θεοί, αὐτὸν  
τὴν κόμην καὶ τὸ σρόφιον ἔνει προσκυνήσας δὲ καὶ λα-  
βόμενος τῆς δεξιᾶς ἔδειξε πολὺν χρυσὸν ἐν λάκκῳ τοι πα-  
τωρυγμένον ὁ δὲ **Καλλίας** ὠμότατος αὐθρώπων καὶ πα-  
ρενομάτατος γινόμενος, τὸν μὲν χρυσὸν αἰνέιτο, τὸν δὲ  
αὐθρώπον, ὡς μὴ κατέποι πρὸς ἑτέρους, αἴπεκτενεν.  
Ἐκ τέτον Φασὶ καὶ λακόπλετος ὑπὸ τῶν Καρητῶν τῆς  
ἀπὸ τῆς οἰκίας λέγεται. Paullo aliter refert Michael  
Apostolius in **Λακόπλετος** εἶ κατὰ τὸν **Καλλίαν** πεμψε  
Xerxe ad Salamina victo Persam nobilem, qui in Calliae  
sive aedibus sive praedio diuorsatus fuerat, ob praeoper-  
peram fugam sapellectilem ibi suam reliquisse: famulos  
autem eiusdem magnam vim auri in lacum conieciisse spe  
redituros postea et recuperaturos: eo vero potitum Cal-  
liam. (Aliud argumentum diuitiarum Hipponeco et Cal-  
liae obiectarum peragit Heraclides Ponticus apud **Athe-**  
**naeum lib. 12.** Persarum in Euboeam exscensione pecu-  
niā ducis et publicā, postquam omnes occubuisserint,  
mansisse in potestate Diomnesti ciuis Eretrianis, in cuius  
aedibus ille diuorterat: inde translataam Athenas, cum re-  
ditu Persarum omnes quoque Eretrientes deleti essent,  
Hipponeci, apud quem deposita erat, nemine, qui re-  
polse-

posceret, superstite, factam.) Posset aliquis suspicari fabulis haec esse similia et illis, quae Graecia mendax audet in historia: et λασκόπλευτον inde potius appellatum, quod auctum quaestum fecutus magnas pecunias ex metallis fecisset, ut refert Cornelius Nepos. Alludit ad historiolam, ut a Plutarcho et Scholiaste Aristophanis narratur, Libanius in *Tiburti* ἔφαντι τὸν μυζηὸν ὑπλίτην τὸν Καλλίαν, τοὺς δαδεχθέας αὐτῷ, τὸν μετὰ τὸν λασκόπλευτον οὐς Μαραθῶνα δρόμον. Diuitiaeque eius in proverbiū abierunt. Πλάσιοντον Αἴγυατον appellat Plutarchus Aristide inferius. Libanius περὶ δαλεῖας cum Gyge et Croeso eum coiungit: vbi errat Morellus, qui hunc Calliam Temeni filium putat, nominatum Apollodoro lib. 2. bibliothecae, de cuius diuitiis, quod sciam, nemo. At istum, quem dixi, idein designat Εὐταῖος ἐπὶ Ιελαιωνῷ ὁ γαρ οἶκος Ιερὸς ἐν Βραχεῖ χρόνῳ Καλλίας. Hic Callias Cimonis, cuius sororē Elpinicem uxorem habuit, ut est apud Cornelium Nepotem, Cyprini subingante ad Artaxerxes fuit legatus pacificator, teste Diodoro Siculo libro dicto: et videtur idem ad Potidamēam contra Corinthios Atheniensium imperator victorque occubuisse Olympiadis 87. anno primo, successore Phormione, ut ibidem inferius Diodorus et Thucydides libro primo: (qui tamē eum Calliam τὸν Καλλίαδην appellat: itaque dubito: nisi Hipponicus pater idein quoque dictus Calliades) filium autem rurīus reliquit Hipponicum. Nam quod plus una vice alternassent haec nomina; Aristophanes in *Oenio* οὐ περὶ εἰ Λέγοις Ιππόνικος Καλλίας καὶ Ιππόνικος Καλλίας. Et apud Scholia: οὐ οἱ Ιππόνικοι καὶ δι Καλλίας διαδένενται διαδοχῆς αὐτὸν πατέρων ἐπὶ παῖδας καθίσματον. Huius Hipponici, qui etiam in Boeotia post obitum patris exercitum duxit, ut patet ex eodem Diodori, et tertio Thucydidis, iterum Callias filius, etiam δαδεῖχος, propter libidinem et luxum traducitur ab Aristophane Βατράχοις καὶ Οεγιστῇ. Aelianus lib. 4. (Hist. var. c. 16.) Ιανὶ προσέχῃ τις Καλλίας, φιλοπότην αὐτὸν ἐργά-

εργάστεοι ὁ Καλλίας. De eodem est illud, *Καλλίας πτεροδένει*, apud Suidam. Hunc Socratis fuisse amicum apparel ex Symposio Xenophontis: (c. 8. §. 40. edit, Bacch.) vbi sic ad illum ὁ ἔρων Ευπατρίδης εῖ, ἵρευς θεῶν τῶν αὐτὸν Ερεχθίων, οἵ καὶ ἐπὶ τὸν Βαρύβαρον σὺν Ιάκχῳ ἐσράτευσαν. Hunc et Alcibiadis familiarem fuisse Libanius indicat in amanti Timone: πρὸς Καλλίαν αἰφικνεῖται μεθ' Ιππονίκην μεθύει πάλιν. Scribe: πρὸς Καλλίαν αἰφικνεῖται τὸν Ιππονίκην. Hic est ille, in quo enim dictum illud iecit Iphicrates, idemque ille, de quo Xenophon lib. 6. πρῶτος ἔλεξεν αὐτῶν Καλλίας ὁ δαδεκάτος, sine figura aut circumlocutione. Is in oratione, quam statim subiicit Xenophon, τὰ Δίμυτρος καὶ Κέρεν αἴγεντα λέγει allegat, quod decebat sacerdotem. Quin enim Thebani eiecssent e Boeotia Plataenenses et Thespientes, Athenienses de pace ineunda cum Lacedaemoniis Spartam miserunt Calliam Hipponici, ut eum superius vocavit Xenophon, Autoclein Strombichidae, Demostratum, Aristophontis et alios, quod accidit anno quasi sexto et quinquagesimo post mortem Calliae superioris. Et erat eo ipso tempore Iphicrates, ex Aegypto redux, Atheniensium imperator, ut ex eodem libro Xenophontis colligere est. Meminit etiam vtriusque Harpocration in Ζενίκον ἐν Κορίνθῳ. Atque hunc nepotem δαδεκάτον cum nescio quo Pericle et Nicia Pergasaeo, bonis patriis turpissime deuoratis, simul αὐαγκαῖον bibisse, et cicuta conuiualiter inuicem propinata superis πόλεσσα χαίρειν dixisse refert Aelianus lib. 4. πονιλης ισογιας. Denique hinc patet Calliam pecuniosum, et si fortassis ad Miltiadis nobilitatem non adspirarit, non tamen ex ultima plebis Atticae faece fuisse, quod ab eruditissimis viris declinatorum apud M. Senecam licentia inductis paulo securius adfirmatum.



## C A P V T VIII

Caesari vetus lectio restituta.  
Adsticis omnibus incensisque.  
Adstigere. Adstigere humo. Ad-  
figere humo; solo, litor. Figi  
ad litus. In Horatio, Lucano,  
Plinio lectiones veteres firmá-  
tiae. Ovidius emendatus et  
Propertius. Figere in eute so-  
lem. Figitas et alligatur co-  
lor. Persus illustratus. Phae-  
dro adserita vetus lectio. Liuii  
desperato loco sanitas redditia.  
Iterum restituta membranarum  
lectio Caesari. Erat fieri, non  
erat fieri, non erat nasci, fu-  
rit eguisse, atque buiusmodi ele-  
gantia. Seneca cum Sallustio  
correcti, Valerius Maximus,  
Petronius, Aetius Capito apud  
Gellium vindicati. Catonis

Porcii locus illustratus. Est  
praeflare mercatoris rem qua-  
tere. Praeflare verbi duplex no-  
tio, et quidem apud seriores  
Latinos idem quod prodeesse.  
Vegetio vetus scriptura reddi-  
ta. Tertium Caesar de conies  
etura tentatus. Accapo vnde  
nere sopitus. Iterum Senecas  
vetus scriptura dupliciter de-  
fensa. Quies sopitis simillima.  
Inflexa comparatio. Iustinus  
illustratus. Intertis otii facere  
corpus. Facere, esse beneficis  
alicuius. Obiter mendo liberar-  
e Silius. Somni impacati,  
bellantes. Sopitae et lassatae  
aves. Defensa omnium libro-  
rum scriptura Plinio.

**N**ulla est tam intuida diligensque metris; quae ex pheri-  
septo grauidas aliquot aristas spicilegium factu-  
relinquere metuat. Itaque nemo post industriam  
priorum similis operae sibi pretium, si non per totum,  
at multis partibus, fors desperet. Caesaris commenta-  
rios Hotmannus insprimis, Ciacconius, Lipsius, Scaliger  
insigni tara recensuerunt: nec tamen adiuteretur quenam  
quam eorum quae extrema lib. 4. de bello Gallico cap. 33  
leguntur: Commodo praelio diutius fabrorum militum ère-  
petum hostes ferre non paventur; ac rango exercituum quo  
tanquam spatio secuti, quantum cursu et virtutibus efficer por-  
tuorunt, complures ex iis occidorunt; deinde omnibus longe  
latequo aedificis inconsuete in castra recuperunt... Si-  
leant hic quasi de compacto, quotquot editorum veteres  
adhibuerunt libros, nec Graceus quidem interpros rectius  
se legisse prodit. Mibi tamen miluinam suggestit mem-  
brana-

branarum quantius pretii lectio; deinde omnibus longe lateque adflictis incensis que se in castra receperunt. Sensus idem aliis verbis expressus lib. 7. (c. 11, 9.) oppidum diruit atque incendit. Iustinus vel Trogus lib. 22. (c. 6.) cum omnia, quacunque ingredenterur, prosterrent, villas castellaque incenderent. Haec etiam perusitata veteribus visis adfigere, prosternere humi, solo aequare. Sic alibi: neque si quo casu adfictae conciderunt, erigere se aut sublevare possunt. Liujius lib. 21. (c. 58.) de Poenis Appenninum transtentibus: aut arma omittenda erant, aut contra enitentes vortice intorti adfigebantur. Nec sit offensioni de rebus usurpare Caesarem, quod de personis aut animantibus vulgarius: est enim sterni atque subuerti, quocunque stat ereksum, siue mouentium numero siue immobilium. Cicero de aedificio effert in oratione pro domo ad Pontifices: (c. 40.) quem impetu porculeris, huius domum non solum adfigere, quod est praesentis insaniae, quasi tempestatis repentinae. De arboribus Caesar lib. 6. (c. 27.) buc quum se ex consuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere adfigunt. Columella lib. 14. cap. 6. operam dabit, no emortuis arboribus rancoratus primam quamque senio aut tempestate adfictam superaverat. De fixis in alto et statuis Suetonius Domitianos clypeosque eius et imagines coram detrabi et ibidem solo adfigi iuberet. Eodem modo excitare, quod in hac notione τῷ adfigere contrarium, de aedificiis enunciatur. Seneca epist. 89. Philosophia nihil ab alio petat: totum opus a solo excitat. Tria haec verba, adfigi, adfigi, adfixa, confusa in veteribus libris ambiguas nonnunquam redundunt lectioe: cum priuum terrae illidi, alterum cohædere atque coniungi, tertium commoueri, turbari, ~~quæ~~ significet. Apud Horatium, (Serin. 2, 2, 79.) Atque adfigit humo, placet omnino, non adfigit: nec tamen adfigit humo, Latinum negem cum Giffanio. Ita enim Florus lib. 4. cap. 12. infantes ipsos adfictos humo infra militum miserunt. Apud Lucanum lib. 2. malumus: (30.) Hac

*Hæc lacrimis sparsere deos, hæc peccora duro  
Adfixere solo.*

Vt et ahii repererunt, ac nos in MSS. quatuor: non *adfixere*. Neque enim impetu se prosternendi, sed decen-  
ti submissione, et approximando, vt Appuleii verbo utar,  
os terrae, inque eo habitu aliquamdiu permanendo, ve-  
nerationem monstrabant. Silius lib. I. (v. 647).

*Adfigunt proni squalentia corpora terræ.*

Liuius lib. 7. (c. 36.) *pleni lacrimarum in vestibulo curiae*  
*procubuerunt.* Situs igitur; non impetus denotatur. Plinius in Panegyrico cap. 35. *cum sisdem, quibus antea cauti-  
bus innocentissimus quisque, tunc nocentissimus adfigeretur.* Non *adfigeretur*: quod naufragio cieclæ in litus ratis  
(hi autem scopuli insulae, in quibus cludebantur relega-  
ti) pars adhaerescere soleat litori. Poëta vetus apud Ci-  
ceronem in Pisonem: (c. 19.) *Vi tu naufragio expulsus,  
faxis espem fixus asperis, euisceratus latere penderes.* Liuius lib. 22. (c. 29.) *naues omnes, quae non perfrege-  
rent proras litori illis aus carinas fixerant vadis.* Sic  
scribendum apud Ouidium lib. 3. Fastorum v. 599. ex  
MSS.

*Figitur ad Laurens ingenti flamine litus  
Puppis, et expositis omnibus bausta perit.*

*Editiones, Dicitur.* Virgilius i. Aeneidos (v. 49.): *scopu-  
loque infixit acuto.* Seneca Agamemnon (v. 571.): *Hæ-  
rent acutis ruptibus fixæ rates.* Quare et apud Proper-  
tium lib. 3. El. 5. (v. 15.) scribimus:

*Ab miser, alcyonum scopulis adfigar acutis.*

Non *adfigar* vt habent editiones, et probat Gebhardus.  
Atque eo verius hoc in Plinio, quoniam idem verbum  
de relegatis dicitur, vt conueniat et illis: *quibus antea*  
*innocentissimus quisque.* Seneca de exilio suo:

*Ille tuis quondam magnus, tua gloria, cincis.  
Infigar scopulo. Corduba, solue comas.*

*Figere in cute solem dicitur Persio Sat. 4, 33. cuius cutis  
vernum solem babit, verbo Juuenalis, (quod imitatus Si-  
donius: *Limpha babit solem*) radios eius et hinc colorem  
recipit, atque eo duratur et tingitur. Sol autem et radios  
instar telorum ac spiculorum mittit, et instar liquidū aliqui-  
us mixti colorat. Ut nubem sole colorari dixit Seneca lib.  
1. nat. quaest. cap. 5. Calpurnius Flaccus declam. 2. *nivea  
plerumque membra sole fuscantur.* Et passim de lumine  
ut liquido loquantur veteres. Lani et spicula et color di-  
verso modo dicuntur figi. Petronius: (c. 102.) nec ve-  
stem atramento adbaefuram, quod frequenter viam non  
arceffito ferrumne infigitur. Iuuenialis Sat. 13. (v. 2.) mad-  
culam figere. Plinio dicitur *alligatis* color, qui firmiter ac  
penitus tenetur, nec fucum remittit; nec *adspersus* aqua  
deluitur statim ac detergetur. Qui colorem *alligavit*, *an-*  
*figi*, qui rursum *cute* sole *ringi*, *colorari* recuperans,  
qui *figi* *spicula* dicunt, et *solis* *spicula* sianguine. Quare so-  
lem in cute *figi* refugērent? *Adfici* autem est tentari, verari,  
*πόνοχει* siue ad voluptatem siue ad dolorem. Apud Phae-  
drum (1, II, 10.) legebatur de bestiis: *Leonis adficiuntur*  
*borrendo impetu*. cuen vera lectio esset in MS., adfi-  
guntur. Nam alibi *deici* usurpat eodem sensu: *Super*  
*iuencum stabat deiectum leo*. Frustra apud Phaedrum ad-  
ficere interpretatur vexare Barthius lib. 3. Adv. c. 19. Ea id  
voce sanabimus Litium conclamato loco. libri 25. cap. 26.  
in obsidio Syracusatum: *Mulo tamen maior vis pestis*. Po-  
norum castra quam Romanā diu circumsedendo. *Syracusas*  
*caede aquisque adfecerat magis*. Ineptum est caede, neque  
enim pestilentia caedem facit. Deinde haec ita sonant,  
quasi Poeni diutius Romanis Syracusas adfederint, quod  
repugnat historiae, ut aduertit Glareanus. Itaque Sigo-  
nius refert quidem ex suo libro: *affratur magis etiam ho-*  
*ustum exercitu: corruptissimum tamen fatetur locum, et*  
*alteri-**

asterisco signandum. In quo perdebat alter, et queritur interuersam sibi observationem, quae nihil iuvit, et nemini non potest esse in proclivi. Menardi codex: *adfecerant*. Pet. junior: *coelo aquisque affecerat magis.* Vnus ex Flor. *coelo aquisque affecerant magis.* Alius unusque e Pall. *coelo aquisque affuerant magis.* Put. Petav. melior et optimus Florent. *coelo aquisque adfuerant magis.* Ex quibus apparet satis, horum verborum, *adfuerant* et *adfecerat* adfinitate in literis primitus peccatum, qua evenit, ut alterutrum omitteretur. Secundus Pall. quam Romana quae diutius circumsedendo Syracusas *coelo aquisque adfuerant magis affecerat.* Ad quam formam et in tertio correctum antiqua manu, forsan eiusdem scriptoris, qui ad meliora tria exemplaria suum se contulisse in margine alicubi testatur. Caeterum ne hoc quidem sincerum; abundat enim relatiuum *quae*; additione ab aliquo moris Liuji ignaro, et satis inepte, hic profecto, faciens enantiari de castris, quod de hominibus ipsis intellectum voluit auctor. Vera autem scriptura distinctione haec est: *Multo tamen vis maior pestis Poenorum castra quam Romana (diu circumsedendo Syracusas coelo aquisque adfuerant magis) adfecerat.* Quod parenthesis est clausum, ad intellectum, ceu dixisset *Romanorum*, non ad vocem *Romana* refertur: illi enim grauem illum aerem aquasque diutius tolerando aduersum vtriusque iniurias erant firmiores. Nunc repetamus Caesarem, cuius lib. 7. belli Gallici cap. 73. *Erat uno tempore et materiari et frumentari et tantas munitiones fieri necesse, deminutis nostris copiis, quae longius a castris progrederabantur.* Hic ego auctoritate eximii membranacei illius codicis (inspexi Andibus apud Claudiū Menardū) de leto vocem necesse; aioque scribendum esse et scripsisse Caesarem: *Erat eodem tempore et materiari et frumentari et tantas munitiones fieri, deminutis nostris copiis.* etc. Sic plane liber ille, quo vix melior est visus. Scimus et in alijs legi: *Erat eo tempore: indicium, postrem*

mam syllabam rōū codim a sequenti voci prima absor-  
ptam: et si parum interest, nec alterum Caelari insolens.  
Quod autem ad loquendi genus, idem in Seneca deleuer-  
runt imperiti, quibus adhuc docti acqueuerunt. Praefac-  
tione Naturalium Quaestionum: *Nisi ad haec admitteret,*  
*non fuerat nasci.* *Quid enim erat, cur in numero viuen-*  
*tium me possum esse gaudorem?* Ita MSS. Pintiani Grute-  
rius dicitur et regius in Britannia, quo nos usi sumus.  
Solis intellectus magnus Pintianus, sed a nemine auditus  
posteriorum, qui retinuerunt vulgatum additamento con-  
spicuum: non fuerat operae pretium nasci. At illud  
exquisitus et ab auctore tot attestantibus vett. libb. profe-  
ctum poterant nosse ex simili loco lib. 6. Nat. quæst.  
c. 30. *Non desit adsiduo tremore Campania, clementius*  
*quidem, sed ingenti damno, quia quasi quaticebat; qua-*  
*bus ad cadendum male frantibus non erat impelli, sed ag-*  
*vari.* Vbi Fromondus: *Vox, necesse, aut alia famulis*  
*videtur excidisse.* Vides, ut in Caesarii codicibus eadem  
vox existet. Sic lib. 1. de Clementia cap. 18. et epist.  
87. ut ibi diximus. Valerius Maximus lib. 1. cap. 7. *Nos*  
*erat inter patrem et filium ullius rei comparationem fieri.*  
Ita MSS. seruant et vulgati veteres ante Stephanum Pi-  
ghium, qui quod scitam hanc breuitatem non adsequere-  
tur, inferuit perperam vocem operas. Nihilo melius ege-  
runt cum Sallustio in bello Iugurthino cap. 110. *Fueris*  
*mihi pretium, eguisse aliquando tuas amicitiae; qua apud*  
*animum meum nihil carius habeo.* Adhibendi sunt com-  
mentatores, ut euidentius appareat, quod volumus. Al-  
dum hanc lectionem fuisse commentum annotat Glare-  
nus; legendum autem: *fueris mihi eguisse aliquando pre-*  
*rium amicitia tua.* At doctus ille Riuus: In vetustiori-  
bus non est *pretium*, recte an *secus*, aliorum esto iudi-  
cium. Gruterus dicit ille quidem nihil innouandum esse;  
omnia composita, omnia sana; caeterum varietates libro-  
rum aliud clamant. In nullo invenit illud summ compo-  
situm et sanum, sed fatetur, qui proxime accederent,  
quin-

quintum et sextum, priorem sed fuerit, posteriorum pre-  
tii habuisse: quartum caruisse illis: tuae amicitiae: edd.  
peſicas et ſec. tert. sept. fuerit mihi egiſſe aliquando pre-  
tium amicitiae tuae: octauum vero: fuerit mihi egiſſe  
aliquando tuae amicitiae. Haec poſtrema vniqa vera le-  
ctio eſt: pretium ex margine irteſpit; ideoque locum  
certum non tenuit, aliis anterius, aliis posterius interii-  
cientibus. Ateius Capito apud A. Gellium lib. 4. cap. 14.  
comiſſatorem Mancinum ad aedes suas veniſſe: cum ſibi re-  
cipere non fuſſe in aede ſua. Vbi etiam male interponere  
voluerunt, viſum. Velim autem, in aedes suas. Petru-  
nius Arbiter: (c. 126.)

*Nunc erat a torua submittere cornua fronte,*

*Nunc pluma canos diſſimulare tuos.*

Hoc eſt, nunc tempus erat, nunc operaे erat, nunc ope-  
rae pretium erat. Fallitur God. Steuechius ad Arnobii  
lib. 5. ſcribendo: *diſſimulare tuum*: ut coniungat: *nunc*  
*erat tuum*. Varro lib. 7. rerum diuiniarum citatus A. Gel-  
lio lib. 18. cap. 12. *Inter duas filias regum quid mutet,*  
*inter Antigenam et Tulliam, eſt animo aduersore.* Liuius  
lib. 40. quea verbo obiecta verbo negare ſit. Plinius lib. 95.  
cap. 18. *aliosque deinceps, quos enumerare iam non eſt.*  
Tertullianus de Pallio: (c. 2. ed. Salm. p. 6. et 38.) *Sic*  
*et terram ſi recenſas temporatim uestiri amantem, prope*  
*ſis eandem negare.* Virgilius:

*Si mibi ſuceptum fuerit decurrere munus.*

Silius lib. 12. (v. 691.)

*fuerit delere Saguntum,*

*Exaequare Alpes, imponere vincula ſacro*

*Eridano, faedare lacus: etiamne parabit*

*Noſtras ille domos, noſtras perrumpere in arces.*

Vbi tamen idem eſt, quod licuerit. Sed res eodem recipi-  
dit: nam ut hoc eſt, ſi decurrero, ille deleuerit, exae-  
quarit

quarit etc. si caput Caesarem erat materiari, frumentari et munitiones fieri, est, materiaabantur, frumentabantur, munitiones fiebant; vel non licet haec facere nisi uno tempore, vel licet haec tantum uno tempore facere. Non abit longe illud M. Porci Catonis: (Praef. 1.) *Est interdum praeterea mercaturis rem quaerere, ni tam periculofum sit; et item foenerari, si tam honestum fuit.* C. Baetius valde velit neminem ante se recte locum illum accepisse. At ne recte accepit quidem. Laborat in diversis significationibus *rōū praestare*. Explicat: bene praestando negotiationibus res aliquando paratur: et, *praestare*, est praeesse, emolumento esse, bene rebus suis praeesse; Lib. II. Adv. c. 3, Lib. 28. cap. 11, Lib. 29. c. 6. Popma utique non male accepit. *Praestare* perulgato visu est, melius, utilius esse. *Est praestare interdum*, dictum pro, *praestat interdum*, est locus et tempus et ratio, ubi praestet. Ut Graece, ἔστιν ὁ τε, ἔστιν ὁ τογή. Deinde obicitas oritur ex eo, quod infinitus regit infinitum. Ut apud Senecam de tranquillitate cap. 15. *Necesse est torqueri, tam iniqua praemia fortunam persolvere.* Tria facienda rei sive *χρηματισμός* genera inter se comparat, mercaturam, foenus, agriculturam. Est interdum ratio, inquit, cum utilius videatur mercatura rem quaerere, nisi tantum aliae adeundum esset: est et ubi praestet foenus exercere, si posque foret honestum. At agricultura discriminé tanto caret, et per se est honestissima. Haec tota est problemi oeconomia. *Praestare* aliter *alicui quicquam*, pro, in gratiam alicuius quid facere, bene Latinum est. Cicero in Pisonem (c. 32.) de Cn. Pompeio: *cum municipia pro me adiret, Italiae fidem imploraret, P. Lentulo Consuli auctori salutis meae frequens adsidoret, sonatu sententiam praestaret.* Seneca eleganter: (in Medea, Act. 3. v. 492.)  
*M.E. Poenam putabam, munus, ut video, est fuga.*  
*I.A. Dum licet abire, profuge, teque hinc eripe.*  
*Grauis ira regum est semper. M.E. hoc suades mibi,*  
*Praestas Creusat.*

At

At posteriores dixerunt *praestare alicui* sine altero casu pro beneficium dare, *χάριν διδόναι*, prodeesse alicui. Sic Tertullianus: *quis iam praestans in homines, nisi qui et in pecudes?* Sic *praestare* et *laedere* pro aduersis ponit Cassiodorus. Et omnino probum est in Vegetio: *Neque quemquam magis decet vel meliora scire vel plura quam principem, cuius doctrina omnibus potest praestare subiectis.* Ex interpretatione vulgatum est *prodeesse*. Pertinent eo exempla tertio loco apud Barthium allegata, quae tam nihil ad Catonem. Male affectus est et Caesaris locus lib. 3. de bello ciuili cap. 109. et si adhuc, quod sciam, editoribus dissimilatus: *quorum alter accepto vulnere occupatus per suos pro occiso sublatus, alter imperfectus est.* Loquitur de Dioscoride et Serapione legatis a Ptolomaeo iussu Caesaris ad Achillam sub primum eius aduentum cum exercitu, pacisque sequestris, in quibus nefarius ille ius gentium violavit. Quid autem *accepto vulnere occupatus?* et quidem *occupatus* unus, *imperfectus* alter? quasi non hic magis occupatus a percussore esset. Non ita certe loqueretur Cicero, cuius est de Senectute: *Maelium regnum appetentem occupatum interemit.* Neque profecto sic loquutus est Caesar. Sed, puto, *alter accepto vulnere sopitus.* Dicuntur enim *sopiri*, qui aut icti aut aliunde mente consternati deliquum patiuntur, proque mortuis concidunt. Liuius lib. 1. (c. 41.) *iubet bono animo esse: sopitum fuisse regem subito ictu: ferrum haud alte in corpus descendisse: iam ad se redisse.* Tanaquil, de Prisco Tarquinio. Lib. 8. (c. 6.) Certe quum commotus ira se ab vestibulo templi citato gradu proriperet, lapsus per gradus, capite grauiter offenso, *impactus immo ita est saxo, ut sopiretur.* De parte corporis ideem Liuius lib. 42. (c. 15.) *Tum insidiatores exorti saxa duo ingentia devoluunt: quorum altero caput ictum est regi, altero humerus sopitus.* Alienatum id appellat Seneca epist. 89. *Tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato dolorem tactus expressit.* Mox iterum Liuius: *seruis concurrerunt tollentes*

*tollentes sopitum vulnere ac nibil futilensem.* M. Seneca controv. 27. *Quid opus caueri, ne puniatur, si quis cum patrem sopitum aut subita corporis grauitate collapsum excitauit, cum illa non iniuria, sed medicina fuerit?* Hinc filio eius reddidimus veterem lectionem lib. 4. de beneficiis cap. 13. *Vobis voluptas est inertis otii facere corpusculum, et securitatem sopitis similitudinem appetere.* Qualem habent sopiti. Sic veteres libri. Editiones, sopitis, ab Agricolae coniectura et Mureti infacione. Nempe *sopiti* qui essent non cogitarunt; deinde securitati melius *sopororum* quam *sopitos* comparari putarunt. Sed haic posteriori religioni consultum iis, quae ad septimam et quadragesimam epitomen<sup>q</sup> Liuui notauimus. Seneca Epist. 74. *in his per aliquam vim accidentibus unum calamitas opprimat, caeteros metus; paremque passi tristitiam facit, pati posse.* hoc est, parem tristitiam illi tristitiae, quam habent, qui passi sunt calamitatem. Nam ita figuratus hic loquendi modus, ut rem cum re, quae est in persona, collaturi ipsam personam, non rem, appellant; et tanquam alterum comparatorium ponant. Declam. 12. Fabii nomen praeferentium: *Quas comparata nobis mala non delicatas lacrimas habent?* Potuisset, nostris: illud maluit. Iustini lib. 1. cap. 8. *Fuere Lydiis multi ante Croesum reges, variis casibus memorabiles: nullus tamen fortunue Candauli comparandus.* hoc est, nullius tamen casus fortunae Candaulis. Simile est Liuui Lib. 10. (c. 2.) *timorque ipsorum similis obfessioni esset.* Vult enim dicere, timori obfessorum. Porro et editiones apud Senecam: *inerti otio adsufacere corpusculum,* a coniectura Pintiani. Lipsius, *inerti otio sacere.* Gruterus et si non improbat veterem scripturam, profert tamen et poene praeferat farere. Mendose omnia. *Facere corpus inerti otio est addicere quasi et transscribere totum ac dedere defidiae, ut suatu vel alicuius facit, qui adquirit sibi vel alteri.* Sic lib. 3. cap. 18. *Adeoque dominis servi beneficia possunt dare, ut ipsas saep. beneficii sui facerint.* Quod ipsa per-

perpetam contra-vett. libb. sollicitarunt: nec sufficit, recto et argute dici, quod nuper substitutum: quam rationem miror, cur non damnat, dare praestantem virum, dormitatem credo aut languidum. Secus bellissime nouerat, non id agi, quid a nobis possit argute singi, ubi praeclara optimique et sensus et sermonis lectio omnium prisorum librorum consensu firmata est. Ouidius ad Iu-  
nonem Lucinam, cui puellam suam laborantem comen-  
dat, Lib. 2. Amor. Eleg. 13. (v. 22.)

*Digna est, quam iubeas munericis esse tuis.*

Lib. 14. metamor. (v. 124.)

*Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor  
Muneris esse tui.*

At idem Ouidius alibi, (Art. A. 1, 378.) et quidem ex nostra restituzione; *Haec dominoq[ue] munus te parat.* Ergo si cui veniat in mente in ēμφατικαρερον esse, quam iubeas tuum esse munus, is eodem iure Quidium sollicitebit? Be-neficiarii alicuius non tantum beneficia, ut lib. 6. cap. 17. *statu mutatione in id devocari;* vñ *infra beneficia sua sa-  
ceat;* sed et beneficii alicuius esse dicebantur, ut olim no-tatum. Sic facere beneficij sui aliquem est facere benefi-ciarium suum: et serui dominoq[ue] fecerunt beneficij sui, qui seruarunt aut ipsos aut rem sumnam eorum, ut quam hi postea fortunam habuerint, ab illorum beneficio, tan-quam nouo fato, profectam fateri dominos oportuerit. *Sopitos* autem hic est morbi, non naturae: non, inquam, simpliciter est dorinientium, quibus saepenumero abest illa securitas. *Impacatos regum somnos* agnoscit Statius, *non securos Pompeii* Lucanus, *turbatum Hannibalis* somnum Silius lib. 1. et Haraxis bellantem lib. 7. (vti quidem MSS. et prima editio: ac stupor est contra disputare) *distor-  
tum* Platonis Valerius Maximus lib. 1. cap. 7. Plinius lib. 10. cap. 3. de aquilarum quodam genere: *circa stagna aqua-  
ricas aues appetit, mergentes sese subinde, donec sapitas  
lassa-*

*laffatas que rapiat.* hoc est, vertigine conceptas, defectas torpentesque. Scio virum longe doctissimum hic dubitasse, utrum subrutas an sufficatas ex Aristotele scriberet, an denique subeundo laffatas. Idem lib. 9. cap. 8. de delphino: *alludens natansibus, impostusque portans, una genito perunctus a Fluviano Proconsule Africæ, et sopitus.* (ut apparuit) odoris novitate, fluctuatusque similis exanimi. Eodein libro cap. 16. *Fluuiarilium felurus Canicularis exortu sideratur, et alias fulgere sopitur.* Lib. 19. cap. 6. statimque quae devorauere aues, stupentes manus capiuntur et, si paullum commorercere, sopitae. Si quis tamen apud Senecam oppressorum alto somno securitatem accipere malit, haud aegre feram.

## CAPVT IX

Ciceronis insignis locus emendatissimo, Quos murine ducas, Boni. Idonei. duplii sensu. Cicerò illustratus et a reprobatione Lactantii liberatus. Bonis magna copia nummorum semissibus. Foenus bessibus. Correctius rursum Cicero. Veterum ratio duo nomina substantia sua pro substantiis eodem casu unius verbo adiungendi. Cui bono, et similia. Lucretio e MS. lectio vetus restituta. Virgilio stica vinnicii lacobi. Plautum eadem vetus lectio defensa in sacris Bonae Deae.

Eidem persicata scriptura aucti qua reddita. Locus gratus et amoenus ut demereri morantem in eo dicatur. Explicatio Cicero tribus locis. Mysteria Romana quae: Non mundi parentis dees. non Consualii. non Liberalia. non nescia quae Olympia. non inferiae obscurae. sed Sacra Bonae Deae. Mysteria vinnicii lacobi. Plautum non

**C**icerò lib. 5. famili. epist. 6. ad P. Sextium scribit, se dominum emissi de Craffo tricies quinques festiatio, hoc est, scutatorum son Philippeum nostrorum septem et octoginta millibus quingentis. Huic emisso, quia hominis tenui pecunia, ut semper de se praedicat, arca non sufficiebat, amicorum opibus usura tanto aere;

non

non Corinthio, sed circumforaneo isto alieno obrutum se iocatur, ut cupiat coniurare, si possit inter reliquias Castilinarii gregis locum inuenire. Id autem facile sibi non esse, partim quia ut inuisum grauemque suae molitionis executorem metuantque et oderint, partim quia nuditanti vulnus rei familiaris neino fidei habeat, quando illum, qui peccuniosos et positis in foenore nummis diuites ex praesenti calamitate et internecke eripuerit, pecunia egere posse non existimat. Subiicit deinde, quo videtur hanc opinionem bellorum hominum confirmare: *Omnino semissibus magna copia est: ego autem meis rebus gestis hoc sum adsecutus, ut bonum nomen existimer.* Sic a Victorio prefectum, cum insedisset olim, *homini semissis, non semissis lectio; in omnibus autem scriptis, imprimitusque optimo Mediceo, ut et nos alibi calamo exaratum vidi mus, compareret: omni semissibus.* Quod etsi conetur explicare Manutius, post Hermolaum credo, ut sit *omni cuius;* tamen et ipse adoptat, *omnino:* sed quem apponit unum librum veterem, quem alterum accudit Gebhardus adeo confidenter, ut omnem dubitationis aleam tolli putet; eos a conjectura librarii, perinde ut editos a Victorii divinatione, non ex vetustissimis membranis, id augmentum literarum adquisuisse mihi iudicatum est. Non merebantur mentionem, qui fecerunt, *Hominum semissis* (quamquam nimis verum est et semissis et non semissis hominum magnam copiam esse, qui tamen non assibus, sed talents aestimentur) nisi meminisset eorum Camera-rius, cui merito quaeri de hoc loco amplius placet. Videtur prima lectio fuisse: *Bonis semissibus magna copia est.* Vocab *bonos* locupletes et certi status homines, ut Plautus Circulione: (4, 1, 14.) *In foro infimo boni homines atque dites ambulant.* Captiuis: (3, 4, 49.)

*Quia rite ipse eges in patria, nec tibi, qui viuas, domi est,  
Omnes inueniri similes tibi vis. non mirum facis.  
Est misererorum, ut malevolentes sint, atque inuident bonis.*

Noster 9. ad Atticum ep. 12. *aediles ludos parant? virtus boni vñuras perscribunt?* Qui aliis, sed aeuī fere posterioris, in primis iurisconsultis, *idonei*. Seneca lib. 4. de benefic. cap. 39. *Zeno cum quingentos denarios mutuos cuiusdam promisisset, et illum parum idonum comperisset, amicis suadentibus ne daret, perseverauit credere, quia promiserrat.* Cuīus vocis ambiguitate inductus iniuria Lactantius iauadit in verba Ciceronis lib. 2. de officiis cap. 15. *sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impetrandum.* Lactantii aeuō *idonei* homines haud alii sēpē quam boni et locupletes dicebantur: ideo tanquam astutum et ἐπικίσεων hoc praeceptum reprehendit, quasi illis folium foret impertieendum, qui restituere possent, lib. 6. cap. 11. Et persuasit, quod mirum, Turnebū lib. 3. Advers. c. 16. Sed *idoneos indigentes omnino* dicit Cicero probos homines paupertate oppressos: vt in Caeciliū (c. 3.) *vt homines idonei atque integri causam recipiendas legumque susciperent:* et Cornificio lib. 4. ad Hereniuū: (c. 35.) *Populi officium est res optimas et homines idoneos maxime suis sententiis eligere et probare.* Pronum est indicare occasionem obortae corruptionis: quum enim ultima litera vocis ab initiali sequentis esset absorpta, prima *vetus* in antiquissimo libro vel tota vel maiori parte euamisseeat, ex *ONI* fecerunt *OMNI* librarii. Sed, vt diximus, scribendum esse, tam perspicuum, vt oculis iudicari possit, reddunt sequentia: *ego autem meis rebus gestis hoc sum adsecutus, ut bonum nomen existimer.* Ne queim impeditque ambiguitas ex vicinis similiter desinentibus casibus, quoque omnino separari vult syntaxis: sententia est eam, bonis hominibus magnam esse copiam argenti foenori seu mutuae pecuniae accipiendae semissibus vñuris. Sic ad Atticum lib. 4. ep. 14, vt Bosius, 15: *Ardet ambitus: omnes de tei ἐρέω foenus ex triente idibus Quintilibus factum erat beffibus.* Vnde emendandum lib. 2. ad Q. fratrem ep. 14. *Ambitus redit immanis: nunquam fuit par. Idibus Quintilibus foenus fuit beffibus ex triente.* Vel si notis

tis ex Volusio mauis: *fuit — S — ex — —*: sed tamen ita pronuntiandum. Prorsus eadem de re agitur, eodemque tempore vtraque scripta est, nempe Appio Claudio, L. Doinitio Coss. quum Caesar iterum ex Gallia in Britanniam traieisset. Nihil dubitabis, modo vtramque paullum considerate legeris. Omitto caeteros: sed ubi mens fuit optimo Grutero, quum fateretur se ex MSS. Pall. nihil sani potuisse eruere: praesertim cum ipse iubat consuli citatam ad Atticum epistolam. Scilicet impediuit eum Victorii, qui vidit idem, adseuerare veritus est, modestia. At vt cunque notae illae non Volusii, sed Volufianorum annalium, hoc est, turpes et falsae essent, an vereremur rescribere, *bessibus et triente*, quum de re tam constet, quam lucem esse meridie? Vnde haec supersticio? Ita nec *Consules* licebit facere, ubi veteres libri habent *C O S S.* aut *Tribuni*, ubi *T R R.* aut *Senatusconsultum*, quando illic *S C.* Quaesito, ne dicatur nobis: *Dignus es cum religione tua. nodum in scirpo quaeris.* Immo si dubitatis de notis, cur non exprimere vocabula ducitis tu-tius? vt hac certe parte satis alioquin aegra epistola illa letorem torquere definat. Iam illud mihi constat, vt minus cogitarent vel librarii vel docti viri de *rō bonis* reponendo, fecisse et obscuritatem, quae minus frequentibus in lectione veterum nasci potest ex coniunctione suniliter carentium, quae constructio, vt dixi, separat. Sic Virgilius: *venit medio vi pontus.* Et hic quidem diuersi causas, dandi alter, alter auferendi: sed longe morosius est binos eisdem ponere in eadem oratione, quod tamen amarunt antiqui. Ut in Cassiano illo Ciceroni frequento: (pro Rosc. Am. c. 30.) *cui bono:* neque enim, vt vulgo in ore est omnibus, id significat: ad quem usum: sed cui homini res fuerit bono seu emolumento. Plautus *Castellaria:* *ne bene merentis sit malo benignitas.* Trinummo: *babemus et qui nosmet utamur, et qui aliis comitati simus bencuolentibus.* Cornificius 2. ad Herenn. (c. 4.) *Hoc loco defensor demonstret oportet, aut aliis quoque bono*

*fuisse, aut alios quoque id, quod ipse instruletur, facere potuisse.* Idem lib. 4. (c. 41.) *et res ista bono nemini praeter ipsum fuit.* Terentius Heaut. (5, 1, 57.) *illi pergam suppeditare sumtibus.* Hoc fraudi fuit editoribus Lucretii lib. 1. v. 1019.

*Nam certe neque consilio primordia rerum  
Ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt.*

Sic clare vetustissimae membranae. Ut et lib. 5. vbi repetuntur hi versus: *Ordine suoque quae sagaci.* leui errore librarii, quem et in sequenti refert: *Nec quoque quae refert:* pro, *Nec quos quaeque refert.* Turbauerunt librarios et viros doctos tot ablatiui, *consilio sagaci mente ordine:* quos ita facile explicabis: neque consilio ex sagaci aliqua mente profecto se locarunt quaeque suo ordine. Lambinus: *Se ordine quaeque suo atque sagaci:* vel, *Se ordine se quaeque atque sagaci.* Giffanius: *Ordine se quaeque atque sagaci.* Non aliunde quam diximus illud *atque* exortum: nam *suo* in vnam syllabam contractum non magis mirum quam in duas *scorsum*, *deorsum*, *tenuis*, *leuius*, in tres *oriundi* et lib. 2. et *equorum duellica proles*. Vbi frustra Lambinus: *equoru duellica.* Idem offendiculum fuit in Virgilii ipso principio magni operis: (1, 12.) *quo numine laeso, Quidue dolens regina deum..* Hoc est, quo negotio, quo errore vel commisso, per quod peccatum numine suo laeso. Mire ambiguus Seruius, qui tamen bene: *quo, in quo, in qua causa: dicimus enim: quo te laesi:* si hic acquieuisset. et si minus fraudi fortassis esse sibi postulet Seruius, aliorum expositiones retulisse, quam sit Pascasio Grosippo, ideo insultasse homini bono, ut lectionem induceret haudquaquam admittendam: *quo nomine laesa.* Secus nec nos negantius, non heri modo aut nydiustertius Virgilii versus esse corruptos. Putamus immo potuisse id meliori exemplo demonstrari ex illis, quae ad indicium variatae lectionis ex Seruio coegerit Pasca-  
sus. Lib. 4. Aeneid. v. 348.

*sitē Carthaginis arces*

*Phoenissam, Libycaeque adspectus detinet urbis:  
Quae tandem Ausonia Teucros considere terra  
Inuidia est?*

Hic Seruius, vt ineminit ibidem Pascaius: *Sane quidam in nouis et emendatis libris, pro detinet, demeret, inventum adserunt: nam et Ciceronem in prima Philippi- carum ita aīent dixisse: Putasne eum immortalitatem mereri voluisse? Alii ab eo, quod est mereor, mereris, meret.* Haec quidem misere scripta: sed malo gratias debe re Seruio, quod lectionem nobis delicatissimi saporis conseruarit, quain ipsum auctoresque eius nugarum arcessere, quod non intellexerint, aut tam inepte stabilire sint conati. Ego autem hanc e matteis esse Virgilii persuasi mihi vel vnicā imitatione Columellae, lib. I. de rō rustica cap. 4, vbi praecipit de villa exstruenda: *Pro por- tione etiam facultatum, quam optime paterfamilias debet habitare, vt et libentius rus veniat et degat in eo. Iucun- dius utique viro, si etiam matrona comitabitur, cuius vt sexus, ita et animus est delicatior. quamobrem amoenitate aliqua demerenda erit, quo patientius moretur cum viro.* Hoc argumentum quam vim habeat, norunt qui vtrumque legerunt, vti decet: neque enim ullum habemus vēterum, qui diligentius aut elegantius maximi vatuum bene dicta plurima expresserit, vt mille exemplis docere possem. Sed hoc ipso nihil luculentius. Apud Maroneim Carthago et nouae vrbis adspectus demeret seu demeretur Elisam: hoc est, placendo deuincit, alligat, ἐλυσμὸς quodam tenet, nec digredi aut recordari Phoeniciam patitur: Columella praecipit matronam, quo patientius ru re cum viro moretur, amoenitate villae *damerendam*, hoc etiam est, deuinciendam, obligandam, velut loto tenendam ac deliniendam. Evidem, *detinet*, habeo pro in terpretatione alterius manifestissima et palpabili. *Meri- tum*

*Quum loci dixit Martialis (nam meritis demeremur alios)*  
lib. 8. (65.)

*Grande loci meritum testantur et altera dona.*

Haec gemina est illius epistola Paradoxorum, quam aestimare et polire neglexit vir doctissimus; ei manum admovet, quod ista linea non nisi deteritur. Sed demus ipsum sibi Virgilium interpretem ex lib. 7. (v. 477.)

*Arte noua speculata locum, quo litore pulcher  
Insidiis cursuque feras agitabat Iulus.*

Integrum est: *quo loco in litore*: non *quo cum litora*, vt nec ibi *quo cum numine tanquam adiectuum substantiuo cohaeret*. Sunt autem hic, *quo, litore, insidiis et cursu* perinde vt apud Lucretium, *confilio, sagaci mente, ordine*. Varro lib. 1. de re rustica cap. 2. *quod ex satiene terra sit natum*. Cicero libro 1. in Verrem: (c. 50.) *is casu pupilli Iunii tutor erat testamento patris*. Liuius [lib. 33. (c. 46.) de Hannibale: *Adiecit aliud, quo, bono publico, sibi proprias simultates irritauit*.] lib. 38. (c. 2.) *Macedones parum loco freti, ab Aethiopia in altiorem disruptioremque vndique tumulum concessere: quo pluribus locis aditu inuenio expulere eos Athamanes*. Lib. 44. (c. 17.) *vt iam inde cogitarent parentque, quae bello usui forent, senatumque consulenter, si qua re consulto opus esset*. nempe Senatu. Eodem libro: *qua, terra, mari, subuebantur commeatus*. Nunc reuoemus Ciceronem. Is in epistolis ad Atticum ter mentionem facit *mysteriorum Romanorum*: quibus explanandis dudum occupati fuere sumuni viri. In ultima lib. 5. *Quum scies, Romae intercalatum sit necne, velim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint*. In prima lib. 6. *faciesque me, in quem diem Romana incidenta mysteria, certiora, et quomodo biemaris*. *Cura ut valeas. Post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimo quinto*. In quinta et vicesima libri 15: *De meo itinere variae sententiae. multi enim ad me. sed*

sed tu incubis quoq[ue]sa in eam curam: magna res est. Am  
 probas, si ad Kal. Ianuarias cogitamus? meus animus est  
 asperius, sc̄ tamen ut si nibil offensionis sit. Et tu etiam  
 scito, quo die olim piacum: mysteria scilicet. Ut ut sit  
 ver, casus confitum nostri itineris iudicabis. Dubitemus  
 igitur. est enim biberna nauigatio odioſa. eoque ex te  
 quaeſieram mysteriorum diem. Simeon Boſus intelligit etiam  
 diem, quo mundus patere dicebatur: quod ter in anno  
 fiebat, poſtridie Volcanalia, ante diem tertium Nonas  
 Octobres, et ante diem sextum Eidus Nouembres. Ac de  
 hiemalibus mysteriis egisse Ciceronem declarant, ait, in  
 poſtremo loco, quae mox ipſe ſubiicit de hiberna nauiga-  
 tione. Sed ea explicatio nec huic nec prioribus locis  
 quadrat. Quam ex libro 6. notauiimus, ſcripta eſt VI. Kal.  
 Martias biennio poſt caedem Clodii. non eſt enim alia  
 pugna Leuctrica quam Milonis et Clodii ad Bouillas;  
 prior etiam anterius. Volcanalia autem incident in duo-  
 decimum Cal. Septembres. Nimia profectio atque incre-  
 dibilis ſollicitudo, Proconsulem mense Februario iam  
 quaerere de die nauigationis instituendae mense Sextili  
 vel Octobri vel Nouembri: cogitaret potius de negotiis  
 provincialiis, que cumulo adhuc imminebant, aut de  
 ſequiis instituendis, quam de die diſceſſus. Deinde fate-  
 retur ex ſententia Boſii ſe ad Calendas Ianuarias respicere,  
 vt nulla fit opus cautela in vitando die religioso istorum  
 mensium. Adde, quod aperte indicat, ambiguum ſe eſſe  
 de die, non ob religionem patentis mundi, ſed ob me-  
 tum hibernae nauigationis. Sed et cur adiiciat, *quo die*  
*olim piacum?* nam religio mundi patentis utique tempore  
 etiamnum illo durabat, vti ex Feflo et Macrobiō, qui  
 Varronis vtitur testimonio, patet. Denique ratione in  
 non video, cur iſti religiosi dies praeter caeteros in tanto  
 numero feſtorum dierum dicantur *mysteria Romana*. Boſio  
 tamen facit ſecundas Dionyſius Petavius, cum ait *Ro-*  
*mana mysteria* ſacra quaedam occulta fuſſe, quae tum  
 celebraabantur, cum *mundus patere* diceretur, ac tum

fuisse nefas arbitratos, publice priuatimque quidquam capessere, lib. 2. de doctr. Temp. cap. 72. Ausonius Popma in prioribus locis intelligit Consualia, quae mense, inquit, Martio magna celebritate peragebantur. idque eo magis quia dies epistolae scriptae sit paullo ante Consualia III. Nonas Martias, Paulbo et Marcello Coss. ad quem numerantur septingenti sexaginta quinque dies a Clodii nroce, III. Kal. Febr. altero anno perpetrata. Sed hic iterum duplex versatur error. Primum cur Consualia ponit Martio mense, quae Kalendarium Romanum, Plutarchus, omnes in Sextilom conferunt? nisi Equiria cum Consualibus confudit. Deinde fallum est scriptam epistolam III. Non. Mart. et Clodium occisum III. Kal. Februarias. Id enim factum XIII. Kal. Febr. teste Tullio in Miloniana: adeoque data est epistola illa VI. Kal. Mart. vti dixinus. Quod videtur ipse animaduertisse postea: certe desiluit ab hae arce in notis ad Velleium, ubi aliam opinionem suam proponeat, quam quando ita vult; accipimus quidam, non tamen sequitur. Ait enim Liberalia intelligi, celebrari solita XVI. Kal. Aprilis: de his quaesuisse Ciceronem, quia Quinto Ciceroni, fratri filio, togam puram illis dare constituerat. Ea recte κατ' ἐργάζοντα mystaria Romana dici, quia Cicerio eadem in re alibi verbo vtitur eodem, et apud Virgilium, (Georg. i, 166.) *mystica vannus Iacchi*. Hic quoque mendosum, constitutum Ciceroni eo die, de quo quaerit quemque *mysteria Romana* appellat, togam puram induere Quinto fuisse. Verba sunt: *Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare: mandauit enim pater. ea sic obseruabo, quasi intercalatum non sit.* Apparet, non ei sttis ignoratum hunc diem: et cur roget de intercalatione eius causa, quem sic se profitetur obseruaturum, quasi intercalatum non sit? Nec probant, quae allegat, ista Liberalia praeter caeteros festos dies *mysteria* nuncupata. Nam in libro de natura deorum accipitur vox generaliter pro quibusvis initis sacrorum operante run.

rum. Apud Virgilium non aliter quam apud Tibellum: (3, 6, 1.)

*Candide Liber ades, sic sit tibi mystica vitis.*

Et Statium lib. 8. Thebaidos (v. 763.)

*Nec prius astra subit, quam mystica lampas et insons  
Ilisos multa purgauit lumina lympha.*

Ita enim legendum, ubi vulgo inepit: *Elisor.* Oppri-  
mus: *καρτερός μυστικός αρχιμάντυρος.* Simplex de-  
scriptio est, vanus, cuius instar habetur in facie Bacchi,  
qualis Baccho sacra est. Sic Lucretius lib. 6.

*Nec res illa magis quam Phoebi Delphica laurus  
Terribili sonitu flamma crepitante crematur,  
At aperto infelicitate correctio Popinae in lib. 15. ad Atti-  
cicum scribentis: quo die Olympia tum mysteria. Ut dicat  
,,Ego animo aequo, et paciente sum, siue maneat in Ita-  
lia, siue in Graeciam proficiscar: modo tamen nihil in  
mansione mea vel profectione sit offensionis, de qua  
,,tu scire monuisti. Querenti enim mihi, quo die uny-  
steria futura essent, respondisti illis diebus, quibus Olym-  
pia celebrantur. Vnde incurserem in vituperationem,  
me tam misero reipublicae statu ad Olympia profectum.  
Quae fieram autem ex te mysteriorum diem, ne rediens  
e Graecia incidere in hibernam nauigationem, quod  
fieret, si post mysteria profectus fuisset. Evidem hic  
me non adsequi fateor, nec quomodo verba sic concepta  
vulum sensum admittant, nec quomodo iste, quem vir  
praestans vaticinatur, inde extorqueatur. Interim quod  
animo aequo se esse dicit Cicero, non referendum ad  
professionem aut mansionem, sed ad dilationem diet,  
quo redire constituerat. Negat enim se festinare valde  
propter exiguum spem de republica; ideoque ait susque  
deque habere, siue admoueatur paullum siue prolatetur  
ille dies. Nec video quid causae sit, cum Romae ageret*

Atticus, cur quaereret ex illo Cicero, quo die Olympia Pisae, Athenis mysteria celebrarentur: quorum de diebus ex intercalatione Romana nulla ambiguitas. Iosephus Scaliger Olympiadum diem ab Romanis intercalatum putat ob quadriennium solare: eo die aliqua mysteria facta, ante quae nefas esset aliud suscipere: ideo Olympiadum diem et *mysteria* pro iisdem poni: ideo vero Ciceronem itineri se accingere non ausum, quod omnis intercalationis dies religiosus, nefastus et infaustus haberetur: haec lib. 2. de emendatione temporum. Atqui si ad Kal. Ianuarias cogitat, quid opus Olympiorum diem vereri, quae non ante solstitium celebrabantur: Vocabulum autem *offensionis* non posse ad religionem trahi apparet inde, quod eundem diem Calendas Ianuarias et quemuis commodum destinat hac conditione, si tamen nihil sit offensionis: ipsis igitur Calendis Ianuariis offensionem, quam timet, obtin gere sibi posse confitetur. Non igitur religionem illa significat, quae illo die, puto, eundi quo quis vellet nulla erat. Nec possumus probare quod vir maximus in postremo loco scribit: *A. D. Olympia*: idque sic interpretatur: Si Cicero migrasset Olympiadum die, quod is οὐέρδημος fit et peregrinationi non idoneus, difficile fuisset ipsum effugere vituperationem populi religionem illi obiciens. Scilicet hic tum superis labor, ea cura quietos sollicitabat, vt ex turbata et sursum deorsum tursum prorsum mista ac reciprocata republica solus augur Cicero seruaret integrum tantam religionem, iter suspensus feriis Graeculis Olympiorum, vt Iudeus sabbato. Nondum obseruauit dixisse Latinos, ante diem Olympia, si dies Olympia Romanis in fastis fuit: necdum placet, ante diem Kalendas, pro Calendis ipsis, et si id a viris doctis alicubi inculcatum memini. Nolo pluribus, et fastis alii. Megalesia aut Cerealia cur interpretetur Lydiates, cum ipse nullam rationem edat, nec nobis agendum multis, cur ea intelligi non possint. Nam quod in lib. 15. agnoscit Olympia, perinde ut caeteri, vitiola lectione dece-

deceptus est. Samuel Petitus lib. 9. miscellani. postremum locum ita concipit: *Et tu etiam scito, quo die olim piaculum mysteria. Ilicet, ut res sit, casus consilium itinoris nostri iudicabit.* Ita autem interpretatur. Priora duo loca antecedere emendationem anni Julianam; ultimum ea esse posteriorem. Nescisse Ciceronem ante emendationem Julianam, an mensis Merkedonius esset intercalatus, an dies Merkedonii immantuli essent, et hoc utrumque esse ei intercalare. Quaerere igitur, an intercalatum sit et exempti aut eximendi dies Merkedonii mensis Quintilis et Septembribus itemque Nouembribus: unde discat in quem diem cadant *mysteria*, quae nisi dies Merkedonii eximerentur, incidenter semper in eundem et statum Nouembribus diem. At quia e Nouembri dies essent eximendi, quod pro Pontificum arbitrio, non e periodi lege, saepius fieret, quaerere illum, in quem diem incident *mysteria*, quas apud Plutarchum in Marcello appellari *αποδήμας νεών οἰδέων ιερογόνιος*, sive inferias manibus Graeci et Graecae, Galli et Gallae, tunnitu Gallico in foro boario defosserunt. Quod autem emendato iam anno quaerat eundem diem, factum ideo, quia post Caesaris caedem, ante quem Augustus manum admouerit, non videatur a Pontificibus anni modus religiose observatus. Contra hoc tantum dicam: verum est ante emendationem anni Julianam scriptas priores, quippe Coss. L. Paullo, Claudio Marcello; alteram quidem Idibus Februariis, alteram VI. Kalend. Martias: unde clarum est non de diebus Merkedoniis tam remotorum mensium, sed quia tuus bissextilis fuit annus (quod confirmat ipse vir doctissimus in diatribe sequenti) de intercalatione, quae mense Februario fiebat, quae sifesse. At vero illum diem, quo memoria celebrabatur sacri, ut merito Liuius appellat, *minime Romani*, dici praecipue *mysteria Romana*, cui fiet verisimile? Coniiciebam igitur ubique *mysteria Romana* appellari Sacra Bonae Deae, quae fiebant Kalendas Maiis. Quia enim id sacrum fiebat pro salute populi Romani

Romanū caerimonia sanctissima, ita nō *εξοχὴν mysteriorum* vocabulo id honorauit, quod nomen apud Graecos proprium Eleusiniorum venerabilis etiam maxime sacri. In oratione de haruspicū responsis: (c. 6.) *De sacris publicis, de iudicis maximis, de deorum Penatium Vestaeque matris caerimoniis, de illo ipso sacrificio, quod sit pro salute populi Romani, quod post Romanam conditam burius unius casti iutoris religianum scelere violatum est.* Et rursus: (c. 7.) *Etenim quod sacrificium tam vetus est, quam hoc, quod a regibus aequale urbi accepimus? quod autem tam occultum, quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes? quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? etc. quid sit per Virgines Vestales, sit pro populo Romano, sit in ea domo, quae est in imperio, sit incredibili caerimonia, sit Deae, cuius ne nomen quidem viros scire fas est.* Denique ibidem inferius de Clodio: (c. 27.) *deorum ignit, solennes mensas, abditos ag penetrales focos, occulta et maribus non inuisa solum, sed etiam inaudita sacra inexpibili scelere perseruit.* Haec autem, ob incerta fastorum, laco suo mota interdum fuisse certissimum argumentum praebet Plutarchus in vita Ciceronis. Narrat enim, quo die Lentulus Sura et caeteri Catilinae populares in Senatu conuicti erant, Consulem Ciceronem deductum in aedes vicinas suis: has enim tenuisse mulieres, quae facis Bonae Deae operabantur; confirmatumque Ciceronem anxiū et sollicitum ostento flaminae subito ex cinere et deustis corticibus igne iam sopito emicantis. Is dies erat ante diem pridie Nonas Deceimbr. Haec igitur intelligi mysteria praecipue firmat postremus locus, quandoquidem in duobus prioribus causam rogandi de isto die ignoramus. In quo capitalis error nonnullorum, quod de discessu acceperunt die, quae de futuri reditus consilio iam ante excessum ex Italia Cicero pronuntiat. Hoc solo reuicto illorum explicationes uno impulsu euertuntur. Scripta haec epistola est anno V. C. 710. eo tempore, quo post

post necem Caesaris perterrefactus Antonii actionibus abesse  
longe ab republica decreuerat, et euitare tot ἐπιστολαίς  
οὐδὲ μάν, in eumque finein, ut ait Plutarchus, ὅμηρος  
πρεσβύτερος Δολαβέλλας συνεκπλεῦσαι εἰς Σύριον.  
Acceperat igitur liberam legationem et potestatem eundi,  
manendi, quo, vbi vellet, introeundi, exeundi, cum  
vellet, in quinquenium, ut ipse scribit lib. 15. epist. 11.  
De discessu non hic agi docet epistola sequens 26, vbi  
narrat se itinera sic compoñisse, ut Nonis Quintilibus Pu-  
teolis esset, unde erat condescendum, sine ullo mutati  
consilii aut diei vestigio. Accepta hac laxissima libertate,  
nec curationes a Proconsule mandandas metuens (unde  
epist. 19. *A Dolabella mandata habeo, quae mihi vide-  
buntur. id est nihil*) deliberat cum Attico de reditu suo.  
*Si ad Kal. Ianuarias cogitamus, belle explicatur lib. 16.*  
epist. 6. *Scribis enim in coelum ferri perfectionem meam:  
sed ita, si ante Kal. Ianuarias redeam.* Et proxima: *si si  
quamvis non fueris suasor et impulsor perfectionis meae,  
approbator certe fuisti, dummodo Kalendis Ianuariis Ro-  
mae essem.* Philippica 1. (c. 2.) *Quae cum audire nullum  
quam videre, habemusque ius legationis liberum, ea men-  
te discessi, ut adessem Kalendis Ianuariis.* Cum epistola  
sexta libri sextidecimi scriberetur, iam consulta et de-  
creta res erat, diesque status condicis: fecus: cuin pri-  
mum illud in epistola quinta et vicefima: tum eam va-  
riabant etiam sententiae. Et quidem vellet redire Cicero  
ad Kalendas Ianuarias, si tamen aliqua melioris reipubli-  
cae spes adfulgeret, hoc est, *sic tamen, ut nihil offendan-  
tis sit.* Atticus inter dubitationem istam suaferat, ut vel  
Kalendae Maiae terminus peregrinationis essent. Quod nec  
improbat Cicero, sed rursus ita, ut a casu et fortuna rei-  
publicae consilii exitum suspendat. Idque eo magis, quia  
navigatio hiberna, tentanda vtique si ad Kalendas Ianua-  
rias Romae esse vellet, odiosa videretur. Significatque  
haud obscure, idem quod Atticus voluerat, sibi quoque  
in mente fuisse: atque ideo mysteriorum, quae in Kalen-  
das

das Maias incidebant, diem ex eo se quaesuisse. *Hacten*  
*etiam* *etiam* huius epistolii est. Porro Atticus non contentus  
 Kalendas Maias appellare suo nomine, eleganter et ioco-  
 se circumscriptis illas in gratiam Ciceronis, quem dele-  
 ctari sciebat iniunici acerrimi vichti et prostrati mentione.  
 Clodii dico: adeo ut olim in die, quo epistolae dederat,  
 signando a pugna, ut ait, Leuctrica seu Bouillana dies  
 computaretur. Suasit igitur, ut circiter eum diem esset  
 praefato, quo die olim piaculum: id est, quo die nefario  
 Clodii incesto sacra Bonae Deae violata essent, seu ipsis  
 mysteriis Romanis, siue Kalendis Maiis. Quo ioco nihil  
 scitius, nihil magis ad Tullii gustum. Quod autem  
 Popma de Olympiis sententiam suam firmat ex lib. 16.  
 epist. 7, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Adscribenda verba, quan-  
 do et nonnulla, quae superius diximus, confirmant. Re-  
 fert autem ex ore Bruti: *se laetari, quod effugissem duas*  
*maximas vituperationes: unam quam itinere faciendo me*  
*intelligebam suscipere, desperationis ac relictionis recipubli-*  
*cae: (cuntes mecum vulgo querebantur, quibus de meo ce-*  
*lori reditu (agnoscis constitutum fuisse) non probabam.)*  
*alteram de qua Brutus et qui una erant, (multi autem*  
*erant) laetabantur, quod eam vituperationem effugissem,*  
*me existimari ad Olympia. hoc autem nihil turpius quo quis*  
*republicae tempore.* Ecce alterum dictum Attici viuis  
 laudat Cicero tanquam iucundum sibi: alterum Bruti et  
 comitum abominatur, et vituperationem maximam inclu-  
 dere fatetur ipse, ac primus Attico significat. Adeo re  
 non inspecta propter quarundam literarum adfinitatem  
 collum huic loco torserunt, pro Olympiis in illum indu-  
 cendis. Eram haec omnia commentatus, priusquam in-  
 cidi in excerpta Appiani, qui narrans idem piaculum Sa-  
 cra Bonae Deae μυσήματα appellat: καὶ ἐσ τὸν οἰκιαν τῷ  
 Γαῖος παρελθεῖν διος γυναικας νυκτὸς, ὅτε μόνοις γυναιξὶν  
 ἔστελθεν μυσηρίων αὔγουστέων. Vbi allegat Vallesius  
 ex lib. 5. et l. 6. ad Atticum, ac verbo *mysteria Romana*  
*Sacra Bonae Deae* interpretatur. Et verba Appiani et

con-

consensus doctissimi viri non parum me confirmarunt. Confido autem neminem haec lecturum, qui non facile animaduertat, quod profecto verum est, nos non alieno immolitos, sed structis iam nostris exemplum fundamentorum nostrorum inuenisse: quod maligne diffundulare non sectae est neque moris nostri.

## CAPVT X

*Iustino partim e MSS. par-*  
*tion de coniectura reddit a non-*  
*nullis locis vera lectio. Eadem*  
*Plauti seruata et explicata.*  
*Fastidire et callere ad quaestum*  
*suum. Vsus praeocabuli Ad.*  
*Plauti rursus veteres libri pro-*  
*bati. Fastidia et fastus eorum,*  
*quae amantur vel sollicitantur.*  
*Fastidia vel fastum pati. Fa-*  
*ustum facere. Fastidiosus. Fa-*  
*stidium agitans magnarum ur-*  
*binum Philippus. Gratiae impe-*  
*rancis aemuli. Nomina rerum*  
*Romanarum propter quandam*  
*similitudinem imposta rebus*  
*aliarum gentium. Principia,*  
*locus ante praetorium in castris.*  
*Principia pro primoribus mili-*  
*tum in castris, seniori deo Im-*  
*peratorum Romanorum. Prin-*  
*cipia in acie, non principes sive*  
*secunda acies, sed prima signa,*  
*frons aciei. Lixii aliquot loca,*  
*Seuecae, Tatiti, Terentii sin-*  
*gula illustrata. Esse post prin-*  
*cipia. Postprincipia. Tribus,*  
*E tribu sua. Ludus, Ludum*  
*fuisse. Propola vox tota e*  
*Graeco. Commendatio. Pli-*  
*nius et Cicero illustrati. Bala,*  
*qui se Seleucidarum familiac*  
*fraude inscrutus nomine Alexan-*  
*dri. Prololaus Euergetes.*  
*Antiochus Expatior. Ptriapi-*  
*tus, rex Parthorum. Annes*  
*et Persis et Parbis praecipua*  
*religione culti.*

**B**ello sacro inter Thebanos et Phocenses orto, quinque  
 his suffulti Lacedaemoniorum et Atheniensium sub-  
 fidiis non ita facile debellarentur, sollicitatus ab il-  
 lis Philippus Macedo, et si tantam occasionem ostentata in-  
 iuadenda Graeciae magno etiam emendam censeret,  
 dedit tamen famae, ut velut arbiter ac medius aliquamdiu  
 parti utriusque se presanduin preeberet. Id partim indi-  
 gnatus, partim simpliciter narrans Iustinus vel Trogus  
 Pompeius ita scribit lib. 8. c. 4. *Et haec potissimum facere*  
*The-*

*Thebanos Lacedaemoniasque, antea inter se imperii nunc Graeciae imperantis aemulas. Philippus, venditatione gloriae sue, tantarum urbium fastidium agitat, atque, utros potius dignetur, aestimat.* Haec editio est Bongarsi, et quidem e membranis. Impressi ante, *fastigium*: quod reducendum censet vir in literis prius et homo honestissimus, probavitque cui rectius suos mores; tanquam confirmatum sequentibus, *utros potius dignetur aestimat*; item illo *tantarum*. *Fastigium* enim *agitare* magnarum urbium, interpretatur, comparare inter se istarum dignitatem, opes, potentiam, et quasi libertatem. Ac, ne parum imbibisse ipsi hanc sententiam putares, iam iterum nobis illam commendauit, docuitque *fastigium* pro culmine dignitatis et potentiae poni, et sic apud Iustinum: nego enim, inquit, *fastidium* ibi legi debere. Haud scio, an tam validas comparare possim machinas, ut eum e praesidio istius opinionis deiiciam, praesertim talem virum, cuius praeclaris inuentis fruimur plurimis, cuius studio et honestis iudiciis ut conata mea careant, nihil suave meritum est. Neque tamen inuitum quemquam in meam sententiam pertrahere velim, quam pulchrum est vincere ac vinci vultu codein, tam, si non impetrerem, ut vicisse credar, et mei pudoris et alienae libertatis in dissentiendo memor ac patiens. Cur autem, quod codices praebent antiqui, adamaueriū, nec verum modo, sed et multo doctius magisque ex arguento censem, indicabo. *Fastidire*, a gustu translatum, est poene auersari, non ferre, non appetere, reiicere aut arduum difficulterque accessum dare: estque aut delicatorum aut superborum. Plautus Truculento a. 5. v. 38.

*Qui, malum, bella aut faceta es, quae ames hominem  
istimodi?*

*P.H. Venitne in mentem tibi, quod verbum in cauca  
dixit bistrio?*

*Omnes homines ad suum quaestum callent et fastidiunt.*

Aedepol

Adeper si Plautinos augures et extispices ministris ille auditores habuisset; dictum sane quam doctum et de melioribus sine plausu perdidisset. Fere placet illis *calent*, quod explicant, feruide inhiant et semper nouum appetunt, ut stomachus, qui nouis cibis reficiendus est, consuetos fastidit; aut *callent* interpretantur, ingeniosi sunt in quaerendo lucro. Deinde Lambinus, *satis vident*, Palmerius *satis cluent*, Acidalius *cati cluent*. Solus Scaliger ad Catalecta se recte perspexisse mentem indicat: sed nihil iuuit nec ipsum cuius tamen nulla culpa est, nendum Comicum adsequutos. *Callere* idem est quod obduxisse calum, durare in re molesta; et imperare tibi, ut patiaris. Sulpicius ad Ciceronem: (lib. 4. ep. 5. ad Famil.) *qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atque omnia minoris aestimare?* Diversum huic *fastidire*, videlicet non durare, nec sustinere quod molestum est, sed repellere, delicatum esse. Cum duobus Phronesiores erat amatoribus, altero militari homine, qui se pulchrum dignumque amore putabat, perinde ut Pyrgopolinices; altero rustico, caetera incomto et horrido, sed qui et recens erat et parcimoniae bellum indixerat, neque obligare modo sibi, sed emere meretricem omnem, cum porcis, cum fiscina, dainnis suis pararet. Unicus hic illex est infaustis illis auribus capiendis. Quae igitur ob pecuniam hominem insulsum et squallidum, spreto urbano et formoso quidem, sed a nummis male instructo vel iam exhausto vel denique auaro, amat meretrix; ea *callit ad quaestum suum*, hoc est, obdurat, et non fastidit, sed tolerat ingratas delicias lucri causa. Quae autem Venerium nepotulum, aequa damnosum ac largitorem, spreto rustico, praefert, ea *fastidit*, delicata est et iam ferre nequit absurdos lusus, non tamen nisi *ad quaestum suum*. Prout quaestus est ex re, praesertim si qua ingenio suo non minimum suavis est, ita tolerant eam obdurate in toleranda, aut fastidiant et adsperrantur homines. Quod autem adseritur ex Asinaria a. i. sc. 3. (v. 34.) *Ad suum quem-*

*quemque hominem quaeſtum eſſe aequum eſt callidum: quo ſolo ſe fatetur teneri Pafferatius, ne rō calent approbet: id nihil facit ad intellecfum verbi callere; illuſtrat nonnihil vſum particulae.* Vti et in Captiuis a. 2. ſc. 3. (v. 8.) *Vt roquoruſum rectum eſt ingenium meum, Ad te atque illum: pro rota me vti licet.* Bacchid. 1. 2. (v. 56.) *Nimio eſt tu ad iſtas res diſcipulus doctior.* Poenulo 3, 2. (v. 22.) de auro Comico: *Verum ad hanc rem agendam Philippum eſt.* Neque aliter accipienda, quod ſefellit eruditos, Milite 3, 1, 125.

*Nimis bona ratione, nimiumque ad te et tua multum vides.*

Haec lectio MSS. quam produxit prius et merito recepit Philippus Pareus, de humanitate non male meritus, de me ita, vt et supremo iudicio ſuo mihi honorem habuerit. Nec diffitet Gruterus ita fuiffe in optimis codicibus, ſed ait non illis perpetuo feruendun, vbi ratio et decorum id abnuat, vti hic. Quod nunquam euincet, nec ferimus obduci nobis: *nimisque aperta tu multum vides:* erutum, vt ait, a Caimerario e primariis editionum. Dam de nuce litigant viri docti, nucleum amiferunt, aut fine cura reliquerunt. Nimis bona, inquit, ratione ſiue utrique facitis, et tu et cognati, ſiue illi faciunt: tuque in illis quae ad te tuainque rem pertinent, vel quantum ad te et tua, etiam plus quam opus eſt vides ac ſapis. Porro *fastidire* ſolum pro superbire Plauto; coniunctum nomini rei vel personae pro ſpernere, grauari, paſſim frequenter. Contra *superbum* pro fastidente Horatius de urbano mure: *tangentis male ſingula dente ſuperbo.* Ita non tantum fastidit, quae rusticum et ſquallidum amandat praeculto, quale proxime in Plauto exemplum, ſed quae quemuis amore, vt redametur, merentem dignatur. nam fastidia fastusque amatoribus non indulgentium. Corydoni fuit *triflisis Amaryllidos iras Atque ſuperba pati*

*pati fastidia.* Tibullo, (1, 9, 73.) *Pholoes fastidia.* Propertius lib. 3. Eleg. 18.

*Talis, Cretaei fastus quae passa iuuenci.*

Idem lib. 4. (5, 42.) *Nempe tulit fastus ausa rogare prior.*  
 Petronius (c. 96.): *Contubernalis meae mibi fastum facit.*  
 Apud Martialem, (4, 29.) *spoliatricem commendat fastus amicam.* Sic *fastidiosus*, paucorum hominum, cui rari et rara placent, qui nimis arroganter aut curiose personarum et rerum delectum habet. Milite 4, 6, (16.)

*quamquam illum multae sibi expetessunt,  
 Ille illas sperpit segregatque ab se omnes, extra te unam.  
 AC. Ergo iste metus me macerat, quod ille fastidiosus est.*

In Rudente de Neptuno: *quamuis fastidiosus aedilis est:*  
*si quae improbae sunt merces, iactat omnes.* Cicero (de Clar. Or. 207. c. 57.): *facilis erat in causis recipiendis Antonius, fastidiosior Crassus.* Sic *fastidiose recipi*, hoc est, difficulter, grauatum, Phaedro: (prol. 3, 23.)

*Ego quem Pierio mater enixa est iugo etc.*

*Quamuis in ipsa natus sim poene schola etc.*

*Fastidiose tamen in coetum recipior.*

Cicero lib. 1. de oratore: (c. 26.) *Itaque in iis artibus, in quibus non utilitas quaeritur necessaria, sed animi libera quaedam oblectatio, quam diligenter et prope fastidiose iudicamus?* Quae sententia consentit cum Horatiana: (ad Plf. 372.)

*mediocribus esse Poëtis*

*Non homines, non dii, non concessere columnae.*

*Vt gratas inter mensas symphonia discors*

*Et crassum vnguentum, et Sardo cum melle papauer.*

*Offendunt, duci poterat quia coena sine ipsis:*

*Sic animis natum inuentumque poëma iuuandis,*

*Si paullum summo discessit, vergit ad imum.*

Seneca de tranquillitate: (c. 7.) *Nunc vero in tanta bonorum egestate minus fastidiosa fiat electio.* Ex his omnibus iam, credo, perspicuum est, quid sit *agitare fastidium*. Sunt enim τῶν πρόσων hinc *agitare fastidium et facere fastum*; illinc *patti fastidia, pati vel ferre fastus*: illa sunt aut minime aut fastidiose ac tarde recipere; haec aut minime aut lente ac post multam humilitatem et patientiam admitti. *Agitare fastidium* hominum praesertim riualium et in eundem locum gratiae competentium est tenere homines suspensos et diu te rogandum scanduntque praebere, dum deliberas, nec decernis aut declaras, vtros vel quos praeferas. Philippus dum se ostentat, dum cupit conspicere et aestimari per eos, a quibus rogatur, *tantarum urbium fastidium agitat*: non cito ac pronto responso eas dissoluit, se ambientes fastidum pati cogit, ac fastosa mora deliberat, vtra potius foret tanti, cuius foedere, hoc est, voluntario seruitio, accepto, alterius imperium vi tentare malit. Nec praeter auctoritatem membranarum et egregium sensum, desunt ex proximis, quibus quae diximus, adfirmantur. *Venditatio gloriae suae* in aliquo, utrum *fastigium* eius agitant, ani *fastidium* conueniebat? huic prorsus: eo enim se venditabat, ferocem magnumque faciebat, et protractabat rem, quod haberet conspicique cuperet submissorantes, exspectantes se, et adstantes tantarum urbium legatos. Facit enim Iustinus Philippum, passim ei malignior, ex illis, qui, vt ait Cicero, deteriores sunt rogati: qualem apud Petronium habes: (c. 91.) *Postquam rogari sensit, supercilium altius sustulit.* Sed et adulari et redactum eo esse, vt ultero adulere, magis eorum est, quorum fastidium, quam quorum fastigium agitur. Denique alienis excubare sedibus, annon plane fastus est patientium, vt amatores exclusi, ad limina pernoctant? Seneca de constantia sapientis: (c. 15.) *Domus haec sapientis angusta, sine cultu, sine strepitu, sine apparatu, nullis obseruatur ianitoribus, turbam venati fastidio digerenti-*

rentibus. Vix ut exemplo rem expediamus, Callicratidas apud Xenophontem lib. 1. Historiae Graecae et Plutarchum in Lysandro adspice: is cum ad exercitum in Asiam venisset, Cyruinque orae maritimae praefectum de stipendio nauticorum adisset, responsum tulit, Cyrum potare, post biduum rediret. Grauiter id tulit Callicratidas καὶ ταῖς ἐπὶ ταῖς θύραις θυτήσεων ὄργιοις (quid aliud quain stomachatus excubandum et toties occurrentum esse ad portas) miserrimos mortalium dixit esse Graecos, qui nuinmolorum causa barbaris adularentur, seque si saluus domum reuerteretur, pro virili laboratum, ut Athenienses ac Lacedaemonios in concordiam redigeret. Vides Cyrum Callicratidae fastidium vtique, non fastigium agitantem, nec hunc ferentem, quod illos apud Philippum vel ferre fortuna sua iubebat, vel sentire Macedonis artes prohibebant. Quas sane miras in Atheniis, Lacedaemoniis, Thebanis, Phocensisbus frustrandis operae pretium est cognoscere ex orationibus Demosthenis περὶ τῆς παρεπεσθέταις, eiusdemque et Aeschini περὶ τῆς εὐφάντης. Dabit alterum Tacitus in quarto Annalium: (c. 74.) Seiani durior congressus erat, atque eo per ambitum aut consiliorum societate parabatur. Satis confabat auctam ei adrogantium, foedum illud in propatulo seruitum spectanti. quippe etc. campo aut litore iacentes, nullo discrimine noctem ac diem iuxta gratiam aut fastus ianitorum perpetiebantur. Iuxta vult indigne habitos, quibus comes fuerint ac benigni ianitores, et quibus truces; quos promte admiserint, et quos reiecerint aut tarde admiserint. Quod autem habetur ante: nunc Graeciae imperantis aemulos: in eo ὥντελον vlcus latere recte ceasuit Berneggerus: legendum autem, ut subiecit mihi Menso Altingius noster, et legum et literarum peritia egregie praeditus, mihiique et ob faciles mores et rectum animum incundissimus: antea inter se imperii, nunc gratiae imperantis aemulos: quonidam certantes de imperio, nunc (οἷος δὲ φάντα) de serui proprioris honore,

vtri palmarum regiae amicitiae obtinerent, vtri potiores apud illum partes haberent, qui iam vi et opibus, mox etiam specie rerum potiebatur. Quos Tacitus describit, gratiae non modo Seiani, sed et ianitorum eius aemuli erant. Idem vel Trogus vel Iustinus lib. 13. vbi, quae post mortem Alexandri Praefecti eius coinitia de imperio agitauerint, enarrat, cap. 3. *Cum equites quoque idem fecissent, pedites indignati, nullas sibi consiliorum partes relictas, Aridaeum Alexandri fratrem regem appellant, satellitesque illi ex tribu sua legunt.* Sic oinnes Bongarsi praeter vnum, in quo *ex turba*, quod cum ipse laudasset, sibique in tribus melioribus inuentum Modius esset contestatus, in exemplaria receptum est, et nunc passim pro germano probat. Mihi vocis vtriusque pretia exigenti occurrebat, res exterorum, ut ab aliis, sic in primis ab hoc scriptore, vocabulis, quae rebus Romanis dicata et propria erant, propter τὸν αὐτοῖς persaepe vocitari. Sic Hannibalem Carthagine *Consulem* dicit lib. 31. sic Hasdrubalem *dictaturas undecim et triumphos quatuor insignem fecisse* lib. 19. (c. 1.) sic Dionysium Corinthi apud *Aediles aduersus lenones iurgari* l. 22. (c. 5.) Sic Aetolorum *uniuersarum urbium senatum* lib. 33. (c. 10.) et *senatum Parthicum* lib. 13. Macedonum *optimates* lib. 12. et *optimates castrorum* Alexandri prologo lib. 13. (c. 10.) Agathoclem *Tribunum militum factum* lib. 22. (c. 1.) et Alexandriae *tribunatus et praefecturas* scorta regia ordinasse, lib. 50. (c. 2.) *Principia castrorum* Alexandri lib. 11. cap. 6. quod ambiguum est, sed vtrouis modo accipias, proprie Romanum. Potest enim et pro loco accipi, ut apud Cornelium Nepotem, Liuium et hos scriptores: foretque periude ac si dicerem: si curiam cerneret, regum *confessum te videre* dices: nam in principiis Romanorum castrorum illud virorum genus, quos apud Alexandrum ab aetate formaque maiestate senatoribus aequat, iura reddebat et in consilium vocati confidebant. Possunt quoque, ut apud Vegetium, Ammia-

num,

num, et horum temporum scriptores, intelligi capita et apices castrorum. Ut cum Vegetius lib. 3. cap. 2. principiorum Tribunorumque et ipsius Comitis: et cap. 8. singulae centuriae diuidentibus campis et oribus et principiis accipiunt pedaturas. Leg. 1. C. de Veteranis: *Cum introisset principia, et salutatus esset a Praefectis et Tribunis et viris eminentissimis.* Male libri qui, *cum introisset principia:* quique probant Contius et Gothofredus. Qua significatione an hoc vocabulum fuerit Trogi aevo, vehementer addubito, et fidum exemplum haec tenus requireo. Iustini num fuerit, quamquam vix huius vlla, ab Trogio aliena, in sermone vestigia apparent, videndum. Nam quod huc facere putant Terentii: (Eun. 4, 7, 11.) *bic ego ero post principia:* et uno verbo, *postprincipia,* penes Plautum et Varronem; neque id verum est, et si verum esset, aliter tamen vocabulum *principia* hic quam illic acciperetur. Sunt enim illic soli duces, hic esset tota secunda acies. Quod cum apud plerosque huius aetatis scriptores legissein, et comparasse cum illis, quae veteres scribunt, falsum esse deprehendi. Tertia haec virtus vocabuli est; (quae apud veterem Romanam militem obtinuerit, altera) pro fronte aciei seu primis signis. Ut in castris, ubi praetorium et signa fixa erant, et interdiu magna parte praecipui duces imperia exspectabant, *principia:* sic in acie, ubi signa in hostem promouebantur et duces principesque lacefendi et committendi praelii confitebant, *principia* dicebantur. Sic Livius lib. 2. (c. 65:) *quamquam cessere magis quam pulsi hostes sunt, quia ab tergo erant cliui, in quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit.* Frontem aciei significat frusse turbatam, quique ibi pugnabant: qui secundum eam locati erant, eos fulvis ordinibus pedem retulisse. Sisenna lib. 3. Histor. *post principia paullatim recedunt, atque inde cum paucis fugae se mandant.* h. e. ex illo loco, ubi complexus armorum et discrimen erat, sensim referunt pedem; cumque constitissent, vnde tuto terga liceret

liceret dare aliis etiam tum propugnantibus, ne cum omnibus principiis turbatis stratisue, matura fuga sibi consuovere. [Sallustius in Iugurthino (c. 49. 6.). *Ibi Metellus commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proximum hostes erat, triplicibus subsidii aciem instruxit: inter manipulos funditores et Sagittarios dispergit: equitatum omnem in cornibus locat; ac pauca pro tempore milites cohortatus, aciem, sicuti instruxerat, transuersis principiis in planum dedit.* Iugurtha confederat in colle, quem transuerso itinere porrectum dixit, ita ut eum prætereundum haberent Romani. Metellus igitur ita degreditur monte, ut, quia hostes ab dextro latere impressio nem facturos exspectabat, prima signa vel frontem aciei, non haberet in capite agminis, sed in dextro latere, ab quo nempe conflictum primam futurum existimabat. Si procedebant apti praelio, ut si hostis se commouisset, confisterent leuique flexu corporis ei frontem aciei ordinata obuerterent. Hoc est, *transuersis principiis aciem in planum dedit.* Mox Sallustius: (c. 50, 2.) *Mariam post principia habere, id est, in subsidii: ipse cum finistrac alae equitibus esse, qui in agmine principes facti erant.* Recte: neque poterat aliter: nam quod futurum erat finistriū cornu aciei, si pugnaretur, illi necessario in procedendo erant primi; quod dextrum, ultimi, omnes in dextro latere agminis: subsidia totum erant latus finistriū agminis, quippe quod ab hoste transuerso colle aciem minante remotum.] Liuius lib. 3. (c. 22.) *Trium populorum tres separatis acies circa vallum hostium instruxit. ipse erat medius cum legionibus Romanis: equites suae cuique parti post principia collocat: ita trifariam adortus castra circumuenient.* Quod nihil est aliud quam ab tergo aciei, quae oppugnabat: castra enim adorabantur munita, vbi nullus equitis vius: at postea, ut refert Liuius, effuse fugientes eques, cui superare vallum haud facile fuerat, quum ad id spectator pugnae adstisset, libero campo adeptus, parte victoriae fruuntur territos coendendo.

*dendo. Quid proprio hic equites facerent inter principes et triarios mediij? si si simul hastati principesque opere pugnabant. Constitere igitur post aciem, quae prius oppugnabat, partim, ut victoriam persequerentur, si ea evenerent; partim ut repullos, si contra evenerent, recipierent, hostesque erumpere prohiberent.* Lib. 8. (c. 10.)

*Vbi triarii consurrecerant integri, refulgentibus armis, noua ex improviso exorta acies, receptis in intervallo ordinum antepilani, clamore sublato principia Latinorum perturbant, hastisque ora fodientes, primo labore virorum caesi, per alios manipulos velut inermes, prope intacti eundem. In his principiis Latinorum, ut ex superiori narratione constat, ipsi iam illorum triarii erant. Igitur perperam Valtrinus hic quoque principia interpretatur locum medium in acie, ubi principes essent. Seneca de vita beata cap. 14. Prima Virtus sit, hanc ferat signa: at qui Voluptati tradidere principia, utroque caruerit. Ad aciem respicit, quia dicit, ferat signa: feruntur enim non in easbris, ubi fixa sunt, sed vel in itinere vel in acie: principia igitur, unde inferuntur signa, hoc est, in fronte aciei. Sic et Tacitus lib. 2. historiarum: (c. 43.) Primani stratis vnauctuice simonorum principiis, aquilam abstulere. Hoc est, non principibus, sed principibus ordinum, sed primis ordinibus: nam omnis reliqua legibus salua fuit, et hoc dolore commota mox repulit primandis intersecto legato, et plurima signa vexillaque ex hostibus rapuit. Liphius lib. 4. ad hunc locum: nam et prima acies, ait, alibi Principia dicta; et sunt qui ipsos principes, hoc est, medium, sic appellant. Vides vidisse verum: sed in rem non satis inquisiuuisse, atque ideo ambiguum fuisse. Ego, qui ex veteribus principes sic appellarent, in hunc diem quaero, certe quotiescumque de acie loquentes principia nuncupant, quod meminerim, prima signa, primos ordines, frontem aciei intelligunt. Hinc igitur proprio post principia esse dicuntur, qui post illam partem aciei stant, quae omne disciplen excepit; itaque*

que tati sunt, propugnatores habent, loco sibi cauerunt. Ita Terentio usurpat. Paullatim factum nomen loci post partem, quae manum conserit, *postprincipia*. Denique generatim ad omnia, quae secundum quarumcunque rerum principia subsequuntur, translatum. Ita Plautus *Persa*: (4, 1, 4.) *ut quisque rem accurat suam, sic ei procedunt postprincipia.* Sic Varro: (de R. R. 3, 4, 1.) *a postprincipiis incipere: explicatque ipse, ab his temporibus potius quam a superioribus: et idem disciplinarum utilitatem vel voluptatem in postprincipiis existere.* Vetus poeta apud Ciceronem pro Sextio: (S. 118. c. 55.) *postprincipia atque exitus vitiisae vitae.* Quod autem ex Frontino dat Steuechius, *missa principia*, id non intercedo quo minus ex veteri Latio sit: sed ita dictum, ut *missum praetorium*. Ut hinc non colligas duces fuisse dictos *praetorium*, ita neque exinde colligas eosdein fuisse dictos *principia*, priscis temporibus. Sed nimis, non inutiliter, opinor, tamen, euagamur. Ex eo autem genere, de quo inceperam, hoc quoque est lib. 17. (c. 2.) *Laetus Selucus solum se de cohorte Alexandri remansisse.* Hoc est, ex proximis, familiaribus, contubernalibus: ut erat *cobors* magistratum populi Romani euntium in provincias. Neque aliunde *auxilia* pro militibus non ciuiibus: ut cum Xerxes ait septingenta millia *de regno armasse*, trecenta *de auxiliis*, lib. 2. (c. 10.) et in exercitu Alexandri *nuxilia Persarum* lib. 12. (c. 12.) Et sic existimabant, cum *tribum* peditum dixit, auctorem vocabulo proprio ciuitatis Romanae rem Macedonum significasse. Tribus partes sunt et quasi corpora populi Romani: tribules quasi corporati. Non autem Romanus modo, sed et alii populi, sed et exercitus, in partes suas sunt et corpora distributi. Perinde igitur, quasi alia in exercitu peditum, alia equitum, alia fabrorum et machinatorum, et quot possunt in exercitu genera cogitari, totidem tribus essent, dixit *ex tribu sua*, quod nihil est aliud quam lib. 18. (c. 3.) *ex suo corpore*, ex numero suo, *ex ordine suo*,

suo, ex suae partis hominibus. Transfertque similiter Columella lib. 3. cap. 2. *Inerticula aiam. nigra*, quam quidam Graeci *amethyston* appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod et boni vini est et innoxia. Eadem abusio vocum, *decaria*, *cohors*, quae certis generibus corporum attribui solita per Synecdochen extra illa corpora, pro quo quis alio numero vel grege accipiuntur. Caelius: *meritissimo hic me eicit ex bac decuria.* Plautus Perfa: (1, 3, 63.) *exigam hercle ego te ex bac decuria.* Seruus ad parasitum loquitur. Iustinus lib. 12. (c. 5.) *in unam cohortem eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit.* i. in unum agmen. Fuerunt enim haud dubie plures, quam ut intra cohortis proprie sic dictae numerum continerentur. Illud anceps, et vix tentandum, utique nobis, qui scriptis antiquis tantum deferimus. Lib. 29. (c. 3.) habetur oratio Philippi alterius, rem veram simulato animo praedicentis, si quos tunc in Italia Romanum Poenunque fortuna commiserat, uterunque vniuerso bello superet, longe grauius periculum, quam unquam antea, Graeciae imminere; praesertim discordi, et ultro in perniciem primo alterius partis, dein communis libertatis, arna vicitria imploraturee. In ea legas: *Frequenter Graeciam ingentes motus passam, nunc Persarum, nunc Gallorum, nunc Macedonum bellis: sed omnia illa levia fuisse existimaturos, si ea quae nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit: auctore Bongario, ante quem typi prodebat: sed omnia illa ludum fuisse existimaturos.* Nec pro Comico adsperrnere: non enim modo Terentii est, sed etiam Ciceronis. Pro Flacco: (c. 5.) *quibus iusurandum ioces est, testimonium ludus.* Pro domo sua: (c. 48.) *si ille ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris aut ementiendo aut stuprando?* Sed Liuii, lib. 28. (c. 42.) *Nae tibi, P. Cornelii, quum ex alto Africam conspexeris, ludus et iocus fuisse Hispaniae tunc videbuntur.* Horatius lib. 2. Sat. 5. (v. 36.)

Haec

Haec mea cura est,  
Ne quid tu perdas, neu sis iocus.

Valerius Maximus lib. 5. cap. 1. *Nisi vinum nos defecis-  
set, ista quae tibi rotata sunt, prae sis quae de te locuturi  
eramus, bussus ac iacus fuissent.* Petronius *ne nocturnas  
religiones iocum risumque faciatis.* Demosthenem pro  
eodem aduersus Lacriti exceptionem θλον καὶ φλωρίαν  
dixisse, obseruauit P. Victorius in Variis. (6, 13.) Qui-  
bus inescatus ego quidem Iustino hunc flosculum abindi-  
care capiebo. Attamen *leuia* scriptorum est? sed hi hac  
parte mihi leues, et interpretis annotationem pro prima-  
vo auctoris eruditiore vocabulo admisisse videbuntur, do-  
nec ostenderit aliquis, cuius temeritate *leuia*, si vetus est,  
in *Iudum* transierit? aut quid eum commorit, cur vocem  
tam obniam minus obuia, hoc quidem usu, mutaret.  
Nunc enim posteriorem in illis codicibus (fuerit vel unus)  
vade Iustinus praeclo tradi coepitus est, acceptam credo.  
Libro 35. cap. 1. *Itaque adiuvantibus Ptolemaeo rege  
Aegypti et Attalo rege Asia et Ariarathie Cappadocias, bel-  
lo a Demetrio lacepsiti, subornant propalam quendam, sor-  
titis extremae iuxenem, qui Syriae regnum velut paternum  
armis repeperet, et ne quid consumeliae decesset, nomen ei  
Alexandri iuditur.* Loquitur de Antiochenisibus. Dedit  
autem sic quoque Bongarsius, ambiguumque sibi et aliis  
fecit, propalam aduerbiū an nomen esset. Propala vox  
nihil est: propole vero prolsus ex Graeco πρόπολης, non  
ex Latina p̄eapositione et verbo Graeco, ut voluit Scali-  
ger: sed in vocabulo Graeco Latini ciuitate sua donato,  
etsi ab origine aliter esset, suo iure suoque more primi  
syllabam producenda usi sunt. Propola vero qui potuit  
esse Alexander, quem οὐρίου vocat Polybius? Sed si  
maxima pro aduerbio accipias, non potest tolerari: non  
enim ita propalam res gesta est, ut decipi nequieverit vul-  
gus: cum subornatus fuerit ab Laodice Arteino facie-  
simillimus Antiocho mortuo, qui supremis mandatis hunc  
verum

verum regni Syriae successorem declararet, praefectusque ipse Romam maxima parti Senatus idipsum probauerit. Illud Plinius auctor lib. 7. cap. 12. hoc Polybius in excerptis legationibus cap. 140. Verba Plinii: *Antiocho regi Syriae e plebe nomine Artemon in tantum similis fuit, ut Laodice coniux regia, necato iam Antiocho, minium per tum commendationis regnique successionis peregerit.* Vbi obserua singularem usum τῆς commendationis: quod vix intelligereinus, nisi Cicero dixisset in tertio Officiorum de Damone et Phintia: *atque is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulans-est.* Intelliguntur igitur suprema mandata quibus domini prospicitur et res ordinantur. Vulgati olim *Prompalum* habebant, quod ceu verum nomen hominis edidit Petavius in Rationario temporum. Caeterum cum ex Strabone et Iosepho constet *Balem* hunc Alexandrum cognominatum, idoneam videor habere causam suspicandi, vocabulum hoc ignotum librarios redigisse ad nugas illas, *Prompalum*, *propalam*, *propalant*, scriptumque fuisse ab Togo vel Iustino: *subornant Balam quendam*: cum praeferim nomen id illarum gentium sit, a Belo, Baalo, Balaco et similibus quantum differens? Nam et alibi librarios insinisse in nominibus propriis in hoc volumine video. Sic *Doriceten* pro *Dromischate* rege Thracum, sic *Epirorum* urbem pro *Eltorum*, sic *Tberamenem* virum pro *Tbera* insula dederunt. Lib. 18. (c. 4.) Eliae maritum, quem *Sicacum* Virgilius, *Acerbam* vel *Acbernam* tradidit: sed Trogus, opinor, quo cumque auctore Graeco, *Adberban* dixerat: id enim Punicum nomen, *Adberbal*, Graeca terminacione. Lib. 27. cap. 2. habent MSS. *Interea Ptolemaeus Eusorges, cum Antiochum in auxilium Selenco venire cognouisset.* Lib. 34. cap. 3. *Reversus in regnum Antiochus decedit, relicto paruo admodum filio, nomine Expatore.* Verissime vtrumque ut series et Aegypti Syriaeque regum et temporum demonstrat: nec video rationem, qua probabile

bile fiat, haec potius subdita quam conditori sic nata esse.

Lib. 41. cap. 5. tertius Parthicorum regum *Panparthus*, vel *Priapatius* vel *Pricipatius* appellatur in libris. Verum videtur esse *Pbriapitus*, quod et vni e maioribus Arsacidarum fuit. Arrianus in Parthicis apud Photium: φησὶ δὲ τὸ Πάρθων γένος Σκυθικὸν αποτῆναι δὲ τῆς τῶν Μακεδόνων ἐπικρατείας ἄμα Περσῶν καταεραφέντων παλαιὶ δελαθέν, διὶ αἰτίαν ταύτην· Λεσάκης οὐχὶ Τηριδάτης ἦνην αἰδελφῷ Λεσακίδᾳ τῇ οὐδὲ Λεσακίᾳ τῇ Φριαπίτῃ απόγονοι. Οὗτοι Φερεκλέα, τὸν ὑπὸ Αντίοχου τῷ Βασιλέως (Θεὸν αὐτὸν ἐπίκλην ὀνόμασαν) αὖλοι σύγε Αρσακίδαι τὸν ὑπὸ Αντίοχου σατράπην ταύτης τῆς χώρας καταεῖνται. Φερεκλέα, ἐπεὶ τὸν ἔτερον τῶν αἰδελφῶν αἰχρῶς ἐπείρασε βιασάμενος, ὡς ἐνεγκόντες τὴν ὕβριν, ἀνεῖλον τὸν ὑβριστανταί οὐχὶ ἔτέροις πέντε τὴν πρᾶξιν εὐνεκονωσάμενοι, οὐχὶ τὸ ἔθνος τῶν Μακεδόνων αἰκένησαν οὐχὶ παῦθ' ἐσευτὸς ἥρξαν, οὐχὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεος ἥλασσαν. Aut certe *Parapitus*: nam *Parapita* Perficum mulieris nomen apud Xenophontem, qui filium fuisse ait Pharnabazo ἐκ τῆς Παραπίτας lib. 4. Historiae Graecae. In eodem libro c. 3. de Parthorum moribus: *In superstitionibus atque cura deorum, praecipua omnibus veneratio est.* Deorum reuerentia praeter alios populos, praecipue Orientis, excellere Parthos nusquam proditum, neque id his verbis explicaturus videtur fuisse Iustinus. Quin si mentein eius adsequor, certum genus expressit numinum, aduersus quae singularis eorum religio esset: ut etiam caeterarum erat fere gentium. Id vnica litera mutata deprehendisse videor. Scribo enim: *praccipua amnisbus veneratio est.* A Perpis eam religionem acceperunt tenueruntque. Herodotus lib. 1. Εἴσο ποταμὸν δὲ γέτε ἐνερέσσι, γέτε ἐμπτύσσι, & χεῖρας ἐναπονίζονται, εὖδὲ ἄλλοι, εὖδὲ παισσοιν, ἄλλοι σέβονται ποταμὸς τῶν πάντων μάλιστα. Tacitus lib. 6. (c. 37.) Annalium de Vitellio et Teridate: *Sacrificantibus, cum hic more Romano Suovetaurilia daret, ille equum placando amnis adornasset.* Plinius de alio Teridate

date lib. 30. cap. 2. *Nauigare noluerat, quoniam exspuere in maria aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant.* Arnobius lib. 6. *Ridetis temporibus priscis Persas fluios coluisse.* Neque aliter intelligo Ammianum lib. 18. *Reges Niniue Adiabenac ingenti ciuitate transmissa in medio pontis Anzabae hostiis caecis extisque prosperantibus transfere lactissimi.* Procopius in secundo Persicorum de Chosroë Daphnen Antiochiae contemplato, nemusque et fontes admirato: καὶ θύεται ταῦς Νύμφαις απικάνω ὥχετο. In Anthologia servus, qui dicens inducitur: Πλέοσης εἰμὶ καὶ ἐκ πατέρων, addit postea: σέβομαι, δέσποτα, καὶ ποταμὸς. Vbi non transit Tacituin Brodeus.

## C A P V T . X I

*Liuus magno numero mendarum liberatus. Dafsius, nomen Latinum. Valerio Maximo e MSS. vetus lectio reddita. Citerioris curae negotium. Consulatus legitimo tempore citerior. Vtius elegans eius vocis. Longinqua consuetudo. Caesar a correctione defensus. Longinquitas belli. Septemvirale iudicium e Liuio et Pandecte Iuris exterminatum.*

*Aliunde stare, aliunde sentire. Vnde, id est, a quo homine, a qua parte. Documentum statuere, si quis, vel ne quis, vel quomodo faciat. Cicero a suspitione mendii liberatus. Tasci loco subsidium. Num et non confusa. Seneca Tragicus et Ouidius et Florus leuiter correcti. In pretiis captiورum et praeda nundinari. Cruelitati rapacitas addita.*

**N**otabilis historia est apud Liuium Arpini principis Altinii. Is patriae suae hostibus proditor, adpropinquante Romano exercitu, seu insita levitate ingenii, seu quia impium beneficium honore careret, ad desertos socios aliam proditionem coquens rediit. Quos tamen sceleri difficilius adsentiri, quam ipse id erat patraturus, deprehendit: et esse, qui antiqui impetus sententia, quod in

in Paliscorum paedagogo et Pyrrhi medico usaiotés ediderant exemplum, resouandum decernerent. Intercessit Fabius Contator, praefentia tempora magis, quam quid ille commenisset, in consilio habenda dictans, ne sociis fortunam temere fecutis ad resipiscendum gradus nimis nobili seueritate praecideretur. Ut nihilominus aliquid supplicii subiret, neque extra metum grauioris esset, in vincula coniectus est; quod secum ferebat auri, ei seruari iussum. Quum res emanasset Arpis, nec denique Hannibalem fecellisset, laetus ille occasione subuertendi dudum suspecti et peccati hominis, ipsum condemnauit ut transfugam, conjugem liberosque igni tradidit, bona infiscum suum redegit. Ita iste, noxiosissimum caput, vindictam morantem, dum nouo sceleri licitatores quaerit, ~~in se~~ impletit; et, ut sic dicunt, ad lineas ~~admodum~~. Haec facunde, ut semper, Patauinus scriptor libro 24. cap. 45. sed aliquot versibus corruptis, quibus eximere labem nunc aggredimur. Princeps error in ipso nomine hominis, quod non, *Caius Altinius Arpinas*, sed *Dafsius Altinius Arpinas* partim ratio, partim antiquissimi codicium faciunt, mixtus vexati diuiso primo ~~elemento~~ *classeus Altinius*, ut et Sigonianus. Medium verum est, et pariter extinctum in vulgatis lib. 21. cap. 48. nec sane magno pressio, numeris auris quadringtonitis, datis P. Brundusino Praefecto praefidii corrupto, traditur Hannibali Clastidium. Nec Romanorum scriptorum est hominem caetera ignotum solo praenomine *Publum* appellare, et illud, datis, omnino hic superfluum. Optimus ille Put. quadringtonitis *Dafso Brundusino*. Voluit, ut monimus: *nummis auris quadringtonitis Dafso Brundusino Praefecto praefidii corrupto*. Posterius nomen patriae est, non appellationis. Nomen idem apud Martialem lib. 2. (52. 1.) *Nouit loturas Dafsus numerare*. Immo et apud nostrum lib. 26. (c. 38.) *Salapiae principes erant Dafsius et Blasius*: (optimi perpetuo *Blattius*) *Dafsius Hannibali amicus*. *Blasius*, quantum ex tuto poterat, reuia Romanam

*nam soubat.* Repetitur ibidem aliquoties, neque aliter exstat apud Valerium Maxium lib. 3. cap. 8, cuius ibidem verba ita sunt legenda ex tribus MSS. *Caeterum pro tribunali cum res gereretur, et quaestioni illi omnium oculi essent intenti, dum aliud forte citerioris curae negotium tractatur, Blassis vultu dissimulante et voce submissa monere Dafum coepit.* Pighius edidit *citoris*, anteriores habebant *certioris*. Sed illud est Valerii: *citoris curae*, hoc est, prioris, praeuertendae, proprioris; genus loquendi non infrequens ipsi. Sic lib. 6. cap. 3. *Nam, ut ita dicam, incunabulis et nutrimentis culpa; non ipsa commotus culpa, citeriorem delicto praebuit ultionem, ut potius caueret iniuriam quam vindicaret.* Hoc est, anteuerterit ultione delictum et praeuenit. Lib. 8. cap. 15. *Superiori Africano consulatus citor legitulo tempore datus est.* Ne tipus ante legitimum tempus, priusquam per aetatem et leges liceret. lib. 9. cap. 12. de Herennio Siculo: *Nam cum eo nomine in carcerem duceretur, in eius postem ictiso capite in ipso ignominiae aditu concidit, ac spiritum posuit; uno gradu a publico suppicio manuque carnificis citor.* Quod citra est, plerumque propius est respectu loci. Sic Gallia citor et ulterior Alpium, Hispania citor et ulterior flutii intersecantis intuitu Romanis dicebantur. Et citor pro proximo. Cicero in somnio Scipionis: (c. 3.) *ex quibus erat illa minima, quae ultima a coelo, citor a terris, luce lucebat aliena.* Varro Atacinus:

*Qua citor limes dispescit turbida puris,  
Inuiolata meat.*

Valerius eleganti σκύρολογίᾳ transfert ad tempus: utraque enim quantitas continua est. Nec primus ille aut solus. Cicero lib. 2. famili. ep. 12. *ita molestae Quinquatrus adferebantur: nam citora nondum audiebamus.* Vbi ne non ineptus esset Titi Popmae codex, *quinquatris, et certiora, habuit; habeatque sibi.* Velleius Pater-

culus lib. 1. (c. 17, 2.) *Historicos minus octoginta annis circumdatum aeum tulit: ut nec poëtarum in antiquius citeriusue processit ubertas.* Sic et *longinquus* a loci inter-  
vallo ad temporis spatium traducitur. Caesar lib. 1. de  
bello Gallico cap. 47. propter linguae Gallicae scientiam,  
qua multa iam Ariouistus, longinqua consuetudine, vteba-  
tur. P. Ciacconius malit: *qua multum Ariouistus longa  
iam consuetudine:* et in altero habet conscientem Bran-  
tium. Me quidem in neutro. Lib. 1. de ciuili: (29, 1.)  
*Tamen eius rei moram, temporisque longinquitatem time-  
bat.* Liuius Lib. 4. (c. 18.) *Tolumnius quarsquam suo-  
rum* (plus spei in trahendo bello habentium) *magis pla-  
cebant confilia, ne longinquam militiam non paterentur  
Falisci, postero die se pugnaturum edicit.* Idem lib. 5.  
(c. 11.) *Quibus delectus, quibus tributum, quibus diutina  
militia longinquitasque belli sit grauis, qui clade accepta  
apud Veios doleant.* Eodemque libro: *iam per longinqui-  
tatem belli commercio sermonum facto.* Passim etiam sic  
Cicero. Pro spatio corporis A. Gellius Lib. 1. (c. 1.)  
*Comprehensa autem mensura Herculani pedis, quanta lon-  
ginquitas corporis ei mensurae conueniret.* Sic locorum,  
temporum, rerum mensuras miscent Graeci in suis pro-  
verbiis: δάκτυλος σέμέρα, πρότερον τῆς πρώρας τὸ Φυ-  
γάσιον, ἐπατεντούσιον αἴρισον, πολλοῖς παρεστάγγαις  
ὑπερδραμέν. Ad fine est, cuna citerius pro arctiore seu  
angustiore ponitur. Ut rursum Valerio Lib. 8. cap. 7.  
*Citeriores aetatis metas, sed non parui tamen spatiis,*  
*Chrysippi viuacitas flexit.* i. angustiores, non usque eo  
egredientes. Seneca lib. 1. de ira cap. 16. *modo ultra quam  
oportet, excurrat, modo citerius debito resistit.* De bre-  
vitate vitae cap. 1. *illam animalibus tantum indulisse, ut  
quina aut dena secula edurent, homini in tam multa ac  
magna genito tanto ciceriorem terminum stare.* Declama-  
tionum, quae Fabii aui perhibentur, 298. de parricida:  
*in cuius cruciatus cum omnia commenta sit antiquitas, ci-  
terior tamen est poena quam scelus.* Hoc est, poena mi-  
nor

nor est, asperitate et magnitudine sceleri non potuit  
aequari. Porro Linius: *Quum eam tunc rem ad consilium  
retulisset Fabius.* In Put. et optimis: *Eam rem ad consilium  
retulisset Fabius:* caetera desunt. Et deesse debent,  
scribendum autem: *Cum rem ad consilium retulisset Fa-  
bius.* At in grauiori morbo cubant, quae sequuntur, pro  
desperatis olim deposita Sabellico, Glareano, Lipsio,  
Schötto, viris sine contouersia doctissimis: *tum postea-*  
*quam res Romana contra spem votaque eius velut resurge-*  
*ret, turpius videatur nouam referre proditionem: ut pro-*  
*ditio pro septemuirali iudicio esset, semperque aliud sen-*  
*tiret: infidus socius, vanus hostis, ad Faleriorum Pyr-*  
*rhique proditorem tertium transfugis documentum esset.*  
Primum optimi libri: *tum quam res Romana:* nihil de  
intermedio, *postea.* Legendum: *cumque res Romana.*  
Iam nemo antiquorum *septemuirale* illud *iudicium* in re-  
publica Romana agnoscit. Scio Godeleuaeo et quibus-  
dam iurisconsultis Accursianis, definiri, quod a Septen-  
viris, qui e Centumuirorum ordine fuerint, exerceretur.  
et hoc numero delectos de iure testamentorum et meritis  
exhaeredatorum etc. cognouisse: inque eam rem aduo-  
cari Paullum in l. 8. l. 28. et 31. D. de inofficio. ex  
quarum rubrica argumentantur Paullum singularem librum  
ad illa iudicia conscripsisse. Quibus tamen Cuiacium in  
Observationibus et Rittershusium in prolegomenis com-  
mentarii ad lib. 10. epistolarum Plinii et citante illo Franc.  
Balduinum elegantes viros accessisse video. Nec ea pro-  
pter minus loca illa omnino vitiata et *C viralibus* substi-  
tuendum contendam, (vt facile numerorum notae con-  
funduntur, et non est absurdum *Centum* in *Septem* dege-  
nerare, id quod eruditis iurisconsultis etiam ante nos vi-  
sum) donec alio fundo iurisdictio ista stabiiliatur. Nam  
apud Ciceronem quidein Lib. 1. de Oratore aequa nulla  
Septemuirorum mentio: centuuirales autem enumeratae  
causae, *vscpcionum, tutelarum, gentilitatum, agnatio-*  
*num, alluvionum, circumluisionum, nexorum, mancipio-*  
Ss 2 rum,

*rum, parictum, luminum, sillicidiorum, testamentorum  
ruptorum aut ratorum, quid cum proditione communice  
habeant, qui caecus non est, facile videt.* Quis autem  
imos ille, in castris, vbi summa potestas est penes impe-  
ratorem, vbi totum senatum deditae Campanorum urbis  
inconsulto Senatu sine crimine potuit plectere Fulius, in  
causa socii Arpini mentionem fieri Centumuirorum? Et si  
maxime haec ita non essent, quis intelliget Latine dici:  
*proditio pro septemuirali iudicio est: avti rov, proditio  
apud Septemuiros conuicta est?* Quis ita loquetur: *crimen  
illud pro Senatus cognitione est: quod sit, perinde habe-  
tur, ac si in cognitione esset deprehensum ac iudicatum?* Quomodo porro cohaeret sequens, *semperque aliud sen-  
tiret?* Haec satis ad relegandos importunos illos Septem-  
viros, Cadmaeos fratres, imperitis primo librariorum  
stilis insitos, dein sopore et oscitantia, an potius confilii  
defecti, ab editoribus toleratos. Sed ut se Liuius recog-  
noscat, proponenda morosius hic et exutienda scriptura  
vetus, perinxitis auri atque sordium glebis, et fidei no-  
straee causa, et ut sapienti lectori copia sit aestimandi, an  
eas nos sapienter separauerimus. quae tamen si cui co-  
gnoscere molestum est, minimo negotio paucos versus  
transilire poterit. Lipsii codex: *proditionem ut proditus  
pelli v. m. viralis iudictione, et semper aliunde sentiat.* Vnde tentauit Scheggius: *velut resurgere videatur, tur-  
pius nouam referret proditionem: aliis ut proditor (vel  
proditis) ille pro suomet tali iudicio dederetur, et semper  
qui aliud sentiebat, (vel, aliunde pendebat) infidus socius  
etc.* Mandauit idem literis Cloccii coniecturam: *prodi-  
tionem aliis, ut proditis vel III. viralis iudicio dederetur.* Laurentius Valla ut in tenebris micet, referre longum est.  
Veniimus ad nostras membranas. Barberinae vnaeque  
Venetae et alter Petaianus: *proditionem proditis polliceri  
VII milia viralis iudicio est et semper aliunde sentiat.* Se-  
cundus Venetus et duo Pall. *proditis polli septemuirali iu-  
dicio est et semper aliunde sensiat.* Tertius: *proditis polli  
septem-*

*septemuirali iudicione et semper aliunde sentiat.* Quartus : *proditis polli VII virali iudicio est et semper aliunde sentiat.* Vnus ex Florentinis : *proditionem proditis septemuirali iudicio effet, semperque aliunde sentiret.* Alii duo : *pr. proditis polli VII virali iudicio est, et semper aliunde sentiat.* Menardi : *turpius videatur nouam inferre proditionem proditis polli VII m. virali iudicio est et semper aliunde sentiat.* Puteanaeus, Petavianus et duo Florentini meliores, quorum tres, ut aevo certe cedunt, ita bonitatem primi aemulantur : *referre proditionem proditis polli VII virali iudicio est et semper alium desentiat.* Ex quibus eruendum germanum et merum : *cumque res Romana contra spem votaque eius velut resurgeret, turpius videatur novam referre proditionem proditis olim : qui aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus socius, vanus hostis, ad Faleriorum Pyrrhique proditorem tertium transfugis documentum effet.* Velim aliquis diuinandi peritus hanc lectioinem ad illos apices *αργυροποιοις Βανῶς* exigat, et tum sententiam ferat. Corruptio ista non momento exstigit; sed successu temporis inoleuit, et repetita scriptione, ut adlolet, facta est grauior. Cum *P* bis positum tertio librarius iterasset, delere noluit : sic fuit, **PRODITIS POLIM.** post et laxatis *r̄g M* commissuris quia in vetusta manusculta scriptura *r̄o L* admodum breuem flexum inferius habet et propterea ab *I* parum differt, pro *L* duplex *LL* acceptum est, exiitque : **PRODITIS POL-LIVI.** vnde Viennae in membranis Caesareis pro hac voce *polli* legitur. Sic apud Valerium Flaccum pro *ma-ter* scribebatur *vates*. Porro dissoluto etiam *r̄w QVI* et prima litera magnam partem abolita sic ut virgula sola restaret : **POLLIVI**. Vides ut pro *olim qui*, factum sit : *polli septemui*. Scisso etiam *r̄o ALIVNDE*, et praetermissa vel euanescente altera parte *r̄e V*, tribusque transuersis virgulis *r̄g E*, restitut : **POLLIVI** *ALIINDI*, aut *IVDI*. Infertum mox *R*, adiunctaque *CIO*; quis miretur, qui meminerit statim ante *rd*

*polli nebulones quosdam addidisse céri, ad VII sua milia?* Duo illi optimi Medicei pro *turpius* habent *turpitudinibus*, alteri duo, optimus dico Put. et Petav. *turpibus*. Adeo aut libido aut calami error in his infaniuit. Equidem existimo, me loco fracto et poene occiso et vitam et sanitatem reddidisse: sed vix id persuasurum me scio illis, qui veteres libros non tractarunt. Mens adeo congruens et aperta est, ut sine commentario possit expediri. Dic̄tio elegantissima: *aliunde stare, aliunde sentire*. Sic Plautus Menaechmis a. 5. sc. 2. (v. 47.)

*Non equidem mihi te aduocatum, pater, adduxi, sed viro.*

*Hinc stas, illinc causam dicis.*

Noster lib. 21. *cuentus belli, velut aequus iudex, unde ius stabat, ei victoriam dedit*. Lib. 25. (c. 15.) *inconditam Thurinorum turbam, nec satis fido animo, unde pugnabat, stantem*. Trogus apud Iustinum lib. 5. (c. 4.) *Enimvero tantum in uno viro fuisse momenti, ut maximi imperii subuersi et rursum recepti auctor esset, et unde stetisset, eo se victoria transferret*. Idem lib. 14. (c. 1.) *existimaturos ibi maiestatem regiam verti, unde soror Alexandri staret*. Tacitus lib. 1. Histor. (c. 56.) *Nec cuiquam ultra fides aut memoria prioris sacramenti, sed quod in seditionibus accidit, unde plures erant, omnes fuere*. Numirum ab aliquo stare, esse, est partium aliquius esse: unde autem saepe ponitur, ut significet, a qua persona. Sic Plautus dicta scena: (v. 32.) *ludibrio, pater,*

*Habeor. SE. unde? M. ab illo, quo me mandauiisti, viro.*

Cicero lib. 3. in Verrem: (c. 14.) *ille autem, unde ablatum est, iudicio suum recuperare nullo modo possit*. Corinifcius lib. 4. ad Herennium: (c. 43.) *Quid est, quod a me satis ei persolui possit, unde haec accepta sunt?* Livius lib. 5. *unde minime quis crederet, accepta calamitas.*

Sic

Sic *vnde petitur* alterum litigatorum in iudicio priuato dicebant. Terentius Eunuchi prologo: *scriptit causam dicere Prius vnde petitur, aurum quare sit suum, Quam illic, qui petit, vnde is sit thesaurus sibi.* Cato: *si qui quid alter ab altero peteret, si ambo pares essent; siue bonae siue malae essent, quod duo res gerfissent, vii testes non interessent, illi, vnde petitur, ei potius credendum esse.* Apud Ciceronem quoque pro Muraena, et lib. I. de oratore et septimo familiarium ad Trebatium: *vt appareat propriam iurisconsultorum formulam fuisse.* Quidnis in Ibin: (v. 278.)

*Sic aliquis tua membra fecet, Saturnus ut illas  
Subsecuit partes, vnde creatus erat.*

Id est, a quibus. quod temere, tanquam non satis Latinum, ausus est homo eruditus, sed confidentissimus reprehendere. In verbis Fabii apud Litium, *arbitria*, pro quo liber optinuus *arbiteria*, *agere*. Curtii quoque est lib. 6. (c. 1.) *non est ausus ipse agere arbitria victoriae.* Nec differt Horatii: (Od. 4, 7, 21.) *et de te splendida Minos Fecerit arbitria.* [Vix videtur ante oculos integrum habuisse Curtium Turnebus, cum Arbitriam significare praemium et premium obseruat, et sic Curtium dixisse *arbitria victoriae*, lib. 28. c. 3. Nam *agere arbitria victoriae* est legem parendi vietiis dicere. Liuius l. 44. (c. 15.) Rhodios nuncio in orbe terrarum *arbitria belli pacisque agere*: Deorum nutu arma sumtuos possturosque Romanos effc.] Ibidein: *Quum illud potius agendum atque eis cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii a populo Romano desciscant, et non vocentur: documentum autem ducant statui oportere, si quis respiccat, et antiquam societatem respiciat.* Proclite hic detegere inendum: *et non vocentur: quae sensum admittunt nullum.* Glareanus coniicit: *desciscant, neque vocentur documentum, ne quo grauius in eum ducant statui oportere.* quod magnum est,

si ipse intellexerit. Sigonius ex suo profert: *et non vocitum documentum aut ducant statui.* censetque locum esse insanabilem. Muretus lib. 15. var. L. c. 16. in libris vett. esse ait, *documentum aut ducant statui oportere non nocitium.* Hinc ergo, *aut ducant*, vult esse librarii, vtro modo scriberet, ambigentis: deinde, *et non vocent*, factum ex illo, *non nocitium*, et transpositum: scribit vero: *desciscant: documentum autem statui oportere non nocitum, si quis respiscat.* In quo duo desiderainus. Nolim quidem tanti viri fidem in scriptis codicibus coinnemorari labefactare: (quod tamen alii, et iure forsan, fecerunt) sed hoc testari possum, quicquid in Gallia Italiaque inspexi membranarum, omnes in ista, *et non vocent*, consentire: accedunt tres Pall. quorum unus solitus alioqui Sigonianas corruptelas stabilire, hic eum deferit. Iam vero *documentum illud non nocitum*, ne Mureti quidem, nequum Liuui facundiam decet. Quod ut doceamus, mores atque instituto nostro vtemur, ostendendo exemplis, ut veteres hac pulcherrima loquendi figura sint vni, eo minore, ut opinor, legentium fastidio, quad rares ex recentioribus eam iniitatos video. Cicero epist. 15. ad Brutum: *Dixi igitur sentencias in Antonium, dixi in Lepidum severas: neque tam ulciscendi causa, quam ut et in praesens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, et in posterum documentum statuerem, ne quicquam amentiam vellet imitari.* Vbi Gruterus: Vox documentum, suspecta mihi, tanquam a scriba potius quam a Tullio. Credis commissurum fuisse, ut hanc notam Notis suis inureret, si, quae damus, ei obseruata fuissent? Plautus Captiuis: (3, 5, 94.) *Ego illis captiuis Aliis documentum dabo, Ne tale quisquam facinus incipere audet.* Caesar apud Auctorem de bello Africano: (c. 54.) *sed quoniam ipsi sibi neque modum neque terminum conficerent, quo caeteri dissimiliter gerant, egomet ipse documentum more militari constitutum.* Horatius lib. 1. (Sat. 4, 109.)

Nonne

*Nonne vides, Alibi ut male vixit filius? utque  
Barus inops? magnum documentum, ne patriam rem  
Perdere quis velit.*

Iustinus lib. 18. (c. 7.) statuamque in te exemplum, ne quis postbas infelibus miseriis patris illudat. Recte igitur Lipsius apud Tacitum lib. 12. Annal. cap. 6. statueretur immo documentum, quomodo uxorem imperator acciperet. Cui non repugnare melius est. Cicero pro Plancio: (c. 37.) perentum esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me regnando fuisset. Scrutatus populusque Romanus. Vides quas grates habituri essent tanti scriptores, si quis ad documentum vel exemplum adiliceret, non nocitrum. Scheggius mire turbat: cogitandum sit, ne noxae sit, si quis respiccat, et antiquam societatem respiciat; documentum ducant statui oportere, si quo modo fieri posse, ne qui socii a populo Romano desciscant, ant. Sed haec quoque

*Excessit medicina modum nimiumque secuta est,  
Qua morbi duxere, manus.*

Ego certus non nisi palam corrupte tentare, legebam olim: ne qui socii a populo Romano desciscant, Poenum vocentur: documentum autem dicatur (sic enim MSS. dicunt a Sabellico esse notauit Glareanus) statui oportere. Aiebat Fabius immemores temporum auctores durae illius sententiae, libere de quaue re velut in pace omnique metu solutos existimare. Quid ita? quia rebus creperis incuvata sit potius via, qua teneantur in obsequio et concilientur sociorum animi, neu arecessant Hannibalem, vt Campani fecerant: ab ipsis autem dicatur et conseatur exemplum poenae edendum in illos qui lapsi respuerint. Quod P in T, vt euenit saepissime, mutatum esset, T. E. N. M., fecit librarius, et non. Sic nun in non cessit et in Hercule Oetaeo verf. 280.

*Iole mea captiuia germanos dabit  
Natis; Iouisque fiet e famula nurus?  
Num flamma cursus pariter et torrens ferent?  
Et Vrsa pontum sicca cocruleum bibet?*

Sic MSS. nec potest aliter bene vel concipi vel distingui.  
Ouidius contrario modo iuuandus in epistola Deianirae:  
(Her. 9, 101.)

*Haec tu Sidonio potes insignitus amictu  
Dicere? non cultu lingua retenta silet?*

Vulgo: *num cultu.* Sed *num* valet, an *etiam? non* valet hoc *vsu*, annon vel nonne? haec differentia est. Lib. 26. cap. 18. *Silentium subito ortum et tacita cogitatio, quidnam egissent noui, quod fauor plus valuerit, quam ratio.* Nihil vtique neque in magnis neque in paruis ciuitatibus fit noui, cum in campo plus valet gratia quam meritum, et creantur magistratus, quos factos iidem qui fecere, fieri potuisse mirantur. Vide Ciceronis Plancianam. Membranae tamen principes non dimittunt *tù noui*, sed *tò quod* ignorant. Scribendum: *quidnam egissent? num fauor plus valuerit quam ratio?* Haec nunc potius subibat magisque mordebat cogitatio, quod ingens periculum p[re]oculis erat eius prouinciae. An *etiam*, quod minime tempore tali deceret, cominifissent, vt plus fauor quam ratio comitis valeret. At apud Florum in Mariano bello: (3, 21.) *Isti tot in pace non plures sunt: vix admiserim: num plures sunt?* Languet sic, iacet, exspirat oratio. An *etiam* plures sunt, timide foret loquentis et audace[m] sensu expromere dubitantis, quod minime solent neque huius aevi scriptores ex declamatoribus, neque Annaeus quisquam, neque Florus. Si sedet interrogationem esse, maneat sane: *non plures sunt?* id enim non tam deliberrantis est quam confessionem exprimentis. Sed si meum consilium valebit, et viuum vigentemque hic Florum desideras, tu vero longum valere utriusque particulae dicas scri-

feribasque: *Minus est, quod apud Sacriportum et apud Collinam portam septuaginta amplius millia Sulla concidit: bellum erat. Quatuor millia deditorum inermium ciuitum in villa publica interfici iussit. isti tot in pace, plures sunt.* Sic demum grauiter et magnifice: id ipsum quod corrupte iste apud M. Senecam: *nunquam vidi plures trecentos.* Mens autem: plus est, grauius, dirius, crudelius, per pacem ac deditio[n]is nomine quatuor millia necare, quam fermentibus praeliis septuaginta millia concidere. Ut fine de liberatione dixerat: *Minus est: ita et post plures sunt.* Ut fine deliberatione prius excusat, breuiter dicendo: *Bellum erat:* ita nec dubitat culpare directe posterius: *Ipsi tot in pace, plures sunt.* Vocem autem Poeni restitui[n]us et historico nostro superius lib. 22. cap. 56. *Tum domum literae a Terentio Cos. allatae sunt: L. Aemilium Cos. exercitumque caesum: sese Canufii (sic optimi) esse, reliquias tantac cladis velut ex naufragio colligentem; ad decem millia militum ferme esse incompositorum inordinatorumque: sed Hannibalem sedere ad Cannas, in captiuorum pretissim prædaque alia: victoriam nec victoris animo nec magni ducis more metientem.* Io. Andreas et Aldus vocem *victoriam* non habent: a Badio est, inde Moguntina et in Corrigendis adoptauit Aldus. Sigonius annotat *tau que et sed in quibusdam vett. non reperiri: hoc totum.* At nos testamur *tau sed Hannibalem;* item *victoriam,* nullum sui vestigium in bonae fidei libris monstrare. Ita perfaepe primi editores, quae ab Liuio profecta essent ex conturbata veteri scriptura diuinare nescii, quae proficiisci ab eo potuerint ex argumento narrationis coniectura facta, ne m[al]itium darent, interpolatum dederunt. Quod si *vspianam*, hic certe excusabile non est. Puteanorum codex: *inordinatorum quemenum sedere ad Cannas in captiuorum pretissim prædaque alia nec victoris animo nec magni ducis more nuntiantem.* Nec secus Petauiani, Barberinus, quinque Flor. Menardi, duo Pall. nisi quod loco *mennum* alii *me nunc*, alii *se nunc.* Scribe: *ad de-*

*cem*

*com illie militum sermo esse incompositus inordinatus  
rumque: Poenum sedere ad Cannes, in captiuorum pretiis  
praedaque alia nec victoris animo nec magni ducis more  
nundinarent. Et hoc fere verbo in inuidiam ludibrium  
que vtuntur. Cicero Philippica (3. c. 4.) una in domo  
comes, quorum inscrerat, imperium populi Romani nundina-  
bantur. Suetonius Tito: (c. 7.) suspecta et rapacis-  
tas, quad constabat in cognitionibus patris nundinari prae-  
marique solitum. Declamatio sum sub nomine Quintilis-  
ni 12. dum tu salutis publicas nundinato proximum quem-  
que centarem dimittis. Eadem vox Poeni corrupta lib.  
23. cap. 39. vbi legatio Campanorum ad Cumianos: praefidum ibi armatum se habitueros, ne quid ab Romanis no-  
vi pericule effet. Ne dieant nos scrutariam facere, et mi-  
nitias confessari, Fulvius ille Ursinus in Notis ad Liuum  
haec verba moratur, ut pro effet reponat fore, quia  
V. C. eius, fieret. Nostri hac parte non variant: sed  
aliud vicus subest. Quid enim naui? aut quod fuerat  
periculum aliud? Put. ab Romanouenone. Pet. melior et  
Flor. ab Romano nau. Scribe: ne quid ab Romano Pos-  
nave periculi effet. Ab Romano ipsorum Campanorum  
causa, qui iam ad Hannibalem defecerant; a Poeno, in  
Cumanorum, ut simulabatur, gratiam, quibus integra  
cum Romanis societas. Sic quidem, et his inductus,  
olim putabam. Nunc aliud, nescio an melius, mente mea  
venit. Liber optimus Lutetiae: quum illuc potius agen-  
dum adque eos agendum. Pet. Men. Pal. item: eos agi-  
tandum: quod factum est dubitante librario, cogitandum  
(cuius vocabuli ex tribus primis literis exstitit eos) an agi-  
tandum scriberet. Eis est correctorum. Deinde praepo-  
sitio abest ante populo Romano. Scribimus igitur: Contra  
ea Consulis pater Fabius, temporum oblitos homines in me-  
dio ardore belli tanquam in pace libera de quoque arbi-  
tria agere, aiebat; qui, quod illis potius agendum atque  
cogitendum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii populi  
Romani desiscant, id non cogitent; documentum autem  
dicant*

*dicant status oportere.* Videntar autem firmare hanc conjecturam maxime *τὸ autem dicant*: particula enim aduersatiua omnino videtur velle, iam dixisse Fabium aliquid eos negligere quod faciendum sit, iam dicturus aliquid facere, quo supersedendum sit: *dicant vero* (pro quo MSS. *dicatur*, factum ex *dicat*, cum virgulam superponitam, qua τὸ *N* notabatur, tanquam appendicem τὸν *T* et *VR* significantem accepisset librarius) nisi praecesserit, quod addidimus, *QVI*, unde pendeat, non habet: requirebat enim, ut vulgo concepta est, oratio: *documentum dicere eos status oportere.* Lib. 29. (c. 10.) *id cogitare, quae ratio transportandae Romanam deae esset.* Lib. 33. (c. 40.) *Romanos inquirere, quod regi Antiocho faciendum: at quoisque terra marique progrediendum fuerit ipsis, non cogitare.* Rursum de Altinio: *Fabio ad sensum est, catenisque ligatus traditus et ipse et comites: et aut satis magnum pondus, quod secum attulerat, ei seruari iussum.* Optimi, *ligatis.* Debito, maliinne, quod Petav. junior habet: *catenisque ligati traditus et ipse et comites: an τὸ ligatus vel ligatis, vna cum copula ante τὸ auri amandari.* Sequitur inox: *dein fama per totam urbem vulgata tumultum pro principe amissō fecit, metuque rerum nouarum extemplo nuntii ad Hannibalem missi.* Quibus nequaquam offensus Poenus, etc. Monituī alibi in Notis, optimos libros seruare, *tumultum ut principe amissō:* quod cur spernatur, causa nulla est: sed sequentia iterum exoneranda sunt adsuto centunculo: *ad Hannibalem, in nullo codicū reperimus: tantum, metuque rerum nouarum extemplo nuntii missi.* Et certe, quo missi fuerint, voluit intelligi ex proximis Liuius, quando nec possunt quatuor verba legi, quin intelligatur. Denique: *Caeterum ut iras magis quam auaritiae datum crederent homines, crudelitati quoque grauitatem addidit, coniugemque eius ac liberos in castra accitos, quaestione prius habita, primum de fuga, deinde quantum auri argenteique domi relictum esset, satris cognitis omnibus, viuos combusſit.* Etsi mirum potest videri

videri, crudelitati addere grauitatem, cum nulla non in grauissimis merito habeatur crudelitas: ferreū tamen si prius crudelitatis alicuius mentio foret facta. Posse, crudelitatis, vt huius grauitas addita proscriptioni bonorum dicatur: sed hoc quoque multo magis in Cassiodoro aut Ennodio, quam Liuio placebet. In quibusdam scriptis inuentum: crudelitatem quoque grauitati. Non video quid aliud scriptum esse potuerit quam: *caeterum ut irac magis quam auaritiae datum crederent homines, crudelitatem quoque rapacitati addidit.* Hoc enim hominis vitium adeo notauerat, vt non tam doluisse proditione illum diceret, quam gauisum esse causa locupletis hominis bona possidendi et proscribendi. Vocabulum, vt in Suetonii Tito, loco modo producto. Mox Put. *de fuga aliunde in quantum.* Caeteri: *de fuga aliunde in quantum.* Nempe designabat ille prior: *quaestione prius habita, primum de fuga Altini, dñm quantum auri argenteique domi relictum esset.*

---

## CAPVT XII

*Valerius Flaccus quinques inuitam repetens manum. De- emendatus. Scriptis in exordiis imperii Flaviorum. Pan- deret Poëtarum et vatum. Posse, notabilis ellipsi. Insperati tha- lami Theridos. Vota domus. Soluere furis-scelus. Furiae exactrices scelorum. Seneca emaculatus. Antiqua Erinnys*

*beri, debitum. Luna trabens aequore bigas. Lucretius cor- rectus. Martialis tentatus. Quos media seros nocte lucerna videt. Vigilare noctes serenas. Lucretius alibi explicatus. Ne- storis admonitio. Ancaei robur.*

*Valerii Flacci quoque in principio non tam calcae- runt illic inuentas quam habuerunt domo allatas spinas viri doctissimi. Taceo deum vel freta vel nautas, et dubitatum an bene diceretur, Phasidos oras se- quis, et magnum Poëtarum censorem vna litura toti capiti*

piti operis imminentem. Libet, quae ad Inuocationem restituendam intelligenda inque olim iecimus, hic vberiora repetere. Verba ita erant concepta: (v. 10.)

*Eripe me populis et habent nubila terrae,  
Sancte pater, veterumque faue veneranda canent  
Facta virum. versam proles tua pandit Idumen  
Namque potens Solymo nigrantem puluere fratrem  
Spargentemque faces, et in omni turre furentem.*

Baptista Pius correxit, *Namque potest*, vt sit interpositio: accepitque Parrhasius, qui et scribit, *pandat*. Non Iulius Scaliger, cui post τὸ Idumen videntur aliqua deesse. Carrio quoque ambiguus haeret inter *potes*, *potest*, et *potens*: tandem ait visum aliquando sibi: *Namque potest Solymoque nignantem*: quam coniecturam Gifanium in sua Catalecta retulisse. Andreas Schottus: *versam proles tua panget Idumen*, (*Namque potest*) et *Solymo*. Sed τῷ pandere subrogari τὸ pangere minime debet. Est enim et illud Poëtarum. Statius Propemptico Metii Celeris: (Silv. 3, 2, 40.) *si vestras amor est mibi pandere Thebas*. Nemianus in Cyneget. (v. 2.) *securi praelia ruris Pandimus*. Transsumitum a vatibus. Virgiliius: (Aen. 3, 252.)

*Quae Phoebo pater omnipotens, mibi Phoebus Apollo  
Praedixit, vobis Furiarum ego maxima pando.*

Statius in persona Amphiarai: *vobis ventura atque omne quod ultra est Pandere moestus eo*. Zinzerlingus hiatum orationis excusat asyndeto, quod hic tamen iam tot praetudicia dinnarunt. Barthius proximus verum fuit: legit enim: *Iamque potest Solymo*: quod interpretatur: iam sufficit ad canenda illustria Titi fratris acta Domitianus. Hic excidit. Verum enim est: *versam proles tua pandet Idumen*. id est, ubi versa erit, cantabit hanc victoriam. *Iamque potest*. quod respicit non facultatem Domitiani scribundis versibus, sed materiam operis et tempus, quo Valerius Flaccus suum carmen est orsus: neimpe ipsa initia

tia Vespasiani, qui tunc siue in Aegypto, siue iam Romae vna cum minore filio erat, Tito Hierosolyma obsidente et omni vi oppugnante. Itaque iam bene ominatur de illa vrbe capienda et euertenda; polliceturque forte, ut insigne hanc militiam fratris Domitianus carminibus ad posteritatem prodat. *Pandet*, certioris est fidei: *pandit*, mendacium foret, nisi iam faceret: *pandat* est nimium secura delegantis. *Iamque potest*, nempe pandere. Nihil durum in hoc defectu verbi patitur frequens usus veterum. Cicero lib. 2. *Fusculanarum*: (c. 19.) *nibil enim dolet, nisi pes. possunt oculi, potest caput, latera, pulmones; possunt omnia: longe igitur abest a summo dolore.* Seneca de breuitate vitae: (c. 9.) *mors interim aderit, cui, velis nolis, vacandum est. Potestne quisquam, dico, hominum eorum, qui prudentiam tactant, et operosis occupati sunt, quam ut melius possint viuere?* Similiter Statius lib. 1. *Thebaidos*: (v. 624.)

*Illam et nocturno circum stridore volantes  
Impastae fugitis aues, rabidamque canum vim  
Oraque sicca ferunt trepidorum inhibasse luporum.*

*Ferunt*, puta fugisse: nam *trepidorum inhibasse*, est, pavidorum quod inhauerint. Lib. 5. *fremitum accepere leonis*, *Sic putant*. Euersem, inquit, canet, et iam nunc illi copia est describendi obsidionem tam validae urbis inque illa oppugnanda fortitudinem et vigilantiam fratris, non indecoro illo puluere sordidi, et igitur mittentis et passim in operibus praesentis atque instantis. Ne illud quidem primi tentamus lib. eodem versu 130.

*Hic insperato Tyrrheni tergore pescis  
Pelcos in thalamos vehitur Thetis. aequora delphini  
Corripit. illa sedes delecta in lumina palla,  
Nec Ioue maiorem nasci suspirat Achillem.*

Sic ex veteri codice prodit Ludouicus Carrio. Antea erat: *Hic sperata sedens*; quod nolle tantopere placuisse Guilemio et Zinzerlingo: et si nos quoque non habeamus

beamus brutum palatum ad gustandam elegantiam *τε σπερατα*, ubi illa tempestius admonetur. Nihil languidius illo, *σπερατα* sedens. Quia *το* *σεδεν* certain habet ex altero sequente versu hoc subiectum esse: *ιλλα* *σεδετ* *δειετα* *in lumina* *παλλα*: cum errore librarii in antiquiore invenimus esset: *Hic sperata Tyrrheni*: quemadmodum scriptum vidimus in Oxoniensi. Neque ingerant mihi: *Cori ripuit*. sicut haec. Periculum erat, ne credereimus picturam, cum velum faciei obduxisset, tamen ostendisse loquentem, nisi Poëta diceret silere. Verior hactenus lectio Carrionis, quam confirmat Oxoniensis. Sed quaerit Guillelmus, quis ille pisces *insperatus*? Eure. neque enim homini tam polito in mentem venire poterat, quia Theatis inuita nupsit Peleo, ideo pisces, quo ad illum vecta est, dici *insperatum*: quod nostri aeni doctis commentum placet. Est autem perquam ineptum, et perinde ac si dicam Marecellum equo *insperato* vectum, cui insidens ad tumulum sibi fatalem speculandum perrexit: aut *insperata* nauem Ceycis, cum qua fluctibus obrutus est. Adiuvanda fuerat unica litera vetus scriptura, ut haberemus *insperates*, neinpe thalamos Pelei. Quia impares hi thalami et necessitate fatorum potius quam voto aut spe deae iuncti, ideo eleganter *insperati*. Statius prima Achilleide: (v. 90.)

*Pelea iam desiste quaci, thalamosque minores.*

Eodem libro ad filium ipsa: (v. 252.)

*Si mihi, care puer, thalamos sors dequa dedisset.*

His contra *exspectati* apud Valerium lib. 8. (v. 149.)

*Istane nota domus exspectatique hymenaei?*

Vbi melius scribi putem, *vota* *domus*. Matrem Medeae inducit loquentem: haec quae mea, patris, omnium necessitudinum domesticatum, totius domus de te fuerunt vota? hos hymenaeos exspectauimus? Atque ita legit.

T:

Plus,

Pius, non qui restituerit, sed qui non aliter suo in exemplari inuenerit. Haec est eius annotatio: *Vota*, desiderata, quam votis tibi destinauimus, Albaniam, deseris, et Graeciam petis. Sed videtur accepisse muliebri genete *vota*, et *domus* primo casu: quod lex versus respuit, nisi caesura excusemus. Satis bonus, quem dedimus, sensus. Aequenobilis est Valerii Flacci locus lib. 2. versu 296.

*talin possum te credere puppi,  
Care parens? tantis possum retinere periclis?  
Soluimus heu miserum furtis scelus.*

Satis scio ex editoribus nuperis neminem postremum acrostichon intellexisse. Est autem haec scriptura Carrionis ex codice manu exarato, cum omnes ante illum: *heu serum*. Quomodo et Oxoniensis. Idque probat Zinzerlingus, et *soluere scelus* explicat expiare: si tamen intelligo, quod annotat. Optime, *heu serum*: sero scilicet astu iam parente seruato Hypsipyle scelus expiabat. Quavis virum doctum ipsum se vix intellexisse putem. Quae enim hic expiatio fera et furtiva? aut quis ita locutus est, *soluere scelus*, pro, expiare? Subuenit alias, qui rectum putat *serum* pro tristi, ut *seram voluntatem* pro sinistra, turpi, caeca, malesana dixerit Lucretius, et *seram serpentem* Seneca et *sera omnia* pro tristibus Virgilius. De his videbimus: sed Valerius Flaccus scripsit: *Soluimus heu serum Furiis scelus*. Verba sunt Hypsipyles Thoantem in rupta naue mari committentis. Quum Lemniades Veneris ira in rabie in actae, viros omnes, nullo patrum, fratum, maritorum, natorum discrimine, interimerent; sola Hypsipyle regi, quam ab ipso acceperat, vitam eripere non sustinuit. Primum igitur in templum Bacchi (cuius filius credebatur, atque hinc magna ei deo religio) vicinum procul dubio regiae, trepidum patrem rapit, et sub ipso dei simulacro abscondit. Postero die sacra ad mare fingens, et lauatione numinis funestatam impia caede insulam expiandam, patrem habitu Bacchi adornat, et

et velut sacerdos thensae vel carpento impositum extra vr-  
bem inter simulata orgia in remotam siluam auehit, atque  
aliquamdiu occultum tenet. Mox exterrita visis noctur-  
nis non satis fidam caro deposito custodiam suspicatur,  
fixaque in litore defectam vsl et exarmatam nauem de-  
ducit, eique mandat infelicem, et vt quacunque fuga suae  
consulat saluti, obtestatur. Prospiciens vero, quantae esset  
aleae sic euadere, vereri incipit, ne dubiae ereptum cer-  
tiori obiiciat morti. Itaque inter summas mentis angu-  
stias piumque timorem haec effatur :

*Salin possum te credere puppi,  
Care parens? tantis possum retinere periclis?  
Soluimus heu serum Furiis scelus.*

Me miseram, quid mihi est aniini, quae huic te nauigio  
credere audeam, et seruari in tanta missum pericula posse  
sperem? Eheu! nunc ego te occidere videor, nunc sero  
praestare scelus et exsoluere debitum exactricibus Furiis,  
quo antehac eas fraudaueram. Atque eo detestabilior mea  
conditio, quod in illo communi furore aliquid fecisse  
poene excusationem ineretur: ego autem sana et nullo  
aliarum exemplo externata in mare te proiicio. Ideo ag-  
grauat rem τὸ serum. Furiae ex Theologia Poëtica sunt  
exactrices scelerum, quibus instantibus et velut debitum  
exigentibus homines metuendo thyrso tacti manus et ani-  
mos praestant. Ouidius lib. 4. Metamorphoseon: (v. 469.)

*quod vellet, erat, ne regia Cadmi  
Staret, et in facinus traherent Atbamanta sorores.*

Eumenides nempe. Sic certe membranae nostrae a manu  
prima, et codex Andinus, aliisque, quod vel ex reiectione  
Bersinanni appareret. Heliodorus lib. i. ΑΙΘΙΟΝ. Cne-  
mone parricidii tentati reo: τὸν ἐν δίκῃ μὲν, αἱλλαὶ πρὸ  
ἄρσες τεθνηζόμενον, τὸν υπὸ δαιμόνων αἰλισόρων ἐπὶ τοὺς  
γεννήσαντας ἰλαθέντα. Bonum factum, vt hic seue-  
ras illas deas Medeae Annaeanae restituamus, quae iam

dudum illis destituta torpet. Verba sunt acti 5. ver-  
su 950.

*rursus increscit dolor  
Et feruet odium. repetit inuisam manum  
Antiqua mentis ira. qua ducis, sequor.*

MS. Mediceus loco *mentis* habet *Erinnys*. Et sane quomo-  
do *antiqua ira*, cum a paucissimis diebus ab Iasone  
diffideret? Aliud ergo antiquum se adsilire et manum re-  
poscere dicit. Quare autem *inuisam*? Scribe:

*repetit inuitam manum  
Antiqua Erinnys. Ira, qua ducis, sequor.*

Erinnys illa solita et consueta iam per me in cognatum  
sanguinem saeuire. *Inuitam* est detrectantem et refugien-  
tem triste ministerium. Sed de his ad ipsum. Porro Fu-  
rias iniecerat matribus Venus. *Neque te furiis et criminis  
matrum Terra fugat.* Iterum v. 217.

*tum verbere vietas  
In thalamos agit et contantibus inuenit enses.*

Vbi, quia vetus codex Carrionis, *ductas*, forte legen-  
dum: *verbere adactas*. Melius vulgatum. Statius in ea-  
dem historia: *cuncto sua regnat Erinnys Pectore*. Hac  
igitur Erinyes etiam ab Hypsipyle caedem patris inter  
caeteros Leanni incolas inares, tanquam debitum sibi flagita-  
verant: at abiurauerat illa debitum hactenus, eoque illas  
fraudauerat. Quare supra ex eadem translatione Setinus  
noster:

*ipsam sed conscientius ausi  
Nocte dieque pauor fraudataque turbat Erinnys.*

Sic Seneca in Oedipo: (v. 1043.) *debui fatis patrem*.  
Lucanus lib. 10. (v. 414.) *dat scilicet omnis Dextera,  
quod debet Superis*. Statius lib. 11. Thebaid. Eteocleum  
vocat *Eumenidum bellique reum*. Macrobius in Somnium  
Sci-

Scipionis lib. I. cap. 7. de Agamemnione somnii interpretatione decepto: *rex progressus in praelium et casum, qui debebatur, excepit, et absoltus somnium inuidia mentiendi, non omnia de imperatis sequendo.* Herodotus in Calliope de turbata Masistae domo: *κακῶς γὰρ ἐδει παρονόμη γένεται.* Liuius in meliorem sensum lib. I. (c. 4.) Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis, maximique secundum decorum opes imperii principium. Serum autem scelus, quia dies huius debiti fuerat ille ideip, qui ante maribus exitiosus: Idem sensus apud Statium lib. 5. Thebaidos, (v. 626.) vbi Hypsipyle praecisum squammis Ophelten luget:

*Dum patrios casus famaque exorsa retracto  
Ambitiosa meae, (pietas haec magna fidesque!)  
Exsolui, tibi, Lemne, nefas.*

Hoc est, quod in me fuit, infantem occidi, et debitum hactenus, non praestitum, Lemniacis furii parricidium solui. Non otium ouo. Et haec quidein illa, dum cogitat se patrem luxata et inani, seu exarmata, naui maris fidei committere, nec vel omnime continetur, quin miserum timorem prodat, et, tardius licet, nefas gentile se *σεμνεῖς θεοῖς* dependere et praestare fateatur. Reuocat tamen se et ad preces conuertit:

*annue votis*

*Diua, soporiferas quae nunc trabis aequore bigas, etc.*

Possent alicui videri aethere, non aequore, scribendum: sed potest tolerari lectio vetus: nam *trabis aequore bigas*, est, exoreris ex Oceano. Quo maior editorum Valerii culpa fit, videtur et Pius veram lectionem ante oculos habuisse: sic enim scribit: *Soluimus, Pendimus scelus Furii debitum: et si editum sit in contextu furtis.* De seris omnibus et sera serpente diximus alibi. Apud Lucretium lib. 3. v. 45, sera voluntas Palmerii non est nauci. Scribendum vero:

*Haec, licet aduortas animum, magis omnia laudis  
Aut etiam vetiti, si fert ita forte voluntas,  
lactari causa, quam quod res ipsa probetur.*

In antiquissimis membranis Vossianis est *forte*, vt recte Lambinus. *Fera* viri caetera doctissimi monstrum est ad barbariem relegandum. Pro *hinc*, quod est vulgo, etiam legimus *haec*. Vtrumque sententia necessaria facit. Ait metum Acheruntis nou posse melius praecipitem agi quam per Epicuri philosophiam. Nam quod inueniuntur viri quidam, vt videtur, animosi, qui saepe dictant morbos et infamem vitam morte magis esse metuenda, et nosse se naturam animi totam esse sanguinis, neque egere ad hoc dogmatum Epicureorum: haec omnia scias licet iactari magis ostentationis causa, aut si reuera ita volunt sentiuntque, si mortem prae morbis aut turpitudine expectunt, faciunt id magis quia non aliter possunt, quia illa, quae spernunt, vetita sunt illis, quam quod ratione rem habeant probatam. Etenim illi ipsi extorres patria et a conspectu hominum procul acti, omnibus denique aerumnis affecti, si licet, tamen viuunt. etc. Apud Martialem lib. 8. Epigr. 3. (v. 17.)

*Scribant ista graues nimium nimiumque scueri,  
Quos media miseris nocte lucerna videt.*

Miseret me istorum *miserorum*, (quamuis interpretari queas laboriosos) vt puto, non sua nec Martialis culpa, qui seros illos concinnasse videtur, non *miseros*. *Quos media seros nocte lucerna videt*. Ut Virgilio, (Aen. 8, 465.) *Aeneas se matutinus agebat*. Talis Lucretius se dixit lib. I. v. 142. *noctes vigilare serenas*. Vbi *serenas noctes* intelligo ad lucernam accensam. Neque enim aestiuas capiam cum Mureto: quasi impūtet Memmio, se dum illud opus suum conficit, vigilare et lucubrare non hieme tantum, quod omnes faciant, sed etiam quod paucissimi, aestate, cum serenae plerumque eant noctes, lib. 18. Var. Lect. cap. 13. Multo minus cum Barthio ad Claudianum,

num, quae coelo placato et placido propter compositam tempestatem non impedian librorum euolutionem. Aliud est vigilare, aliud lucubrare: sed *vigilare noctes serenas* Lucretio est uno verbo lucubrare. Ut *serenus focus Martiali lucens*: (3, 58, 22.) *Cingunt serenum lacteum focum vernas.* Statius 1, Achilleid. (v. 120.) *largoquo serenat Igne focus.* Qui et de suis noctibus ad Claudiu vxorem: (Silv. 3, 5, 33.)

*tu procurrentia primis  
Carmina nostra sonis, totasque in murmure noctes  
Aure rapis vigili.*

*Seros hos lucerna videbat, non ideo miseros.* Quo minus mirere mendum, Persius Sat. 5. (v. 61.)

*Et sibi iam seri vitam ingemuere relitam.*

Apud Salisberensem legitur perperam *miseri*. Sic et apud Silium fuerat: *miserosque videre nepotes*, pro *serosque*, vt bene Dausqueius: et causae sunt inane, sat scio, quibus inductus vir doctus *miseros* etiam non adspennandum arbitratur, aut suspicatur, *in serosque venire nepotes*. Aliiquid etiam debemus Valerio Flacco lib. 3. v. 143.

*Has pretor exuias, o prima cadauera, nostro  
Linquise, ait, ferro; potius mibi dextera ferro  
Gnauct opus.*

Haec Carrionis editio est. Non me fugit Baptistam Pium iam olim atri tñ, o prima, scripsisse, et opima; et, ait fert, pro, ait ferro: quod eleganter factum laudant alii: vt nec quosdam, atque inter hos Scaligerum et Passeratium, voluisse: et *opima cadauera nostro Linquise, ait, ferreto*. Sed enim, perfidem, quid est *optimum cadauer?* Bous credo alicuius, modo ne Cypria merenda pasti. *Opime spolia* noseo: *cadauer optimum* iam primum disco; si tamen didicerunt alii, priusquam docere nos voluerunt. Neque enim seria in re locum habet, quod Satirae conuenienter Iuuensis:

lis: *animam exhalasset opimam.* Quid deinde: *Linguistis opima cadavera nostro feretro?* an cadaver quoque caesi ducis ferculo imponebatur? an potius *opima cadavera* sunt spolia opima? Vtrumuis aequem improbum. Quomodo autem feretrum et opima spolia sibi promittit *Ancaeus* ex prostrato obscurissimo nomine, de quo nihil aliud narrat Valerius, quam ita improuide subiisse dextram interactoris, ut medium caput ei cervicem tenus ille diuidere securi potuerit? Quomodo inde quadrat, quod sequitur: *potius mihi dextera ferro Gnauet opus?* En continuatum pulcherrime sermonem: Hostis infultans hosti caeso et baltheum detrahens, ait: *oro te, has exuuias relinque meo feretro:* potius *mihi dextra ferro* grassetur. Nihil ergo huc feretrum vel *feruum*: sed nec tolerandum *cadaver opimum.* Nos semper iudicauimus, proprium illuc nomen deesse, neque sermonem illum *Ancaei*, sed alterius ex sociis esse, per causam *Anacati*, qui spolia legendis manuum ac ferri opus morabatur, ad praehandum suos adhortantis. Id tandem inuenimus. Scriptum: *et prima cadavera, Nestor, Linguiste, ait.* Alcina editio plane habet, *Nestor.* *Ancaeus obtruncato* Telecoonte cingulum iacentis ad sublumarem lunam nitidum ac splendens rotat. Id dum detrahit, interueniens Nestor, rogo vos, inquit, linquite exuuias istas primorum cadaverum, vix incepta pugna, et de caedendis hostibus cogitate. *Exuuias et prima cadavera, ev die duorum.* Nihil periculosius, quam feruente praelio respicere magis ad praedam quam ad victoram milites: immo ut iam sint superiores, tamen festinatione illa praedandi vel commodiorem fugam concedunt victis ipsi sarcinis impliciti, vel spaciun dant recipiendi animos, et quam nimis cito exercent, victoram amittunt. Ab hac imprudentia reuocat Argonautas Nestor, et in contrarium suadet ferro non parcere cum voce tum exemplo.

Har,

*Has, precor, excusias et prima cadaverà, Nestor,  
Linquite, ait. ferro potius mihi dextera, ferro,  
Gnauet opus. presumque manu detruncat Amastrum,  
Diuersaque simul socios iuadere turmas  
Antmonuit.*

Habes narrationem rectam et conuenientem feruido armorum negotio. Sic etiam geminatio vocis, *ferro*, quam nullius hic pretii arguit Zinzerlingus, οὐφεον addit singularē. Ex decoro facit Poëta, et consentit secum, qui Ancaeum inducat rem securi gerentem, nam in primo dixerat: *Glaucoque bouem Thetidique iuuencam Deiicit Ancaeus: adieceratque:*

*non illo certior alter  
Pinguia lotifera perfringere colla bipenni.*

Ex decoro etiam, qui Nestorem inducat salutaria monenter et simul fortiter facientem: quorum alterum non defuisse illi in iuventute, alterum et in extrema aetate servatum auctumque praedicat Homerus.





## C A P V T XIII

Petronius Arbiter tentatus. Latrocinia sex locis explicatus. Latrocinia fabulas anteceſſura. Punire poenitentiam alicuius. Poenitentiam emendare. Aethiopes sine tormentorum iniuria bilares. Plauti quatuor vocis explicati. Dicta ruga et godoxav. Lahi sine morte. Stridentes nullo igne faces. Auſonio lux. Fidissimi. Suetonius insigniter emendatus. Metelli verba apud Ciceronem, per: peram peregrinitatis accusata. Oppugnari capite et fortunis. Catomidiare. Lex VII. D. de Poenis tentata. Pensare vices. Parata cum amissis imperia pensare. Iustino redditia vetus lectio. Apodixis. Defungi. Defunctioniam apodixin reddere. Locus Cimmeriis tenebris euolutus. Reddere ludos. Suetonius defensus.

**V**ellem, aut Neroniana Roma castior fuisset, aut ad quidvis aliud potius quam ad temporum illorum postcenia protrahenda Petronius istud ingenium contulisset. Nulli non operi par erat, si, quod de Cripo ferunt, inducere in animum potuisset, ut vitaefectam et rationem scribendo dissimularet. Quod quia imperare sibi nequivuit, non illis, quae praestitit, sed illis, quae desetuit, taxatur; et ut Scaptenfulam metallis diuitem, tetri noxiique grauem reddunt odores; sic ille aurum balucibus vehit immundissimis et quandoque venenatis. Nihil tamen inde periculi est bona ac terfae menti, quam aliae literae faciunt, hae probant. Gagates lapis in venalicio incensus comitiali malo laborantes sternebat; validos non offondebant. Huius igitur Quartilla: (c. 17.) *Quaenam est, inquit, haec audacia? aut ubi fabulas et anteceſſura latrocinia didicistis?* Quantus in his verbis eruditorum labor? Alius, et anteceſſa ea latrocinia, vel, arte ceſſura: alius, ante exercita, vel, ante ſecura: dein, dedidicistis. Libellus variarum lectionum habet, fabulas etiam anteceſſuras: quod aiunt omnino probasse Scaligerum. Et huic aptum videtur, quod hic docent fabulas notare rem gestam. Sed vna litera abundant in veteri codice, et scribendum: aut ubi fabulas etiam

*etiam antecessura latrocinia didicisti.* Quod cum nescio quo casu in quandam editionem peruenisset, intellectum tamen non est. Tanta dicit latrocinia, ut ne quidem simile quid in fabulis poëtarum ad prodigium et exaggerationem rerum fictis cognitura sit posteritas: quorum malitia tanta est, ut possit fabulas vincere: nequiora, quam quae Mercurii, Autolyci, Sisyphi, Caci et similium in fabulis feruntur. Habet eundem sensum apud M. Senecam in excerptis lib. i. decl. 7. *Hoc nostro seculo ad fabulas deerat, ut narraretur aliquis solutus a piratis, alligatus a patre.* Et Lucanum ita describentem Aemonides lib. 6. (v. 437.) *ficti quas nulla licentia monstri Transferat.* Declamatione IX earum, quae Quintiliani feruntur: *si meberrule inexpiables odiorum causae et compotitis quoque fabulis ulteriores inimicitiae fuissent.* Eadem: *Quicquid historiac tradiderunt, carmina fixerunt, fabulae adiecerunt, sub hac comparatione lateat.* Rursus apud Arbitrum Giton ad Encolpium: *Eripe me latroni cruento, et qualibet facutia poenitentiam iudicis tui puni.* Non placet, quod poenitentiam hic poni pro facto poenitendo obseruant. Ideo permittitur punire Encolpio, quod Gitonem poenituit iudicii pristini, et recurrit ad eum, quem spreuerat. si non poenituisse, constanterque Ascylto fortiori adhaesisset, nunquam Encolpio iudicii, quo illi praelatus Ascyltos, puniendi ab iudice potestas fuisset. Verba ad gratiam conciliandam supplici et metum inuidiae, si quid durius in eum statuatur, excitandum efficacissima; eoque digna, quae intelligentur. Puni me, dum scias, si plector, non ob iudicium me pati, sed quia iudicii poenituit: non enim tuis viribus invitum me in potestatem redegisti, sed vltro, sponte mea, ad te reuersus sum tuisque manibus me credidi et dedidi. Similiter eodem capite: *Sed nihil iam queror, nihil iam memini, si bona fide poenitentiam emendas:* non vox eadem factum poenitendum significat. Nee satis diligenter inspexit vir doctus, qui rogat: quid est emendare poenitent-

*nitentiam?* supponitque: *bona fidem poenitentia emendar.* Prius gradus regressionis ad sanitatem est poenitentia. Igitur *emendat poenitentiam*, qui primo isto gradu potius scandit altius, et non tantum ignauo dolore ob admissionem se plectit, sed et officiis id compensare sanoremque se approbare in posterum studet ac satagit. Ita poenitentiam emendabit Giton; si a pudore ob defectionem ad perpetuum fidumque amorem proficiscetur. L. Seneca praefatione Naturalium quaestionum: *Fidelissimus est ad honesta ex poenitentia transitus.* Declamatione ex Quintiliano adscriptis nona: *Neque inficiar fuisse me lentiorum, quam oportuit: tametsi hoc praecepue habere videor patris simile.* Sed si *vlla emendatio poenitentiae est, hic in publico vobis exhibitis rogabo.* Tertullianus de pudicitia: *Quid enim ex poenitentia maturescit, quam emendationis effectus?* Idemque de poenitentia: *Sed ubi metus nullus, emendatio proinde nulla: ubi emendatio nulla, poenitentia necessario vana, quia caret fructu suo, cui eam Deus fecit.* Non potest autem vel excusari vel tolerari frigidissimum comamentum de nequitia in voce, cui dignus sculpsit (vt verbo improbat in re nugaci utar) interuenit Balbus, an Blaesus, in Catholio, quod nomen ignoscet mihi genius lectoris, cum in opere serio pono. Deliberantes in nauigio Encolpius et Giton, cum in Lichae, quem fugiebant, manus incidissent: *Ita tanquam serui Aethiopes et praefto tibi erimus sine tormentorum iniuria bilares, et permute colere imponemus inimicis.* Bene illustrat Meursius: sed *in nolim reponi pro fine.* Omnis enim gratia in oxymoro est, vt Rhetores vocant, quod continet particula *fine*. Eiusmodi sunt dicta παρὰ περιδοκτῶν, quae si audias simpliciter, futilia sunt et inepta; si locum et personam et causam respicias, praecipuum habent gratiam. Multa talia apud Plautum, et pleraque non bene intellecta. Ut in *Mostellaria* a. i. sc. 3. v. 95.

*Ob istuc verbum, ne nequicquam, Scapha, tam lepi-  
de dixeris,*

*Dabo aliquid hodie tibi peculi, Philematium mea.*

Praesumebant cogitatione auditores dictum, *Scapha mea*: ille vero, quamquam placuisse aniculae dictum, et vide-  
retur ei reconciliatus aliquid boni de illa decreuisse, ta-  
men quasi in hoc ipso momento recordatus iniuriae sen-  
tentiam et verba commutat, et pro *Scapha Philematium*  
appellat: destituti spectatores et illus in risum solentur.  
Non ceperunt editores, qui post *peculi* ponunt τελείων  
ὑποστρυγήν, et putant prae nimia cupiditate inclamare eum,  
*Philematium mea*. Frustra etiam improbitatem in voce  
peculii suspicantur. Sic in Aulularia a. 4. sc. 6. (v. 4.)

*Nimis hercle ego illum coruom ad me veniat, velim,  
Qui indicium fecit, ut ego illi aliquid boni  
Dicam. nam quod edit, tam duim quam perduim.*

Res ipsa dictabat, et exspectabant spectatores, vt audirent,  
dem aut pro cibo apponam. sed personae Euclionis homi-  
niis auarissimi atque a dando tam alieni, vt ipso eo verbo  
vti fugeret nisi in suam utilitatem, hoc est, in imperati-  
vo, conuenit sermo per ineptias ridiculus, *dicam*, quod  
exspectabat neino. Nam dicere aliquid boni coruo est  
corui cor habere; sed quum effertur a tali persona tali  
occasione, iocosum est. Neque erat opus, vt viri docti  
hic monerent, Deos honorari vel dicendo bona verba et  
linguis fauendo vel dicata offerendo. Non religio hic,  
non religionis illusio, sed lusus ex dicto absurdo in sor-  
didum hominem congruente. Sic Curculione a. 4. sc. 4.  
(v. 5.)

*saluus cum aduenis*

*In Epidaurum, hic hodie apud me nunquam delinges  
saleme*

Consuetudo et mos et humanitas iubebat exspectare audi-  
tores, *coena tibi dabitur*: at contrarium decet turpein per-  
sonam:

*sonam: quae dum repraesentatur, vbi non id exspectabant, velut captis et delusis cachinnus extorquetur.* Sic cum Menaechmus a. i. sc. 3. (v. 3.) dixisset: *Ego isti ac mibi hodie apparari iussi apud te*, nemo dubitabat, quin secuturum esset, *prandium vel coenam*, at ille inopinato, *praelium*: mox: *in eo uterque siue pro Ilio siue praelio, omnes exspectabant, pugnabimus*, cum ecce audiunt, *pugnabimus.* Qui sermo reuera ineptus est, sed ad risum aptus: ne quis cum non nemine editorum seriam nobis phrasin faciat, *pro Ilio potare*, quasi esset, pro salute Ilii ad exsiccandam lagenam et se et combibones obligare. Mercatore a. i. sc. 2. v. 54.

**CH.** *Obsecro, dissolute iam me: nimis diu animi pendo.*

**AC.** *Placide: multa exquirere etiam prius volo, quam vapulem.*

Perfusavit plerisque interpretum Pistorius, aut *vapules* esse scribendum, aut *vapulem* esse verberem, aut denique seruum formam sermonis mutare, et cum de hero dicere incepisset, in se flagitribam desinere. Hoc postremum erat aliquid, si satis enodasset. Recte et illud, a seruis quæstioni subiectis translationem esse. *Dissolute me*, inquit Charinus, *nimirum diu animi pendo.* Respondet Acanthio: *Placide: multa exquirere etiam prius volo quam: præceperant animis auditores, si pergeret in translatione, te dissolam*, fin simpliciter, *rem narrem:* quum ecce praeter exspectationem audiunt, *vapulem*, quod in se neque translationi neque rei, de qua agitur, quadrat. Num nec ille, qui quæstionem habet, vapulat, neque edicere, quid nuntii feras, est vapulare. Sed lepidum est ex persona serui, qui merito timebat, ne herilis filius ob ingratum nuntium iram primam in nuntiantem exerceret. Perinde vt Birrhia apud Terentium Andria a. 2. sc. 4. (v. 12.) *herus, quantum audio, uxore excidit etc. Renuntiabo, ut pro hoc malo mibi det malum.*

*Ium.* Sic igitur, priusquam vaporem, est, priusquam rescias rem, ob quam fortassis a te, more impotentium herorum, plagas sufferam. Eodem modo apud Petronium res quidem et veritas postulabat, *in tormentorum iniuria;* ut sunt Aethiopes isti serui: sed rei vitiat persona loquentis ex suo sensu, et contrarium illi, quod oportebat, eloquitur: quia speciem quidem praebere illi perpeccitorum et durorum Aethiopum parati erant, ad ipsam autem iniuriam perferendam ignauissimi et mollescimi. Petronius exceptione simili et per eandem particulam inferius: (c. 108.) *Nihilominus tamen persecuerat dominantium furor, illis pro ultione, nobis pro vita pugnantibus.* Multi ergo verimque sine morte labuntur, plures cruenti vulneribus referunt velut ex paelio pedem. Non scribendum sine mora aut semimortui, quod nuperi editores receperunt. Si enim reuera caesi aliqui aut poene occisi, certe non apparebat futurum bellum, quod sequitur; iam erat. Meri sunt lusus facetissimi scriptoris: ut et illud: (ib.) *sciebat se illam habere nouaculam, qua iam sibi ceruicem praeciderat.* Itaque si mutandum est aliquid, scriberem praeterea: *plures incruenti vulneribus;* vel, *plures cruenti sine vulneribus.* Sidonius de pictura: *Acuit quibus furorem Bene facta plaga coceo, Iaculoque cœ forante Cruor incruentus exit.* Ausonius in Cupidine cruci adfixo: (Idyll. 6, 68.)

*Haec laqueum tenet, haec speciem mucronis inanem  
Ingerit, illa cauos amnes rupemque fragosam  
Insanique metum pelagi et sine fluctibus aequor.  
Nonnullae flamas quatunt, trepidoque minantur  
Stridentes nullo igne faces.*

Quae et ipsa non debent sollicitari. Est tamen qui quaerit: quomodo faces nullo igne stridunt? Ego vicissim, quomodo sine fluctibus aequor insanum? Seneca Thyestes: (v. 673.)

*quin*

quin tota soler  
Micare flamma filia, et excelsae trabes  
Ardent sine igni.

Eumolpus mox pace reconciliata: (Petron. c. 110.) *multa in muliebrem levitatem caepit iactare, quam facile adauer- rent, quam cito etiam filiorum obliuiscerentur: nullaque esse foeminam tam pudicam, quae non peregrina libidine usque ad furorem auerteretur.* Haec lectio est antiquarum editionum, ab qua diuersam non habuit Salisberiensis: *quam facile ament, quanta oderint levitate, quam cito obliuiscantur affectuum, et naturae immemores interdum in filios armentur, interdum in viscera sua.* Qui vtcunque concinnauerit furtum suum, vt paullo commodius filiorum mentio interponeretur; modico sensu opus est ad videndum eam vocem in Petronio prorsus inconuenientem rei, qua de agitur, esse. Itaque fuere, qui publicarent philorum. Sed hi phili mihi non sunt vnius pili, *ιπποι φίλιωται* Arbitro. Scriptum antiquitus fuit, *fidiorum compendiis scribendi inolescensibus, mox filiorum solenni mutatione D et L exstitit.* Debebat autem: *quam oto etiam fidissimorum obliuiscerentur.* Trepidatum et ad illud Petronii: (c. 132.) *Manifestis matrona contumelias verberata, tandem ad ultionem decurrit, vocatque cubicularios, et me iubet catorogare.* Debuerat autem credi Salmatio legendum esse, catomidiare. Suetonius in Caligula cap. 17. *Curatorem munerum ac venationum, per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum, non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore.* Genius inauditum supplicii esse, *catenis verberari*, dudum constituit inter doctos: quare quidam rescripserunt *habenis: vt apud Horatium, (Ep. 2, 2, 15.) metuens pendentes habenae, et Vlpianum, (in l. Cum aliter §. Impubes D. de S. C. Silano.) habenae vel ferula caedi.* Sed hoc facile repudies, quum vterque significet puerorum per lasciviam contumacium hanc castigationem esse quae proin-

proinde ad tantam saeculiam nequeat extendi. Torrentius receptam tuetur, quod Callistratus inter poenas, quae corporis coercitionem continent, fustium admonitioni et flagellorum castigationi *vinculum verberationem* jungat, l. 7. D. de Poenis. Ne sic quidem Tranquillo consultum arbitror, quando nihilo saniora Callistrati verba, et iuxta illis aliquid a mala manu obiectum est. Sed illi prius tentemus an possimus suum reddere. Scribendum aio: *in conspectu suo catomis verberatum.* Hoc quid sit, ita exposuerunt incomparabiles viri, vt, quod illis a nobis addi necessum sit, prope modum nihil habeamus. Breviter tamen complectemur, quae illi pluribus, nostris somniis intermixtis: vbi si quis criminatur nos meliora dicet ab illis accepisse, nos eum *criminari* negabimus. *Tò κατωμον* siue *τò κατωμα* pars est sub collo inter scapulas. Ab eo caedi aut *verberari catomo* vel *catomis* dixerunt, vt *capite caedē, tergo vapulare, manibus vapulare.* Usitissimum Latinis est partem designantia efferre per sextum casum, intellectu praepositionis. Sic *pleteti capite, minutus capite* vel *bonis, mulctari bonis.* Quare adipernandus Scioppius, cum in Scaligero pro foliocisino reprehendit: *quem a multis iam annis capite et fortunis oppugnant:* neminemque sic locutum ait praeter Q. Metellum Celerein hominem et arroganter plus satis, et in sermone, vt appareat, non satis neque proprietatis neque elegantiae studiosum. Verba Metelli apud Ciceronem lib. 5. famil. (ep. 1.) nec *Metellum ob dictum capite et fortunis per te oppugnatum iri.* Haec censura plus satiis arrogans et temeraria est. Neque enim dicuntur alter *periclitari capite, damnari capite, oculis vel mente capti.* Martialis: (6, 26, 1.) *Periclitatur capite Sotades noster.* Sic Terentius Eunicho: (4, 3, 4.) *Vestem omnem miserae discedit; tum ipsum capillo conscidit.* Iustinus lib. 1. (c. 10.) *laceratus toto corpore.* Par ratio in illo, *catomis verberari,* posteriori aevo admodum frequentato, uti notum ex martyrologiis. Passio S. Viti: *Hoc audiens*

*diens pater eius iussit infantem catomis caedi.* Et iterum: *Iratus Valerianus iussit infantem catomis caedi.* Vita SS. Iohannis et Pauli: *Accidit ut odium exercitus et populi Romani incurreret Nero, et ita statuerunt, ut cato-<sup>mis</sup> et flagellis tamdiu caederetur, quoad uirum erat meritus, exspiraret.* Si τὰ, et flagellis, ab Latinius foret. Procopius in Arcana historia vocat πληγαῖς ζάινεν κατὰ τῶν ὄμων καὶ τῷ νότῳ. Sic, Φώτιον δὲ αἰκισμοῖς ταῦθεν αὐτοῖς αὐδραποδάδεσι περιβαλλόσα καὶ ζαίνυσσα κατὰ τε τῶν ὄμων καὶ τῷ νότῳ πολλὰς. Rurius: δὸ καὶ αὐτεῖς ή ἐπὶ τοῖς κλέπταις τεταγμένη αὔχη ἀκίνετο ταῦθεν αὐτοῖς ἀλλοι αὐτίας, καὶ ζαίνυσσα κατὰ νότῳ πολλὰς ἐπὶ καμῆλον Φερομένες ἐπόμπευον ἀπασαν τὴν πόλιν. Denique: τὰς υπηρέτας ἐκέλευε μετέωρον αἴρεν, οἷα τὰ ἐς γεραμματίς Φορτῶντα παιδάρια, ζαίνυσσα τε κατὰ τῶν νοτῶν πολλὰς αὐτεἶπεν αὐτῷ μη Φλυαρῷ ἔνεις: [Nicetas in Manuele lib. 4. Τὸν δὲ Πεπάκην ὁ Βασιλεὺς συλλαβὼν ἔζανε πολλὰς διὰ λόγων δημοσία κατά τε τῷ νότῳ καὶ τῶν ὄμων] Fiebat virginis fere; interdum etiam plumbatis. Vnde apud Prudentium: (Perist. 10, 117.) *Plumboque ceruix verberata extuberet.* Valde antiquum est verberari pendentes, quod ex Comicis constat, neinpe vt eo maiorem patientiam praestarent non innitentes solo, nec contrahendi corporis aut flectendi aut ullo motu siue eludendorum siue molliendorum ictuum copia facta. Id quum fieret etiam quibusdam certe illorum, qui catomis caederentur, vt vel ex Procopio apparet, semiprisci scriptores abusi vocabulo finxere phrætes, *in catomo levare, suspendi catomo, catomis et flagellis caedi;* et vocem, quae designabat corporis partem maxime dantein atque excipientem supplicium, pro ipso supplicio accipere. Hoc Latinitati eius seculi condonandum. Quae et *catomare* fecit. At castiores *catomidiare*, seruatum Petronio et Spartiano: siue a κατωμαδίᾳ, quod et ipsum τὰ κατὰ τῶν ὄμων καὶ τῷ τραχήλῳ significat, vt *parabolare, pausa pausare:* siue quasi a κατωμαδίᾳ cato-

*catomidio*, solenni mutatione τὸ Z in DI, vt appareat in *Zeta et dīcta*, *Zetarii et diaetarii*, *Zabolus et Diabobus*. *catomidiare γαργαρίζειν* Varroni apud Nonium: *catomidiare, λαντίζειν*. *Cornutus in Persium: Inde est, catomidiatum dicimus, qui male sit calce percussus.* *Sane κατωμίζειν Hippocrati et Paulo Aeginetae est leuare in humeros: alio sensu κατωμένης Hesychio ὁ απὸ τῶν ὀμάων δίπτων εἰς τὴν γῆν ἵππος' nec tamen κατωμίζειν caedere τὰ κατὰ τὰν ὀμάων sine analogia est: foret enim, vt γαργίζειν, τραχηλίζειν, αυχενίζειν, quae et ipsa circa has partes vim et malum significant: nec aliter in sacris literis σπλαγχνίζεσθαι, quasi dolere, torqueri et caedi visceribus, dum misericordia tangimur. Denique etsi Graecis ista virtute non reperiatur, tamen nihil impedit, quo minus in Latino verbo contingere potuerit, quod in aliis, quae Graecae cum sint originis, Graecis tamen usitata non fuerunt: qualia sunt *elegium*, *copiae*, *aretalogus*, *lanista*. Evidem cur, qua voce sive *vīlus Petronius*, neinini diuinare liceat, quod queruntur docti commentatores, causam nullus video. Variae electiones ex scriptis libris ante plurimos annos editae, ponunt et nonnullis, *catamolidiare*. Quae inuidia est hinc facere, *catomidiare?* immo quid proprius inde fieri potest? nam quod illi faciunt, *catomissare*, praeterquam quod alio auctore caret, non magis oportuisse per analogiam dici ex *κατωμίζειν* quam *catomidiare*, iam, opinor, ostendimus. Apud Callistratum autem illa *vinculorum* (etsi hic quoque *vincula* pro habenis dicta censeat vir doctus) *verberatio* nihili est vel iudicio illustris viri, qui in Florum Sparione putat distinctione succurrendum: *veluti fustium admonitio, flagellarum castigatio, vinculorum, verberatio*. Censem tamen potius transpositione peccatum, et fuisse olim: *veluti fustium admonitio, vinculorum castigatio, flagellarum verberatio*. Sic magis etiam proprie *verberatio* flagellis additur, quae et ipsa *verbera*. L. 6. D. de accusat, *vel fustibus castigare, vel flagellis seruos**

*verberare.* Suetonius Augusto: (c. 45.) *Hylam pantomimum flagellis verberauerit.* Nisi forte optimum putabis: *vinculorum admonitio, fustium castigatio, flagellarum verberatio.* Apud Petronium non longe a quo discessimus loco: (c. 132.) *Itaque pensatis vicibus animosor verberum notas arte contexi, ne aut Eumolpus contumelia mea bilior fieret aut tristior Giton.* Iocularium in malum hic inciderunt interpres, Belgae, Germani, Galli, Hispani; coniurauerunt enim, ut Petronium Francorum lingua loquentem inducerent. *Vibicibus edendum esse tam scio quam me amare Petronium,* inquit Douza. Lege: *vibicibus vel viribus,* Putschius. Illud magis est, subiicit Erhardus, siue is est ipse Goldastus, vel ipso Festo aut Paulo indicante: *Vibices plagae verberum in corpore humano.* Et Gonsalius, cum sic edidisset, omnino *vibicibus, non vicibus,* legendum attestatur. Quid est autem *pensare vibices?* nempe quod hodie Galli, *penser.* Bourdelotius. At, o optimi, certus ego sum hoc Latinum non esse: et si maxime esset, nonne foret inepta *τευτολογία:* *curatis vibicibus verberum notas curauit?* At *pensare vices* idem est quod *reddere vicem;* *nactus occasio nem vindictae excludo Eumolpum,* redditaque scordalo *vice,* *sine aemulo scilicet et cella vtor et nocte.* Ouidius lib. 14. metam. (v. 35.) *spernentem sperne, sequenti Redde vices.* Tacitus 13. Annal. (c. 20.) *Burrhum etiam demovere praefectura destinaret, tanquam Agrippinae gratia proiectum et vicem reddentem.* Τῆς χάριτος αὐτεῖσθέ γεννατὰς αἴμοβας. Idem alibi, ut et *exsoluere vicem.* Curtius lib. 4. (c. 10. §. 29.) *quem tuorum propinquorum necauit, ut banc vicem saevitiae meae reddas.* Declamatione Quintiliani 3. *pro hoc merito accipies fortasse vicem.* Hoc ipsum hic *pensare.* Ouidius 5. met. (v. 94.) *pensaque hoc vulnere vulnus.* Linius lib. 26. (c. 37.) *transmarinæ quoque res quadam vice pensatae.* Dicit ergo Encolpius verberibus contusus se reddidisse vicem *pulsantibus,* eaque vindictæ conscientia animosorem ad *fusas plages curan-*

curandas se conuertisse. Iustinus lib. 5. cap. 2. de Alci-  
biade: *Sciebant enim domi clarum, nec exilio videbant  
factum minorem, nec tam ablatum Atheniensibus dum  
quam Lacedaemoniis traditum, parataque cum amissis im-  
peria pensare.* Ita recte Bongarsius e MSS. in quibus fuit,  
*pensaret.* Editiones, *pensabant:* quam glandem pro  
fruge minus prudenter nobis retulerunt postremae. *Pen-  
sare quid cum aliquo,* aut intellectu praepositionis, optimis quibusque scriptoribus non tam est aestimare, com-  
parare inter se, pensitare aut cogitare, quam compensare,  
aequare, paria facere. Sic Liuius, Tacitus, Florus,  
non semel, et obseruare licet passim. Iustinus quoque  
lib. 25. (c. 3.) *veluti damna amissae Siciliae Italiaeque ac-  
quisito Macedoniae regno pensasset.* Itaque ipsum Alci-  
biadem dicit *parata cum amissis imperia pensare:* hoc est,  
tantum imperii recepisse quantum perdiderat: vel *pensan-  
tem,* quod in aliis legi testis idem Bongarsius. Vtrumuis-  
melius omnino, quam *pensabant:* quod non potest in-  
telligi, nisi de ciuitatibus. Vtrum illorum valeat, arbitri  
sint scripti codices: sed si praeualeat infinitum, *parata*  
quam *parataque* malum: quamquam et hoc ferri possit.  
Fragmentum Liuii apud M. Senecam Suasoria 6. *Si quis*  
*tamen virtutibus vitia pensarit, vir magnus, acer, memo-  
rabilis fuit.* Cum Latine loquimur, *pensare virtutibus*  
*vitia,* non est alterius recta et prava componere ac libra-  
re, ut appareat, vtra pars sit pensior: sed ipsum facile  
tantum aut plus habere virtutum, quantum vitiorum. Ita-  
que parum proficit Schotti emendatio: *virtutibus vitam*  
*pensarit.* quod esset, ex virtutibus cum vel vitam eius  
aestimarit. Nobis succurrebat: *Si quis tamen, virtutib-  
us vitia pensauit: vir magnus, acer, memorabilis fuit.*  
Si quisquam alius, redemit vitia virtutibus, ac quicquid  
habuit animi morborum, ingentibus bonis excusat. lib.  
27. *aduersa secundis pensando rem ad id tempus extractam*  
*esse.* Apud Ouidium Briseis Achilli scribit: (Ho-  
roid. 3, 51.)

*Tot tamen amissis te compensauimus vnum.*

Vbi etiam possis legere: *amissos tecum pensauimus uno.*  
 Etsi parum intersit. Epistola Phyllidos: (2, 143.) *nece matura tenerum pensare pudorem.* Lib. 13. met. (v. 192.) *laudem ut cum sanguine penset.* Eadem parte operis sequitur locus tot viros doctos frustratus, quot illum maxime capere et nos capere docere voluerunt: (c. 132.) *Hoc de te merui; vt me in coelo positum ad inferos traheres?* *vt traduceres annos primo florentes vigore, senectaque ultimae mibi laetitudinem imponeres?* Rogo te, mibi apodixin defunctioniam redde. Primus, pi fallor, magnus Cuiacius ad Africanum notavit *ἀπόδεξιν*, quasi *απόδεξιν*, Graecis interpretibus iuris esse apochaim seu cautionem de recepta pecunia, vnde et *podicia* vel *policia* in lingua vulgaris, Italis *polizza*, dicta sit, et ad libri 10. Codicis tit. de apochis publicis, *apodixin defunctioniam* est interpretatus remissionem senilis aetatis, apochaim, *ἀμερμανίαν* seu securitatem, qua functioni alicui vel debito satisfactum esse comprobatur: quod dein secuti fere docti viri, Fr. Pithoeus, P. Btosseus, D. Gothofredus, Wouuerius, Erhardus. *Ἀποδέξαι*, inquit Wouuerius, est iurisconsultis protestari, et *ἀπολεπτικὴ ἀπόδεξις* est *ἀπερχῆ* seu cautio receptae pecuniae. *Apodixis defunctionia* libellus, quo ostendit quispiam se defunctum esse: quod est *profiteri defunctioniam*. C. Barthius: „Apud Plinium, „Valerianum lego: *Apodixin vero potionis sic demonstrabis.* hoc est, quod vulgari sermone probam dicimus. „Vtitur et Petronius. Glossarium: *ἀπόδεξις, demonstratio, designatio, probatio, approbatio*, lib. 7. Aduersar. „cap. 8. Et iterum: *Apodixis* est experimentum clarissimum, ipsis oculis videndum. Interpres historiae Apollonii Tyrii: *iucenit ut vidit, quod magistrum fallebat, gaudio plenus ad eum: magister, incipe discipuli tui apodixin praeclaram laudare.* Et introiuit magister cubiculum, et vidit puellam viuam, et ait discipulo suo, probo „artem,

„artem, laudo prudentiam, miror diligentiam. Petro-  
 „nius: etc. hoc est, certissimum mihi documentum et  
 „quidem scripto consignatum trade, te mortuam omnino  
 „esse, inque certum esse debere me senem esse, contra  
 „quam iuuentutis meae anni demonstrant. Papias in Glos-  
 „sario: *Apodixis ostensio*. Talis autem apodixis videtur  
 „ab Interpreti intelligi; quali exhibita discipulus medici-  
 „nae ad magisterii culmen et auctoritatem posset ascen-  
 „dere: quae sane melior non poterat exhiberi, tot dies  
 „defunctam et pelago allatam puellam vitae restitutam ptae-  
 „ponere oculis. Haec sane *apodixis vitalitatis*, vel cer-  
 „tae veritatis medicae dici potest, ut illa *defunctoria*  
 „apud Petronium. Sic ille lib. 57. Aduers. c. 6. Nec dis-  
 „simulabo commentum Iosephi Antonii Gonsalii, et nunc,  
 „vt audio, in summa dignatione apud regem suum positi,  
 „et olim, quam in reliquo opere participum suorum ne-  
 „mini facile concederet, tantum hoc loco fiduciae ptae-  
 „ferentis. Quuin maiusculis literis exprimi verba euras-  
 „set, ita annotat: Agnosco ego nunc primum hic vete-  
 „rem debitoris formulam, potentis a creditore soluti iam  
 „debiti professionem, quam prisci iurisconsulti apocham  
 „vocarunt. *Apodixis defunctoria* est libellus, quo ostendit  
 „scilicet, quempiam iam defunctum esse vitaeque  
 „debito liberatum: quod videtur hic (vtcumque tamen  
 „prothlerit) etiam Wouuerius monuisse. Caeterum si  
 maxime hoc sensu *apodixis* diceretur, vt tot tantisque  
 viris vistum, iam dudum plus nimio se funerataim mon-  
 strauerat illa et monstrabat: neque inquam, credo, quis  
 quiam a mortuo exegit, vt se bona fide mortuum scribe-  
 ret, aut vitae copiam eiurasse scripto caueret. Ad hanc  
 formulam neque Mutiuim olim neque Trebatium adhibi-  
 tum liquido iurare possim: itaque si vispiam, valet hic il-  
 lud vetus: nihil cautio est. Seruius Tullius ob eos, qui  
 ad plures se penetrauissent, superstites, non cadavera,  
 numrum in Veneris Libitinae inferre iussit. Qui opti-  
 me intelligere se putant, vt aufsat imitari, *apodixin de-*  
 fun-

*functoriam dare*, usurpant pro eo quod est aut acceptum ferre vel facere, aut dimittere, missum facere, nihil morari. Fuit, qui homini pro mortuo habito, cum reuixisset atque ad se rediisset, Plutonem dedisse *defunctionam apodixin* scriberet. Nos vero ita censemus. *Apodixis* est specimen, experimentum. *απόδειξιν δέναι*, *apodixin reddere* vel *dare* est specimen dare, experimentum praebere. Sic vtitur auctor fabulae Apollonii. Nam qui puellam, quae mortua credebatur, excitasset, adolescens animosus cupit laudari a magistro tam nobile exemplum profectus sui: *magister, occipe* (nam MSS. *accipe*) *discipuli tui apodixin praeclaram laudare*. Illustrant verba Libanii Basilico: *τοῖς αρίσοις τῶν ιατρῶν οἱ μὲν τῶν αἰρεσμάτων ὑπερβολαὶ λυσιτελέσαιν ἐναποδείχασθαι παρέχοσι τὴν τέχνην*. Sic et in passione B. Agnetis sermones Ambrosii: *Crudelissima omnium foeminarum, ad filium meum voluisti apodixin tuae artis magicae demonstrare.* Voce ceu Latina pro argumento probo et apdacticō usus A. Gellius lib. 17. c. 5. *Defungi* dicimur interdum, cum quid faciūmus leuiter ac dicis causa, vt a re maiore facienda sumus immaunes, aut, vt argui ne possimus nihil nos fecisse. Graecis *ἀφορισθαί*, facientibus hoc verbo praeiudicium de suis ipsorum sacris, quasi defunctioniis, omnia simulata habentibus, et quibus non tantum agerent aliquid, quam egiisse vellent videri. Quod si negas ad oīnnes pertinere crimen, inde saltem exortum hunc loquendi morem accipies, quod pars magna colementium superos, quod ageret, non crederet, sed primam histriioniam in templis exerceret. Quod vtinam nunc quoque non facerent plurimi. Nec aliunde ortum crediderim, quod *Cerimoniae*, rituum oīm omnem religionemque diuinam et sanctimoniam eius significans vocabulum, hodie in plerisque linguis Europae pro externa comitate et verborum vultusque humanitate ac pomparum solennibus dicuntur: quasi quae tantum defungendi causa adhibeantur, vt oīm adhibita a plerisque fuerunt religiosis

nis officia. Herodotus lib. 4. refert de Etearcho Oaxi in Creta insula rege: filiam a nouerca apud se iniuria delata in iratus et credens, mergendam tradidit hospiti transmarino, quem prius iureiurando adegerat, facturum quod rogatus esset: Thepnison (id nomen hospiti) abhorrens a sceleri et tamen αποσεύμενος τὴν ἔχαριστην Ετεάρχη funibus religatam deuicit in pelagus, et viuam etiam statim extractam seruauit: ita nec perfidiae nouercæ consensit, et iurisurandi religione se defunctum putauit. Etiam pati aliquod periculum aut dampnum imaginarium aut leue, ut vero magnoque liberemur. Coelius ad Ciceronem: (Ad Div. 8, 1.) *Te ante diem nonum Kalendas Iunias substrani, quod illorum capiti sit, dissiparant periisse: ita ut in urbe ac foro toto maximus rumor fuerit, te a Q. Pompeio in itinere occisum.* Ego, non sum commotus: et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optauit. id est, ut ea effugerimus. Se enim facit partipem incommodi, quod ferire amicum possit. Liuius lib. 39. (c. 46.) de epulo post ludos funebres P. Licinii Crassi: *quum toto foro strata triclinia essent, tempestas cum magnis procellis coorta coegerit plerosque tabernacula statuere in foro: eadem paullo post, quum undique differerent, sublata: defunctosque vulgo ferebant, quod inter fatalia vates cecinissent, neceesse esse tabernacula in foro statui.* Curtius lib. 4. (c. 6, 16.) narrat augurio monitum Alexandrum, ne quid eo die inciperet, periculum enim esse, ne rex acciperet vulnus. Quum non cessaret, a barbaro appetitus, exigua corporis declinatione vitato ictu, in vanum lapsam barbari manum amputauit gladio; *denuntiato in illum diem periculo, ut arbitrabatur ipse, defunctus.* Quod secus accidit tamen. Ita defunctus est missione sub sororium tigillum Horatius, ut pro seruo poenae supplicio adfectus videretur. Iustinus lib. 1. (c. 5.) de Astyage: *Et quoniam defunctus sibi somnio vidoretur, agitato inter pastores regno, animum minacem duntaxat in illo fregit.* Exterritus erat viso nocturno Astyages,

ges, quasi habiturus nepotem Asiae et suum regem. Quem expositum et nihilominus educatum vbi agnouit audiitque inter pueros ludentes regem egisse, hic metum suum recidisse inque ludibrium vertisse veroque se periculo liberatum putauit. Quare flexit animum suum erga illum; de siisque eum vereri et odiisse. Aristides rhetor in sacro sermone secundo commemorat, ab Aesculapio secundum quietem sibi significatum, fatale esse, ut naufragium patetur: itaque ut defungeretur fatis, et tamen saluus esset, concenderet lembum eumque in portu euerti et submergi curaret; apponeret vero aliquem, a quo iuuaretur ipse et in terram educeretur: ἐν γαρ τέτῳ τελεθαι τὰ διαγεῖσα. Ita defungebantur in extremo naufragii discrimine nauigantes capillos et vngues refecando, vel certe ad defungi possent, tentabant. *Defunctorius* quid sit, non Petronius ipse nos patitur ignorare: *nec satiatus defunctorio īctu, mōrte me anseris vindicauit.* hoc est, οὐκ αὔφοιτο μενος, οὐχ ἔσον αὔφοιταθα, οὐ παρέγγως, non lusorio īctu. Vlpianus in lege 2. S. 32. D. ad SC. Tertull. *Non solum autem, quae non petiit, coērcetur, sed et quae defunctorie petiit:* quod in Modestini verbis L. 2. π. 1. Qui pet. tut. οὐλας χάριν, redditum olim, puritatis gratia: ut scilicet purgata esset, ut satisfecisse, ut functa officio esse videretur. Cui contra quod Vlpianus, *data opera facere*, d. l. De quibus et dudum et nuper elegantia doctissimi viri. *Apodixis defunctoria* eodem modo aduersa est *apodixi praeclarae*, exiguum scilicet, ac qualecumque specimen. *Reddere autem pro dare vel edere positum,* haud admodum insolenter. Celsus l. 94. de V. S. *verbum reddendi quamquam significatum habet retro dandi, recipit tamen et per se dandi significationem.* Suetonius Domitiano cap. 4. *collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur, redderentque eximias Venerationes et scenicos ludos.* Hoc loco et Torrentius et Casaubonus auferri iubent παρελθόσας, ut putant, scribique, *ederentque.* Sed sustinere consensum nos iubet Coinicus Andria

a. 3. sc. 1. (v. 20.) *mē si imparatum ēn veris nuptiis Adortus esset, quos mibi ludos redderet?* Iam credo diluixisse veram sententiam. Quod enim non apud Circen modo peccauerat, sed iam quoque

*Illa solo fixos oculos auersa tenebat,  
Nec magis incepto vultum sermone mouetur,  
Quam lentae salices lassoue papauera collo:*

Non desidero, inquit, ut Achillem me praestes in vera et decretroria pugna, non ut viriliter efferas aut caput inter nubila tollas: vel nunc mihi et mecum hic, vbi soli sumus, defunctorum modo specimen ade vel redde: moveri tantum te ostende et conare et prolude: leuiter ac *δέργυματος χάρην*, si non surgi; at regi et porrigi te posse monstrar. Contrahitis frontem fictae seueritatis Eumolpi, an stricti Catones? Et mihi profecto Dei virtute animus haud impurus, proque animo quotidianus serino. Qui si nunc paullum displicuit vobis, at tanti est optima loquendi figura Latii opes, quas pro veteri copia nimis heu teneamus angustas, locupletasse: tanti est rosam inter spinas vel manu leuiter faucia carpfisse, vtque voces honestae, rem turpem continent, ab ea vindicari, honestisque restitui possint, ostendisse. Sed hoc quoque praefiscini. Quod autem dixi, vel nunc mihi et mecum hic, vbi soli sumus; ea est *ἔμφασις* in *τῷ mibi statuenda*. alioqui disiecta membris et incomposita oratio est.



## CAPVT XIV

Formula vovendi veris sacri apud Liuum correcta. Respubli-  
cā populi Romani. Liuius pro-  
ter alibi restitutus. Eadem ver-  
bum infitium exemtum. Ex  
animi tui sententia, ut tu, for-  
mula, irreuirando adigendi.  
Publicum populi Romani. Ite-  
rum restitutus Liuius. Varro  
defensus. Imperator quomodo  
res gerere, non agere, neque fa-  
cere dicatur. Agere tempubli-  
cam. Iustius emendatus. Age-  
re et gerere interdum confusa.  
Valerio Maximo quater vetus  
scriptura reddita. Gerere con-  
sulem, ciuem. Gerere recte.

Hirius correctus. Rursus Li-  
vius defensus. Agere se mag-  
num. Agere honores, Pro-  
consulatum. Tacito subuen-  
tum. Cicero correctus. Impe-  
ratores populi Romani. Donum  
datum duit. Rursus admota  
Liui manus. Senecae et Silio  
vetus lectio reddita. Perditum  
perdere, et similia. Cicero de-  
fensus. Ratam donum. Luere.  
Populus Romanus Quiritium.  
Liui aliquot, Varronis, Plini-  
ii loca sarta recta habita.  
Bouillum pecus etiam vere su-  
cro denotum.

**E**xstat formula vovendi veris sacri apud Liuum lib.  
22. cap. 10: ad quam in praesenti tum restituenda  
eius in pristinum nitorem tum illystrandaē gratia  
quaedam notabimus. Carinen vulgo sic concipitur: *Veli-  
tis iubeatisne hoc sic fieri; si res populi Romani Quiritium  
ad quinquennium proximum, sicut velim eam, salua ser-  
vata erit bise duellis, datum danum duit populus Roma-  
nus Quiritium, quod duellum populo Romano cum Cartha-  
ginensi est, quaeque duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes  
sunt, quod ver attulerit ex suillo, ouillo, caprino grege,  
quaeque profana erunt, Ioui fieri, ex qua die senatus po-  
pulusque iussit. Primum liber omnium praestantissimus:  
si resp. P. R. Quiritium: nec secus alii meliores. Scri-  
bendum igitur: si respublica populi Romani Quiritium.  
Deleuerunt vocem illam, qui superfluam putabant eo,  
quod subsequitur populi. Atqui decet nos superflua aut  
necessaria existimare non ex misera nostra loquendi con-  
suetudine, sed ex vsu veterum. Sic lib. 34. (c. 34.) Ver-  
sis itaque subito voluntatibus, facere, quod e republica  
populi*

*populi Romani sociorumque esse crederet, imperatori per-*  
*miserunt.* Velleius Paterculus lib. 2. cap. 16. *Pompeio*  
*Sullaque et Mario fluentem procumbentemque rempublicam*  
*populi Romani restituentibus.* Neque aliter existisset pri-  
*mitus apud nostrum puto lib. 8. cap. 9.* *Sicut verbis nun-*  
*cupauit, ita pro republica populi Romani Quiritium, exer-*  
*citu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legio-*  
*nies auxiliaque hostium, mecum Diis Manibus Tellurique*  
*deuoueo.* Nam et hoc lib. 22. cap. 53, vbi vulgo idem er-  
*ror, clare optimi libri: Ex mei animi sententia, inquit,*  
*vt ego rempublicam P. R. non deseram, neque alium ciuem*  
*Romanum deserere patiar.* Sic, inquam, clare illi, aucta-  
*simul formula et castigata electo quod habent editiones,*  
*iuro.* Constat enim ex frequentibus exemplis id in conce-  
*ptis his verbis necessario non addi, et elegantius subaudiri:*  
*Noster lib. 43. (c. 17.) Ita iuriandum adiebant: Ex*  
*tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudii, Tib. Sempro-*  
*nii Censorum in prouinciam Macedoniam redibis?* Apud  
*Petronium Arbitrum, vbi iurant in foedus: Ex tui animi*  
*sententia, vt tu, Tryphaena, neque iniuriam tibi factam*  
*a Gitone quereris, neque si quid ante hunc diem factum*  
*est, obicitis vindicabis, aut ullo alio genere persequen-*  
*dum curabis: et vt nihil imperabis puero repugnanti etc.*  
*Item Licha, ex tui animi sententia, vt tu Encolpion nec*  
*verbo contumelioso insequeris nec vultu etc.* Quemadmo-  
*dum huic formulae adiecta est mulcta, sic illi Corneliana*  
*exsecratio: tamen et iuratum intelligi voluisse Arbitru*  
*in apparet ex eo, quod sequitur: ne residua in animis*  
*etiam post iuriandum ira remaneret.* A. Gellius lib. 4.  
*cap. 20. Verba ita erant concepta: vt tu ex animi tui*  
*sententia uxorem habes.* Quintilianus lib. 6. de risu: *Cui*  
*respondens Damitius Afer, et tu, inquit, ex animi sen-*  
*tentia, Longe; qui malam faciem habet, liber non est?*  
*Sic rogari est iuriandum adigi, etiamsi verbum, iuras,*  
*adiectum non sit.* Porro quod dicere institueramus, pa-  
*riter apud Liuium legendum lib. 33. cap. 45. quod ad Na-*  
*bin*

bin Lacedaemonium attineret, facere quae e republica conserret esse, permisérunt; eam rem esse rati, quae matrata dilataue non magni momenti ad summam rempublicam populi Romani esset. Sic apud nostrum aliosque publicum populi Romani frequenter satis legas. Lib. i. (c. 32.) publicus nuntius populi Romani. Lib. 8. (c. 9.) pontifex publicus populi Romani. Lib. 10. (c. 7.) qui sacra publica populi Romani ficeret. Sic restituimus lib. 23. cap. 17. *supra septuaginta dannatos prodictionis securi percussit, bonaque eorum iusfit publica populi Romani esse.* Vbi eadem duae voces exciderant. Lib. 26. (c. 16.) *ager omnis et tecta publica populi Romani facta.* Et eodem libro: (c. 47.) *Opifices ad duo millia hominum erant: eos publicos fore populi Romani edixit.* Lib. 31. (c. 4.) *agro Samniti Appuloque, quod eius publicum populi Romani esset.* Sic et in fragmentis legis Thoriae et apud Ciceronem in secunda agraria compluries. Quia rempublicam populi Romani Liuio restituimus, de voce eadem et alibi vel monenda vel reponenda aliquid monere licebit. Varro lib. 5. de L. L. *In eo propter similitudinem agendi et faciendi et gerendi quidam error heis, qui putant esse unum. Potest enim aliquis facere et non agere: ut poëta facit fabulam et non agit, et sic a poëta fabula fit, et non agitur, ab actore agitur, et non fit.* Contra imperator, qui dicitur res gerere, *in eo neque agit neque facit, sed gerit, id est, sustinet: translatum ab heis, qui onera gerunt, quod sustinent.* Albericus Gentilis ad l. 58. de V. S. *Rempublicam ego, inquit, lego, non res.* non quin imperator res gerere dicatur frequentissime; at quoniam, cur nihil agat in eo, videre nescio. Immo *acta, facta, imperatorum comminemorantur, non solum gesta.* Qui vero rempublicam gerere dicitur, is certe rempublicam nec agit nec facit, sed vere sustinet. En acumen viri, cuius omnes paginae plenae sunt ineptiis, arrogantia, inscitia Iacobi Cuiacii. Sed Varro imperatorem res gerendo negat vel agere vel facere non omni ratione, sed ea, qua statim ante

ante verba haec inter se distinxit, qua poëta facit, actor agit: vt ostendat singula haec verba suae cuiusdam propriae potestatis esse, neque vbique indifferenter adhiberi. Neque negat aliquid facere aut agere, sed ostendit, vt maxime peruagatus loquendi vhus haec verba separarit. Secus et res agere dicitur imperator. Liuius Lib. 26. (c. 28.) ibi *Lacuinus, quo statu Macedonia et Graecia, Aetoli, Acarnanes Locrique essent, quasque ibi res ipse egisset terra marique, exposuit.* Posterior aetas et agere rempublicam dixit. Quod ambigo, an ex MSS. nutu debeant tolerare in Iustino lib. 2. cap. 4. de Amazonibus: *singulare omnium seculorum exemplum. Auxere rempublicam sine viris: iam etiam cum contemptu virorum se tuentur.* Sic veteres editiones. Franciscus Modius adiecit *ausae* ex MSS. quod Berneggerus recepit in contextum. Recte, sed cur non offenduntur *rō auxere*, quod et ratio et MSS. codices improbant. Est vero in his: *exemplum ausae semper agere sine viris: al. ausae rempublicam augere sine viris.* Satis significant se velle scribi: *Singulare omnium seculorum exemplum, ausae rempublicam agere sine viris, iam etiam cum contemptu virorum se tuentur.* Vhus eadem phrafi Iulius Capitolinus Antonino Pio: (c. 4.) *maxime cum et semper rempublicam bene egisset Antoninus.* Vopiscus in Probo: (c. 12.) *exemplar agendae reipublicae.* Et D. Augustinus sermone 19. de verb. Domini in Ev. sec. Matth. *Nec rempublicam gerere criminosum est, sed ideo agere rempublicam, vt rem familiarem potius augas, videtur esse damnabile.* Sed elegantius haud dubie Trogoque dignius foret: *singulare omnium seculorum exemplum ausae, rempublicam sine viris, iam etiam etc.* Alii quoque optimae notae scriptores haec verba interdum confundunt. Liuius lib. 39. c. 54. *Neque illos recte gesisse, quum in Italiam venirent.* Sic enim primae editiones et MSS. omnes praeter Moguntinum, ex quo manauit in vulgatas, fecisse. Caesar apud Hirtium de bello Africano: (c. 54.) *sed, quoniam ipsi sibi neque modum neque terminum constituant,*

stituunt, quo caeteri dissimiliter gerant, eorumque ipse documentum more militari constituam. Est quidem vulgo, se gerant: sed pronomen sciimus nos in bonae fidei libris desiderari. Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. *Age, L. Quintius Cincinnatus qualem Consulem gessit?* Sic restituo ex duobus MSS. Andinis. Vulgo: *Consulem egit.* Coniungit vtrumque, vt appareat indifferenter vti, lib. 7. cap. 7. *Multo Q. Metellus Praetorem urbanum severiorem egit,* quam Orestes gesserat. Eodemque modo lib. 9. cap. 1. de Catilina: *Eodem deinde animo ciuem gerens, quo patrem egerat, filii pariter manibus et nefarie attentatae patriae poenas dedit.* Ita vterque etiam codex absque ratiōne, quod vulgatis imminissum est. Notum est illud Appuleii: *annonam curamus et Aedilem gerimus.* Vicissim dicto cap. 1. lib. 4. ex iisdem reponimus: *poene tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum egerat in emerendis.* Vbi subiecerunt gesserat. Seneca lib. 2. de beneficiis cap. 20. *Mibi enim, cum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer errasse, nec ex institutione Stoica se egisse.* Et hoc editionum veterum ac scriptorum pro inepto reiecerat Muretus, supposito *gessisse:* Gruterus, *fecisse:* sed iure probat antiquum Lipsius. Iterum Valerius lib. 6. c. 1. *Q. vero Fabius Maximus Seruianus honoribus, quos splendidiissime egerat, censurae grauitate consummatis.* Sic duum illorum melior, vbi vulgo *gesserat.* Liuius lib. 3. (c. 35.) *Demissa iam in discriminem dignitas ea aetate siisque honoribus actis stimulabat Appium.* Tacitus lib. 14. Annal. (c. 15.) *non nobilitas cuiquam, non actas aut acti honores impedimento.* Cuius et hinc defendas lib. 16. cap. 30. *quod proconsulatum Asiae Soranus pro claritate sibi potius accommodatum quam ex utilitate communis egisset.* Marcilius, *Proconsul*, quem suum potius supercilium, quam Tacitum castigasse decuerat. Capitolinus eodem Antonino: (c. 3.) *Proconsulatum Asiae sic egit, ut solus auum vinceret.* Est apud Ciceroneum pro lege Manilia, vbi vox *republicae fortallis mutetur commodius,*

modius, cap. 2. aguntur bona multorum ciuium, quibus est a vobis et ab imperatoribus reipublicae consulendum. Consenserunt fere eruditi, imperatores reipublicae, non esse Ciceronis utique aut temporis illius sermonem. Itaque Manutius ex Hotmanni coniectura edidit: et a moderatioribus reipublicae. Gruterus vero ex Tur. et Fabr. a vobis et ipsorum et reipublicae causa consulendum. Utrumque sane non inepto sensu: tamen nemo non videt, quanta indulgentia opus sit, ut feramus tam licenter a plurimorum vetustissimorum librorum scriptura abeunttes. Nam posterius illud formatum est ingenio doctioris hominis ex verbis quibusdam cap. 8. non traductum ex vetustissimis libris. Videtur, potius duas literas, quae totidem voces significabant, errore librarii transpositas esse, R. P. pro P. R.: quod genus mendi passim occurrit: legendunque: quibus est a vobis et ab imperatoribus P. R. consulendum. seu populi Romani. hoc est, iis, qui prouinciis populi Romani cuin imperio praesunt. Sic divina illa Philippica: (2, 29.) ego arma contra Consules, Imperatoresque populi Romani, contra Senatum populumque Romanum tuli? Liuius lib. 28. (c. 42.) duabus nauibus populi Romani Imperator fortunam publicam et maiestatem imperii, quae cum in tuo capite periclitabantur, commissti. Et alibi. Magis autem ideo meminit horum, quod vna pars erat orationis de Imperatore diligendo, cuius necessitatem etiam sic inculcare voluit. Sed reuoemus formulam veris sacri, in qua mox octo scripti in membranis consensu: sic velim eam que saluam seruauerit. Vnde videtur conficiendum: sicuti mea, quae salua est, seruata erit. Mea scilicet res: nisi enim saluam intelligerent, non poterant eius fructum ex animalibus deuovere. Eadem breuitate auctor lib. 3. (c. 38.) cesserant in agros suarumque rerum erant amissa publica. Cicero in oratione post reditum in Senatu, (c. 5.) cum rem suam non minus strenue, quam postea publicam confecisset. Seneca de tranquillitate animi: (c. 2.) nec laboris pa-

*tientes nec voluptatis, nec nostrae nec vilius rei.* Non est autem otiosum illud, *quae salua est.* nam sic quoque in præsca formula stipulationis emptioni pecoris adhibitæ apud Varrone lib. 2. de re rustica cap. 2. *Illaſce oves,* *qua de re agitur, sanas recte esse, uti pecus ouillum, quod recte sanum est, extra luscum, surdam, minam etc.* Venit aliquando in mentein : *si urbs Roma, quae salua eſt,* *seruata erit.* Placeretque nisi nimium abiret a veteris scripturae vestigiis. Sequuntur, *datum donum duit:* quae ambiguoſ habuere Sigionum et Lipsium, dum ille *votum donum,* hic *latum donum* subrogare nituntur : quos coniunctis his verbis offensos videre pronum est: fitne autem vitium in *datum,* an in *duit,* an nullum sit omnino, pronuntiare difficile est. *Donum dare nihil* habet insolens, etſi mouerint alicubi librarii. lib. 7. cap. 37. *Centuvi boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant.* Membranae quidem Thuanaeae, *dona dedit*, habebant a manu prima. Cui tamen si indubites, nihil dubii est in illo lib. 41. c. 2c. *Rodiis ut nihil unum insigne, ita omnis generis, ut quaeque usus eorum postulauerunt, dona dedit.* Ita sincere: vulgo damno orationis deest particula *ut.* Lib. 45. (c. 33.) *ut et priuatis et ciuitatibus et gentibus dona data pleraque eius generis sint.* Nec dubie apud imitatorem Liuii Silium Italicum lib. 16.

*Hinc iuueni dona insignem velamine picto etc.*

*Dat chlamydem, stratumque ostro, quem ceperat ipſe,*  
*Cornipedem.*

Vulgo quideri, *dono*, sed nos ita cum MS. Oxoniensi. Inferitis: *Victor dona dabis.* Seneca lib. 6. de benef. cap. 3. *Omnia ista, quae vos tumidos et supra humana elatos obliuisci cogunt vestrae fragilitatis etc. non sunt vestra.* in depositi causa sunt, iam iamque ad alium dominum spectantia: aut hostis illa aut hostilis animi successor inuadet. *Quaeris quomodo illæ tua facias? dona dando.* Sic MSS. vbi male Pintianus, quod in vulgatis post ipsum est,

est, *donando*, supposuit. Tacitus lib. 3. Histor. (c. 13.) *vt tot armatorum millia, velut grex venalium, exsuli Antonio donum darentur.* Quid tamen *datum donum dedisse?* nisi forte actum egisse? re quidem, an et eodem lepore sermonis, incertum. Solent aliqui sic ludere veteres. Plautus apud Nonium, cum in curiosum iocaretur: *terebratum quid pertundis?* Captiuis 2, 3. (81.) *Serua in perpetuum tibi amicum me, atque hunc inuentum inueni.* Menaech. 3, 1. (7.) *homines occupatos occupat.* Quod etiam est Rud. 1. 2. (v. 21.) Cicero lib. 14. fam. ep. 1. *Per fortunas miserias nostras, vide, ne puerum perditum perdamus.* Vbi falsus Andreas Schottus, cum sollicitat tamquam includens pugnantia, lib. 3. Nodor. c. 1. Lib. 4. ad Herennium: *miserere nostri, noli extinguere extintos.* Sophocles Antigona: ὀλωλότε αὐδοὺς ἐπεξεργάσω. Cicero iterum lib. 15. ad Attic. (ep. 15.) *te nolui impeditum impedire.* Hoc numero si videbitur habendum, explicabis: *datum, nunc voto, donum duit,* siue dederit effecta, nempe, cum immolauerit. Dicitur enim per intellectum particulae, *vt.* Nec dissimulabo succurrisse aliquando mihi, *ratus, vel boni ominis causa: vt lib. 38. (c. 48.) rata dona vestra, quae dedecis regi Eumeni, rata libertas ciuitatibus efficit.* Sollicitauit etiam: *datum donum luit, i. persoluerit.* Seruius in 8. Aeneid. (v. 173.) *Annua, quae differre nefas.* Sane hoc *sacrum pollutum* vocatur, *quod populo singulis annis luitur.* Vbi tamen error est Seruii pollutum et polluctum miscentis. Eodem libro: (v. 343.) *monstrat sub rupe lupercal: Sub monte Palatino est quaedam spelunca, in qua de capro luebatur, id est, sacrificabatur.* Hoc postremum nondum valde displicet. Illud quoque notandum in Put. omnium principe integre esse: *datum donum duit P. R. Quiritium, contra Brisionium, qui facit, Populus Romanus Quirites, alterum Latinum negat.* Quod insolens videbitur utique, qui adsuavinus istis lib. 1. (c. 32. cf. c. 24.) *quod populi priscorum Latinorum hominosque prisci Latini aduersus populum Ro-*

*manum Quiritium fecerunt.* Lib. 8. (c. 9.) *ut populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis.* Lib. 41. *quia in una hostia magistratus Lanuuinus precatus non erat,* *Populo Romano Quiritium.* Varro lib. 5. de L. L. e censoriis tabulis: *Quod bonum, fortunatum, felix salutareque sicut populo Romano Quiritium, reique publicae populi Romani Quiritium.* Sed haec omnia pari suspicione complectitur vir doctissimus, inductus Liuii et Paulli, qui Festum contraxit, singulis locis, in quibus est, *Populo Romano Quiritibusque,* duobusque Gellii, in quibus vulgares libri, *Populo Romano Quiritibus.* Sed posteriorum in priore scimus optimum codicem veterem habuisse, ut corrigit ad Festum Scaliger: *quae ius sicut sacerdotem Vestalem facere pro populo Romano Quiritium.* Nam in Plinio lib. 16. cap. 32. *Factum hoc populi Romani Quiritibus ostentum,* haud dubie mendosum, sed ita ut appareat, quod dandi debebat, id gignendi casu conceptum; quod gignerendi oportuerat, id dandi terminationem sumisse. At firma ratione niti suam ait emendationem, quod neinpe *Quiritium* nomen adiunctum sit populo Romano, postquam in urbem migrarunt Sabini, atque ita verba haec, *Populus Romanus Quirites,* communione et societatem vtriusque populi indicent. Quasi vero non eadem indicaretur dicendo, *Populus Romanus Quiritium;* ut enim, *populus Romanus Quirites,* idem esset atque *Populus Romanus,* qui idem Quirites; ita *populus Romanus Quiritium* est *populus Romanus,* qui idem *populus Quiritium,* seu qui constat ex Quiritibus, communicato vocabulo *Quiritium* populo Romano, et vocabulo *populi Romani Quiritibus Sabinis.* An etiam *populi priscorum Latinorum* lib. 1. alii sunt quam populi prisci Latini? aut non ita bene dicuntur? Scio haec nonnihil differre: sed in eo sane conueniunt, quod vtercumque casus significationem non variat. Nam quod addit in monuementis veteribus ~~muspian~~ reperiri, *populus Romanus Quiritium,* aut tertio ve <sup>quarto</sup> casu; primum Put. ille codex est sane ~~monuementis veteribus~~ <sup>monuementis</sup> ~~muspian~~ reperitus,

tus, et si non lapis; deinde non vidit aequi sibi obiecti posse nupsiari existare, *Populus Romanus Quirites*, aut *populum Romanum Quirites*. Itaque cogitandum an ex vno A. Gellii, et quidem incerto, loco tot aliorum auctorum loci sint corrigendi (nam praeter unum illum nihil proprie ad sententiam suam pertinens habet) an magis sit, ut hic ad formulam caeterorum restituatur. Posset existimari praeterea trajectione hic peccatum, et membrum sic concinnanda: *si respublica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicuti mea, quae salva est, seruata erit hisce duellis, quod duellum populo Romano cum Cartaginensi est, quaeque duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt; donum datum duit populus Romanus Quiritium, quod ver attulerit.* Pro iis quae sequuntur MSS. sex: *ex suillo, ouillo, caprino, nouillo grege: alii: ouillo caprinon ouillo: aut, capri non ouillo. Regius et alter non prauus: ouillo, caprino nouello grege.* Sed optimus Florentinus a secunda, sed tamen antiqua, manu suprascriptam habet lectionem: *ouillo, caprino, bouillo grege.* Sane formulae veris sacri votuendi nuncupatae alibi tam generalibus verbis inueniuntur, ut boues exclusi deuoto pecore non videantur: ideoque cum hic species explicentur, commode potuerint nominari. Etiam sic legit Plutarchus scribens in vita Q. Fabii Maximi: (T. I. p. 176.) Προσελθὼν δὲ ὁ Δικτύας εἰς τὸν ὄχλον πολέμῳ τοῖς Θεοῖς ἐνισχυτεῖ μὲν αὐγῶν καὶ συῶν καὶ προβάτων καὶ βοῶν ἐπιγονή στηνὶ Ἰταλίᾳ ὅροι καὶ πεδία καὶ ποταμοὶ καὶ λειμῶνες εἰς ὥραν ἐσφεύγοντες, καταθύσοντες ἀπαντα. Quod et Sigonio animaduersum. Sequamur igitur. Vetus scriptura habuit, *caprino vouillo, pro bouillo:* inde istae varietates, cum *B* in *V*, et *V* in *N* transisset. Sic alibi *vinis* pro *binis*, *veno* pro *Peno*, *ballum* pro *vallum*, et eiusmodi innumera. Additur: *quaeque profana erunt:* nam si quae antea consecrata fuissent (ut erant olim et quaedam diis dedicata viua pecora) hoc voto non continebatur. Deinde: *Ioui fieri, ex*

*qua die Senatus populusque iussit.* Nec enim quaevis aetas pecorum apta sacrificio. Varro lib. 2. de R. R. c. 4. qui a partu decimo die babentur puri, ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum. Seruius ad IV. Aeneidos: (v. 57.) *Bidentes autem dictac sunt quasi biennes: quia neque minores neque maiores licebat hostias dare.* Ergo diem, ex quo oporteat facere, non relinquit arbitrio cuiusque, sed destinatio ni Senatus referuat. Nisi tamen eum diem intelligere malis, ex quo incipere debeat ver sacrum: qui non definitus hic, sed lib. 34. (c. 44.) *Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Kal. Mart. et pridie Kal. Maias.* In fine: *si anteidea Senatus populusque iussit fieri ac faxit, eo populus solitus liber esto.* Liber optimus: ac faxitur. hoc est, factum fuerit. Nec videtur spernendum.



CAPVT

## CAPVT XV

Ouidius in Fastis ter, semel  
in libris de arte, et Tristium  
et de Ponto, ter in Transfor-  
mationibus, ter in Epistolis  
emendatus. Pan Φαντασίων  
ἐπαργυρός, et ipse subitas fugas  
concipit. Valerius Flaccus cor-  
rectus. Armes, Armeus, Ar-  
ma vel Armas. Perseus, Per-  
ses, Persa. Pterelas, Pterela.  
Plantus defensus et alibi  
correctus. Phintias in Sicilia  
tyrannus. Augustinus correctus.  
Amoebeus et Amoebeas cantor.  
Stator priore breui quia a si-  
zi, statum. Iouis Statoris  
aedes ad radices Palatii. Si-  
lius prohibitus a correctione.  
Stare, pro fissi. Iupiter Sta-  
tor babet tempus aedis condi-

tae mense Junio. Mytiae tem-  
pus cibi habent sidera visa, siue  
exortum siderum. Diphthongi  
Ae et Oe cum literis I et Y  
permutatae. Coenus inter praefi-  
sides prouinciarum Afine post  
mortem Alexandri. Scaligeri  
in Justino correctio firmata. Li-  
vius emendatus. Sacrifican-  
tem litauisse. Fatis, omnibus,  
oraculis se portendens victoria.  
Lotique lyrneque. Latona duo-  
rum liberorum turba parum di-  
stantis ab orba. Plena luna tra-  
bens equos luciferos. Luneta  
cornua lunae. Retexere. In-  
geniosa terra. Res, negotium,  
χρῆμα πρᾶγμα de personis. Pu-  
dicae Vestiae. Liuia Vestalium  
mater.

**P**an in hymnis, qui Orpheo attribuuntur, Φαντα-  
σίων ἐπαργυρός appellatur. Credebatur enim re-  
pentinos iniicere et lymphaticos metus, et ipse sub-  
itis inconsultisque gaudere motibus. Vnde ibidem:

Ἐλθὲ μάκαρ σκιητητά, περίδρομε, σύνθρονε ὄρεος.

Et de Fauno suppare eius Horatius: (Od. I, 17, 1.) *Velox  
amoenum saepe Lucretilem Mutat Lyceo Faunus.* Silio-  
que Italico: (lib. 13. v. 327.)

pendenti similis Pan semper, et immo  
Vix illa inscribens terrae vestigia cornu.

Huc respexit ingeniosissimus Naso lib. 2. Fastor. versu 286.

Ipse deus velox discurrere gaudet in altis  
Montibus, et subitas concipit ipse fugas.

id est. *Φαντασίας*, imaginatur, et subito nec quid nec quare exsilit discursatque: ita ludit ipse αὐτοὶς φίλοις et ταραχαῖς, quarum est excitator. Probandam igitur recipiendamque censemus hanc lectionem complurium veterum codicum perspicui et egregii sensus. Supposuerunt: *concitat ipse feras*: quo tamen, et si placuerit etiam hoc Scaligero, quantum praestet illud, non opus multis declarare verbis. Neque ignoramus apud Valerium Flaccum haberi lib. 3. Argonaut. (v. 56.)

*Ludus et ille deo, pauidum praecepibus auferit  
Cum pecus, et profugi sternunt dumeta iuuonci.*

Qua superstitione abusus ille Geta, quem idem lib. 6. introducit Panis habitu abigeum, et tuu vano ludibrio hostes territatem versu 630:

*Pariterque inglorius Armes  
Fraude noua stabula et furto adfuctus inultis  
Depopulare greges, frontem cum cornibus auxit  
Hispidus, inque dei latuit terrore Lycei.*

Vulgo proprium nomen depravatum: *inglorius armis*. Ninium quantum delirant, qui rescribunt, *inglorius arbis*, vel *ordo*. idque de *ονειροφόροις*, calonibus, caculis intelligunt. Manifeste de uno et inilite Valerius Flaccus loquitur: ideo in verbis Arontis pugnam illi indicentis:

*Neue deum mibi finge: deus quoque consere dextram.*

Haec ad manipulum dicta intelligi non possunt. Aldina editio, *Arnes*, quod proprius abest a vero. *Armes* nomen barbaricum extat et apud Liwium lib. 26. (c. 49.) *Armen praefuisse Punico praefatio, deditumque Romanis, Antias Valerius, Magonem alii scriptores tradunt.* Neque differt *Armeus* vel *Armais*, quod Danao prius nomen fuisse tradit Manethon apud Iosephum, et compositum ex eo *Armamithres* Assyrii regis vocabulum. *Armeus, Armes, Arma* vel *Armas*, vt *Axillaeus*, *Achilleus* tyrannidem in Aegypto

Aegypto arripiens temporibus Diocletiani, Αχιλλης (vt Aeoles, vnde Achilles) Achillas vel Achilla interfector Pompeii; Persicus, Perses, Perseus. Augustinus lib. 3. de ciuitate Dei cap. II. Retulerunt tale prodigium et Antiochii et Persidis bello in eodem apparuisse figmento. Pro Persidis alii Xerxis: Ludouicus Viues Persae: sed membranae Noricae Persis, idque verum. Ναρσον Agathias Persarum rex, Aurelio Victori et Aemiano Narsus. lib. 23. Maximiano antebac Caesari cum Narseo Persarum rege iam congressur. Ita enim MSS. ubi editur Narse. Idem nomen ducis Persici lib. 24. cum Tigrane et Surrena et Narseo potissimum ducibus. Ita et hic MSS. Augustinus lib. 18. c. 18. Et septimi regis Triopae filius Iasus et rex nomus Sibenclae sive Sibeneleus sive Sibnelus: varie quippe in diversis auctoribus invenitur. Et idein tamen nomen est, adiungendaque quarta terminatio, Sthenelaus, quae exstat apud Polybium lib. 4. Sic Pterela apud Plautum in Amphitruone, qui aliis Pterelae aut Pterelas. In quo fallitur doctus Meursius, qui ad illa: qui Pterela potuisse rex solitus est: Aut heic αποκοτη est, inquit, pro Pterelae aut legendum, qui Pterelas: et sic infra bis terue rescribendum. Immo, si verum animamus, proprie Romana positibne est Pterela: Pterelas graecisat. Priscianus lib. 5. Apud Graecos in AS defensionia vel ES, apud nos in A terminantur. Sic Phintia eidem Menaechmis a. 2. sc. 3. v. 58. qui Φυντίας. Ita enim legendum: Vbi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Phintia. Non Phintia, nequo Pythia. Diodorus Siculus in excerptis 22. κατὰ δὲ Σικελίαν πόσιν τύραννος ἐσδεν ὄντα. Nec forte alius, cuius minimum memorat Fulvius Vrbinus: ΦΙΝΤΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Ingeniosiora quam veriora sunt, quae vir doctus de Plinthisa commentus est. Et annon Sofia est Σωτίας, Leonidas, Leonida,

*Leonida, Λεωνίδης.* Sic *Amoebeus* et *Amoebeas*. Ouidius lib. 3. de arte amandi: (v. 399.)

*Tu licet et Thamyrin superes et Amoebea cantu:  
Non erit ignota gratia magna lyrae.*

Sic scribimus ex Pircheimeri aliisque optimis codicibus, qui constanter *Amoebea*. Quod nomen quibus ignotum erat, atque *Orphea*, supposuerunt. Plutarchus περὶ Ἡρακλέους ἀρετῆς (T. II. p. 443.) Καίτοι καὶ Ζήνωνά Φασιν εἰς θέατρον αγίοντας κιθαρῳδούντος Αμοιβέως, πρὸς τοὺς μαθητὰς, ὥσπερ, εἰπεῖν, ὅπως καταμέθωμον, οἷαν ἔντερα καὶ νεῦρα καὶ ξύλα καὶ οὐσία λόγυα καὶ αἴρειν μεταχόντα καὶ τάξεως ἐμμέλειαν καὶ φωνὴν αὐφίσιν. At Delianus vocat Αμοιβέαν Lib. 3. πανιλ. (c. 30.) Αμοιβέας κιθαρῳδὸς σωφρονέσατος ἐλέγετο, καὶ γυναικαὶ ὄρφαιοτάτην ἔχων μὴ ὄμιλεν αὐτῇ. Sic *Βορεὺς* et *Βορέας*, *Δεπτρέας*, *Δεπτρεὺς*, *Δέπτρεος*, *Πρωτέας* et *Πρωτεὺς*. Lib. 6. Fastorum circa finem: (v. 793.)

*Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim  
Ante Palatini condidit ora iugi.*

Hic versus omnes adhuc fecellit, quasi priorem in *Stator* contra et rationem (descendit enim a *situ*, *situm*) et morem suum Poëta produxit. Configiunt igitur eo, ut a *stanto* deriuent potius, vel quod stant Iouis beneficio omnia, cuius Senecam addunt auctorem, vel quod stare fecerit exercitum Romuli. Quicquid autem tricetur Bescinanus, et Vallae subtilitatem traducat, *Stator* est vtique *Juppiter* qui stitit, et a *sisto*, non a *sto* deducendum est. Senecae etymologia merus est lusus, proposito eius seruiens, ex consuetudine Stoicorum origines vocum ad opiniones suas accommodantium. Quin et ipse corripuit lib. 3. Tristium Elegia 1.: (v. 31.)

*Inde petens dextram, porta est, ait, ista Palati:  
Hic Stator: hoc primum condita Roma loco est.*

Erat

Era enim istic templum Iouis Statoris. Ouidius ibi, et Liuius: (1, 12.) *Vt Hostus cecidit, confessim Romana inclinatur acies, fusaque est ad veterem portam Palatii. Romulus et ipse turbā fugientium actus, arma ad coelum tollens, Iuppiter, tuis, inquit, iussus aubus hic in Latino prima vrbi fundamenta ieci etc.* binc saltē arce hostes: *deme terrorem Romanis fugamque foedam siste.* Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum sit posteris, tua praesenti ope seruatam urbem esse, voueo. Ineptissime vulgo, sator, quod interpretantur tamen: hic Romulus habitauit. Quia, credo, apud Siliū *Faunusque satorque Quirinus.* Nugae. Frustra viri praestantissimi corripiunt Prudentium, quod priuam in *Statori* corripiat. Iure summo fecit et auctore Ouidio. Apud Siliū Italicum lib. 10. v. 635. referuntur ut verba Paulli ad Varronem:

*Quin imus cominus, inquit,  
Ductori Tyrio, quem, vincitum collu catenis  
Staturum ante tuos currus, promisimus vrbi.*

Manuit Scaliger, Staturi, sed lege versus inuita. Et in vulgata sensus idem: nam *promissum, ante meos currus stabit,* idem quod, fistam vel collocabo. Ut solet in aliis votis. Virgilius ad Venerem:

*Marmoreusque tibi diuersicoloribus alis  
In morem picta stabit Amor pharetra.*

Iam in priore loco Ouidii, quid est, *Statoris quod?* Nisi ex praecedente hexametro intelligas *dehubrum,* quod molestum est, minimeque Ouidianae facilitatis. Codex Sarraianus in margine, ubi pleraeque lectiones meliores, obtulit nobis: *sator aedis habet, quam.* Vnde apparet veritatem esse:

*Tempus idem Stator aedis habet, quam Romulus olim  
Ante Palatini condidit ora iugi.*

Cirea

Circa hoc tempus aedes Ioui Statori condita est. Phrasis est etiam nostri, et usurpata lib. 4. Fastorum: (v. 335.)

*Quae quia principio posuit ieiunia noctis,  
Tempus habent mensae sidera visa sibi.*

Sic vulgo admodum corrupte. Quum plerique Ciofani et aliorum, multi etiam nobis inspecti veteres codd. referrent *moeſtæ vel miftae*, *cœvti rōū mensac*, et de mysteriorum initiis ageretur, statim animaduertimus scribendum esse *mystæ*, deinde et *cibi*, pro *sibi*. *Tempus habent mystæ sidera visa cibi*. Athenaeus lib. 4. *desvvosoφ ωνεεη γησεαν αγοντες, κοι περιμενοντες τὸ ανατέλλον οὔσεον*. Vox est cum alibi, cum in Hercule Furente Tragoedia: (v. 846.)

*Et citi rectis properant relictis  
Attici noctem celebrare mystæ.*

Nimirum haec elementa, *Ae* vel *Oe* et *I* vel *Y*, passim media aetas inter se commutauit. Apud Iustinum lib. 3. cap. 2. *ex accumulatione*, reddunt MSS. Bongarsiani, *ex simulatione*. Lib. 13. cap. vlt. *Illyrio, inloerio*. Eodem lib. cap. 2. *Scynus* scribitur in libris, quem rectius appellari *Coenon* vere censet Scaliger: qui vt errauerit in eo homine designando, qui iam obierat, non tamen in vocabulo huius errauit. non enim *Scynus*, sed *Coenus* nomen est Macedonicum. Quo nomine et apud Curtium lib. 9. (9, 3.) post narratum prioris deceſſum, adſert literas *Antipatri ad Alexandruin*. Philotas quoque Parmenionis obierat: et tamen post mortem Alexandri Ciliciae praefectus Philotas. Fuerunt enim illa nomina pluribus communia. Apud Livium lib. 24. cap. 45. *foederibus*, *Petavianus alter, fyderibus*, fecerat. Sic *inoforus* pro oenophoro in membranis Ciceronis, *Glossarum et Queroli*. Prudentius lib. 1. in Symmachum versu 629. *Phoebique furores*, Egm. *Fybique*. Vetus descriptio orbis *Pynicam* pro Phoenice, *Olium* pro Ilio. Ita *Agroecius* Sidonio,

nio, Ausonio *Agricius*, et contra *goerus pro gyro*. Glos-  
sarium Barthii lib. 28. Adv. cap. 15. *Iconomus*, *villi-  
cus dispensator*, pro *oeconomo*. In notis Tironis et  
Senecae *Dominidius* pro *donnaedio*. Sic *Moesia* apud  
Dictyn *vbiique pro Mysia*, et in aliis quoque veterum li-  
bris, non *vtique auctorum*, sed posterioris temporis li-  
brariorum *vicio*. Apud eundem Dictyn *Anaxibota* pro  
*Anaxibia*. Et meliore aevo *Rhoemetales* Tacito, qui  
*Dioni Ρυμητάλων*; *Oesalces* Liuio, quod in alia persona  
Silius nomen facit *Isalca*. Quorum inemores insignem  
Liuii locum restituimus lib. 29. cap. 10. *Legati*, qui *do-  
num Delphos portauerant*, et *sacrificantibus ipsis Pythio  
Apollini omnia laeta exta fuisse*, et *responsum oraculo edi-  
tum, maiorem multo victoriam, quam cuius ex spoliis do-  
na portarent, adesse populo Romano*. Hic duae voces,  
*omnia et exta*, ab omnibus MSS. exsulant: quae haud  
dubie primi editores addiderunt ad sensum complendum.  
Sed illud *laeta fuisse* natum est *ex litauisse*, cui reliqua est  
accommodaanda oratio hoc modo: *et sacrificanteis ipsis  
Pythio Apollini litauisse*. Ordine ponit tria, quae cunctis  
summam spei dedere victoriae: *fata, omina, oracula*.  
*Fata* dicit *carmen librorum Sibyllinorum*; *omina*, *iphius  
Scipionis animuin praesagientem de fine belli, alacri-  
temque eius et constantiam in sententia de bello in hosti-  
cum transferendo, hominumque omnium exspectatio-  
neum*; *oracula*, *responsum Delphicum et sacra litata*. De  
his tribus mox coniunctis: *quo maturius fatis, omnibus,  
oraculisque portendentis sese victoriae compotes fierent*.  
Quae corruptis admodum Rhenanus: *quo maturius faustis  
omnibus oraculisque portanda dea Romam effet*. Merum  
vlicus et fanies, quicquid ille de aliorum licentia praefe-  
tur: sermo ipse *σόλομος*. Ut *laetauisse pro litauisse* apud  
Liuium, ita *laetari et litare diuersi* habent libri apud Ze-  
nonem Veronensem serm. i. de exacto: *Hic est ergo  
agnus, fratres, de quo laetari Pascha est Domini*. Mar-  
go: al. *litare*. Seruius Dan. ad illud lib. 8. (v. 682.) et  
diis

*diis Agrippa secundis: nam et Sextum Pompeium apud  
Moelas ipse deuicit. Sic librarii fecerunt pro Mylis Sicili-  
ae, quas omnis Graecorum et Latinorum manus agno-  
scit. Lib. 4. Metamorphos. non longe a fine: (v. 758.)*

*Largis satiantur odoribus ignes  
Sertaque dependent tectis: et ubique lyraeque  
Tibiaque et cantus, animi felicia laeti  
Argumenta, sonant.*

*Quis dubitet, τὸ et ubique non esse Ouidii? Ciofanus fide  
et auctoritate sui antiquioris iubet emendari: tectis, citha-  
raeque lyraeque. Nostrae membranae: tectisque tubae-  
que lyraeque. Quorum vtrumque a librariis correctoribus  
esse certus sum, vicinorem autem veritatem esse scriptu-  
rae vulgatae: (quam et in pluribus scriptis notauiimus)  
quippe ex qua sit restituendum: tectis, lotique lyraeque:  
nam scriptura semiprisca lotique facile genuit et ubique.  
Eandem vocem deleuerunt lib. de remedio amoris:  
(v. 753.)*

*Eneruant animos citharae lotusque lyraeque.*

*Vt praeclare restituit Salinasius ex veteri scriptura, lutus-  
que. Λαρῆς, λότινος ἀνδρὸς Polluci. Plinius lib. 16.  
cap. 26. Nunc sacrificae Tuscorum tibiae e buxo, ludi-  
crae loto offibusque asfninis et argento fiunt. Lib. 4. Fa-  
storium: (v. 189.)*

*sed me sonus aeris acuti  
Terret et horrendo lotos adunca sono.*

*Martialis lib. 8. ep. 51. (v. 14.)*

*Palladius tenero lotos ab ore sonat.*

*Sed haec quis desideret post Herculeas illas Plinianas? Li-  
bro 6. eiusdem operis in oratione Niobes supersunt, quae  
operam nostram exposcant, haec verba: (v. 197.)*

*Excessere*

*Excessere metum mea iam bona. Fingite demi  
 Huic aliquid populo natorum posse meorum:  
 Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum.  
 Ite satis propere sacris, laurumque capillis  
 Ponite. Deponunt et sacra infecta relinquunt:  
Quodque licet, tacito venerantur murmure numen  
Latonae, turba quantum distabat ab orba.  
 Tantum animosa sui furiis agitata doloris  
 Irritata dea est, summoque in vertice Cynthi etc.*

Hic primum, quod omnes transeunt, *Ite satis propere sacris* quid sit, nescio. An, *Ite sat est operae sacris*, an, *Ite, satis pro re sacri?* An denique: *Ite satis properae sacris?* Vt ita per contineatum appelleat Thebaidas superstitiones et faciles festinasque ad sacra accipienda. Octauum versum Ciofanus et editionis Aldinae additiones recte furcillis praecipitem eiiciunt. Abest enim a pluribus MSS. et sine dubio est insertus ab illis, qui haerebant in praecedenti versu, et illi *quantum* necessario respondere putabant debere aliquod *tantum*. Ignoscimus Ciofano, qui deinde scribit:

*Quodque licet, tacito venerantur murmure numen  
 Latonae. Quantum turba quae distet ab orba,  
 Indignata dea est.*

Vt et illis, qui, *Latonae turbae*: vt sit, turbae venerantur: praesertim cum agnoscant, ex iis, quae sequuntur, sensum qui placeat, elici posse nullum. Nec melius libri: *quae quam distabat*, aut quod vicinius tamen vero, *quae quantum distat*. Non enim suspicabantur, traiectum esse versum, *Latonae t. et reponendum esse post, Non tamen*: deinde scribendum esse: *qua quantum*. Id quod nos ex membranaceo codice Andino deprehendimus. Ita igitur repone:

*Excessere metum mea iam bona. Fingite demi  
 Huic aliquid populo natorum posse meorum:*

*Non*

*Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum  
Latona: turba qua quantum distat ab orba?  
Ite satis propere sacris, laurumque capillis  
Ponite. Deponunt, et sacra infecta relinquunt,  
Quodque licet, tacito venerantur murmure numen.  
Indignata dea est etc.*

Vides iam nihil esse difficultatis, nisi in illo: *Ite satis propere sacris*: in quo si defeci, ut aliis magis luceat, atque illi potissimum, a quo Nasonem omnem verum tandem exspectamus, candide voueo. [Ad numerum redigar duorum imitatus L. Seneca ad Heluiam c. 16. Corneliam ex duodecim liberis ad duos fortuna rededit.] In epistola Phyllidos ad Demophoonta: (Her. 2, 49.)

*Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis:  
Credidimus generi, numinibusque tuis.*

Generi magis conueniet cum nominibus quam cum numinibus. Cicero pro Plancio: *qui fauent nobilitati; qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus, qui nominibus deducuntur.* Lib. I. Amor. El. 3. (v. 7.) non veterum commendant magna parentum *Nomina.* Epistola Hypsipyles: (6, 113.)

*Si te nobilitas generosaque nomina tangunt.*

Plinius lib. 3. epist. 3. *quibus imaginibus oneretur, quae nomina et quanta sustineat.* In epistola Canaces ad Maccarea, vbi describit tempus urgentis partus, superest labes in his verbis: (11, 45.)

*Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phoebi,  
Denaque luciferos luna premebat equos.*

Mendum loci animaduertere facile est, et notauit Scaliger, iubens scribi: *Nonaque.* Sunt qui putant se intellegere vulgatum: citiles lunares menses expressisse Poëtam, et dicere: iam erat nouies ciuilis mensis, et instabat

bat luna decima : premebat enim equos solis, cum quo iam plena congressura erat. Sed reliquerat Ouidius: *Plenaque luciferos*: ipsa nempe nouies orta. Tum plane luciferae eius bigae, cum plena est: idque tempus exactissimum partus, nouies scilicet plenae. Lib. 2. Met. (v. 453.)

*Coniugio, quod fecit, adest dea, iamque coactis  
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem  
Illa Paphon genuit, de quo tenet insula nomen.*

Statius lib. 1. Thebaidos de filia Crotopi: (v. 577.)

*Bis quinos plena cum luce resumeret orbes  
Cynthia, sidereum Latonae foeta nepotem  
Edidit.*

Ouidius rursus lib. 7. Metamorphoseon: (v. 179.)

*Tres aberant noctes, ut cornua tota coirent,  
Efficerentque orbem. Postquam plenissima fulsit  
Et solida terras spectauit imagine luna.*

Eodemque libro: (v. 530.)

*Dumque quatuor iunctis impleuit cornibus orbem  
Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem.*

Ita namque restituimus hunc locum. Vulgo: *quater plenis expleuit*. Non poterat non displicere, *plenis expleuit*. Ciosanus et Bersianus non aliter iuuabant, quam ut suspicetus redderent editum noua varietate: *quater plenum compleuit*. Recurro ad membranas meas, in quibus perspicue, *quater iunctis impleuit*. Propertius lib. 3. el. 3. (v. 49.)

*vnde coactis  
Cornibus in plenum menstrua luna redit.*

Ipseque Ouidius alibi sui imitator: (Met. 7, 530.)

*Luna quater iunctis implerat cornibus orbem.*

*Retexere autem est dissoluere, amatuin eleganter Ciceroni.* Ut in secundo de oratore: (c. 38.) *reperiunt non modo ea, quae iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus ante exorsa et potius detexta prope retexantur.* Et retexere praetoram pro rescindere acta alicuius in praetura lib. 2. in Verrem: (c. 26.) *Omnia erant Metelli eiusmodi, ut totam istius praetoram retexere videretur.* Lib. II. famil. ep. 14. *Nouii timores retexunt superiora.* Epist. 28. eiusdem libri Cn. Matius: *An quod adolescens praeſisti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc aetate praeccipitata commutem ac me ipſe retexam?* In epistola Hypsipyles ad Iasonem: (v. 117.)

*Dos. tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti:  
Me quoque iam tales inter habere potes.*

Variant libri: sed optimam scripturam existimo, quam haui olim ex libro MS. Pircheineri? *Me quoque res tales.* neimpe foecundas et ingeniosas colenti: quas inter se merito censeri iubet Hypsipyle, quippe quae prolem gemellam ex concubitu Iasonis uno partu ediderat: quod statim ipsa enarrat. *Ingeniosus, ut lib. 4. Faſorum:* (v. 684) *ad ſegetes ingeniosus ager.* Pulchra ſunt verba Plutarchi in Catone Uticensi: (T. I. p. 771.) Hortensius Catoni ἐπεχείρησε συμπέθειν ὅπως τὴν Θυατέρας Περγάμου Βιβύλῳ συνοικίσσῃ καὶ πεποιημένη ἐκείνῳ δύο παιδεῖς αὐτῷ πάλιν, ὡσπερ ἐν γεννήτῳ χώρᾳ, ἐντεκνῶσσαι παρόστηκῃ. Sic Achelous ad ſperatum ſocerum: (M. 9, 19.)

*Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,  
Sed popularis ero, et rerum pars una tuarum.*

Vt enim Graecis πρᾶγμα, χρῆμα, ſie Latinis *res, negotium,* perſaepe et eleganter de personis usurpantur. Herodotus Θαλ· ἦν δὲ μέγισον πρῆγμα Δημοκῆδης παρὰ τῷ Βασιλεῖ. Plutarchus dicto Catone: καὶ ὅλως ἀπορεῖον ἦν πρᾶγμα καὶ δυσμεταχειρίζειν. ὁ Κάστων ταῖς Φεύγοσι: ἔτειρε μὲν ἐπάγωγον

*γον πρεσβύτερος νεότητος.* Cicero ad Atticum: (i, 12.) *Teucris illa lenthum negotium.* Ouidius lib. 4. Tristium, Eleg. 3. (v. 59.) *ita res tibi magna videbar.* Elegia 4. (v. 15.) *quaes res est publica Caesar.* In epistola Acontii ad Cydippen: (12, 149.)

*Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter:  
Si nescis, dominum res habet ista suum.*

Seneca de exilio suo: *Res est sacra miser.* Idem Epist. 95. *Homo, sacra res, homini iam per lusum et iocum occiditur.* Et lib. 6. nat. quaeſt. c. i. *Homines, qui breuis et caduca res nascimur.* Solinus de duobus eximiis forma simili pueris: *ad eoque una res viderentur, ut solus sermo fidem panderet.* Post haec magnam partem aut scriptis Codd. aut euidenti ratione subnixa vt non aegre ab optimis harum rerum iudicibus adsensum impetratura fint, vnius coniecturae proponendae haud grauem veniam oro, quae cum ipsa sit fatis probabilis, vnde fidem ei potissimum faciam, historia deficior. Lib. 4. de Ponto El. 13. scribit ad Carum se aliquid in laudem Caesareae domus Getico sermone meditatum esse, inque eo cecinisse. (v. 29.)

*Esse pudicarum te Vestam, Liuia, matrum,  
Ambiguum est nato dignior anne viro.*

Liuia, *matrum pudicarum Vesta*, meis quidem auribus, vt nunc est, aliquid κακόζηλον et indignum Ouidio sonat. Suspicor autem inter honores immenses, quibus effudit se Patrum adulatio in Augustam, quosque recidit et cautus et inuidus Tiberius, fuisse, quem facile relinqueret illi, titulum sibi minime pericolosum: *MATER VESTA-LIVM.* Hoc aliquanto minus est quam *MATER PATRIAE.* Atque hoc spectante Nasonem scripsisse:

*Esse pudicarum te Vestae, Liuia, Matrem,  
Ambiguum nota dignior anne viro.*

Pudicae Vestae forent Virgines Vestales. Etsi enim et matronae uno viro contentae sint pudicae, tamen interdum *pudicitia* dicitur abstinentia ab omnibus viris. Iustinus de Aspasia: (10, 2.) *Solis eam sacerdotio praefecit (Artaxerxes,) quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur.*

---

## CAPVT XVI

*Plinius quinques in Panegyrico, semel in epistolis tentatus. Domitiani pulsi fugati que non aliud maius indicium, quam si triumpharet. Templum Saturni, in quo aerarium, Traiani tempore vere aedes. Possessio-nes domini non scientis. Nosse, non nosse aliquem. Ciceronis desperatus locus illustratus et defensus. Auctoritas in maiorum suorum et suis sedibus. Fortuna naturam suam cor-rumpit. Curtio lux. Recidere*

*de minutis sumtibus. Neque Romani neque Constantiopolitani imperatores Senatu aut populo iurarunt. Nicetas explicatus. Traianus praeceunte Consule sedente flans in leges iurauit, cum Consulatum ini-ret, et, ut solebant, praeceunte nullo eiurauit. Liuio insignis medicina. Interpretari alicui carmen precatonis. Interpres. Valerius Maximus correctus. Agros non nummo, sed parti-bus locare. Partiarii coloni.*

**F**elicitatem seculi, quam orbi Romano Nerua Traianus praebuit, magna parte nesciremus, nisi depinxisset eam Plinius eiusdem seculi non postrema ipse felicitas. Certaruntque Princeps optimus faciendo, quae dici enarrarie mererentur, et orator facundissimus dicendo enarrandoque quae fierent, vter alterum superaret: adeo ambigua victoria, vt etsi nihil ille nec ingenii nec artis nec humanitatis sibi reliquum fecerit, nihil tamen ambitioni dedisse; huius autem quainuis ad coelum laudes patuerint, nihil iis, quod tum cominemorari posset, deesse videatur. Finxere olim sapientes, quis ille tantum terrarum, tantum gentium, pari et maiestate frenare et caritate

caritate posset complecti : maioris operae fuit , reddere qualis esset , postquam apparuit , quam fingere qualem esse oporteret , priusquam inueniretur. Habent ergo exemplum magni Principis Principes , habent exemplum boni viri priuati : cui cum sine dubio constet ratio temporis quod datur cognoscendo , nec irritum est , opinor , quod sumitur laboris restituendo. Cap. II. *Num hos proximos diuinitate parentum defides ac superbos potius quam illos veteres et antiquos aemularis ? qui hoc ipsum imperium peperere , quod modo hostes inuaserant contemserantque : cuius pulsi fugatique non aliud maius habebatur indicium , quam si triumpharetur.* Vitium manifestarium , de quo tollendo adhuc spes exiguae . Liuineius tamen in V. notam lacunae , quae verbo uno alteroue expleatur , post contemserantque frustra esse ait , cum integra sint omnia , modo scribatur : *hostis inuaserat contemseratque.* Sed frigidus , aut certe nimium acutus iste sensus : quod enim potest triumpho maius aliud deuicti hostis indicium postulari ? Lipsius hoc vidit : vident etiam Domitianum intelligi pulsum et fugatum , non hostes : nec non frustra conari Dom. Baudium : *cuius pulsi :* ipse diffidens sibi : *cuius non pulsi.* Nos quatuor scriptos huius potissimum loci causa consuluiimus : in quibus non nota modo sed prorsus lacuna erat : carebant enim his verbis : *peperere , quod modo hostes inuaserant contemserantque.* Contra quos tamen faueimus aliis , vnde haec primum sunt edita : nam si quis audaculus ea subdidisset , sequentium vtique illis quocumque modo aptandorum et curam habuisset. Contextum autem orationis carere illis non posse animadvertes ex eo , quo nos iuuuerunt , quos inspectos nobis modo dicebainus. Meinbranaceus Archiepiscopi Saltaburgensis : *qui hoc ipsum imperium quaniam imperatoris , cuius pulsi fugatique non aliud maius habebatur indicium , quam si triumpharet.* Eodeinque modo Bauaricus Monaciensis , nisi quod deerat vox *imperatoris.* At Veneti , alter D. Marci : *quam imperatore cuius pulsi etc.* alter

D. Antonii: *qm. imp. cuius pulsi: dein vterque, triumphante.* Hinc ergo parua mutatione restituendum: *Numbros proximos diuinitate parentum desides ac superbos potius quam illos veteres et antiquos aemularis, qui hoc ipsum imperium peperere? quod modo hostes inuaserant contemserantque, quoniam imperabat is, cuius pulsi fugatiique non aliud maius habebatur indicium, quam si triumpharet.* Hoc est, Domitianus. Tacitus in vita Agricolae: (c. 39.) *Inerat conscientia derisu fuisse nuper falsum e Germania triumphum, cmtis per commercia, quorum habitus et crines in captiuorum speciem formarentur.* Vides sententiam plenam et argutam et optime cum illis, quae praecinituntur, tum illis, quae subiiciuntur, respondentem. Quod si, quae diximus non apparuisse nobis, vbi que desiderarentur, poterat breuius ita fieri: *Num hos proximos diuinitate parentum desides ac superbos potius quam illos veteres et antiquos aemularis? num hunc ipsum imperatorem, cuius pulsi fugatiique.* Sed alterum pleniū, nec causa est, cur suspecta sit nobis Liuineii fidēs. cap. 36. *Quam iuuat cernere aerarium silens et quietum, et quale ante delatores erat?* Nunc templum illud, nunc vere deus; non spoliarium ciuum, oruentarumque praedarum sacrum receptaculum. Transeunt hoc viri docti, satis habentes notasse aerarium fuisse in aede Saturni, et deum illum Saturnum esse. Ego autem aerarium dici *deum*, quia in diui aede erat, fateor me ferre non posse. *Loco numen esse, locum superos aut numen habere et creditum et traditum veteribus:* ipsum locum in terris nunen esse aut deum: insolens ad aures accidit meas; sic certe; nam templum diui ipsius nomine appellari, vt Saturnum pro aede Saturni, Poëtis non ignoro. Refinge: *nunc templum illud, nunc vere aedes.* Vtrumque quod ex aduerso ponitur, vt loco, non vt deo, opponitur. Cap. 51. *Muta illa quidem et anima carentia, sentire tamen et lacrari videntur, quod nitens, quod frequententur, quod aliquando cooperire esse domini scientis.* Haec scriptura veterum

veterum librorum est, quam viri docti sine causa correctionibus vexarunt. *Non seruientis, fruentis, domum scientis, fabulae.* Qui nimirum multa possidet, maiorem plerumque partem suarum ipse possessionum ignorat, aut male nouit, et procuratorum de illis fidei credit. Gallus Vibius apud M. Senecam controv. 9. *Non me delectant ignoti domino seruorum greges.* L. Seneca de vita beata c. 17. *Adiice, si vis, cur trans mare possides? cur plura quam nosti? turpiter aut tam negligens es, ut non noueris pauculos seruos, aut tam luxuriosus, ut plures habeas, quam quorum notitia memoria sufficiat.* Horatius I. Ep. ad Nunnium: (6, 45.)

*Exilis domus est, ubi non et multa super sunt.  
Et dominum fallunt.*

Quo alludens Plutarchus in Lucullo. *Eis δὲ οὐδὲ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, ὡς δὲ νομίζει πλεῖτον, δὲ μὴ ταῦτα παραρρέματα οὐδὲ λανθάνοντα πλείονα τῶν φαινομένων ἔστι.* Hieronymus in vita D. Pauli: *Libet in fine opusculi interrogare, qui sua patrimonia ignorant, qui domos marmoribus vestiunt, qui unī filio villarum insuunt pretia.* Zeno Veronensis sermone secundo de auaritia: *Insuper de inopia quereris, qui quod habes, nescis.* Sic ergo, cum omne magnificentum aedificium, politiorem villam, occuparet tyrannus Princeps, non ut ipse frueretur, sed ne quis alias, et seruo ea habitatore terebantur, et erant domini non scientis. Nunc postquam priuatis habere singula licet ac colere, coeperruat esse domini scientis, et per hoc curam eorum gerentis. Hanc enim ἐνέγρεσσαν habet τὸ scientis: unde et simpliciter nosse vel non nosse est interduam curare vel non curare, rem rationemue cum aliquo habere vel non habere. Plautus Mostellaria a. 5. sc. 2. (v. 73.).

*Nostrum ego hunc vicinum opinor esse hominem audacem  
et malum.*

TR. *Qui dum? TH. Qui negat nouisse vos.*

Y y 4

Sic

Sic in Milite: (2, 6, 92.) *Numquid aliud me vit?* PE.  
*Ne me noueris.* Sermo et in sacris libris non ignotus. Non possum autem hic obliuisci Ciceronis et panegyricum incomparabilem incomparabili panegyrico copulare, quum praesertim et in omnibus, tanquam optimum, imitandum sibi proposuerit Plinius, et hic eius sensus in parte expresserit. Orationem dico pro M. Claudio Marcello, cuius cap. 3. haec leguntur verba dudum eruditis agitata: *Parietes, mediusfidius, C. Caesar, ut mibi videtur, busus curiae tibi gratias agere gestiunt, quod breui tempore futura sit illa auctoritas in his maiorum suorum et suis sedibus.* Manutius negat sibi quemquam persuasurum, hunc locum vacare mendos. „Qui enim sunt isti maiores? si „parietum, quid absurdius? quorum igitur? Praeterea „maiorum suorum unde pendet? si enim coniungatur cum „illa auctoritas, quod postulare sententia videtur, illud „per se non consistet, et suis sedibus: nam particula et „exigit hunc ordinem: *in his sedibus maiorum suorum et suis.* Magna sane perturbatio. Nisi si quis dicat, cum „sensus tribuatur parietibus in eo, *gratias agere gestiunt,* „iisdem posse tribui, *maiorum suorum.*“ Videò magnam sane perturbationem doctissimi viri. Quare Hotmannus ita transponit: *illa maiorum nostrorum auctoritas in his suis sedibus futura fit.* Ecce et Barthius, praeterquam quod delet particulam *vt*, „qui sunt, inquit, illi suorum „et suis? Latet inmediusfidius aliquid, nec ipsum *futura* „satisfacit. Audacior aliquis haec considerans reponendum argutetur: *quod breui tempore futura fit alia auctoritas tuis in his maiorum suorum et suis sedibus.* Sane „ita loquatur eleganter et adulatorie. Quicquid faciet vulgatae lectioni patronus, docendi tamen prius erimus, „quae sit parietum illa tanta nobilitas, *ut maiores ipsorum* „sint optimi summique ciues. An leges *tuorum* et *tuis?* Haec pluribus l. 41. Aduers. cap. 2. Quod causatur opinonis esse, *ut mibi videtur*, caeterum iuris iurandi, fallitur. Neque enim absurdum est iurare quem sibi videri. Quid? iudices

iudices nonne iurati iudicabant? et quidem non per *hercule*  
 aut *medius fidius*, sed nuncupatis verbis et conceptissimo  
*iure iurando*. An igitur hi parum memores erant religio-  
 nis suae, quoties pronuntiabant *VIDERI*? Sed etiam,  
 si dicas, *medius fidius mibi videtur*, non aliter Latine dici-  
 tur, quam per intellectum particulae: *Integrum est enim:*  
*Ita me Dius Fidius tuet, ut mibi videtur.* Sic haec pars  
 salua est. De reliquis ita sentio, mutandum nihil esse,  
 et illa, *maiorum suorum*, non ad *partes*, sed ad *aucto-  
 ritatem*, magis tamen ad sensum, quam ad vocem, referti.  
 Significat futurum breui, ut *republica* restituta sit in po-  
 testatem bonorum seu optimatum et *Senatus*. Is ordo  
 splendor et dignitas praecipua populi Romani, regum  
 confessus Cineae visus: penes eum ordinem proprie *auctoritas*. Pro Sextio, tamquam *duvavucca* ponit: *si modo  
 effet in republica Senatus, si maiestus populi Romani rtui-  
 xisset.* Patres auctores fiebant eorum, quae iubebat po-  
 pulus, et bene Prudentius: (conf. Symmach. I, 223.)

*Vera ratus, quaecumque fiant auctore Senatu.*

Curia porro sedes erat augustissima auctoritatis populi Ro-  
 mani, quia *Senatum* accipiebat, quia Patres omnium, quae  
 rite a populo fiebant, auctores. Tum eam non habebat,  
 quia sumnum ius nondum erat redditum *Senatui*, sed  
 inanebat penes *victores*. Itaque auguratur Cicero prope-  
 diem *Senatum* illa pristina et antiqua auctoritate fore in  
 his *maiorum suorum* et suis sedibus: et *re suorum* respi-  
 cit non tantum vocabulum *auctoritatis*, quam rem et per-  
 sonas eo vocabulo designatas. Maiores enim illorum, quos  
 decebat esse huius ordinis et hac auctoritate, quos dece-  
 bat esse *Senatores* populi Romani, eas sedes summa cum  
 dignitate tenuerant: et ipsos *Senatores*, qui nunc essent,  
 eisdem, tanquam *suas et maiorum suorum*, pari cum di-  
 gnitate obtinere *republica* restituta oportebat. Illa aucto-  
 ritas igitur, *Senatus* illa pristina auctoritate, illi auctores  
 populo Romano rerum recte gerendarum cum iusta mai-  
 estate

state sua breui erunt, inquit, in his maiorum suorum et suis sedibus. Sic apud Senecam lib. 3. de ira cap. 4. nonne reuocare se quisque ab ira volet, cum intelliget illam a suo primum malo incipere. Hic rō suo positu, vt cuius-  
dens est, refertur ad iram; sensu ad iratos homines: ho-  
rum enim est malum, non ipsius irae; hi ira capti a malo  
suo incipiunt, seu sibi omnium primum nocent. Curtius.  
lib. 3. (2, 16.) *Erat Dario mite ac tractabili ingenium,*  
*nisi suam naturam plerunque fortuna corrumperet.* Rur-  
sum rō suam vtique ad vocabulum fortunae respicit, sed  
ea vox ponitur pro fortunatis, vt illic *ira* pro iratis, *aucto-*  
*ritas* pro auctoritate praeditis: et huic sensū magis con-  
venit reciprocum quam voci: sunt enim homines rebus  
secundis vtentes, qui per fortunam mutant naturam suam  
plerunque ia peius. Quem locum et similia recte coepe-  
rainus illustrare priuī ad Statii Protreptici ad Crispinum  
illud: (Silv. 5, 2, 14.) *mentem sua non capit aetas.*  
Quod planius esset: *Mens suam aetatem vincit, seu sua*  
*aetate maior est:* simplicissimum autem: adolescens mente  
seu per mentem aetate sua maior est, aetatem suam vin-  
cit. In talibus semper adiunctum reciproci conuenit in-  
tellectae rei, non positae: vt aetas homini vel adolescenti,  
non proprie menti: vt natura seu ingenium homini for-  
tuna prospera vtenti, non ipsi fortunae: vt *malum* seu  
*damnū* homini ira succenso, non adfectui; vt *maiores*  
hominibus auctoritate praeditis apud populum Romanum,  
non ipsi auctoritatē. Seneca lib. 2. de ira cap. 15. *Quid?*  
*non mitioribus animis vitia leniora coniuncta sunt? ut mi-*  
*sericordia, amor, verecundia.* Itaque saepe tibi bonam  
indolem malis quoque suis offendam. Haec est lectio,  
quam MSS. demonstrant. Proprie bonae indolis ipsius  
nulla sunt mala: sed isti homini, qui caetera est egregia  
indole, sua tamen mala adiacent. Itaque dederunt no-  
bis: *in malis quoque offendam:* prouocabulo deleto, non  
facturi, si haec exempla in oculis habuissent. Nec impu-  
tet nobis pro solo vero Lipsius ex suo: *a malis quoque*  
*suis.*

*suis* : nam praepositio in nullo erat scriptorum Gruteri ; et ipsum , *malis suis* , ut explices , siue a malis , siue in malis , siue ex malis , siue per mala sua , facile patitur . De vita beata cap . 3. *Beata vita corporis sui curiosa* . Ouidius 9. met . ( v . 670 . ) *nec census in illo Nobilitate sua maior* . Pedo Albinouanus de morte Drusi : ( v . 165 . ) *lacrimae sua verba sequuntur* . At Plinius rursus cap . 51 . *Satis est tibi nimiumque , cum successeris frugalissimo principi : manus reiscere aliquid et amputare ex iis , quae princeps tanquam necessaria reliquit* . Recte Bongarsius , *manus* ; sed et pro *reiscere* reponendum *recidere* : quod solenne verbum in hac re , et similiter Latino Pacato restituimus . Plutarchus Catone maiore : καὶ περιέποτε τὴν πολυτέλειαν . Frontinus lib . 4. Strateg . *recidendorum impedimentorum gratia* . Seneca lib . 3. nat . quae st . ( Praef . initio ) *Occupationes recidantur : patrimonii longe a domino iacentis cura soluatur* . Cap . 64 . *Imperator ergo , et Caesar , et Augustus , et Pontifex maximus , stetit ante gremium Consulis : sed sitque Consul Princeps ante se stante : et sed sit inturbatus , interitus , et tanquam ita fieri soleret ? quin etiam sedens praebevit iuriandum : et ille iuravit , expressit explanauitque verba , quibus caput suum , dominum suam , si scienter fecellisset , deorum irae consecraret* . Audiamus Liuineium : „ *Præbevit iuriandum est in omnibus nostris , et probe , reor , ut oblatum et præbitum , non de scripto præcium , intelligas* . Patet ex his proxime : „ *quod præeunte nullo iurasti* . nam id equidem ad tertium huic consulatum traxerim , et quod sequitur , *alio præeunte* , ad secundum , quem Imperator , sub Imperatore tamen , Traianus gesserat . Itaque damno , quod „ *in editione quadam veteri , caeteroqui non mala , inueni , præcitat.* „ Sic ille , quibus non vidit Plinium sibi ipsum aduersantem destitui in verbis adeo vicinis , ut nisi ebrius aut plane Sicinnius ille Tullianus in tanta obliuione non potuerit deprehendi . Miratur stetisse ante Consulem , et repetit , sedisse Consulem stante Princepe ; et subiungat statim ,

statim, datum iusiurandum a Principe sedente? Quid dein: *Praebuit iusiurandum, et ille iurauit!* Cur ille, si idem erat? quae differentia inter *praebere iusiurandum*, vt vult, et *iurare*? Sed deceperunt bonum Liuineium verba illa: *quod praeceunte nullo iurasti*: quae intelligendum non de iureiurando in leges, quod adigebantur ineuntes apud abituros Consules, sed illo, quod decedens Consulatu iurauerat, se nihil contra leges fecisse: hoc enim faciebant eiurantes nemine praeeunte. Fecit vtrumque Traianus: ideo se Plinius ambigere dicit, vtrum sit pulchrius, quod praeceunte nemine (*nempe cum abiret: Itaque et abiturus Consulatu iurasti, te nihil contra leges fecisse. magnum hoc erat, cum promitteres; maius postquam praestitisti*) an quod alio praeceunte, scilicet hoc secundum iurarat. Alii ita capiunt, vt *praebere iusiurandum* dicatur Consul, apud quem iurauit Traianus: sed *praebere iusiurandum* pro adi gere aliquem iureiurando vel iusiurandum nemo veterum dixit. Observant etiam, statim post suscepitas imperatorias infulas iurasse Principem Senatum ac populo: in imperio autem Orientali Logothetam suscepisse a nouo imperatore iusiurandum. Quae profecto nimia mira sunt. Et prius quidem refutatione non indiget: posterius accepterunt a Meursio, qui nimis festinans in loco Nicetae et se et illos deduxit. Verba sunt in Manuele Comneno lib. 3.

καὶ τοῖς ὄρχοις τοῦτον ἐπιστεγῆσε κατὰ τὸν ἐν Βλασχέραις μέγαν νεῶν, οἱ τὴν τοῦ κράτερος διαδοχὴν ἐνεπέδουν Αλεξίω τε τῷ ἐξ Ουγγρίας καὶ τῇ Θυγατρὶ τῷ Βασιλέως Μαρίᾳ, ἀ τῷ Δογοθετῷ ὁφφικίᾳ ἡσαν αὔροδοι. Hinc ille obseruat iusiurandum a nouo imperatore accepisse Logothetam in templo Blachernarum, in Glossario, vocabulo *Λογοθέτης*. Si dixisset, a populo in obsequia et verba noui imperatoris, nihil peccasset vir doctissimus. Ita se explicat Nicetas libro sequenti: Μήπω δὲ γεννήσας ὁ Μανουὴλ οὗτον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῇ Θυγατρὶ Μαρίᾳ, ἣν αὐτῷ ή ἐξ Αλαμανῶν απέτεκεν ἀλοχόη, τὰς τοῦ γένες σαλεύων διαδοχάς, ὄρχοις πάντοτε κατανεπέδουσε, μετὰ τὸν αὐτὸν μόρον

μόρον αὐτὴν τε τὴν Μαρίαν καὶ τὸν μνήσορέ ταύτης Αλέξιον; ὃς, ὡς προειδήκειμεν, ἐξ Ουγγρίας ὥρμητο, κληρονόμος τῆς οἰκίας ἔχειν αὐχῆς, καὶ ὡς Ρωμαίων ἀναζητοφίοις καθυπείκειν καὶ προσκυνεῖν. Nunc redintegratus Plinii. Post sedens ex V.c. inferendum stanti: id enim repetere gaudet, ut summae admirationis: deinde vicem τῆς praeceperit sine dubio scribendum praeceperit, quomodo et Lipsius Rittershusiusque volueret: sicut ante gremium Consulibus, seditque Consul Princeps ante se stante etc. quin etiam sedens stanti (Principi) praeceperit iusurandum: et ille iurauit, expressit explanasitque. De alia scriptura huius loci frustra cogitabis. Idem mendum Liuium obsecrit, et quasi equuleus doctorum virorum ingenia torsit, lib. 26. cap. 27. *Hac circumfusus multitudine* (Campanorum) simul Siculis obuiam egressis potestatem Romanam adeundi fecit, clarissimarum urbium excidio celeberrimis viris victos bello accusatores in urbem adducens. Olim legebatur in scriptis: simul Siculis obuiam egressis Siculisque Romanam praeceperit. quod nos quoque in promiscuis inuenimus et in Pall. Gruterus, qui, nisi fallor, primus quoque sic fecit edi. Sed quid est, quaeso, *Siculis Siculisque?* quid deinde praebere Romanam? Laurentius Valla, aegre duobus diebus in hac cogitatione, ut fatetur, absuntis, emendare se putauit scribendo: *Nunc circumfusus multitudine, simul et Siculis obuiam egressis potestatem Romanam adeundi fecit, et nonnullis (vel aemulis) querimoniam praeceperit.* Vellem maius operae pretium fecisset. Campani editio: *Hac circumfusus m. s. S. obuiam egressis occasionem calumniae Romanam praeceperit.* Ab hoc quoque exemplo disces, quid hi correctores licere sibi voluerint. Siganus denique mitissime reciso illo *Siculisque* scribit, *Romanam per-* venit. Sic illi: at si quid ego adiuro, curamue leuassfo, ecquid erit praeceps? Codex Puteanaeus: *simul Siculis obuiam egressis seculisque Romanam praeceperit.* Inde scribendum certi sumus: *Hac circumfusus (Consul Laevinus) multitudine, simul Siculis obuiam egressis Actolisque Romanam*

*mam praeiust, clarissimarum urbium exscidio celeberrimis viris viatos bello accusatores in urbem adducens. Quin occurrisse ei, in reliquam turbam deinde coniectos Consulem fuisse sectatos indicat, ipsum, ut decebat, praecessisse. De Aetolis, si quaeras, vnde habeamus, regredere ad superiora eiusdem libri, ubi conditiones initiae inter eos et populum Romanum societas recensentur: Haec conuenerunt, conscriptaque biennio post Olympiae ab Aetolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacrificis monumentis essent. Morae causa fuerant retenti Romae diutius legati Aetolorum.* Hi quia venissent paullo ante Consulem M. Valerium Laeuinum, eumque in itinere esse scirent, quod cum illo omnia peregerant, non aegre exspectarunt, ut ab illo Senatus ipsis daretur: ideoque nunc honoris causa venienti obuiam processerant. Et de Campanis quidem Siculisque persequitur narrationem Liuius, quam huc usque necessario distulerat: de Aetolis nihil ultra, quia superius, quod de illis esset dicendum, fuerat exsecutus. Vide autem, quod Plinio et Liuio restituimus verbum, an sit tollendum apud Valerium Maximum lib. 4. cap. 1. *Ne Africanus quidem posterior nos de se tacere patitur: qui Censor cum lustrum condiceret, inque solitaurili sacrificio scriba ex publicis tabulis solenne ei precationis carmen praeceperet.* Inueni in MS. codice Andino meliore: *solenne ei precationis carmen interpretaretur.* Cuius quidem verbi vulgatum videtur esse explicatio. Liuius lib. 2. (c. 33.) de Menenio Agrippa: *Huic interpreti arbitroque concordiae ciuium, legato Patrum ad plebem etc. id est, qui formulam et legem concordiae dictauerat.* Idem lib. 7. (c. 40.) *Nunc ad pacificandum bene atque honeste inter primos stabis et colloquii buius salutaris interpres fueris.* Seruius ad illud in 4. Aeneidos: (v. 608.)

*Tuque harum interpres curarum ac conscientia Iuno.*

*boc est, media et conciliatrix. Cicero: quique interpres corrumperi iudiciorum solent esse. Certe usus verbi eruditior*

diijor est, quam vt ab alio, quam auctore ipso, id profectum esse potuerit. Finiemus insigni loco Plinii seruato lib. 9. Epistolarum 37. Occurendum ergo augescentibus vitiis et medendum est. Medendi una ratio est, si non nummo, sed partibus locem: ac deinde ex meis aliquos operis exactores, custodes fructibus ponam. Franciscus Modius epist. 12. notat ad oram, haud scio veteris editionis an codicis scripti, esse, si non uni, sed pluribus locem. quae scriptura, inquit, rem exprimit: quam an totidem et talibus verbis extulerit Plinius, vt ignore, ita non abhorreo ab ea lectione, quam in membranis Combergensibus Neustetterianis reperi: medendi una ratio, si non in summa, sed in partibus locem. A quo perculsus Gruterus deletis praepositionibus edidit, non summa, sed partibus, et notat: Admisi scripturam codicum Neustetteri, quod eam magis adsequerer, quam retro vulgatain. Sic ille ingenue. Nos vero negamus rem sic exprimi, et tenemus priorem vulgatam, quam haud dubie et Palatinus seruauit. Locutio est rara et elegansissima. Nummo locare est eam legem fundorum locationi dare, vt conductores annuam pensionem nummorum praestent possessori: id quia antehae factum, male soluentibus colonis, reliqua creuerunt. Partibus locare est ita locare, vt prouentus percipias partes, veluti, septimas, octauas, nonas, decumas prout conuenerit. Partes non sunt agrorum, nam ne prius quidem ynum conductorem omnia praedia coluisse appareat, sed frugum. Quum apud Cicerone in tertia Verrina legimus, decumas deberi, emere, vaenire, exigi, singulas decumas, alteras decumas, ternas decumas, item, vt quae dimidia effent, decumae vocarentur, semper intelligimus partes prouentus. Quod indicat ipse, cum ait: His legibus, his conditionibus, erit quisquam tam stultus, qui decumas vaenisse arbitretur? qui aratori nouem partes reliquas factas esse existimet? Cum Crotonienses in bello apud Sagram voulissent Apollini decimas praedae, Locrenses nonas, voulisse,

vouisse, ait Iustinus lib. 20. (c. 3.) Sic *tertias praedae*, Plinius lib. 34. cap. 5. Hoc vaicum remedium contra reliqua est, vt ipse possessor quotannis suas partes aut per se aut per exactores illos redigat, neque ei quisquam nisi ipse sibi in mora esse possit. At vbi nummo locatum est, vt maxime diligens et fidus manceps sit, potest iniuria anni, et perfidia terrarum, aut huiusmodi casus sic illum affligere, vt remissiones petere et reliqua facere necessum habeat. Ideo addit Plinius, *custodes fructibus ponendos*, si partibus, non nummo locasset; quia videlicet intererat eius tum, ne fructus deminuerentur. Ideo continenter: *et alioqui nullum iustius genus est redditus, quam quod terra, coelum, annus refert*: denotans possessores sanctius et iustius ipsius terrae redditu in parte frui, quam locato fruendo aliis agro pecuniam pacisci. Et hi *partiarii coloni* dicuntur, qui sic conducunt. Caius l. 25. π. 6. D. Locati. Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit: *alioquin partiarius colonus, quasi societatis iure, et damnum et lucrum cum domino fundi partitur*. Vbi habes utrumque genus conductionis, vt apud Plinium utrumque genus locandi. Cato de R. R. c. 16. *Calcem partiario coquendam quidant, ita dant*. Sic *pascenda pecora partiaria, id est, ut foetus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum et pastorem diuidantur*, inquit Imperator Antoninus L. 8. Cod. de pactis.



## CAP V T XVII

*Sui, mei, nostri; communes, aequi; alieni dii, loca, tempora. Aequitate deum erga bona malaque documenta. Tacitus explicatus, et eius profanae voces. Usus sexti casus. Cicero bis, Liuius ter, iterum Tacitus a prauis conjecturis defensi et explicati. Principes interfectorum principum ultores, non tantum illorum bonore, sed vel in primis munimento ad praesens fibi, in posterum ulioni. Alienis locis bellum gerere. Sallustius defensus et illustratus. Rursum ter de libris antiquis correctus Liuius.*

*Montes in fluuum fidentes. Prisciā lapsus. Nata ad infidias, ad equestrēm pugnam loca. Viri nati militiae. Prohibitibus alibi corrigi Liuius. Iniquum suum tempus. Denudabis idem partim illustratus, partim emaculatus. Ambiguitas orationis ex conicurrentibus diverso sensu et constructione iisdem casibus non vitiata antiquis. Valerii Flacci vetus lectio servata. Iustinus emendatus. Fides sacramenti. Iterum restitutus Iustinus. Iuris sodalicii sacramento necti.*

**S**aepe obseruatum est a viris doctis, *suos, meos, nostros, deos, loca, tempora, pro secundis et fauentibus incepto nostro; communes, aequos, pro ambiguis, quibus aut pars vtraque aut neutra fudit; alienos, pro aduersis et qui malo damnoque sint, Latinis dici.* Ouidius lib. 15. met. vbi Iuppiter ad Venerem: (v. 821.)

*Nos in bella suos fortissimus ultor habebit.*

Tibullus lib. 3. Eleg. 3. (v. 27.)

*At si pro dulci reditu quaecumque vountur,  
Audiat auersa non meus aure deus.*

Cicero pro Quinctio: (c. 7.) utebatur populo sane sibi. Philostratus ἡρωικ extremo: νῦν μὲν ἐπὶ τὴν γαῖαν χαίρων θεοί, πάντας ἔχων, ὅποσα ὁ κῆπος φέρει· καὶ μὲν τὸ πνεῦμα ὑμέτερον πλεῖς ξένε· Seneca epist. 95. Sic secundo vento utere, sic aduerso resiste, sic dubium communemque tibi vindica. Auctor Ciris:

*Nunc tremere instantis belli certamina dicit,  
Communemque timere deum.*

Ad Messalam: *Communem belli nec timuisse deum.* Sic passim Ciceroni et Liui communis Mars belli. Tacitus 1. Annal. (c. 68.) *non hic sanguis, nec paludes, sed aequis locis aequos deos.* Iis locis, vbi neutra pars habet aliquid iniqui, omnia caetera aequalia, parem fortunam, parem aleam, et reliquum virtutis certamen. Inde lib. 16. Annal. 133. *Exutusque omnibus fortunis et in exilium actus, aequitate deum erga bona malaque documenta.* Velleim hic temperasset stylo Cornelius, aut excusandi sui copiam nobis reliquisset. Euidens est enim, non hunc esse sensum, ut dicat dedisse deos per bonitatem suam tam bona quam mala exempla, ut volunt viri docti: sed perinde est ac si dixisset, aequis diis erga bona malaque documenta, hoc est, utraque sine animaduersione, sine praemio poenaue merita praetermittentibus. Hoc enim erat, in quo maxime illi prouidentiam culpabant. [Eadem querela Danaes Leontii Epicureae filiae, quae cum ab Laodice condeinnata ad praecipitum duceretur, aiebat, ὡς δικαίως οἱ πολλοὶ καταφρονῦσι τῷ θεῖῳ ὅτε ἐγὼ τὸν γενόμενόν μοι ἀνδρεῖ σώσασσα τοσάντην χάριτας παρὰ τῷ δαιμονίῳ λαμβάνω. Λαοδίκη δὲ τὸν ἄνδρα ἀποκτενάσσασα τηλικάντης τιμῆς αἰξίστη: apud Athenaeum lib. 13.] Valerius Flaccus lib. 4. (v. 1.)

*Atque ea non oculis diuum pater amplius aequiss  
Sustinuit.*

Cominouebatur enim, nec in promiscuo erat illi, quid fieret: secus atque de suis diis Tacitus. Malum fuerat documentum Egnatii, qui patronum prodiderat, et scelere fruebatur: bonum Asclepiodoti Cassii, qui labentem amicum non deseruerat, et bonis publicatis in exilium pellebatur. More igitur pagano coelum vituperat, et crimen accusat fati. *Aequitate deum, est per aequitatem,* per-

per patientiam deorum, immotis diis, neque ad prae-  
mium aut poenam flexis. Usus sexti casus sat frequens  
eleganter locutis, ad quem tamen hodie docti viri com-  
pluries offensi sunt. Caesar lib. 7. de Gallie: (c. 17, 3.)  
*summa difficultate rei frumentariae affecto exercitu tenui-  
tate Boiorum, indiligentia Aeduorum, incendiis aedificio-  
rum.* Hoc est, per vel propter tenacitatem, indiligen-  
tiam, incendia. Lib. 3. de ciuili cap. 49. *vti autem ipsos  
valetudine non bona, cum angustiis loci et odore tetro ex  
multitudine cadauerum, et quotidianis laboribus insuetos  
operum, tum aquae summa inopia.* Nam quod vulgo ad-  
ditur, *adfectos*, pro quo scriptus codex *adficaret*, recte  
excludendum iudicant Ciacconius et Scaliger. Cicero  
lib. 2. Tuscul. quaest. c. 1. *vt si quis eam, quam nos ma-  
xime sequimur, conetur inuadere, magna habere posse  
auxilia reliquorum philosophorum disciplinis.* Turnebus  
vnius absentiam praepositionis desiderio sui sententiam per-  
dere ait, scribendumque: *auxilia a reliquorum*, lib. 2.  
Adv. c. 8. quod inuitis, vt non diffidentur, omnibus scri-  
ptis Lambinus et Gruterus fecuti. Tale erat lib. 1. de  
nat. deorum: (c. 1.) *quid est enim temeritate fortius?*  
de quo alibi egimus. Liuius lib. 7. cap. II. *fuga Tibur,*  
*sicut arcem belli Gallici, petunt.* Sic enim scripti et edd.  
vett. vbi Sigonius ex suspicione sua, *fugati.* Lib. 9.  
cap. 38. *Vnde, nocturna Samnitium fuga sine certamine  
receptis Fregellis, praefatioque valido imposito, in Campan-  
iam redditum.* Et sic MSS. Andreanae, Beccharii, Mo-  
guntina. In Aldina video temere mutatum, *post noctur-  
nam Samnitium fugam:* quod dein, Basileenses, Gry-  
phianae et omnes perperam receperunt. Lib. 35. cap. 15.  
*Antiocho quam similem daret sedem, ut procul ab se hono-  
re cum quoque ablegaret, non habuisset.* Sic olim: at  
Gelenius: lego, inquit, *per honorem:* Sigonius vero, cum  
posuisset in verbis allegatis, *ab se honorem, perspicue,*  
inquit, legendum est, *per honorem:* quod dein passim  
receptum, quasi veteris lectionis non idem sensus esset.

En ipsam apud Tacitum lib. 1. Historiarum cap. 44. *Plures quam centum viginti libellos praemia exposcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius postea inuenit: omnesque conquiri et interfici iussit, non honore Galbae, sed tradito principibus more, munimentum ad praesens, in posterum vltionem.* Vbi nemo mouit, quamquam in postremis horum satis laboriosorum. Muretus et Acidalius transponunt: *vltionem ad praesens, in posterum munimentum: vel, munimentum in posterum, ad praesens vltionem, vel, vltioni.* Lipsius: *tradita principibus more munimentum ad praesens, in posterum vltione.* Pichena vulgatum tentat explicare, vt sit, tradito more ad munimentum praesens et ad vltionem in posterum: et vox, *vltionem*, pendeat a praepositione *ad* praecedenti: (sed hoc refutat illud lib. 4. Histor. (c. 17.) *Clara ea victoria in praesens, in posterum v/si.*) Vel, vt *munimentum* quarto casu accipiatur pendeatque a voce *omnes*. Sed enim illa, *munimentum ad praesens, in posterum vltionem*, respondent non vni vocabulo, sed pro vno vocabulo toti orationi *omnes conquiri et interfici iussit:* quasi esset: mandauit eam conquisitionem et supplicia, non quod Galbae honorem haberet, sed veteri Principum more, quod hoc sibi putaret in praesens munimento ac securitati esse, et vt in futurum daret documentum vltionis alii principi. si quid sibi, vt Galbae, contigisset: tanquam rem, qua in praesens res suas firmaret, sublatis iis, qui sanguine Principis imbutas manus iactarent; in posterum ostenderet cuicunque successuro, principis cuiuscumque caedem impune esse nemini debere, et per hoc ipse, si quid sibi accidisset, vltionis solatium acciperet. Quod enim alii feceris, id te ipsum exspectare par est. Epexegesis autem illa, qua vocabulum vel potius sensus integer integro sensui pro vocabulo adhaeret, satis obvia apud Tacitum lib. 2. Annal. (c. 64.) *Enimvero audita mutatione Principis, immittere latronum globos, excindere castella, causas bello. Vides τὰς causas bello, non vocibus solis*

solis globos et castella, sed infinitius orationibus totis apponi: ideo enim illa faciebat, ut essent causae bello. Lib. 16. (c. 17.) de Mela: *Idem Annaeum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis.* Non *Lucanus* tantum vocatur claritudinis adiumentum, sed ipsum genuisse tam clarum virum. In Germania: (c. 16.) *Vicos locant, non in nostrum morem connexis et cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive aduersus ignis casus remedium, sive inscitia aedicandi.* Non *vicos*, non *domum*, dicit *remedium*, sed *vicos* ita ponere, seu vacuo domos circumdare. Et intellexit hoc quoque Acdalius. Porro ex eo, quod coeptum est, lucem capiet Sallustius in Iugurtha cap. 54. *Quae negotia multo magis quam praelium male pugnatum ab suis regem terrebant. quippe cuius spes omnis in fuga sita erat, sequi cogebatur, et qui sua loca defendere nequierat, in alienis bellum gerere.* Glareanus fatetur se nescire, quomodo exponendum sit *rō alienis*, nisi pro alienatis. Vir alias doctus magnifice praefatur et fugillatis alijs nihil ipse tamen adfert noni aut veri: nempe dum propria loca defendere non posset, in iis nunc, quae ab eo defecerant, et in Metelli potestatem venerant, bellum gerere Iugurtham cogi. Atqui hoc ipsum voluit Glareanus suo *alienatis*. Ciacconius coniicit: *qui suis locis se defendere.* Nihil corrigendum, et sententia haec est. Metellus rationem belli mutabat, non infectando Iugurtham, sed agros vastando, castella et oppida capiendo, puberes interficendo, omnia in praedam militum vertendo. Ea re, ut suis esset subsidio, Iugurtha coactus aggredi et sequi Metellum, et qui loca sibi commoda potioraque et secundaueri ac contra Romanos ibi consistere nequierat, in iis, quae optassent ante, et vbi ex commodo suo agitabant Romani, fortunam tentare. Paullo ante pugnam ipso Iugurtha ad milites: (c. 49.) *omnia sui prouisa, locum superiorem.* Item Sallustius: (c. 52.) *Metello virtus militum erat, locus aduersus: Iugurthae omnia praeceps.*

*tes opportuna.* Infra: (c. 55.) *in aduerso loco vicit or tam  
en virtute fuisse.* Atque ideo non omnino male ille:  
*in alienis,* id est, non a se delectis ad pugnam: (quam-  
quam in deligendo potest errari) quod non intelligere se-  
ait bonus Glareanus. Caesar lib. 1. de Gallico: (c. 15, 2.)  
*qui cupidius nouissimum agmen insecuri, alieno loco cum  
equitatu Heluetiorum praelium committunt, et pauci de  
nostris cadunt.* Hinc etiam Liuio saluti erimus lib. 9.  
cap. 19. *Absit inuidia vero, et ciuilia bella sileant: num-  
quam ab equite hoste, numquam a pedite, numquam aper-  
ta acie, numquam aequis utique, numquam iniquis locis  
laborauimus.* Itane? numquam *iniquis locis?* Quid ergo  
factum ad Furculas Caudinas? de quibus in epitome:  
*Apud Caudinas Furcas deducto in locum iniquum exercitu:*  
et apud Gellium lib. 12. c. vlt. *in locis iniquis apud Cau-  
dium a Samnitibus circumuallati.* Quid ad Thrasume-  
num lacum? de quo Liuius lib. 22. cap. 4. *Et iam per-  
venerant ad loca insidiis nata, ubi maxime montes Corto-  
nenses Thrasimenus subit.* Put. et quicquid est scripto-  
rum: *in Thrasymenum, vel in Thrasimenum:* Qui tan-  
tus consensus cum temere non exstiterit, nihil tamen pro-  
prius video quam: *ubi maxime montes Cortonenses in  
Thrasimenum sidunt.* Quidam etiam libri *subeunt.* Lo-  
cutione est electa et elegans. *Sidere* proprie dicuntur mon-  
tes vel alta, quae complanantur, sublabuntur, dehiscent.  
Cicero in Pisonem: (c. 33.) *si montes resedissent, amnes  
exaruisserent.* A quo sumvit Plinius in Panegyrico: (c.  
16, 5.) *subsedisse montes, flumina exaruisse.* Paullulum  
mutata notione Liuius dicit *sidere* montes, ubi deficiunt,  
in planum desinunt, immo in alueum fluminis, vt ostendat  
ipsos montes in flumen declinare. Lucanus lib. 9.  
(v. 306.)

*Nam neque subsedit penitus, quo stagna profundi  
Acciperet, nec sc defendit ab aequore tellus.*

Hoc

Hoc proximum Liuio, subsedisse ait terram eosque excauatain ac demissam, ut profundum acciperet. Curtius lib. 9. (c. 9, 19.) *Dispersa classis partim praeculta aqua stabat, qua subfederant valles, partim in vado baerabat.* Statius lib. 10. Thebaid. (v. 137.) *Languida de scopulis sidunt freta.* quae detumescunt et subtrahuntur. Idem epicedio in patrem de Capitolio incenso: *vix dum rogor ille deorum Siderat.* Ita MS. membranaceus Salisburgeensis, et prima editio, Venetiis accurata anno supra millesimum quadringentesimo quinto et septuagesimo, quam Florentiae in D. Marci bibliotheca adseruatam vidi-  
mus, nec non Romana Domitii: non *Sederat*, vt vulgo. Tacitus annali 1. (c. 30.) *quia praesentia satis considerant.* Quorum non meminerat Priscianus, quum ab eo, quod est *fido*, praeteritum se non inuenisse scriberet. Quod hic *sidere* Liuus, id Ammianus lib. 22. *mollis deuxitate subduci.* Neque incommodius *sidere* montes dicuntur, qui in amnis alueum desinunt, quam *recedere, reduci, retrabi, reuocari*, qui siue natura siue manufactuin intra se planum admittunt, de quibus ad Surrentinum Pollij. Quid etiam factum ad Cannas? de quibus rursus noster hoc libro cap. 44. *Hannibal spem nactus loci ad equestrem pugnam, qua parte virium inuictus erat, facturus copiam pugnandi Consulibus, dirigit aciem.* Lipsius in veteri suo inuenit: *facturos copiam pugnandi Consules:* itaque amplius de coniectura scribit, *loco*, lib. 2. epist. q. 1. Iuuit in parte: neque aliter omnes nostri: sed totum non potuit: solus enim Put. hic integer: *spem nactus locis natu-  
ris ad ubi vocem, natus, quod non intelligerent librarii, repetitam exinanctus putauerunt, eoque omiserunt.* At una virgula deleta veritas est: *Hannibal spem nactus locis natu-  
ris ad equestrem pugnam, qua parte virium inuictus erat, facturos copiam pugnandi Consules, dirigit aciem.* Et hoc pulchrum: *loca nata ad equestrem pugnam, ut ante, loca insidiosi nata,* Polybio lib. 3. οὐδὲ ὑπερβολὴν εὑροῦ πρὸς ἐπιθεσιν. Hoc ipso libro: *ager prima specie ini-  
mit-*

*inutilis insidiatori, recipsa natus tegendis insidiis.* Est inter delicias Liuui. Lib. 5. (c. 54.) *regionum Italiae medium, ad incrementum urbis natum unice locum.* Lib. 10. cap. 22. *esse praeterea viros natos militiae, factis magnos, ad verborum linguaeque certamina rudes.* Vbi Sigonius: *Vet. lib. gnaros militiae.* Vere: nam sequitur *rudes*, et supra, *gnaros Oscas linguae.* Liber ille vetus quanti sit, saepe docuimus: Sigonio ignoscimus. Lib. 24. *gens nata instaurandis reparandisque bellis.* Lib. 29. (c. 19.) *Ante omnes Q. Fabius natum cum ad corrumpendam disciplinam militarem arguere.* Lib. 39. (c. 1.) *Is hostis velut natus ad continendam per interualla magnorum bellorum Romanis militarem disciplinam erat.* Quid toties alibi in minoris negotii praeliis? Falsa igitur et intolerabilis haec iactantia. Fidem facit, quod in Cuiaciano et Fuluii Claudius Puteanus, in membranaceo Thuanaeo nos inuenimus: *numquam acquis, utique numquam nostris locis laborauimus.* Quibus nempe Sallustius opponit *alena.* At suum tempus eidem lib. 4. (c. 7.) *si Ardeates sua tempora exspectare velint.* Lib. 42. (c. 43.) *et suo maxime tempore atque alieno hostibus incipere bellum posset.* Vbi nec male foret, *hostium.* Varro lib. 3. de re rustica cap. 5. *ne reliqui si viderint, despondeant animum, atque alieno tempore venditoris moriantur.* Eidem cap. 16. *tum eos et velle exspectare, ut suo potius tempore mercatorem admitterent, quam celerius alieno.* Rursum Liuius dicto libro: (c. 55.) *si vexatis hominibus equisque et loco suo et tempore obstitisset rex.* Hoc voluerunt applicare lib. 2. cap. 23. *tributum iniquo suo tempore imperatum, aes alienum fecisse.* Sigonius e libro refert, *iniquum suo: inde suspicatur iniquissimo.* Nannius e Buslidiano: *iniquo non suo: inde iniquum ac non suo tempore.* Schegkius denique vel Cloccius apud illum: *iniquo et non suo tempore:* Atqui non iam isto modo accipit τὸ σιγὸν Liuius: igitur et *iniquo quamvis suo.* Cicero lib. 1. ad Atticum. (ep. 1.) *ne contra amici summam existimationem miserrimo eius tem-*

*tempore venirem.* Curtius lib. 7. (cap. 7, 10.) *Discri-*  
*men me occupauit meliore hostium quam meo tempore.*  
 Constat igitur sententia: sed verba vicina optime concipi  
 puto in MS. Pal. *quia propter populationes agri non fru-*  
*etu modo caruerit, sed villa incensa fuerit, direpta*  
*omnia, pecora abacta, tributo iniquo suo tempore*  
*imperato aes alienum fecisse.* Nescio quomodo sic ali-  
 quid virium accedit orationi: cum ista facta fuissent, im-  
 perato etiam tributo tempore suo tam iniquo, eo praeci-  
 pue se ad foeneratorem missum. Offensi sunt librarii,  
 qui mutarunt; ambiguitate sermonis ex iteratione eorum-  
 dem casuum: sed veteres, qui intentos et doctos lecto-  
 res volunt, ab istis legem accipere detrectant. Noster  
 in primis lib. 6. (c. 39.) *quippe qui etiam omen plebeio*  
*Consuli, Magistro equitum ex plebe dicendo, dederit.* lib.  
 10. (c. 38.) *ibi ex vetere libro linteo sacrificatum, sacer-*  
*dote Opio Paccio quodam, homine magno natu.* Lib. 22. (c. 24.)  
*tertiam partem frumentatum duabus in castris retentis*  
*dimisit.* Lib. 24. (c. 43.) *QuaeSTOREM eum proximo an-*  
*no ademto equo tribu mouerant.* Lib. 32. (c. 18.) *procul a*  
*mari et in euastatis belli cladibus locis.* Lib. 25. (c. 13.)  
*militarem ordinem immisit agrestibus iis ex terris subla-*  
*tum.* Id tamen nocuit et Liuius lib. 35. cap. 36. Nec  
 mouisset se quisquam, si extemplo positis armis vocata in  
 concionem multitudi fuisse, et oratio habita temporis con-  
 veniens. Frequentes inde retenti in armis Aetoli, sine in-  
 iuria cuiusquam. Barberinus et Petauianus MSS. frequen-  
 tis inde retenti in armis Aetolis. Volunt cohaerere haec  
 verba cum praecedentibus, scribique: *et oratio habita tem-*  
*pori conueniens, frequentibus inde retentis in armis Aeto-*  
*lis sine iniuria cuiusquam.* De isto genere mendi, fre-  
 quentis pro frequentibus, diximus ad lib. 21. cap. 40.  
 Difficultas de positis armis et frequentibus retentis in ar-  
 mis Aetolis ita dissoluenda est. Ait Liuius, præterquam  
 quod satellites tyranni metu alii dilaberentur, alii otiose  
 ad cadauer resistarent, ab nemine alio futurum fuisse v-

lum motum, si Alexamenus extemplo sedate et tranquille urbem ingressus pace venire se et pacem libertatemque adferre publice pronuntiasset, ciuiuinque animos ad componendum reipublicae statum erexisset; tum frequentes ad signa tenuisset Aetolos, ne vagarentur, urbemque ut captam persultarent, ac praedae ducerent. Quod quia neglectum est et ipse strictis telis arcem inuasit, dum scrutandis tyranni thesauris desidet, milites in civitate fortunae suae incerta sine disciplina, sine more, omnia iniuriae atque hostium ritu agere permittens, seditionem, quae ob caesum Nabidein nulla fuerat, inconsiderantia sua et rapacitate in suam sociorumque perniciem proritavit. Tyrannus autem interfectores suos, scelere datam beneficium Spartanis scelere nouo abolentes, et tyrannidem, quam destruxerant, usurpantes immolantibus ipsis, quos in speciem liberauerant, manibus suis inferias acceptit. Valerius Flaccus lib. I. (v. 338.)

*cum signiferum cratera' minantem  
Non leuiore Pholum manus hacc compescuit auro.*

Vbi male Aldus, *signifero cratera:* idque nolle pari offensum scrapulo probasse Zinzerliagum. Inuoluunt, inquit, lectorein tot sexti casus. (Cur sexti? sed hoc exciderit.) Non eruditum, qualis ipse erat, et cui scripsit Poëta. Neque aliunde vitium in Iustino lib. 14. cap. 1. *quod nemo inuentus esset, qui spem cruenti praemii fides sacramenti anteponere.* Haec vera lectio est MSS. codicum. Qui dum speraret ab hoste praemium, mallet sanguine ducis se cruentare, quam fidem illi iuratam seruare. In contrarium Nero moribundus: *Haec est fides?* Dicitur autem *fides sacramenti*, vt *religio sacramenti*, *religio iurisiurandi*. Caesar 3. de civili: (c. 28, 4.) *qui omnes ad eum perdysti contra religionem iurisiurandi in eius conspectu crudelissime interficiuntur.* Liuius lib. 28. (c. 27.) *qui imperium auspiciumque abnuisti, sacramenti religionem rupisti.* Iustino lib. 35. (c. 2.) *prioris sacramenti religione rcli-*

*religionem nouis regis superbiae praferentes.* Potuissent dicere fidem. Cicero 3. de Officiis: (c. 29.) *Est autem ius etiam bellicum fidesque iurisiurandi saepe cum hoste servanda.* At inuerterunt vulgo non belle: *fidei sacramento.* Quae Patrum Christianorum longe alio sensu phrasis. Tertullianus de Patientia: *Dilectio summum fidei sacramentum.* Aliter rursus apud Iustinum lib. 20. cap. 5. *Sed trecenti ex iuuenibus cum sodalicii iure sacramento quodam nisci separatam a caeteris ciuibus vitam exercerent, quasi coetum clandestinae coniurationis haberent, ciuitatem in se conuerterunt.* Inspice Varias Bongarfii, et di-  
sees in MSS. fuisse: *sodalicii iuris sacramento:* et sic edi quoque debuisse memineris. *Sacramentum iuris sodalicii.* est formula seu pactio, in quam se obligant sodales vel collegati. Facit enim potestatem lex sodalibus pactio-  
nem sibi, quam velint, ferendi, dum ne quid ex publica lege corrumpant, L. 4. D. de collegiis et corporibus:  
*Pacta inter se componere* vocat lex vs. Cod. de monopo-  
liis. Sic de Christianis ad Traianum refert Plinius eos  
*se sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furtæ, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent,* lib. 10. epist.  
97. Non enim proprie iureiurando se adigebant, sed de lege Dei admoniti quisque et sibi et Ecclesiae, mansuros in hac vitae regula recipiebant. Pythagorae quoque discipuli, νέμεται παρεῖ δεύτερον δεξιάμενοι καὶ προσάγματα, ὡραὶ θεῖαι ὑποδήμας, ἦν ἐκτὸς οὐδὲν ἐπραττόν, πα-  
ρέμεναι ὁμοθύγατες, ut ait Iamblichus, et alibi, πρὸ τῷ τι παρεβῆναι τῶν ὁμοθύγατων ὑπὸ αὐτῷ ἡρεύτο ἀποθα-  
νεῖν. Hoc erat illud *sodalicii iuris sacramentum;* illud vinculum quo continebatur societas illorum, qui coie-  
rant. *Nexi sacramento iuris sodalicii* dicuntur, qui sub-  
sertis legibus pactisque coierunt, collegium instituerunt.





## C A P V T . X V I I I

Silio decies partim e libris vest. partim ex ingenio sanitas reddit. Idem illustratus. Catalecta Virgiliana correcta. Catamitus. Chremetes Libyaefluuius. Nomina fictorum du-  
cum vel militum apud Poëtas a fluuiis gentilibus accepta. Iberus Saguntinus. Umbrare, umbratus, umbra de capillis, barba, iuba. Valerio Flacco et Martiali veterum librorum scriptura adserta. It sensus per pectora. Stat ratis fixa  
vadis. Vides, cernis dexterū pronuntiata. Quidq[ue] bis tentatus. Domitiani luxus in Capitolio inaurando. Scriptus auro Iuppiter. Martialis explicatus. Capitolii Tutelarii. Plinius emaculatus. Dii Tutelares. Geticus Boreas. Undae seu Nymphae filiae et ministrae fluuiorum. Laxare campum ferro et per iniqua ruere. Murmur extremum ferro morientium. Ferri equo resupina proiectum membra.

**S**ilicus Italicus lib. 1. Punicorum in obsidione Sagunti versu 414.

Tum frontem Chremes intonsam vibrante capillo Septus, et horrentes effingens crine galeros.

MSS. Colonensis et Oxoniensis *umbrante*, quod ex illo protulit Carrio lib. 2. emend. c. II. Laudet, inquit Dausqueius, qui versum periisse volet. Scilicet quoniam Χρέμης Graeci, et Horatius: (epod. 1, 33.) *Quod aut, auarus ut Chremes, terra premam.* Atqui longe facilius hoc foret excusat: Χρέμης ut Φηρυτιάδης ὁ Φέργος et Μηθώνη apud Homerum: quam posteriorem natura longam coripi, quo iam dudum periit vulgatum. Quis enim hoc ausus est Latinis? Nemo quod meminerim ante Ausionum. Nam quod dant e Virgilianis appendicibus: *Aut tradat Ganymedes ipse nectar:* corruptum est, et nos ipsi in membranis Petauanis legimus: *Aut tradat Catamitus ipse nectar.* Etsi non sit hoc illius sanctioris aei. Sed tamen nomen pure Graecum male conuenit Poeno. Censemus scripsisse Poëtam: *frontem Chremes intonsam umbrante capillo.* Est enim Chremetes fluuius Libyae inter

inter maximos, in Oceanum se exonerans, teste Aristotele lib. 1. de meteor. c. 13. Ομοίως δὲ καὶ περὶ τὴν Διβύην οἱ μὲν ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν ὄρῶν, ὅτε Αἰγαὶ ὡς οὐδέ μέγιστοι τῶν διωνομασμένων, ὅτε Χρεμέτης καλέμενος, ὃς εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ Θάλατταν, καὶ τὸ Νείλος τὸ ἐβῦμα τὸ πρῶτον ἐκ τῆς Αργύρες καλεμένος ὄρος. Et solet a fluuiis mutuari nomina ducibus aut militibus popularibus eorum Silius, vt et alii Poëtae. Sic statim *Bagradam* appellat a notissimo amne, ad quem cum dracone pugnauit M. Atilius: (v. 418.)

*Flumineaque urna coelatus Bagrada parmam.*

Quo etiam nomine vtitur lib. 7. (v. 663.) Nec longe (v. 449.) flauum *Galeum* habes inter Saguntinos, quo rūm complura Italica aut Graeca nomina facit, quippe vtriusque gentis colonorum. Sic paullo ante *Iberum Hispanum* Hannibali militante introduxit et a Murrho Saguntino fecit occidi, Ibero fluuiο cognominem. Cum quo valde imprudenter illum confudit vir doctus lib. 7. Aduersar. c. 15. ad versum 480.

*foedera, faxo,  
Iam noscas, quid vana queant, et vester Iberus.*

„Quomodo *vester*, inquit, qui ab iis contemnebatur? „Aī Iberum dicit modo a Murrho in pugna occisum, qui „ei tantos animos faciebat, vt Hannibalem prouocare auderet? Ironia est acris et militaris. *Vester*, quem ad urbem vestram concidi posse animo speratis., Sic ille αἴφαιμαστοεπῆς, et viri quidem ac nationis memor, sed quod huc pertinebat, fluminis Iberi oblitus. Hunc quia cum exercitu transire vetiti pacto erant Carthaginenses, alloquens Saguntinos, dicit, *Vestrum*, quasi Sagunti propugnatorem, Saguntinis coniuratum: quippe stante iure foederis ille vim Poeñorum moenibus eorum arcuerat, Lib. 16. inter eos, qui cursu certant ludis Scipionis, *Sicaris*, quod et fluminis in Hispania nomen est:

*Tum*

*Tum Lamus et Sicoris, proles bellacis Ilerdac.*

Sic lib. 8. (v. 401.) *Fibrenum inducit. At frontem umbrante capillo selectum loquendi genus, neque insolens Poëtarum lectioni adsuetis.* Silius noster lib. 5. (v. 440.) *et crinibus aemula barba Vmbrabat rictus.* Valerius Flaccus lib. 3. v. 525. *tenui vagus innata umbra Crinis.* Quam scripti codicis lectionem iniuria respuit Zinzerlingus, falsus et eo, quod constanter omnes habere ait editiones *vnda.* Certe Pius legit *umbra*, explicatque, licet male, subtili *umbella*, reticulo, redimiculo. Addit esse, qui legant, *innata vnda:* sed repugnare priscos codices. Etiam Gryphiana, *umbra*, neque secus, nisi fallor, Aldina. Statius: (Theb. 4, 336.) *Dum roseis venit umbra genis.* Claudianus de nuptiis Honorii et Mariae: (v. 266.)

*Quam iuncto leuiter sese discrimine confert  
Vmbra supercilii.*

Sic legendum est apud Martialem lib. 8. ep. 55. (v. 9.) omnibus melioribus libris:

*O quantum per colla decus, quem sparsit honorem  
Aurea lunatae, cum stetit, umbra iubae.*

Nollein dubitare de hac scriptura Gruterum: qui ergo disputari contra eam a viro doctissimo? *Vndam* pro splendore nemo Latinorum dixit. De subole illa vndantium crinium posset explicari. Sed ista optima et probiorum codicum lectio est. Sic quamquam de alio iubarum genere Claudianus de consulatu Olybrii et Probinii: (v. 92.)

*galeaque minaci  
Flava cruentarum praetenditur umbra iubarum.*

Chrematam Acarnaneim Polybius appellat in Excerptis lib. 31. ὄμοιως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ακαρναῖον Χρέματα γεγόνοτος ἐκποδῶν. Erit enim idem nomen *Chrematas* et *Chrem-*  
*metes,*

*metes, ut μέγαδος μέγεδος, Achillas Achilles, de quibus supra.* Etiam in fluuii nomine terminatio Graeca est, et si ipsum sit haud dubie Libycum. Sic Ανιβάς, Αργέβας faciunt. Errat et Silianus interpres, qui hinc argumentatur falli eos, qui *galerum* putant esse πνιγεῖν seu comam adsumam, cum hic e nativo crine dicatur *galerus*. Non enim crinis dicitur *galerus*, sed *effingere galerus*. Lib. 2. versu 521.

*Insuperatus adest vigor, interiusque recursat  
Dulcis bonds diuae, et sacrum pro virgine letum.  
Et tacitus fessis per ouantia pectora sensus  
Vel leto grauiora pati.*

Scribe: *It tacitus.* Ut lib. 3. (v. 215.) *It membris gelidus sudor.* Lib. 12. (v. 244.) *niveosque per artus It Stygius color.* Lib. 3. versu 56. scribe:

*Mox remeat gurges, tractoque relabitur aestu:  
Stat ratis erepto campis deserta profundo,  
Et fusi transfris exspectant acquora nautae.*

Vulgo: *Ac ratis:* arena fine calce. Eodem libro versu 522. scribendum est, quidquid tumultuetur interpres:

*Illa etiam, qua prisca (vides) stat regia nobis,  
Aurea Tarpeia ponet Capitolia rape.*

Vulgo: *qua prisca Fides stat regia.* quod nollein et eleganti Rycquoio placuisse. Quasi νεαρ' ἔξοχη nulla alia redescrivi Capitolium mereatur, quam priscae Fidei regiae vicinitate. Miror suavitatem sermonis: *qua prisca Fides stat regia:* id est, prope templum Fidei a Numa aedificatum. Vnde scitur autem Fidei fanum nec in illa Tarquinii, quo inaugurate omnes dii praeter Iuuentatem et Terminum Ioui cesserunt, nec in altera Catuli structura sub eodem tecto fuisse? Lectio Modii, non ipsius (et sic tamen bona nafuin habentibus foret) sed Colonensis et Oxoniensis scriptorum, sensu decentissimo et more Poëtarum.

tarum. Dicuntur haec ab Ioue ~~deinrīmōs~~. Ille etiam Domitianus Tarpeia rupe, qua prisca nobis, vides en, regia stat, ponet aureum Capitolium. Sic Virgilius: (Aen. 6, 760.)

*Ille, vides, pura, iuuenis, qui nititur hasta.*

Et siue idem siue nescio quis in Citi:

*Ille, vides, nostris qui moenibus adfident, hostis.*

Ouidius lib. 7. metain. (v. 756.)

*Dat simul et iaculum, manibus quod, cernis, habemus.*

Haec e scripto codice est, quam veram lectionem putamus; et ita fuisse in nostro videtur: vbi vox ultima erafa est, rescriptuunque *babere*. Nam vitiarunt hunc quoque locum, quod positus *rē cernis*, mirus hominibus videretur, alii, *manibus quod cernis babere*; alii, *baberi*, alii, *quod nos, ut cernis, habemus*. Vifum est vtique illis verbum abrupte positum. Lib. 2. Fastorum v. 452.

*Nec mora, profluit: pisces subiere gemelli:*

*Pro quo nunc, cernis, sidera nomen habent.*

Et hic diuerse in codicibus: nam pro *cernis*, alii *dignum*: sed hoc nihil moror: at pro *nomen* quidam *munus*: quod si non ipsum Ouidii, non profecto ineptum est:

*Pro quo nunc, cernis, sidera munus habent.*

Silius lib. 4. *Caede, vides, stagna alta madent.* Nota sunt verba Plutarchi in Poplicola, vbi solum *τὸ τῆς χερσάρων αὐαλῶμα* in Capitolio Domitiani fuisse ait milles octingenties octogies. Atque haec insania ex illis tamen fuit, quae maxime teterimi principis memoriam conseruarunt: ita ceu magnificentiam extulerunt scriptores, et maxime Poëtae. Vnde nec tot annis post Ausoniu puduit hinc describere, *aurea qui statuit Capitoli cul-*

*culmina.* Neque aliunde interpretandum putem Martialem lib. II. epigr. 4.

*Sacra Laresque Pbrygum, quos Troiae maluit baeres  
Quam rapere arsuras Laomedontis opes;  
Scriptus et aeterno nunc primum Iuppiter auro;  
Et soror et summi filia tota patris.*

Ingeniosi fuerunt docti viri, ut simplicissimam et aper-tissimam sententiam nullo profectu repudiarent. Lipsius ad inscriptionem refert: nunc statua Iouis erit aeterna, quia Caesaris nomine inscripta: ut solebant, qui dede-rant aut collocauerant, sua nomina inscribere: nam quod Domitiano adulari Poëtam ait, *μνημονικὸν αρμάτηνα* est, eum epigramma omne sit votum pro Nerua Traiano, ut inscriptio habet. At Rycquius, cuius hic erat campus, obseruat nobis hinc, primum Traianum e solido auro Ie-vem, Iunonem, Mineruam, in Capitolio posuisse: quod profecto a frugalitate principis illius alienissimum est: neque vlo modo significat Martialis, nisi in lectione in-epita: *Scriptus es;* quam olim abegerunt Iunius et Gruterus. Forte etiam *sculptus*, legendum ait. Immo ini-nime: nam *scriptus auro* Statio est peraratus auro, ut illic diximus, et sanis persuasimus. *Nunc primum* non est accipiendo stricte, quasi non possit, nisi ad Traianum referri: ut cum Manilius: *in luxum ventri iam longius itur, Quam modo militiae.* Liuius lib. 5. (c. 52.) in ora-tione Camilli, ne post dirutam incensamque urbem Veios migrarent: *Modo quae res post prodigium Albani lacus, nisi instauratio sacerorum auspiciorumque renouatio, affetae Veienti bello reipublicae remedio fuit?* Idem lib. 9. (c. 17.) sicut *Magnum modo Pompeium.* Lib. 22. (c. 14.) *Modo Consuli Lutatio quae alia res, quam celeritas, victori-am dedit?* hoc est, ante 25 annos. Florus lib. I. c. II. *Idem tunc Faesulae, quod Carrae nuper.* Et tu, Iuppiter, inquit, qui nunc primum post incomparabilem illam pro-

ximam, certe priores Capitolii aedificatores infinitis modis superantem, magnificentiam aeterno auro cultus et ornatus es, et vos Iuno Mineruaque. Et has pretiosas statuas et aliam infinitam virgini auri fuisse in Capitolio certum est: nec tamen *Tutelae Capitolii redemptores*, quos necessarium fuit huiusmodi thesauros ab iniuria defendendis custodes apponi, vti visum Rycquio; sed genus publicanorum, qui ipsius aedificii membrorumunque eius sarta tecta tuenda redeemerant ab Censoribus: quibus quia loca omnia patere necessum fuit, eoque et omnia illorum monumenta non modo exposita, sed et ipsa tuenda erant, de conseruandis iisdem haud dubie cauere illos oportuit; non tamen omne illorum munus finiri potest thesaurorum custodia. Locus Plinii, - quam aduocat Rycqui, est lib. 35. cap. 3. *M. Aufidius tutelae Capitolii redemptor, docuerit Patres, argenteos esse clypeos, qui pro aereis per aliquot iam lustra adsignabantur.* Cui addimus alterum lib. 34. cap. 7. *Aetas nostra vidit in Capitolio, priusquam id nouissime conflagraret a Vitellianis incensum, in cella Iunonis canem ex aere, vulnus suum lambentem: cuius eximium miraculum et indiscreta vero similitudo, non ex eo solum intelligitur, quod ibi dicatus fuerat, sed et noua satisfactione. nam summa nulla par videbatur: capitale tutelarios cauere pro eo publici instituti fuit.* hoc est, redemptores caput ac vitam velut pignori dare atque opponere, vt si vitiaretur vel amoueretur, non bonis, sed capite plecterentur. Sic tueri proprium in hac re. Cicero lib. 1. in Verr. (c. 50.) *Aedem Caistoris P. Iunius habuit tuendam L. Sulla Q. Metello Consulibus.* Liuius lib. 42. (c. 3.) *Censorem moribus regendas creatum, cui sarta tecta exigere sacris publicis et loca tuenda more maiorum traditum esset.* Plinius lib. 2. epist. 17. *Villa ubi bus capax, non sumtuosa tutela.* Dicti autem *Tutelarii* ab tutela, vt a mensa *mensarii*, ab ala *alarii*: nam *Tutelares* dicere noluit, quia hanc vocabuli terminationem rei augustiori dicauerant. In lapide prope Vlpiam Traianam:

ianam: MERCVRIO. ET. MINERVAE. DIS. TVELARR. S. Silius lib. 4. versu 244.

*Ceu gelidus Boreas totum cum sustulit imo  
Icarium fundo mare.*

Lege cum MS. Oxoniensi: *Ceu Geticus Boreas.* Res nota. Valerius Flaccus lib. 1. Borean inducit loquenter: (v. 598.)

*Pangaea quod ab arce nefas, ait, Aeole, vidi?*

Est erga hoc promontorium Thraciae. Silius lib. 1. (v. 695.) *Thracius hos Boreas scopulos.* Lib. 7. (v. 571.) *Odrysius Boreas.* Eodem libro versu 659.

*vndaeque ad bella parentes  
Excitae pugnant, et ripas perdidit amnis.*

Rectius Oxoniensis et editio Romana: *ad bella parentis.* Etiam Dausqueius: Sensu meliore: *Vndae parentis* sunt Eridani, non Trebiae: non quod ex Eridano Trebiā, sed quia fluiorum rex Eridanus. Euge, σοφῶς τε. Pando enim opus erat ad Scipionem debellandum. At utique pugna Trebiae est: non Padi, et suarum Vndarum Trebia pater est, vt et suarum, non harum, Padus. Sic ut Isimenus apud Statium contra Hippomedontem suarum auxilio insurgit. Sunt autem cuiusque fluii Vndae seu Nymphae filiae et ministrae. Lib. 5. a versu 206. aliquot sequentes et corrupti et loco moti sunt: non vacat singulis examinandis chartam perdere: si sapies, ita auctore Oxoniensi reconcinnabis:

*Exspectat caedes inimico pectore Iuno.*

*Primae Picentum, rupto ceu turbite fusa*

*Agnina et Hannibalem ruere ut vidore, cohortes,*

*Inuadunt vltro, et poenas pro morte futura*

*Turbato victore petunt; accensa iuuentus*

*Et, velut crepto metuendi libera caelo,*

*Manibus ipsa suis prae sumpta piacula mittens.  
Funditur unanimi nisi etc.*

Haec restitutio egregia est, nec vulgaris stomachi: quem nec de illa iudicare patiuntur. *Accensa iuuentus vtrī tō Martemque reposcunt, habet et codex Romanus.* Versum etiam subditiuū, *Inferias mactat bellis, omisit. caeterum non fuisse hic integra Barthii ex Oxoniensi excerpta apparet ex illis, quae notat lib. 5. Aduers. c. 15. Silius lib. 6. vers. 318.*

*Hic inter medios memorandis Regulus ausus  
Laxabat ferro, campoque pericla ruebat.*

Quid *laxabat ferro?* Placet, inquit Dausqueius, scriptura Marci: *Hic iter in medios.* At quid tamen, *ruebat campo pericla?* Certus sum, neminem habiturum tantum *ælcys rationis*, vel frondator ille sit, vt haec sine pelle ouilla aut Vlyssis vtre, vt nostri rure loquuntur, frustis illis dico vermiculatis Pergamini, restituere aut explicare possit. Oxoniensis: *campum ac pericla.* Silii manus fuit:

*Hic inter medios memorandis Regulus ausus  
Laxabat ferro campum, ac per iniqua ruebat.*

Illud, *inter medios*, vt apud Virgilium, (Aen. 2, 508.) *medium in penetralibus hostem, et alibi, (5, 303.) Aeneas qui- bus in mediis.* Lib. 10. versu 455:

*Quas inter strages confossus pectora telis  
Seminecem extremo vitam exhibatur in auras  
Munere deficiens iam Cloelius.*

*Exhalabat, recte eruditus e libris.* Quid est autem, *extre- mo munere?* quod omnes transinifere, et Barthius lib. 2. Aduers. cap. 13. quin obuium sit reponere: *extremo vi- tam exhalabat in auras Murmure.* Virgilius: (Aen. 2, 831.)

*Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.*

Statius

Statius lib. 10. Thebaidos, (v. 269.) de illis qui per somnum a Thiodainante iugulabantur: *et galeis inclusa relinquit Murmura.* Eodemque de Diunante Arcade, cum se ipsum transfixisset: (v. 434.) *supremaque murmura volvens.* Noster lib. 5. (v. 333.)

*telum ore cruento*

*Expirans premit, atque admorsao immurmurat hastae.*

Fuerat mendum simile lib. 3. v. 685. *fatidico Dodonida munere querum.* Vbi optime Modius, *murmure:* et consentiunt Oxon. et Roin. Sequitur lib. 10. versu 469.

*non illo quisquam felicius acri*

*Insultarat equo, vel si resupina citato*

*Proiectus dorso ferret cum membra, vel idem*

*Si nudo staret tergo.*

„Obstaculum etiam in his est, inquit Barthius: vix enim „satis Latina sunt illa *si* et *cum*. Argutator aliquis reposat „aliquid acutius: nos sanum nobis non videri testamur.. Si rem tetigerimus, satis fuerimus acuti: restituimus autem non magna opera: *vel si resupina citati Proiectus dorso ferretur membra.* Proiectus, inquit, membra resupina (i. quod ad membra supina, seu membra supina et porrecta habens) dorso citati, nempe equi: nam *citatum dorsum inepte dicimus.* Virgilius: (Georg. 1, 514.) *Fertur equis auriga.* Silius lib. 4. (v. 341.)

*bic alite planta,*

*Hic ope cornipedis totis ferretur habenis.*





## CAPVT XIX.

*Valerio Maximo decem locis qua medicina qua lux facta. Euander Arcas. Gestire. Planus explicatus et defensus. Natus Argis ex Argo patre. Meretrix matre Athenis Atticis, et similia. Fulvius Campanam perfidiam principum suppicio vindicans. Allitus capturis sordidissimae mercis. Corripere pecunias. Corpus frigore duplicatum. Andæas Pro-pugnator, propugnare, obfessorum, ut oppugnare obfidentium.*

*Liuius bis, Sallustius, Orosius correcti. Propugnatores navium. Perforata nauis. Hirtius emendatus. Emerita virtutum et vitae stipendia. Emetitiae noctes. Tentatus Ouidius. Area poenae vacua. Studium verecundiae cedens. Equus studiorum immemor. Virgilio lux. Degenerare palmas, animos. Formula connectendi Valerio usurpata. Nobilitas seipsum respicere admonita beneficio pœnitentiae.*

**V**alerii Maximi si quis indolem et sollicitam dictio-nem, quaesitasque nec tamen pari vbiique felicitate prouenientes argutias familiarius norit, haud mirabitur, si in scriptore sinu manibusque tam trito incredibilem restare mendarum copiam adfirmauero. Nos Iuliomagi Andium duos MSS. Claudi Menardi, cui ob duos Augustini libros contra Julianum e tenebris in lucem reducitos ciuica debetur, cum vulgatis contulimus. Et Puteani fratres, nati ad literarum salutem et secundandos laudabiles studiosorum conatus, exemplar, cui pater illorum excerpta lectissima ex codice bibliothecae S. Victoris adscripsérat, cum Isaaco Vossio Lutetiae communicauerant: eo, qua est ille facilitate et erga nos in primis indulgentia, ambo vni sumus. Quid his velut monitoribus plusculis in locis obseruauerimus, et alibi per occasionem dedimus, et hic plena manu specimen dabiimus. Lib. 2. cap. 2. *Luper-calium mos a Romulo et Remo institutus est, tunc cum lactitia exultantes, quod bis annus Numitor, rex Albanorum eo loco, ubi educati erant, urbem condere permisérat sub monte Palatino, hortatu Faustuli educatoris sui, quem Euander Argiūus consecrauerat: facto sacrificio caefisque capris, epu-*

epularum hilaritate ac vino largiore prouecti, diuisa pasto-  
rali turba, cincti pellibus immolatarum hostiarum, iocantes  
obuios petiuerunt. Triplici vitio laborant haec verba.  
Primum quomodo Euander Argiūus? nisi Argiūi omnes  
Graeci, quod hic minimē opportunum. Colerus ex libro  
Dan. *Euander Archus*: vt etiam legi vult apud Plautum  
Amphitruone: *natus Archus ex Archo patre*. Sed haec  
nouitas vix ferenda. Codex S. Victoris: *Euander Argis*.  
Scribo: *quem Euander Arcas consecrauerat*. Res notis-  
sima. Tacitus Annal. (15, 41.) et magna ara fanumque quae  
praesenti Herculi Arcas Euander sacrauerat. Iam non  
comparent suo loco illa: *hortatu Faustuli educatoris sui*:  
neque enim is consecratus, neque auctor et suasor con-  
dendae vrbis, sed, vt credibile est, sacrorum pastoralium  
faciendorum. Repone igitur: *cum laetitia exultantes*  
(*quod bis avus Numitor rex Albae fuit, eo loco, vbi educa-  
ti erant, urbem condere permiserat sub monte Palatino,*  
*quem Euander Arcas consecrauerat, puta sepulcro filii Pal-  
lantis) hortatu Faustuli educatoris sui factō sacrificio caesis-  
que capris*. Denique: *obuios petiuerunt*, mendosum tinnit.  
Quod enim percutiebant obuios pellium laciniis,  
non ab initio Lupercalium fuit, sed ex superueniente cau-  
sa additum est. Ut appareat ex Ouidio lib. 2. Fastrorum,  
nec Liuius lib. 1. ritus huius meminit. Codex D. Victoris  
hactenus suspectum facit, quod *obuios*, non vbi vulgo est,  
sed inter *cincti* et *pellibus* ponit, vbi in al. edd. *omnes*.  
Vera autem meo iudicio lectio, quae in margine Pighia-  
nae ex vett. libb. producitur: *cincti pellibus immolatarum*  
*hostiarum, iocantes gestierunt*. Spreta aut mutata non ob-  
aliam causam, quam quod usus eruditior et proprius *roū*  
*gestire* pro gestus ridiculos exhibere ignoraretur. Eum  
reducimus ex A. Gellio lib. II. cap. 13. *non esse id secur*  
*crederetis, quam cum homines insigni deformitate ad faci-  
enda ridicula imitantur histriones et gestiunt*. Hic cupi-  
entibus pergere in Valerio Plautus manum iniicit: in quo  
eo facilius Colero condonamus, quod commentatorum ad-

huc nemo illum recte accepit, aut accipiendum docuit. Praejiuit omnibus Seruius ad lib. 4. Aeneid. v. 370. *crudelis ab alto Dardanus.* *Pro Dardanius.* Plautus: *natus Argis ex Argo patre.* Hinc hauserunt omnes *Argus* poni pro Argiuus et *patre ex Argo esse ex patre Argiuo.* Sic et ad Virgilium Erythraeus, qui spiculis quaerit in ista Servii annotatione quod reprehendat; nec tamen ipsum, quod reprehendendum erat, inuenit. Etenim *Argo* est ab *Argos*, vt *Chaos* facit *Chao* apud diuinum Poëtam: (Georg. 3, 347.)

*Aque Chao densos diuum numerabat amores.*

*Natus Argis patre ex Argo est Argis natus patre oriundo Argis.* Par dubitatio doctorum virorum in Milite a. 2. sc. 1. (v. 22.)

*Is amabat meretricem matre Athenis Atticis.*

hoc est, natam matre oriunda Athenis Atticis. Patrem non dicit, quod is incertus, vt meretricis. Inspice quaeſo interpres: vt moliuntur! Explicant, Athenis quasi urbe matre natain, aut quam̄ mater Athenae Atticae pepererint; aut *aeque, arcte, maecte, in acte, acrem, coniectant.* Cui erat pater ex Argo, cui mater Athenis Atticis, intellexissent: tām parua ambiguitate miseri Latine nescimus. Captiuis a. 3. sc. 2. (v. 10.) *Rogo, Philocratem ex Alide equis omnium nouerit?* Caesar lib. 3. (71, 1.) de bello ciuili: *C. Felginatem Placentia, A. Graium Puteolis, M. Sacrativirum Capua.* Cicero pro Caecina: (c. 4.) *M. Fulciṇius fuit, recuperatores, municipio Tarquinienſi.* Plautus Cistellaria a. 1. sc. 2. (v. 7.) *Sicyone summo genere ei viuit pater.* Quānquam hic non tam oriundus quam̄ habitans intelligatur. Virgilius lib. 10. v. 183. *Qui Caerete domo.* Seruius: *Ac si diceret: qui sunt domo Carthagine.* Recte, nam̄ τὸ Caerete non est coniungendum cum domo, sed ponitur per intellectum τῆς urbe: quasi esset, *qui Caerete urbe sunt domo.* Vt alibi: (Aen. 7, 652.) *Ducit Agyllina nequic-*

*nequicquam ex urbe.* Sic Arpinum dicebatur per intellectum vocis oppidum. Valerius Probus in notis: *D. P. domo Perusia*: vtrumque per sextum casum. Suetonius Vitellio: (c. 2.) *P. Vitellius, domo Nuceria*. Plautus Cistellaria: (4, 1, 6.) *haec cistella nunquam hinc ab nobis domo est.* Milite: (2, 5, 41.) *Athenis domus est:* perinde est ac si diceret, *sum domo Athonis.* Redeo ad Valerium. Lib: 3. cap. 2. *In quo oppido* (Calibus) *cum Fulvius Flaccus propter Campanam perfidiam principes ciuitatis ante tribunal suum capitali supplicio adficiendos iudicaret, literisque a Senatu acceptis, finem poenae eorum statuere cogeretur.* Immo non tum iudicabat, sed pridem iudicauerat in castris: &, si finem statuere supplicio iubebatur, vtique iam sumi soeptum erat. Vox una superflua, corruptae duae non lumen modo sententiae, sed et sanitatem morantur. Responde cum MS. Victorino: *cum Fulvius Flaccus Campanam perfidiam, principes ciuitatis ante tribunal suum capitali supplicio adficiendo, vindicaret.* Haec significant ipsum tempus, quo lege agebatur, et in quo deprehensus ab Senatusconsulto Fulvius. Tacitus 2. Annaal. *igne, caedibus perfidiam ultius est.* Sed *vindicare* hic efficacius, vt pote *ναστίζειν* supplicii verbum. Lipsii quoque vetus: *adficiendo vindicaret.* Dan. *pro Campana.* Eodem libro cap. 4. Miro quoque gradu Varro ad consulatum ex macellaria patris taberna confondit. Et quidem fortuna parum duxit, sordidissimae mercis capturis alito duodecim fasces largiri. Sic Pighius, quin vulgo esset: *sordidissimae mercis capturis inquinari solito.* Modius censuit, capturis solito. Andinus alter: *capturis fallito.* Quod et profert Colerus ex Dan. addito Sallustiano, *fallita cadavera.* Nihil similius Euandro archo. Scribannus: *sordidissimae mercis capturis allito.* Cic. act. 1. in Verrem: (c. 6.) *nullae nota, nullus color, nullae sordes videbantur bis sententiis allini posse.* Philippica II. (c. 12.) *Equitatum ad se adduxit Dolabella, atque cum nondum tanio paricidio oblitum, hostem sua sententia iudicavit.* [Seneca]

ep. 7. *Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus alinit.*] Iuuat et illud Cassii Parmensis apud Suetonium: *siquidem ex crudissimo Ari- ciae pistrino banc finxit manibus collybo decoloratis Neru- lonensis mensarius.* Lib. 4. cap. 8. de Gillia Agrigentino: *semperque in eroganda potius quam in contrabenda pecu- nia occupatus.* Notat hic Colerus: *Dan. corripienda.* non abiicio. Possit tamen eleganter: *corrunda.* Sed *corri- pienda* habet et Salisberiensis. Et habent nostri tres, et est verum, caetera nebulae. Sic lib. 9. cap. 4. *cum anxiss foribus magnas opes corripuisse.* Vbi etiam Colerus fru- stra laudat Modii coniecturam, *corruisse.* Non excidit mihi, quod illis ante oculos fuit, ex Plauti Rudente: *ibi me corruere posse aiebas diuinas.* Sed propterea non de- bet constans veterum librorum scriptura sollicitari, quae Latinior est, quam primo adspectu vulgus putet. Tacitus Annali 13. (c. 31.) *nam ante non minus tali largitione quam corripiendis pecuniis subiectas adfligebat.* Eodemque li- bro: (c. 18.) *vndique pecunias quasi in subsidium corri- piens.* Iustinus lib. 15. (1. 9.) *quod Antigonus deuictis di- versae factionis ducibus, solus communis victoriae praemia corripuisse.* i. intercepisset, auertisset. Lib. 5. cap. 1. de Ma- gno Alexandro et milite nimio frigore obstupefacto: *et illis manibus, quibus opes Darii adfixerat, corpus frigore complicatum in suam sedem reposuit.* Sic quidem Pighius, ex illis, quibus maxime usus, non optimis: sed anteriores editiones et meliores scripti. constanter habent: *corpus frigore duplicatum.* Colerus elegantissimam et acutissi- mam locutionem per Pighium dolet periisse: Ita vocat, inquit, *corpus militis senio confectum.* nam senectus per se frigida est; duplicatur frigore accidente externo illo et hiamali. Hoc nemini potest probari, nisi qui ipse in- venerit, ut in nostris ipsorum Iudibriis minus oculis vi- mur, aliena cautius inspicimus. Quis enim non videat aliud esse *corpus frigore duplicatum*, aliud *frigus in cor- pore duplicatum;* illud librorum, hoc Caleri. Sed *corpus frigore*

*frigore duplicatum ex mente Valerii est et ex dictis eius quae sitis, nec significat aliud quam flexum, incurvatum, contractum.* Hesiodus ἔργ. (v. 518.) de borea: τροχαλὸν δὲ γέροντας τίθησι, hoc est, πενυφότα υπὸ τῆς ψύχης τὸν γέροντα ποιεῖ, inquit Tzetzes. Sumit a Virgilio lib. 12. Aeneidos: (v. 926.)

*incidit ictus*

*Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.*

Ouidius lib. 6. metamorph. (v. 293.) in filiabus Niobes:

*Altera solari miseram conata parentem  
Conticuit subito; duplicataque vulnera caeco est.*

Statius tertio Thebaidos: (v. 89.) et ingentem nixu duplicatus in ictum Corruit. Scholiastes Statii ad primae Thebaidos, (c. 420.) flexaque genū vacua ilia tundunt: duplicato, quod Graeci διπλογόνας vocant. Sic Graeci αὐπλώσας πτέρυγας pro expandere. Aelianus περὶ ζώων σ' ἐαν δὲ Ελλην κατάρη ξένος, οἱ δὲ θεῖαι τινὶ διηρεῖ προστασί πτέρυγας αὐπλώσαντες, οἷοντες χεῖρας τινὰς εἰς δεξιῶν καὶ περιπλοκάς. Ποικιλ.: lib. 13. cap. 31. αὐπλώσας τὸν ικλπὸν αὐθῆκε τὴν ὄργην. Porphyrius ἐκ τῆς περὶ συγῆς ἐδιὼς ὄρθὸς ἔχων τὰς χεῖρας ἡπλωμένας ἐν τύπῳ σαυρῷ. Fragmentum Alexiados Annae Comnenae translatum in lingua in vulgare in Graecis ante captiam Constantinopolim, lib. 13. εἰσελθόντος δὲ τῆς τέντος ἐντὸς τὴν χεῖρα αὐπλώσας ὁ Βασιλεὺς, καὶ τὴν τέττα κρετίσας χεῖρος καὶ τὸν βασιλέα προσκυνήσαντος ἐκείνος ποστὰ ταξίν, πληστὸν τοῦ Θρόνου τῇ βασιλικῇ οὔτος ἔη. Pro quo ipsa doctissima Princeps scriperat: εἰσελθόντος δὲ τέττα ἐκτείχας τὴν χεῖρα ὁ Βασιλεὺς καὶ τῆς αὐψάμενος χειρὸς, καὶ τὴν συνήθη τοῖς βασιλεῦσι προσαγόρευον ποιησάμενος ἔγγυος τοῦ βασιλικοῦ παρεπήσατο Θρόνον. Sic et lib. 12. ubi Dyrrhachii fitus describitur: ἐν τῷ θέσος δὲ εἶχε πέλαγος ἥπλωμένον πολὺ καὶ μακρὸν κατὰ μὲν τὸ πλάτος παρατίνεται καὶ ἐξαπλεῖται εἰς τὸ πέραμο τῆς Ιταλίας. Ipsa:

Ipsa: ἐν τῷ μέσῳ δὲ ὑπῆπλωται πέλαγος πολὺ καὶ μεγάρην, καὶ κατὰ πλάντος μὲν παραστῶν εἰς τὴν περιοίαν τῶν Ιταλῶν. Basilius περὶ ὑπομονῆς ὅση ἐκ τῆς Ελλάδος μέχρι Βαθυλάνος ἡπλώθαι. Idein περὶ αὐχῆς καὶ ἔξσοις· Ο γαὶς οὐρανὸν ἀπλώται καὶ τὰ ἀπλέτα μεγάλη. Ή τῶν πελάγων σέναχέας. Eodem libro et capite: *Nam cum diris auspiciis Argiolorum inuasisset urbem, abscissumque caput eius Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrem propugnatione laborantem laetus velut aliquod felicissimum victorias opus attulisset.* Locus iandudum fractus et rexatus. Andinus alter omissis duabus vocibus: *Filius ad patrem laetus.* Victoris: *ad patrem propugnatorem laborans laetus.* Ut et Lipsiani. Vnde cohiicis ille, pro pignore laborum. Colerus: Dan. *propugnatores laborantem.* Tò *propugnatores* tollendum et ad Gemina trahendum censeo. Certe scripsit Valerius, *patrem laborantem.* Ita de milibus in praelio satagentibus historici. Sic ille. Est sane insiticium alterutrum et resecandum: sed peius elegit Colerus. Tenerpus cum Andino sime riore: *Filius ad patrem propugnatorem laetus.* nempe Argorum: extirpato τῷ laborantem. Ut lib. I. c. 8. Castrar ac Pollux Romanarum partium propugnatores visi. Lib. 8. c. 15. Illi cum quodam Gallo cominus pugnanti corvum propugnatores subiicientes, id est, προσωπούς. Tacitus 2. Histor. (c. 22.) *vix dum orto die plena propugnatorum moenia.* Propria vox de iis, qui urbibus, castris, locis praesidio sunt. Sic scribendum apud Liuum lib. 6. cap. 9. *oppidanis iam propugnando fessis.* Antea legebatur oppugnando, pro quo Sigonius, pugnando. Lib. 26. cap. 6. *Et qui castris praeerant, L. Porcius Lichenus T. Popilius legati, pro vallo acriter propugnant.* Sic optimus, Prima quoque editio: acriter propugnabant. Vulgatū pugnarunt. In eadem voce corruptus Sallustius lugarith. c. 60. *pariterque oppidanī agere, oppugnare aut parare omnibus locis.* Repone vel nolentibus omnibus libris: *propugnare:* ut et Ciacconio et Colero videntur. Intercedit Gruterus, et vocem

cem *oppagnare* in dubium vocari vetat, promittitque de ea in Suspicionibus. Quicquid illud fuerit, certum est ex suspicione liberum obfessos nunquam dici simpliciter *oppugnare*, sed *propugnare*; quemadmodum vicissim obfidentes nunquam *propugnare*, sed *oppugnare*. Est vbi contraria speciem induunt utraque pars, cum nempe facta eruptione vallum castrorum adfiliunt obfessi: tunc sane et hi oppugnant castra hostium et illi eadem castra propugnant. Sed non hoc agitur apud Zamam: nam Romani profecti e suis castris oppidum aggrediuntur, Numidae moenia defensant. Sallustius accurate edisserit, quid egerint oppugnatores: *vbi quisque legatus aut tribunus curabat, eo accerime nisi, neque aliis in alio magis quam in se spem habere*: deinde quid defensores: neinpe bi pariter agere, *propugnare, parare* (hoc est, moliri et obftare) omnibus locis: denique commune opus vitiusque partis: *auidius alteros sauciare quam femet tegete*. Sio et apud Orosium lib. 4. cap. 7. *Centum quatuor naues Carthaginensem demersae, triginta quinque cum pugnatoribus captae. Scribe, pugnatoribus.* Nam et nauium propugnatores perinde ut urbiuum. Liuius lib. 30. (c. 10.) *mille ferme delecti propugnatores onerariis imponuntur.* Hirtius de bello Alexandrino cap. 9. *Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera: deinde omnes epibatis nudatae: magna praeterea multitudo in reliquis nauibus propugnatorum est imperfecta.* Quo loco MSS. vetustae edd. Florentina et Gryphii inferunt: *alteraque perturbata, deinde quod quia sensum non habet, eiecerunt.* At tu leuiter emenda: *depressa est altera, alteraque perforata: deinde omnes epibatis nudatae.* Sic eodem libro inferius: *multae praeterea capiuntur aut rostris perforatae merguntur: propugnatores Octavianiani partim in nauibus iugulantur, partim in mare praeципitantur.* Item: *illuc triremem hostium perforasset ac demersisset.* Liuius lib. 21. (c. 50.) *Classis Romana incolumis, una tantum perforata nave, sed ea quoque ipsa reduce, in portum rediit.* Valerius iterum lib. 5. cap. 7. *Fabius*

*Fabius Rullianus quinque consulatibus summa cum gloria peractis, omnibusque et virtutibus et vitae emeritis stipendiis, legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile et periculosum conficiendum grauatus non est. Deprauatum insigniter locum censet Pighius: nec enim apparere quam recte virtutes cum stipendiis emeritae dicantur, et quoniam referendum sit illud et vitae: sed mendum detegere ut cumque scriptos codices, ex quibus eruerit: et virtutibus et vitae meritis stupendus. Quomodo nunc passim editur. Nec profecto opus erat illis praeclaris, si diis placet, codicibus ad detegendum mendum, et multo minus ad lectio- nem constituenda. Nam quid vel nunc vitae merita? et quid opus his meritis adiungere vitam? Scriptit utique Valerius: omnibusque et virtutum et vitae emeritis stipendiis. Vel, virtutis. Emeruit stipendia virtutum, qui omnes earum numeros impleuit, qui omnibus innumeribus virtutis perfunctus est: emeruit stipendia vitae, qui consenuit functus pariter omnibus, quae ab eius conditione, aetate, animi corporisque viribus exigere respublica potuit: qui vacationem et ob strenuam virtutem et ob aetatem habet. Lib. 8. cap. 5. namque eorum (iudicium) suffragia robustissimis et felicissimis eloquentiae stipendiis regebat. Cicero de senectute: animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse. Seneca epist. 93. vegetum contemtoremque fortunae, functum omnibus vitae humanae stipendiis. Ouidius lib. 15. Metam. v. 186.*

*Cernis et emensas in lucem tendere noctes,  
Et iubar hoc nitidum nigrae succedere nocti.*

Andinus codex, unde praeclaram illam transpositionem superius propositam hauiimus: *Cernis et emeritas. Quod profecto spernere non atideam. Sic dicit, quae orbem suum et stipendium sub ortu lucis confecerunt. Statius in prima Thebaide: (v. 336.)*

Iam-

*Jamque per emeriti surgens confinia Phoebi  
Titanis late mundo subiecta sicuti.*

Ouidius Lib. I. Fastorum: (v. 665.)

*Rusticus emeritum palo suspendit arorum:  
Omne reformidat frigore, vulnus humus.*

Lib. 6. cap. 3. *Caeterum Flacciana area, cum diu penati-  
bus vacua mansisset, a Q. Catulo Cimbricis spoliis ador-  
nata est.* Vterque MS. Andinus: *cum diu pene vacua.*  
*Volunt, poenae.* hoc est, in poenam, poenae nomine,  
ut in monumentum poenae esset. Sic vacuum poenae fuit  
Aequimaelium. Indubitata veritas. Eodem libro cap. 5.  
*Tempus est iustitiae quoque sancta penetraria adire, in  
quibus semper aequi et probi facti respectus religiosa cum  
observatione versatur: et ubi studium verecundiae est, et  
cupiditas rationi cedit: nihilque vtile, quod parum ho-  
nestum videri possit, ducitur.* Multo Latinus scitisque  
tres MSS. *vbi studium verecundiae, cupiditas rationi cedit.*  
*Studium est gratia, fauor, affectus: vbi gratia et affectus  
pudori ac religioni iudicis cedunt.* Ita debet certe fieri  
pro tribunal. Liuus lib. 32. (cap. 20.) *si non cura com-  
munis salutis, ne studia quidem, quae in hanc aut illam  
partem animos vestros inclinarunt, vocem cuiquam possunt  
exprimere.* Vulgatissima vis vocabuli auribus imbutis le-  
ctione veterum, non obseruata tamen viris doctis apud  
Virgilium lib. 3. Georgic. v. 498.

*Labitur infelix, studiorum atque immemor herbae,  
Victor equus.*

Et veteres et recentiores interpretes, siue pabuli, intelligunt, siue victoriae, quoniam antiqui in pratis certamina exhibere consueuerant; unde coniunxerit *studiorum atque herbae.* Nugae de certaminibus pratorum. *Herbae* vtique simplicissime est pabuli: *at studiorum, quae solitu-  
tis experiri in Circo a fautoribus factionum, quae equus  
generosus intelligit.* Clarum ex illis, quae supra: (v. 103.)

*Nonne*

*Nomine vides, cum praecepsit certamine campum  
Corripuerit, ruuntque effusi carcere currus, &c.  
Tantus amor laudum, tantae est victoria curae.*

Ouidius lib. 3. Amorum Eleg. 2. (v. 2.) *Cui tamen ipsa fa-  
ves, vincas et illo, preceps. et rursum: (v. 7.) O cuicunque  
faues. Iterumque: (v. 73.) Fauimus ignauo. Haec studia  
Latine. Auctor de causis corruptae eloquentiae: (c. 29.)  
propria et peculiaria cuius urbis vitia poene in utero ma-  
tris concipi mibi videntur, bistrionalis fauor, et gladi-  
torum equorumque studia. Ouidius lib. 7. Metamorph.  
(v. 542.) Virgilii sensus sic exprimit:*

*Acer equus quondam magnaque in pulvere famae  
Degenerat, palmae veterumque oblitus honorum  
Ad praesepem gemit leto moriturus inertis.*

Si tamen sic Ouidius, et non potius: *Degenerat palmas,*  
ut ex Thuringico et Pall. Zinzerlingus, quicum facit vnu  
nostrorum cum explicacione: degenerando amittit victo-  
riar. Verbo quidem et transitio utitur Columella lib. 7.  
cap. 12. *Venus si teneris conceditur, carpit et corpus et  
vires animosque degenerat.* Ouidio, degenerat palmas,  
foret, imminuit ac dehonestat, dum pristinae gloriae per  
corporis infirmitatem non respondet. Etsi in raso tres  
tytiae litterae prioris verbi sint repositae, et ad margi-  
nem: *Degener ad.* Eodem libro cap. 9. *Atque ut nobil-  
itatem beneficio poenitentiae seipsum admonuimus respice-  
re, ita altiora modo suo sperare ausos subtexamus.* Hic  
quoque mangones, quae lubuit, interpolarunt. MSS.  
nobilitatis et admonitae, carent vero r̄w ita. In quibus  
una litera relecta et distinctione mutata veritas: *Atque ut  
nobilitati, beneficio poenitentiae seipsum admonitae respi-  
cere, altiora modo suo sperare ausos subtexamus;* T. Au-  
fidius cum Asiatici publici exiguum etc. Transitio cum  
priori exemplo cohaerens, qualibus utitur lib. 8. cap. 14.  
*Atque ut imperatorikus gloriosum militis spiritum subne-  
ctum;*

*Eam; Scipionem dona militaria etc.* Lib. 9. cap. 7. *Sed ut violentae seditionis tam togatae quam etiam armatae facta referantur;* *L. Equitum etc.* Non autem ipse Valerius admonuerat nobilitatem, ut beneficio poenitentiae seipsum respiceret, sed narrauerat exempla nobilitatis admonitae beneficio poenitentiae seipsum respicere: eique narrationi altiora suo modo ausos sperare subtexit. Sic et lib. 5. cap. 4. *Quod necesse est animo quoque euenire, aliquanto efficaciore pictura literarum vetera a prudentibus admonito recordari.* Sic enim ibi cum Lipsio legimus.

---

## CAP V.T XX

*Liuius duobus insignibus locis multiplici labe liberatus.* *Mos Oratorum variandi orationem mutatione numeri et temporis.* *Bis rursum Liuius, iterum Ouidius, ter Seneca ad verum librorum scripturam reformati.* *Particula Si omisfa.* *Aemilius e consulatu reus.* *Protego innocentiam meam alieno crimine collegae accusator.* *Venio in L. Libonem accusator.* *Valerius Maximus restitutus.* *Tribunus ex consulatu.* *Consul ex dictatura.* *Ex consula-*

*tu provinciam cepisse et Consules ipsi dicuntur, si post depositum consulatum iu ea fuerit illis prorogatum imperium.* *Veldeius Paterculus et Valerius Maximus illustrati.* *Memnonis lapsus.* *Ex primo hastato legionis.* *Caesar illustratus.* *De exsule Consul Marius.* *Marius emendatus.* *Iterumque Valerius Maximus.* *Peruenire ad insignia summi imperii.* *Exigore.* *Plancus ad Ciceronem et Plinius defensi.* *Exigere cum aliquo.* *Inter tumultum.*

**N**ota bene dicentiū ars est, et subito quoque calori frequentissimus mos, variare obliquam orationem directa, et dum de aduersario loqueris ad alios, vertere te ad ipsum, quamvis absentem; variare item personas et numerum, cumque contra multos agas, quasi ad unum; aut pro multis, quasi pro vno vel quasi pro te ipso dicere. Ostendit enim orator mirifice rem sibi cordi esse,

Bbb

esse, et gratiam fidei inque apud auditores conciliat ipsam eorum, pro quibus agit, speciem sibi velut induendo. Hoc obseruauit disertissime Livius in concione Hannibalis ad milites ante pugnam ad Ticinum armem: non illi, qui artificii huius ignari verba turpiter interpolarunt. Lib. 21. cap. 44. *Crudelissima*, inquit, *ac superbissima gens sua omnia suique arbitrii facit: cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere aequum censet: circumscribit includitque nos terminis montium fluminumque, quos non excedamus: neque eos, quos statuit, terminos obseruat.* Ne transferis Iberum: ne quid rei tibi sit cum Saguntinis: ad Iberum est Saguntum: nusquam te vestigio mqueris. Parum est, quod veterimas prouincias nostras Siciliam ac Sardiniam ademit, nisi adimat etiam Hispaniam: et si inde cessero, in Africam transcedet. Transcendet, autem, dico? duos Consules busus anni, unum in Africam, alterum in Hispaniam misere. Puteanaeus, Regius et alii MSS. prouincias meas habent, non nostras, quod sine dubio mutarunt, quia non dominus Carthaginiensium, sed imperator Hannibal imperio Punico parentia non videbatur sua posse dicere. At non hoc satis; etiam pro *adimis*, vt iidem scripti, reponendum fuit, *ademit*, quia non iam id siebat, sed olim factum erat. Interim hic quoque mos rem exaggerantibus, patrataim olim, vt sub oculos magis redigant, tempore efferre praesenti. Sic apud Comicum in Eunicho:

(4, 7, 22.)

*Thais, primum hoc mihi responde, cum tibi do istam virginem,*

*Dixisti mihi hos dies soli dare te?*

Apud Ouidium Medea ad Iasonem: (Heroid. 12, 199.)

*Dos ubi sit quaeris; campo numeramus in illo,  
Qui tibi laturo vellus arandus erat.*

Sic membranae. Vulgo: *numerauimus illo*. Iam etiam, nisi adimat, et mox particula conditionalis *si*, quae nusquam

piam in vett. libris comparent, infulcienda: denique ut omnia conuenirent, pro, *transcendes*, subiiciendum fuit, *transcedet*. Haec enim veterum libroruim scriptura est: *Parum est, quod veterimas prouincias meas Siciliam ac Sardiniam adimis. Etiam Hispanias? et inde cessero, in Africam transcendes.* *Transcendes, autem, dico? duos Consules huius anni, vnum in Africam, alterum in Hispaniam miserunt.* Sic volunt certe scripsisse Liuiuin, et si pauculis apicibus differant, vti quod in optimo est, *etiam Spanias*, indicium non quomodo Liuius eam vocem ediderit, sed quomodo istoc aeuo, quo scriptus ille liber, pronuntiarent: et, *transcendisse pro transcendes.* Animaduertendum, vt paullo ante flexa per dialogismuin oratione populum Romanum, velut vnum hominem vni, Carthaginiensibus iubentem inducit, sic nunc Carthaginem vt vnum vni respondentem inducere. Tò si omisit vt supra hoc libro: *publica fraus absit, auctorem culpae et reum criminis depositum.* Lib. 23. (c. 9.) et alia auxilia desint, *meipsum ferire, corpus meum opponentem pro corpore Hannibal, sustinebis?* Cicero lib. 2. Tuscul. Quaest. (c. 17.) mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quaerant, quid velint, satis factum iis sit, se velle decumbere. Propertius lib. 4. Eleg. 5. (v. 9.)

*Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum.*

Eadem, quam initio monuimus, occasio mendi. Lib. 22. cap. 50. in oratione Sempronii Tuditani: *Capi ergo mauultis etc. ut ex tua contumelia et miseria alteri bonos quaeratur, non tibi? Non vos quidem L. Aemilii, qui se bene mori quam turpiter viuere maluit, et tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati iacent, ciues esis.* Lipsius primus hic odoratus est mendum, et ex libro suo scripsit: *bonos quaeratur? Non siquidem L. Aemilii:* reflectis duabus vocibus, quas ait ineptissime insertas lib. 5. Epist. Q. 4. Inde prodiit lectio hibrida in quibusdam vulgatis: *quaeratur? non siquidem vos L. Aemilii.* Tenuit

tauit et Schottus lib. 3. Observ. 6. Sed illud vos ab omnibus MSS. quos ego vidi, absunt. Caetera in melioribus ita reperimus: *bonos quaeratur? Non tu, siquidem L. Aemilii Consulis, qui se bene mori quam turpiter viuere maluit, et tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati iacent, ciues estis.* In quibus addita vox *Consulis.* Ita plâne et Pal. vnum habuisse excerpta me docent; duos, *non tua siquidem.* Habet ἐνέγρεια illud, *Non tu, viisque pungendi et admonendi singulorum quoque animos: ut acrius fere mouent, teneriusque sentiuntur, quae statim singulos feriunt, quam quae in commune dicta unusquisque deinceps applicat sibi.* Et intelligitur in talibus, *O miles: quae et exercitus appellatio, ut ad Liliuum etiam meminimus.* Inferius hoc libro legatus pro redēmptione captorū ad Cannas, cum perpetuo nomine omnium in pluratio esset locutus, tandem ait: *Redcam ego in patriam, trecentis nummis non aestimatus civis? Suum quisque habet animum, P. C. scio in discrimine esse vitam corpusque meum: magis me famae periculum mouet, ne a vobis damnati ac repulsi habeamur.* Eadem de causa fecerunt lib. 23. cap. 42. *Non ergo secundis rebus nostris gloriabimur: dixerat enim legatos Hirpinorum et Samnitium Hannibalem sic fuisse allocutos: atque ideo visa est non ferenda scriptura vetus: Non ego secundis rebus nostris gloriabor.* Sic ex alio Cannensiū genere, qui ad Marcellum Consulem longiorem poenam deprecatur, lib. 35. Sic infinitis locis alibi. Nec diuersa ratio fecit, cur vitiaretur versus Senecae Agamemnōne, vbi Clytaemnestra ad Eurybaten, versu 407.

*Quis, fare, nostras hauserit casus rates?*

At integerimus ille Mediceus:

*Effare, casus quis rates hausit meas?*

Quod affectum, qualem cum maxime prae se fert regina, multo signat evidentius. Ad fine est quod reddidimus Senecae

necae lib. i. de clementia cap. 19. *Haec affectare, haec imitari decet, maximum ita haberi, ut optimus simul habere.* Sic enim antiquissimus et optimus Seneca codicium Nazarianus. Bene, inquit Lipsius, ad Neroneum. Sic voluit excusare, ne quis absurdum putet, quod in praecedentibus in tertia persona loquatur. Atqui non est opus. Non magis quam eodem libro cap. 17. *Mali medici est, desperare ne cures.* Vt hic liber rursum cum tribus aliis. Vbi fecerunt, ne curet, vt illic habeatur. In sermone Tuditani, cuius habita mentio: *Ferro atque audacia via fit quamvis per confertos hostes.* cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ac si nihil obstat, transibimus. Omnes boni nostri: *agmen ut si nihil obstat uiscias.* Lipsianus etiam, *iussicias.* vnde elicit τὸ transibimus. Liuñ non esse, lib. 5. epist. quaest. 5. Non potest tamen magnum subesse mysterium, siue voluerit *transeas vel disicias.* Vt lib. 7. (c. 24.) *Cuncis deinde in medium agmen per rumpunt: inde barbari dissipati.* Lib. 34. (c. 15.) *adorti hostes primum acri impetu perculerunt: deinde dissipatos in fugam auerterunt.* Hoc posterius verum: nam d vel D apertum superius facile pro u apparuit; habent autem libri veteres vbique fere *difficias pro disicias,* et *difficere pro disticere.* Lib. 22. cap. 49. insignia et re et mendo habentur verba L. Aemilii Paulli, quibus ille Macedonici Paulli pater, minoris Africani auus, cum Terentio Varrone Consul, vir melior quam felicior Cannensisque clades magna pars, moribundus et vitae pertaefus, Cn. Lentulum, vt fuga se patriae seruaret, hortantem dimittit: *Abi, nuntia publice Patribus, urbem Romam muniant, ac priusquam hostis victor adueniat, praesidiis firment;* priuatimque Q. Fabio, L. Aemilium praceptorum eius memorem existisse et vixisse et adhuc mori. Tu me et in hac strage militum meorum patere exspirare, ne ut reus intercam, causaque consulatus accusator collegae existam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam. Lipsius haec verba primus quod sciam, post fraudem librariorum ten-

tauit, lib. 2. epist. q. 1, rescribitque: *ne aut reus inteream causae consulatus*, et si suspectum tamen habeat illud, *consulatus*. Repetitque ex illo Modius. Reete vidit latere vlcus: sed auxiliuim, quod adfert, *σύνικον*. Quid enim: *ne aut reus inteream?* aut cur tam male ominatur vir conspectae innocentiae? Omnesne reos interire necesse erat? ita quidem accusare sufficeret, et nullum restaret probitati praesidium. Quorsum autem; *causaue consulatus?* Haec tenus ignoro, ullam fuisse legem, quae inuidiosum imunus imponeret Consuli, collegam, si qua in noxa deprehensus esset, reum p[ro] caeteris destinandi. Alter itaque A. Schottus lib. 3. Obs. hum. cap. 6. *causaque consulatus accusatori collegae existam.* Et fingit a Varrone Liuum Salinatorem et Aemilium reos actos: probataque re ad populum, ab Aemilio culpam in collegam translatam: idque profuisse ad suffragationem Terentio. Sed enim ita prius dubium manet, et quae ille bellissime intelligi putat, omni historiae ignorantur. Neque enim accusatio illa inter Varronis facinora noscitur, qui Fabium calumniando, Minucii ambitioni et plebis furori auctoritatem praestando primum enituit: neque Aemilius, se exemisse eidem fulmini contentus, ullam vim collegae intulisse narratur. Ne dicam ridiculum prorsus et absurdum Aemilio metum fore, ne a Vatrone tanquam cladis auctor accusaretur<sup>2</sup>: citius fures Verri, moechis Clodius iudices ferrent. Ni mirum frustra fatigatur ingenium, vbi adeo malum serpsit, vt non nisi veterum librorum ope possit refrenari. Ex quo genere hunc locum esse nec vquam dubitauimus et in ipsa eius curatione maxime deprehendimus. Puteanaeus, tres Florentini et melior Petaianus: *ne aut reus iterum e consulatu sim accusator collegae existam aut alieno.* et si unus Flor. iterum e consulatu aut accusator, absque τῷ sim, Petav. neu vt reus. Petaianus alter et duo Pall. *ne tu vt reus interreas causaque consulatus accusator collega existas.* Eodem modo Andiaus Menardi. Thuanaeus: *ne tu vt reus interim e consulatu*

*consulatu si in accusator college existam aut alieno.* Alius item Thuani: *ne tu vt reus intereas caque consulatus acc.* Bonum factum, vt ex optimis ita reficiatur: *ne aut reus iterum e consulatu sim, aut accusator collegae (existam, vt) alieno crimine innocentiam meam protegam.* Nam et si impetrare possim, vt persuadear, illa, *existam vt*, e scholio irrepsisse, perinde vt in eodem verbo paullo ante factum, fateor longe magis blandiri auribus meis ita concepta; *aut accusator collegae alieno crimine innocentiam meam protegam.* Sic Valerius Maximus lib. 6. c. 2. *Venio enim ab inferis in L. Libonem accusator: venio, sed dum illic moror, vidi cruentum Cn. Domitium Aenobarbum etc.* Ita enim MSS. Victoris et Menardi membrae, quamuis hae, *in Marcum L. Libonem.* Vulgo est, *accusaturus.* Notat τὸ accusator et Colerus: sed non persuadet Valerium posuisse: *venio Libonem accusator.* Alter Menardi Chaitaceus, sed e bono descriptus: *Martii Lucii Libonis accusator.* Quam repraesentauimus, vera lectio est. Repetitum *venio* habent omnes tres, dignum et dicente Heluio et narrante Valerio. Sic apud eundem: *Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrem propugnatorem laetus.* Vtus est elegans nominis pro particípio. Sententia Liuui non est obscura. *E consulatu* est post gestum consulatum. Vt l. 4. (c. 31.) *Tribuni militum consulari potestate quatuor creati sunt.* T. *Quinctius Pennus ex consulatu, etc.* Vbi interuallum unius anni intercessit. Lib. 10. (c. 5.) *Consul ex dictatura factus M. Valerius.* Ita recte Gelenius. L. 40. (c. 25.) *L. Aemilius Paulinus prorogato ex consulatu imperio.* Lib. 27. (c. 34.) *M. Livius erat multis annis ante ex consulatu populi iudicio damnatus.* Quein *consularem* bello Illyrio finito damnatum scribit Frontinus lib. 4. Strateg. quod praedam inaequaliter militibus diuisisset. Idemque discrimen subierat cum illo collega Aemilius: quare veretur, ne iterum e consulatu reus sit, aut potius inuidiam facit populo Romano, qui re bene gesta innocentes, alterum damnauerat, alterum

rum poene·damnauerat. Cicero pro Rabirio perduellionis reo: (c. 7.) *Ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus.* Velleius lib. 2. cum Consul per quam laudabiliter iurasset, se in nullam provinciam ex eo magistratu iterum. Ita de Octauiō Augusti patre: (c. 59.) *ex eo honore sortitus Macedoniam.* Est tamen ubi ipsi Consules, quas provincias sortiti erant, in eas *ex consulatu* iuisse dicuntur: sed hoc ideo, quia fere post exactum annum suum easdem continuarunt et rexerunt pro Consulibus: aut qui sic loquuntur, non tam exacte respiciunt, quid factum sit, quam quid fieri soleret: nam post annum ab urbe condita 604. publicis quaestoribus constitutis, plerumque, qui in provincias ibant, annum in magistratu urbano exegerant. Tale est, cum Velleius Paterculus Lucullum *ex consulatu Asiam sortitum* scribit lib. 2. cap. 33. Etsi enim epitoma Flori *Consulem* et Appianus ὑπατεύεν καὶ σρατηγὸν αἰγαίου Mithridati bellum fecisse dicant, vix tamen ante peractum consulatum, mortuo L. Octauiō, Consulibus autem M. Lucullo et C. Cassio Ciliciam est ingressus. Nam et Plutarchus multorum eius actorum in urbe meminit, et notat doluisse eum quod prius Cisalpinam Galliam sortitus occasione res gerendū deficeretur. Et solebant tum, nisi grauissima causa urgeret, non nisi gestis in urbe magistratibus, in provincias exire. Hinc etiam Valerius Maximus lib. 3. cap. 7. de L. Crasso: *cum ex consulatu provinciam Galliam obtineret.* Quem Consulem in Gallia rem gessisse scribit Cicero. Caesar lib. 1. de civili: (31, 2.) *quod p̄ducis ante annis ex praetura cam provinciam obtinuerat,* hoc est, post praeturam in urbe gestam. Memnon in historia Heracleensi: Ο δὲ Κορηλίος Σκιτίων ἀρτεπισέλλων τοῖς Ηρακλεώταις ἐπιγράφει εἴτε Σκιτίων σρατηγὸς αὐθύπατος Ρωμαίων Ηρακλεωτῶν τῇ βόλῃ καὶ τῷ δήμῳ. Atqui constat ab Consule caesum fugatumque Antiochum: sed pax non est facta, nisi sequente anno, cinq̄e conuenissent conditiones, ἐπεμπονοῦστηραφα Μαυρλίῳ (ita enim legendum, non Μαυρίῳ). Βόλεων τῷ dede-

δεδεγμένω τὴν Σκιπίωνος σφραγίδαν ὁ δὲ ὡμώνυμος οὐρανοῖς Αὐτόχθον πετεῖθεντι περὶ Απάμειαν τῆς Φεγγίας, teste Apiano in Syriacis. Ideo iam elapsi consulatus anno in litteris ad Heracleotas αἰνθύπατον se Lucius appellauit. Nam anno integro postquam consulatu abierat, triumphasse eum testatur Liuius: triumphauit autem statim, ut ad urbem ex prouincia rediit. At non satis accurate inscriptionem eandem narrat illis fuisse Mnemon, quas ante decretoriam pugnam ad eosdem Heracleotas dederit. Vis eadem particulae in aliis est. Liuius l. 28. (c. 6.) *Ex patenti utrumque coactum in angustias mare.* Iustinus l. 44. (c. 4, II.) *ex agresti cibo mitiore vesci.* hoc est, omissio et fastidito agresti cibo. Caesar lib. i. de ciuili: (c. 62.) *atque ex magnis rupibus nactus planiciem, in hac contra hostem aciem instruit.* Postquam aliquid spatii rupes occuparunt, proxima fuit planicies. Sic apud eundem: (ib. c. 46, 4.) *Q. Fulginius ex primo hastato legionis duodecimae.* Quae Lipcio nouitia et suspecta locutio, malitique: *centario primi hastati.* At non vult Caesar, quod putat ille, in primo ordine seu manipulo hastati tunc fuisse; sed olim, vel superioribus temporibus: nunc autem inter Euteatos fuisse: qui primum hastatum duxerat. Sic libr. 5. Gallici: (c. 35, 6.) *Baluentius qui superiore anno primum pilum duxerat.* Potuisse dicere: *Baluentius ex primipilo.* Sic et rā *De vtuntur.* Manilius lib. 4. de Mario:

*Quod Consul toties exsul, quod de exsule Consul  
Adiacuit Libycis compar iactura ruinis,  
Deque crepidinibus cepit Carthaginis urbem.*

Ita enim legendum. Vulgo satis illepede: *exsulque ex exsule Consul.* Sed Geinblacensis: *exsul quodque exsule Consul.* Pro Et iacuit, *Eque,* tam Venetus quam Geinbl. Adiacuit, *Seque.* Florus: *ille de stipendiario Thrace miles, de milite desertor.* Mox: *si de gladiatore munerator fuisse.* Posset etiam: *deque exsule Consul.* Valerius Maximus lib. 6. cap. 9. de Cn. Cornelio Asina: *Quis credere*

ret illum a duodecim securibus ad Carthaginensium per-  
venturum catenas? quis rursus existimaret a Punicis vin-  
culis ad summi imperii peruenturum insignia? Sed tamen  
ex exsule captiuus et ex captivo Consul factus est. Sic autem  
legimus ex tribus MSS. non ut vulgo: ad summa imperii fastigia. Quas catenas dixerat in rogatione priori,  
deinde Punica vincula vocat: quas duodecim secures prius,  
ea summi imperii insignia posterius. Volusium Aedilem  
plebis proscriptum et Isiaci habitu elapsum, alienigenae  
religionis insignibus obscuratum dicit lib. 7. cap. 3. Caeterum  
ut omnia persequamur, monemus etiam anterius in  
hoc loco habere Puteanaeum, Petauiano meliore et tribus  
Flor. adsentientibus: urbem Romanam: eosdemque, praec-  
ceptorum eius memorem et vixisse et adhuc mori: sine rati-  
onibus existisse, quod optimo iure abesse potest, absitque in  
posteriori. Tum, Haec ex agentis, vel exigentis; quod  
accipiendum plurali numero, ut ad ambos, Consulem  
puta Lentulunque, mutata distinctione, referatur. Ne-  
que audiendi Valla, qui primis *exigentem*, Sagonius qui  
*exsequentem*, Lipsius qui *satagentes*, Gruterus qui *exse-  
quentes* supponi voluere. Plancus ad Cicerone lib. 10.  
fam. 34. De his rebus ut exigeret cum eo, Furnio manda-  
vi. Vbi frustra Lambinus: ut ageret. Seneca epist. 27.  
Sic itaque me audi, tanquam tecum loquar: in secretum  
te meum admitto, et te adhibito tecum exigo. Plinius  
lib. 5. epist. 12. Ex illis enim vel praeципue sentio, quanto-  
pere me diligas, cum sic exegeris tecum, ut solitus cum  
tuo filio. Et hic male margines, egeris. Lib. 9. epist.  
26. Sed confodias licet, dummodo iam nunc destines dicim,  
quo et de illis et de his coram exigere possimus. Denique,  
quod leue, optimi iudeum: obruere telis: non obruerunt-  
que: quod autem mox, in tumulum, non est resecandum,  
ut placuit Lipsio et postremis editoribus (habent enim  
omnes omnino MSS.) sed, ut existimo, refingendum ad-  
iectione syllabae: inter tumulum: quod valde frequens  
Liuius. lib. 23. nam ut quisque hostem impigre occiderat,  
primum

primum capite aegre inter turbam tumultumque abscidendo tempus terebat. Ibidem: *rapto inter tumultum ferro congregati.* Decernimus ergo Liuium omnia olim scripsisse hunc in modum. *Abi, nuntia publice Patribus, urbejn Romanam muniunt, ac priusquam victor hostis adueniat, praefidiis firment; priuatimque Q. Fabio, L. Aemilium praeceptorum eius memorem et vixisse et adhuc mori.* Tu me et in hac strage militum meorum patere exspirare, ne aut reus iterum e consulatu sim, aut accusator collegae alieno crimine innocentiam meam protegam. Haec exagentis (vel exigentes) prius turba fugientium ciuium, deinde hostes oppressere: *Consulem, ignorantes quis esset, obtuerere telis;* Lentulum inter tumultum abripuit equus.

## CAPVT XXI

*Vicies et semel emendatus Valerius Flaccus. Iungere penates dicuntur, qui hospitium ineunt. Procnesus. Solata puppis. Desolatus. Iustino vetus lectio redditia. Tenebrae et Erebos pro tenebris Erebi. Quo mihi. Offusae tenebrae. Offusus terror. Admoti Colchi. Plinius defensus. Admota Cartago Romae. Sceptra sorte tenens. Creantia diuinos oppida. Studia diuorum. Mycene. Quan-*

*tum licet fatis in pia. Medea recoquens fessos aetate. Auersa voluntas mariti. Ardens chlamys. Nimium experiri cubile. i. dormire non posse. Nauis non sentiens ventum. Seneca restitutus. Sors saeva funeris. Non posse pati villa loca sine aliquo. In glebas inuersum aequor. Deiecta in lumina palala. Bis defensus et illustratus. Valerius Flaccus.*

**I**ubes, Iane Vliti, vt Valerium Flaccum liberalius prosequar, et si quae plura ad illum annotata habeam, non differam in diem, sed praesentia expungam. Quo facilius est, quod imperas, eo minus licet mihi tergiversari, et quia imperas, cessat, quae me vna res, vt haec premere, continere poterat, ne scilieet non tam a me prolata,

prolata, quam, cui miniine velle, paecepta viderentur. Nunc si manet consilium, quod olim ceperas (quod sane vellein, et potes vnum) et si tu eadem melius, tamen levato tibi hac parte liberius erit magis in arduis ingenium probare: sin alia te abduxere, sic quoque his tu delectaberis, alii instruentur. Lib. 3. (v. 14.) de Iasone et Cyzico fancientibus inter se hospitium, donaque hospitalia inuicem dantibus legendum est: *manibusque datis iunxere penates, non nepotes.* Sic Aeneas ad Dido lib. 1. Aeneidos: (v. 598.) *Quae nos, etc. Urbe, domo socias. Flacus lib. 5. (v. 515.) da iungere dextram, Da Scythicas sociare domos.* Eodem libro versu 34.!!

*Aura vebit, religant tonfas, veloque Proconeson,  
Et te iam medio flaumentem, Rhyndace, ponto,  
Spumosumque legunt fracta Scylaceon ab vnda.*

Qui *Proclusum* conficiunt, et ex Strabone interpretantur exile oppidum iuxta Cephalleniam, praeterquam quod versum vitiant (est enim Πρόωνης) non viderunt se bonos Argonautas in Propontide nauigantes subito transflisse in Ionium mare. At Carrionis, velo *Proconeson*, considerunt metuentes, ne per vetustam lectionem metro fieret iniuria. Cuius sollicitudinis gratiam illis faciunt, quotquot Graecae et Latinae Poëseos non sunt ignari. Προκόνης, Προκόνησος, Πρόκηνης recte dicuntur a Graecis, non ad duplicanda modo, sed etiam ad corripienda verba mire artificibus: vt *Lucumo*, qui Dionysio Halicarnasseusι Λοκόμων, Propertio est *Lucmo*. Sic *Proclus*, *vincla*, *seclum*, *pocta*, *piachum*. Annon grauiori contractione Χέρνης apud Apollonium lib. 1. (v. 925.) Χέρνης ἐπὶ περγασσαν ἵκοντο. Scholia fest: τὴν μετὰ Θεάκην Χερσόνησον. In medio etiam versu est aliquid maculae. Carrionis liber: *Et Cacam.* Videtur fuisse: *Et te etiam medio.* Dicit Rhyndacum impetu tam constanti decurrere in mare, vt medio etiam ponto flaivas suas undas imperinxatas maritimis ostentet. Ibidem versu 41.

*dium*

*diuum imperii cadit inscia clavo*

*Dextera, demittitque oculos, resolutaque puppis  
Turbine flectit iter.*

In MS. Oxoniensi, *oculos solataque puppis*, legitur. Sed Carrionis praeclare: *solataque puppis*: cui tamen magis arridet vulgata lectio. Recipiatur omnino, *solataque*: quod verbum minime vile atque a plebe summotum studio et loco posuit pro eo, quod est, *deserta et orbata regimine magistri somno diuinitus immisso capti*. Habeimus auctorem alterum verbi *solare*, pro *desolare*, orbare, quod bene reddidit Papinio Zinzerlingus, nusquam extra Statium id verbi sibi visum fassus cap. 36. Promulgidos. Quem miror ne tum quidem id correxisse, cum ad Valerium Flaccum notas scriberet. Est et apud Senecam in Oedipo: (v. 4.)

*Prospiciet auida peste solatas domos.*

Eiusdem virtutis apud antiquos, et frequentius, *desolare*: contra atque hodie omnibus in ore est pro euastare, et in loca potius quam in homines saeuire. Quod ideo monemus, vt bellum Iustini locum restituamus lib. I. cap. 7. *Domitis demum plerisque, cum aduersus Babylonios bellum gereret, Babylonii rex Lydorum Croesus, cuius opes et diuitiae insignes ea tempestate erant, in auxilium venit: vicitusque iam de se sollicitus in regnum refugit.* Vedit Bongarcius in MSS. (non in vno tantum) esse: *victusque iam ac desolatus: in aliis nonnihil corruptis, desolatus.* Illud prorsus Iustini est: *victusque iam ac desolatus in regnum refugit.* Hoc est, desertus, nudatus, exsultus exercitu, castris, copiis omnibus. Nocuit mintis tritus usus verbis: Virgilius lib. II. (v. 367.) *ingentes et desolauimus agros.* Vbi recte Seruius: *vel dum occiduntur agricultores, vel dum coguntur ad militiam.* Et eodem libro: (v. 870.) *desolatique manipli.* Vbi idem, *deserti signiferi: quod nimii discriminis: nam hoc ubique dux praecepit, ut frequentes circa signa sint milites.* Ergo *desolati*

*lati manipli infrequentia signa.* Tacitus I. Annal. (c. 30.) *Nonanus opericadas Tiberii epistolas clamitauerat : mox defolatus aliorum discessu, imminentem necessitatem sponte praevenit.* Et duodecimo de Britanico : (c. 26.) *defolatus paullatim etiam seruilibus ministeriis.* Plinius lib. 4. epist. 21. *cui nunc vnu ex tribus liberis supereft, domumque pluribus adminiculis paullo ante fundatam defolatus fulcit ac sustinet.* Suetonius Caligula : (c. 12.) *deserta defolataque reliquis subfidiis aula.* Velleius iudicem codices inuarent me pronun adnittendo, si placuisset illis: *demitique oculi.* Versu 410. Mopsus de Celeneo : *ille volens Erebum tenebrasque retexit : legebamus, non terrasque.* Est è dico duov, cum significet Erebi tenebras, vel Erebum tenebrosum. Lib. 4. versu 468. Phineus ad Borreadas : *nam vestra voluntas Quod iuuenes sine pace deum?* Gryphiana : *Haud iuuenes.* Laurentius Balbus : *Quid iuuenes :* quod et Schottus memorat. Sed verum est : *Quo iuuenes sine pace deum?* Notus vsus particulae. Cicero ad Fabium Gallum : (ad Div. 7, 23.) *Martis vero signum quo mihi pacis auctor?* Triarius apud M. Senecam contro. 20. *Quo mihi lumen? tantum admissuro nefas optanda nox est.* Nec longe eodem libro versu 482. lego, *offusae media inter dista tenebrae.* Neque aliter lib. 5. vers. 466. *noua lux offusa Citaetis, non effusae et effusa.* nam quod alibi notauiimus, *radios effundere,* id huc non pertinet. Sic etiam apud Phaedrum (l. 2. f. 4. v. II.) *Terrore offuso et perturbatis sensibus:* scribendum, vt bene Rittershusius : et frustra ille quadrigarum translationem, et *effusam laetitiam aut effusum risum huc accommodat.* Liuius lib. 10. (c. 5.) *subitum pauorem offundit.* lib. 28. (c. 29.) *simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus.* lib. 34. (c. 6.) *ne quis error vobis offundatur.* lib. 39. (c. 15.) *ne nimium terroris offundam vobis, vereor.* Rursum Valerius lib. 5. c. 51. vbi Tiphyn deplorat Iason : *et atronitis nimium mens anxia Colchis.* Pius facit stupentes Colchos de celeritate et vigilancia Tiphys, cum in eos impro-

improuisus irrueret, et in portu faucibusque Phasidis es-  
set, antequam intelligi posset. Quod stupidis et attonitis  
forte probabit, non tibi: neque enim mirari poterant,  
quem esse nesciebant. Balbus *attentis curis supponit pro  
attonitis Colchis.* In Aldina est: *et amotis.* Scribendum  
igitur: *et admotis nimium mens anxia Colchis.* Signifi-  
cat, quo magis appropinquarent Colchis, eo maiorem  
sollicitudinem fuisse gubernatoris: vt solet prudentibus  
cum opere arduo crescere cura; neque enim respectum  
habent eius solum quod instat, sed etiam praeteriti, ne  
id frustra peruersisse videantur. *Admouere* dicimur, qui-  
bus et ipsi nos appropinquamus aut viciniores reddimur,  
de quo etiam ad Siluas. Aut quod vicinius esse mon-  
stramus. Plinius lib. 15. cap. 18. *Tanto propius Carthagi-  
nem pomo Cato admouit.* Vbi male Dalechampius: *adiri  
monuit.* Sic et Manilius lib. 5. de Salmoneo:

*Expressisse sonum mundi sibi visus et ipsum  
Admouisse Iouem terris de fulmine fingit.*

Sic mox in contrariuim: *quantum Phasis, quantum Aea re-  
cessit!* Sic enim legendum, non *Aeta*, diximus ad Li-  
vium. Omnes enim illi loci, vbi Aeta dissyllabon, vi-  
tiati, vt docebit ad Ouidium suum Heinsius noster. Eo-  
dem libro in oratione Iasonis ad Aetam, v. 484.

*Sceptra tui toto Pelias sub nomine Phoebi  
Maxima ab hoste tenens totque illacrimantia diuos  
Oppida, tot vigili pulcherrima flumina cornu.*

Pio condonandum est, qui *sceptra maxima ab hoste tenen-  
tem* explicat magnitudine ac potentia ab hoste se fatis tu-  
entein. Sed Carrio debuit attentius considerare scripti  
codicis lectionem: *Maxima forte tenens.* Zinzerlingus  
dubie: Quae si proba est, inquit, explica, *Forte*, bene-  
ficio fortunae: et adiungit plura de illa voce, satis bona,  
praeter caput et caudam. Nam nec Ciceroneum puto di-  
xisse: *virtute Fortem adaequauit:* neque tota hic reci-  
pienda

pienda scriptura vetus, sed faciendum: *Maxima sorte tenens.* hoc est, maxima sceptrum sortitus, vel, sorte data possidens. Nam *sorte datum*, non, *forte datum* dicimus: et si meijminerim saepissime et fere perpetuo duo haec vocabula in libris tum priscis tum recentibus confundi: de quo utroque ad Liuium. Sumsit a Virgilio, qui in sexta Aeneide, (v. 761.) *Proxima sorte tenet lucis loca.* Quae, malum, autem sunt ista oppida *illacrimantia diuos?* Nam lacrimis implorantia deorum auxilium ad tyrannum Peliam tollendum, ne sibi quidem Pius probauit. Testatur vero in priscis esse: *totque illa tremantia diuos,* et, expone, inquit, deos thure adolentia. Apage hunc cremantem et adolentem deos: hoc Latine non religiosi, sed nefarii et sacrorum violatores facere dicuntur. Tamen et Carrionis scriptus: *totque illa creantia diuos Oppida.* qui nihilo minus vulgatae adhaeret, et unde corruptio sit enata, monstrare laborat. Recordor, cum mire me haec verba vexarent, et pro lippo velut oculo essent: quoties fere auctor in manum veniret, in hunc locum incidebam, et tamen nihil aliud quam me fatigabam. Tandem alind agenti natum est, quod contentione et labore parere non poteram: *totque illa creantia diuos Oppida.* Haec ingens virbiuum laus. Latinus Pacatus in Panegyr. (4, 5.) *Cedat his terris terra Cretensis parui Iouis gloriata cunabulis, et geminis Delos reptata numinibus, et alumno Hercule nobiles Thebae.* Porro Thessalia quasi quidam veterum fabularum Circus: hic Aesculapius ortus: hic nouies foecunda Mnemosyne: hic tot dñi ἐγχώριοι et heroes. Pomponius Mela lib. 2. cap. 3. *Terrac interiores, claris locorum nominibus insignes, poene nihil ignorabile ferunt.* Hinc non longe est Olympus, hic Pelion, hic Ossa, montes Gigantum fabula belloque memorati: hic Musarum parens domusque Pieria. nam quod sequitur, (hic nouissime calcatum Graio Herculi solum, saltus Octaeus) Valerius quidem, nondum potuit cogitare Iason. Si placeret pro *illa* scribere ille, vt belle nonnunquam παρέλκεται, et exemplum

plum est hoc libro v. 68. *Ac velut ille* etc. non refragerer; quanuis et *illa* suam habeat emphasin. Zinzerlingus ad lib. I. citat: *totque illacrimantia diues*: data opera an errore operarum, haud scio: videtur non esse temere: sed nostrum verum est. Eodem lib. versu 624. in Martis ad Iouem querela:

*Quae studiis, rex magne, quies? iam mutua vidi  
Exitia: in solos hominum molimur honores.*

Pius miram comminiscitur interpretatione in: quomodo curas quietem Iupiter? quae circa studia tua est quies? nullum studium adhibes ad quietem emerendam. Dein, *mutua exitia*: Aeetes et Perses mutuo inuicemque exitia parant. Toto coelo diuersus ab eo quod sensit Flaccus. *Studia* sunt factiones et incitata desideria in persequendo eo, quod intendimus, vel in iuuando cui fauemus, etiam cum odio et inimicitiis aliorum. Hoc potuisset scire, sed quod sequitur, explicandum non erat, priusquam emendaretur: *iam mutua diui Exitia in solos*. Quis modus, inquit, aut quae finis contentionum et studiorum? Iam eo est peruentum, vt nos ipsi dii nobis insidiemur, et exitia mutua struamus hominum honoris causa. Directum hoc in Palladem, quam significat in Iasonis gloriam expilare velle suum lucum. *In honores hominum*, vt apud Liuium lib. 36. *rapiente fato Marcellum ad Hannibalem*, *vt ex quo primus aduersae pugnae gloriam ceperat, in eius laudem postremus Romanorum imperatorum caderet*. In eadem oratione versu 645: *anne, ego clara Mycenis Culmina*. Scribo: *Mycenes*. Vt apud Silium, (I, 27.) *Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen*. Par aut idem plane mendum in Thebaide sustulimus. In responso Pallados versu 670. distinguendum: *Fassaque quae nequeam sic foemina?* Ut postrema duo vocabula in persona deae, non poëtae, dicantur. Nam quis toleret vatem dicere de diua: *sic locuta est mulier?* Immo, ego, inquit dea, *sic foemina*, quam magnificus ille Mauors ceu fo-

minam et infirmam spernit. Dixerat enim: *neque foemineis ius obiicis ausis.* Versu 666. scribendum:

*Donec et Aetern inopis post longa senectae  
Exilia (heu magnis quantum licet in pia fatis?)  
Nata iuuet.*

Non *impia*, quasi cum *nata* cohaereat: vt olim me ace-  
pisse memini. Admiratur vim fatorum in cogendis etiam  
ferreis pectoribus, quale erat Medeae, ad officia pietatis.  
Quem sensum expressit egregie Seneca in Choro Thye-  
stae: (v. 546.)

*Credat hoc quisquam? ferus ille et acer,  
Nec potens mentis, truculentus Atreus  
Fratri adspexit stupefactus haesit.  
Nulla vis maior pietate vera est.  
Iurgia externis inimica durant:  
Quos amor verus tenuit, tenebit.*

Et mox: (v. 558.)

*Opprimit ferrum, manibusque iunctis  
Dicit ad pacem pietas negantes.*

Hunc ipsum sensum de Caesare ad conspectum caput  
Pompeii non tenente lacrimas usurpat Lucanus, nisi  
omnia eius criminari et secus interpretari decreuerisset: ita-  
que multis gyris eum circumuehitur. Libro 6. versu 345.  
de Medea lego: *recoquit fessos aetate parentes.* non *roco-  
lit.* Exemplum dedit in Aesone, vnde *recoctus senex*  
Catullo. (pag. 119. ed. Voss.) Quasi homines statuae es-  
sent ex aere vel chalybe paratae: nam in operibus ex illa  
materia igni renouatis id proprium verbum. Virgilius:  
(Aen. 7, 636.) *recoquunt fornacibus enses.* Lucanus lib. 7.  
(v. 148.) *Spiculaeque extenso Paean Pythonem recoxit.*  
Sidonius Paneg. Aucti: *falce recocta.* Ut et simplex in  
iis quae primum fiunt. Iunenalis Sat. 15. (v. 166.) *rastra  
et surcula tantum Adfueri coquere.* Sed etiam de quibus-  
vis

vis igne maturatis vel perfectis usurpatur. Mox in oratione Iunonis ad Venerem versu 465. scribendum.

*Mens mibi non eadem Iouis, atque auerfa voluntas,  
Nullus honor thalamis flammaeue in nocte priores.*

**Non aduersa.** Non queritur sibi repugnare et aduersari Iouem, sed erga se refrigeratum esse, alio vertisse animum, alio amorem. [Tacitus 2. Ann. (c. 5.) quanto acriora in eum studia militum et auerfa patrui voluntas.] Hoc certum: at in altero versu malebam, *thalami et prioris*, aliquando: sed non est opus; nam ex vocabulo *nullus* negatio in frequenti membro subauditur, quasi esset: Non ullus thalamis honor aut in nocte flaminae illae priores adsunt. Versu 527. *Barbarica clamys ardet acu.* Sic iam Pius legit. Abeat Carrio cum suo *arcet*, quod est nihil. Statius de Tynderidis: (Theb. 5, 438.) *clamys  
buic, clamys ardet et illi.* Lib. 7. versu 21.

*Tum iactata toro tamque exspectata cubili  
Ecce videt tenui candescere limen Eoo.*

Nescio quid sibi velit Carrio, qui in priori editione Scholiorum suorum haec lectionem veteri codici tribuit; in posteriore, in qua passim vapulat collectaneorum auctor, *nimirumque experta cubile*. Nisi forte operae peccarunt. Quicquid sit, pessimum et nullius sensus est quod recepit: *tumque exspectata cubili*: quo enim exspectabatur cubili, quae in cubili iacebat? Optimum et argutum, quod reiecit: *nimirumque experta cubile*: siue codex ipsius habuerit, siue non: certe Bononiensis cum notis Pii et Aldina et Gryphiana habent. Scilicet *nimiris* experientur siue sentiunt cubile, qui conquiescere et dormire non possunt, et si in plumâ iaceant aut rosa: viciissim durissimo toro aut nuda terra facile dormientes cubile non sentiunt. Bene dormit, qui non sentit quam male dormiat, inquit Publius. Fingit autem Medeam curis aegram et ignoto amore correptam insomnem infestamque noctem.

egisse. Nihil verius aut Valerio dignius. Frustra Zinzerlingus ex corruptissima scriptura coniecat: *tumque exterrata cubili: vtrum sit ineptius, exspectata an exterrata, haud facile dijudicaueris.* Iuuat et simile est illud Senecae epistola 76. *Nauis bona dicitur, quae stabilis et firma et iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox et non sentiens ventum.* Sic membranae et editio Erasmi, sic quinque MSS. Gruteri. At editiones nunc obsidet: *et consentiens vento.* Audi Lipsium: Pinciani est, et placet. Libri tamen: *non sentiens ventum: deterius.* Melius profecto: nam hae maxime sentiunt ventum, quae non sunt veloces et aegre impelluntur: ergo *non sentiens ventum,* quae a minima aura propellitur, quae priusquam vires venti experiatur, est in cursu: quod viderat etiam Gruterus. Et hoc firmainus opportune ex Valerio lib. i. (356.)

*Cristatus gemino fousit pater amore Cometes,  
Segnior Apidanu vires ubi sentit Enipeus.*

Si Enipeus Segnior non esset, Apidanum non sentiret. Plinius in Paneg. (c. 31, 5.) *desidem Aegyptum cessanteque Nilum non sensisset urbis armona.* Non sibi calamitosam experta esset tanto commeatu fraudata. Statius in Kalendis Saturnalibus: (Silv. 1, 6, 38.) *Hunc, annona, diem, superba, nescis.* Significat tanta profusione nihil annonom grauari. Eodem lib. 7. v. 441. quam quinto libro non tuli *fortem, restitutam velim: nempe hanc animam fors saeva manebat Funeris.* non pars: et si meminerim illius apud Plautum: *Hancine ergo partem capio ob pictatem praecipuam, et possit, qui mordicus tencat, interpretari, μοῖσας, fatalem destinationem.* Versu 491.

*Tunc, qit, Aesonidem quidquam te velle relicta  
Credis, et ulla peti sine te loca?*

Rectius

Rectius puto, *pati*, nempe Aesonidem: estque, durare et viuere vspiam sine te posse. De quo ad Senecas.  
Versu 546:

*Vos mihi nunc primum in flamas inuertite tauri  
Acquora, nunc totas aperite et voluite flamas?*

Sane taurorum flamma quieuit Virgineis, exstincta sacris: sed quam hic ingratum et vix explicabile est illud *in flamas?* At quam bene Aldina: *in glebas?* Sunxit a Marone: (Georg. I, 64.)

*Pingue solum primis extemplo a mensibus anni  
Fortes inuertant tauri, glebasque iacenteis etc.*

Nec longe noster: *Bellatrix tunc gleba quat.* Lib. 8. v. 204. *deiecta residens in lumina palla.* Turnebus lib. 29. Aduers. c. 4. legit: *residens sub tegmine palla.* Et lib. I. v. 132. *illa sedet deiecta in lumina palla,* Zinzerlingus cogitare iubet, si melius sit, *in flumina:* alioqui mirum esse loquendi genus et hypallagen insuauiter sonantem, pro luminibus in pallam coniectis. Ego nec mutari quicquam censeo, nec sermonem esse figuratum. Palla, qualem concepit Valerius, hoc habuit commune cum toga Romanorum, vt aut caput simul cum reliquo corpore tegeret, aut attracta tegere apta esset: quae si eo usque adduceretur, vt etiam faciem velaret, iam erat *deiecta in lumina palla.* Quintilianus Lib. 6. Manlium Suram dicit togam deiicientem et reponentem. Sed ohe, iam satis est: tu vero, si tanti est,

*I citus, atque meo caput hoc subscribe libello.*



## C A P V T   XXII

*Martialis vexatissimus locus  
de veteri membrana restitutus.  
Tomentum a tondeo et similia.  
Contaminare a contingo. Ton-  
deri. Tomentum Lingonicum,  
Circense. Iunius Philargyrius  
correc̄tus. Pili caprarum ad  
tormenta, non tomenta. Stu-  
peum tomentum. Appuleius il-  
lustratus. Tormentum coma-  
rum. Foenum, acus, pluma,  
non sunt tomenta. Isidorus  
emaculatus et Saxo Gramma-  
ticus. Infulcire. Plinius le-  
viter emendatus. Frangere*

*toros, cubile, crinem, clivum,  
puluerem. Claudianus tenta-  
tus. Fractae mammae, ubera.  
Fragilis torus, mūscus, lamo-  
go. Calpurnii vetus lectio pro-  
bata. Culeita tumeni's frauda-  
ta mula, hoc est, foeno, quod  
mularum pabulo derrabitur.  
Martialis praeterea ter ex MSS.  
emendatus. Κύρικ με, πολύ με,  
Φυχώ με. Calabriae Cambenae.  
Nosse superare, ignoscere, et  
similia. Propertius a conis-  
ētura defensus.*

**E**pigramma Martialis est in Apophoretorum libro  
centesimum et sexagesimum, tentatum saepius:  
quin et

*nullis ego perdita ruscis  
Iamdudum, nullis dubitavi crura rubetis  
Scindere,*

dum tantis ambagibus eximerem me, paucorum licet ver-  
borum. Lemma est *Foenum*; ipsum vero:

*Fraudata tumeat facilis tibi culcita pluma.  
Non venit ad duros pallida cura toros.*

Id ergo et quae ad illud olim, libet hic retractare, quando,  
vt inuertam dictum vetus, discipulus posterioris fa-  
ctus est prior dies, et duram difficilemque antea materiam  
contentione molliuimus, fecimusque, vt sperare licet,  
obsequentem. In MSS. Palatino, Pircheimeri, Bodleia-  
no, Florentino *fragilis* est, reprobatum viris doctissimis,  
qui facilem culcitam volunt esse non multo tomento far-  
tam. non tam propriō errore quam vulgari consuetudine,  
qua

qua strati quamuis impensam dicunt tomentum. Sed siue plumeam siue foeneam intelligas, frustra in vtraheris tomentum quaeritur, quod quidem veteres nouere. Hi a *tondeo* fecere *tomentum*; non a *tumeo*, vt vult Hidorus lib. 19. c. 27. quod aut in filo aut in lana tumeat, nec subtilitatem habeat; non a *τέμνω*, vt Domitius Calderinus, quibus vel syllaba contumax repugnat. *Tondeo, ton-*  
*dimen, tomen* extrito N ἐνΦωνίας χάρην, *tomentum*, vt  
*moueo, mouimen, momen, momentum*. Sic enim progre-  
diendum, non vt Beemanus aliquie doctissimi viri: *ton-*  
*deo, tonsum et tontum, tomentum; moueo, motum, mo-*  
*mentum*: nam quod prima in *momen* producitur, a con-  
tractione duarum syllabarum; non argumentum est deri-  
vatae vocis a supino. *Fero, ferimen* vel *ferumen*, vnde  
*offerumenta*, non vtique a *fertum* vel *latum*. *Ferueo,*  
*feruismen, fermen, fermentum*. *Tero, terimen, termen,*  
*termentum et trimen, detrimentum: caedo, caedimen, cae-*  
*men, caementum: nosco, noscimen, nosmen, cognomentum: la-*  
*vo tertiae, lauimen, lomen* (pro *laumen*, vt *lotus*, *plodo*,  
*copo*) *lomentum*. Sic *exigo*, antiquitus *exago*, vnde *exag-*  
*gium et apud Liuium in antiquis libris, exagentis, exagi-*  
*men, examen: in libra ab ea, significatione, qua Suetoni-*  
*nus Caesarem dicit margaritarum sua manu exegisse pon-*  
*dus: apum, quia exiguntur et in nouam coloniam mit-*  
*tuntur. Neque dubito, quin rectius A. Gellius iumentum*  
*a iungendo, quasi iungimentum, deducat, quam a iugan-*  
*do vel iuuando alii. Contango et contago, vnde contages,*  
*contagio, contagium, pro contingo, contangimen vel conta-*  
*gimen, contamen, contaminare: nam et intactum pro pu-*  
*ro, et non inquinato: Attango, attangimen, attamen,*  
*attaminare eadem significatione. Donatus in prologum*  
*Andriae: Contaminare proprie est manibus luto plenis ali-*  
*quid attingere; attaminare attingere est et polluere. Vir-*  
*gilius: Linquere pollutum hospitium. id est, contamina-*  
*tum. Contaminari tangi et relinquere polluta manu, ac per*  
*hoc foedari aut maculari. Hinc et Glossarium: Attami-*  
*Ccc 4 natus*

*natus χειροθείς, μιαροθείς.* Frustra docet nos vir doctissimus veteres *tamina* vocasse omnia maculata et foedata: *taminum* et *taminam*, vt *mendum* et *mendam*, fuisse maculam et labem: inde *taminare* cum compositis, lib. 3. Animaduers. miscell. c. 2. frustra alter suum *tamino* ab Hebraica origine arcessit. Plura possunt talia dari, et dederunt *viri* docti. *Tonderi* dicuntur quae caeduntur vel accidentuntur. Sic *ilex tonsa bipennibus* Horatio, (Carm. 4, 4, 57.) *tonsa* in instrumento nautico, *buxus tonsilis*, *tonsilia ferta*, *tonfile porrum*. Columella lib. II. de altera specie porri: *omnes radiculas amputes et fibrarum summas partes intondeas.* Plin. lib. 17. c. 27. *Vitis tantum tonsuram annuam quaerit; alternam myrtus, punicae, oleae, quia celeriter fruticescunt: caeterae rarius tondentur.* Sic *lana tonsa*, id est, rasa nouissimo sui purgamento, vt ait Plinius, tomentum Lingonicum; *tonsa* arundines tomentum Circense. *Tomentum ergo illud fartum, quod ex certa materia caesa, rasa, tonsa conficitur: qualis nec foeni nec plumae.* Nec probandum, quod Hadrianus Iunius *tomentum Lingonicum* (*Leuconicum* appellatum ipsi, quasi a candoris praestantia, quae tamen mihi nondum ratio satisfacit, et si fere ita MSS.) putat esse farturam plumeam Nebrissem secutus: quum clare Martialis lib. II. epigr. 57. (v. 9.)

*Lingonicis agedum tumeat tibi culcita lanis,  
Constringatque tuos purpura pexa toros.*

Nam quod ille *tomentum* in genere dicit, lanam breuem forpicibus desectam aut in poliendo a fullone de pannis rudibus aut interpolatis detractam, qua infarcirentur culcitae: hoc *Lingonicum* est, Galliarum inuentum, vt attestatur Plinius. Sic et Barthius lib. II. Aduers. c. 18. imprudenter ait plumea tomenta veteribus tam fuisse frequentia, vt plumariorum peculiare nomen sit, qui plumariis operibus conficiendis vicitabant. Etenim plumea tomenta ignorant veteres: nec plumarii tomenta stipabant:

bant: nec denique plumaria illa opera ex avium plumis.  
**Glossarium:** *Tomentum κνάφαλον*, quod nempe a κνάφεσι depectitur. Castigandus Iunius Philargyrinus in 3. Georgic. versu 313. *In usum castrorum, quod inde tomenta fiant.* Quasi ex caprarum pilis tormenta. Sed scribendum, *tormenta*: habet enim ex Varrone lib. 2. de rust. c. vlt. *Ut fructum ovis e lana ad vestimentum, si capra pilos ministrat ad usum nauticum et ad bellica tormenta.* Plinius lib. 19. c. 1. de stupa: *et ipsa tamen pectinatur ferreis hamis, donec omnis materia decorticetur.* Quare vocat eandem *stipeum tomentum* Appuleius in Apologia, vbi capillos suos ei adsimulat. Neque enim *tormento*, quod voluerunt Scaliger ad Catalecta et Gentilis, similis est crinis iuppexus et globosus et inenodabilis, cui unum forte πλόνεμον sive sertum aut suggestum sertonum recte compares, minime congestum illum et siluam solutorum toto capite accumulatain: sed plane stupae seu glomeri cannabis indiscriminatae. E crinibus sane mulierum tormenta facta legitimus, quod illius argumentum est: sunt autem eadem ex cannabis, quam tamen propterea *tormentum* non dices. Pro sertis crinibus usurpat Paulinus epithalamio Iuliani:

*Aut implexarum strue tormentaque comarum  
Turritum sedecas aedificata caput.*

Porro *tomentum foeno* diuersum facit Seneca de vita beata: (c. 25.) *Nihilo miserior ero, si lassa ceruix mea in manipulo foeni acquiesceret, si super Circense tomentum per sarturas veteris lini effuens incubabo.* Et acer Varro lic. 4. de L. L. *quod in eas acus aut tomentum aliudque quid inculcabant, ab inculcando culcita dicta.* Iam pluinae etiam Martialis: (14, 159.)

*Oppressae nimium vicina est fascia plumae?  
Vellera Lingonieis accipe rasa sagis.*

Et Ifidorus lib. 19. cap. 26. *Culcitae vocatae, quod inculcentur, id est, fulciantur pluma sive tomento.* Ita membranae nostrae, non farciantur. Nam fulctre interdum idem est quod *σεβεν*, stipare, inculcare: ut et *infultire*. Seneca epist. 24. *Quaevis quid huic epistolae infulserim: quod dictum alicuius animosum, quod praecipitum utile?* Suetonius Tiberio: (c. 53.) *Rursum mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum iusfit.* Quod videtur imitatus Saxo Grammaticus lib. 1. *Tandem per summam necessitatis indigentiam, commanducatis equis ad postremum canina cadavera corporibus infulserunt.* Etsi vulgo est *indulcerunt*. Denique *stramento* Plinius: nam cum de tomento Lingonico locutus esset lib. 8. cap. 48. *nec facile dixerim, qua id aetate coepit: antiquis enim torus e stramento erat.* Iterumque lib. 19. cap. 1. *In culcitis praecipuam gloriam Cadurci obtinent.* Galliarum hoc ad tomenta pariter inuentum: *Italiae quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti.* Ita scribendum, non *et tomenta*. Praeposatio significat, super vel praeter. Deinde ait, quo Itali ante cognitum tomentum strato vti soliti fint, ex eo apparere, quod stipulas, propterea quod illis ad substernendum vterentur, *stramentum* vocarunt. Perperam igitur et Lipsius ad Senecae epist. 20. *stramentum* confundit cum tomento Circensi: nam tomentum Circense concisa palus, seu arundines; at stramenta a frugibus. Nos in Martiali, ut eruditorem et ex familiari Poëtae phrasí omnino probamus optimoruin codicum lectionem, *fragilis*. Proprium verbum de toris infessis atque incumbendo depresso, *frangi*. Sic ille: (2, 59, 3.) *Frange toros, pete vina.* Et alibi: (4, 8, 6.) *Imperat exstructos frangere nona toros.* Ausonius epistola secunda:

*Gramineos nunc frango toros viridesque per herbas  
Lubrica substratis vestigia libro lapillis.*

Sic

Sic etiam censemus scribendum apud Claudianum in laude Serenae: (v. 101.)

*si placido cessissent lumina somno,  
Purpura fulgebat violae fractura cubile  
Gramineum, vernalque tori regalis imago.*

id est, praebitura se ad frangendum in cubilis vicem, para-  
ta frangi ut cubile. Agere enim etiam dicuntur, quae alii  
ad agendum in se obsequuntur et se praestant. Quod post-  
ea in scriptis inuentum sibi nitidissimo Claudiano suo  
reddidit Nic. Heinsius, omni eruditiois et ingenii laude  
tam propinquus patri, quam pater facile omnes antecellit  
caeteros. Ab hoc usq; Statius accommodauit ad comas  
Glauciae: (Silv. 2, 1, 115.)

*crinemque decorum  
Fregisset rosea lasciuia Thalia corona.*

Frangi enim vult crinem exstructum, cum superimposita  
corona deprimitur et sic quasi destruitur. Virgilius: (Aen.  
5, 556.) *tonsa coma pressa corona.* Ut frangere toros pro  
deprimere. Nam et crines struvi dicuntur, ut tori. Hiero-  
nymus ad Demetriadem, *plenis capillis turritum verti-  
cem struere.* Sic frangere clium dicit Seneca pro supe-  
rare inque eum euadere: ut nimirum franguntur tori,  
cum cubituri aut infessuri se super illas ponunt. De vita  
beata: (c. 15.) *Adscendore illo sola virtus potest: illius gra-  
du clius iste frangendus est.* Non diuerse Statius lib. 6.  
Thebaidos de celeriter currente: (v. 639.)

*exilis plantis interuenit aér,  
Raraque non fracto vestigia puluere pendent.*

Vbi vere Lactantius: *non fracto, hoc est, non depresso.*  
Sic ανακλάντις pro inflectere. Hippocrates περὶ ἀρθρῶν  
τὴν μὲν ἐτέρην χειρί ανακλάντινην ἐσ τὸ ἄνω τῷ αγκώνῳ ἔχό-  
μενον· τῇ δὲ ἐτέρην παρὰ τῷ ἀρθρῷ ὅπισθεν ἐνεργεῖσθαι.  
Lucianus ἐταῖρος ανακλάστας τὴν αὐχένα τῆς Θαΐδος·

[Hierony-

[Hieronymus in Sabianum : *Amiciris tuniciis, digitos annulis oneras, dentes puluere teris, raros in rubenti caluaria digeris capillos, taurina ceruix toris adipeis intumescens nec, quia propter libidinem fracta est, inclinatur.*] Polybius lib. II. ἐπεὶ δὲ ἐπλησιασε, λαβὼν σύμμετρον αὐτόν μα, περιέλα τὴν δύναμιν ἐπὶ δόρυ. In veteri versione Ezechielis cap. 23. (v. 3.) *Ibi subiecta sunt ubera earum et fractas sunt mammae pubertatis earum.* Neque aliter Sidonius Apollinaris : *taceo fractas pondere aruinae iacere mammas.* Alanus in Anticlaudiano :

*Poma mamillarum modico suspensa tumore  
Nulla mollie dependent fracta.*

*Descendisse easdem dicit hoc sensu Laberius in Catulario : Ego mirabar, quomodo mammae mibi descenderant. Inclinatas Propertius. Plinius lib. 3. epist. 6. papillae iacent, recessit venter. Quibus ὄρθις opponit Galenus lib. 6. περὶ τῆς τῶν αὐτῶν Φαρμάκων δύναμεως δύναται διαταπλαττομένη μασούς ὄρθις διαφυλάττειν.* Nonnus αὐθίβεις 9. διονυσ. de Nymphis Bacchini nutrientibus :

αἱ δὲ λαβοῦσσαι  
Βάκχον ἐπηχύνεντο, καὶ εἰς σόμα πᾶσδες ἐκάει  
Αὐθίβεων γλαγόεσσαν αὐνέβλυεν ικμάδας μαζῶν.

Statius vocat *stantia pectora* in Epithalamio Stellae et Violantillae : (Silv. I, 2, 270.) *ne stantia laedas Pectora.* Plinius lib. 25. c. 13. de succo cicutae : *Anaxilaus auctor est, mammae a virginitate illitas, semper staturas.* Idem lib. 28. cap. 19. *Item virgini nouem grana fimi, ut stent perpetuo mammae.* Sic *infringere* Ouidius lib. 10. metamorph. (v. 190.)

*Vt si quis violas riguoue papauera in borto  
Liliaque infringat, fuluis haerentia virgis;  
Marcida demittunt subito caput illa grauatum.*

*Vbi in membranis nostris: fuluit haerentia truncis.* Hinc ergo *fragilis culcita*, quae facile cedit ac deprimitur. Ut Statius in Tiburino Vopisci: (Silv. I, 3, 72.)

*Huc illuc fragili prosternit pectora musco.*

id est, facili, cedenti, qui frangitur ab illabente et inclinatur. Calpurnius ecloga 2. (v. 85.)

*quoties mollissima tango  
Ora manu, primique sequor vestigia floris  
Nescius et fragili digitos lanagine fallo.*

Ita certe prima editio. In vulgatis est *gracili*: quod nec ipsum reiculum: quippe et Ouidii lib. I. amoru, El. 14. (v. 23.) de comis puellae:

*Cum graciles essent tamen et lanuginis instar.*

Restat videndum, quomodo fragilem istam culcitam iubeat tuinere *fraudata pluma*. Verbum enim *fraudata* vltiimo casu accipi lex versus imperat, nec caesuram hic agnoscimus. Quis ergo sensus? Alii pro *facilis* vel *fragilis*, voluere *foeno*: alii pro *fraudata frondata* vel *foenicea*: est et οὐδὲ τέτρος οὐδὲ τέταρτος, sed ini subsellii parasitaster quidam parvulus, qui, *fraudata intumeat*, hiarolatur, et *fraudata* primo casu accipit. At vero res diuina et incomparabilis est in his literis bonae notae scriptus manu veteri codex. Pace liceat dixisse illorum Danaes patris gentilium, qui *κενοδοξίας ἐμπλεοὶ αῖσθοι*, vacui cætera et cassis lactibus eoque ieungi nihilque sufferti tinnientes; inicies denique mera et pellis atque ossa toti, intactam nobile literarum instrumentum et fidos velut antiquitatis depositarios frigidissima dicta de pelle vitulina et utre Vlyssis ausi sunt iaculari. Scias qui sentiunt ita, nec tamen commentis suis onerare veteres cessant, nihil diffluere ab illis, qui, si morbum perpetuum iurassent, bonaque omne copiam eiurassent, rei tamen suae publicaque superesse vellent. Sed illos orbem suum versare et solen-

soleñia infanire sinamus. Nobis autem diuinandi porro in Martiale gratiam fecit peruetustus membranaceus Thuanaeus, in quo plane vidimus exaratum:

*Fraudata tumeat fragilis tibi culcita mula.*

Quae fine dubio ingenua Scriptura est, cum altera illa, *pluma* nempe, ex praecedenti disticho repetita sit. Mularum cibus foenum, vt nemo ignorat. Hesiodus ἔργον (v. 604.)

Χόρτον δὲ γυκομίται, καὶ συρφετὸν, ὄφρατοι εἰη  
Βουσὶ καὶ ήμιόνοισιν ἐπηετανόν.

Praeco dicax apud Appuleium lib. 8. in asini venditione:  
*Quare vel donemus eum cuiquam, si qui tamen foenum suum  
perdere non grauatur.* Apud nostrum de hordeo: (13, II.)

*Mulio, quod non des tacituris, accipe, mulis:*

*Haec ego coponi, non tibi, dona dedi.*

Dabat dominus mulioni hordeum in pastum mularum. Ille eas foeno saturare contentus, gnarusque vt mutas pecudes furtum non prodituras, inauult id vendere coponi et eius pretio aut mercedulari augere aut curare cutem. Loquitur ergo tanquam minime dubitans de fraude servili: *Accipe quidein hordeum, et si nimis verear vt id mulis apponas: itaque quia fraudator es et foeno mulas paſcis, videor hordeum tibi cum maxime dans, non tibi, sed cauponi dare.* Sic et quod in culcitam inditur foenum, id subtrahitur mulibus, eo illæ videntur pabulo fraudari. Prorsus ita Horatius lib. I. Sat. 6. (v. 123.)

*vngor oliuo,*

*Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.*

Nec dissimile, de quo supra egimus, apud eundem: *cara, pisces auertere mensa.* Vterque versus foeneum torum commendat: is vel praecipue *fragilis*, quia facillime deſtruitur, nec fractus femel resurgit, eoque statim durus est.

*Quid*

Quid plumam desideras aut Lingonicum tomentum? Mu-  
la imino fraudata torus tibi fragilis tumeat: (hoc est, fra-  
gilis torus ex foeno mulae, cuius alioqui pabulum foret,  
auerso atque interuerso) duriciem eius hoc certe compen-  
sat lucrum, quod eum pallidae curae fugunt. Seneca  
Hippolyto: *certior somnus premit Secura duro membra  
ver/antem toro.* Haec Delphica dictio est, et aperta fa-  
tur. Caeterum ne quis dubitet de praestantia illius Thu-  
naei codicis; vnum alterumque exemplum addam, vnde  
liceat ὡς ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα aestimare. Lib. 10. epigr.  
68. (v. 5.)

*Zωὴ καὶ ψυχὴ lascivium congeris usque,  
Prob pudor, Herfiliae ciuis et Egeriae.*

Maior pars versus prioris descriptus est ab eruditulis ex Iuuenalis (6, 195.) *Zωὴ καὶ ψυχὴ lascivium interuenit:* cum aut careret Graecis, aut sic haberet, ut legi non pos-  
sent, codex ille, vnde epigramma hoc in plures est trans-  
latum. Thuanaei vero scriptor tam fuit fidelis, ut quae  
non adsequebatur, imitatione tamen characterum expres-  
serit, et cum caetera minutis literis exarata sint, hunc  
vnum versum maiusculis, quales nempe inuenit in libro,  
vnde descripsit, reddiderit:

### KURIE MULAIM UPSICIMU CONGERISUSQUE.

Legebamus haec vna et mirabamur Isaacus Vossius et ego:  
nec mora, cum applaudente illo doctissimo amico nostro  
in mentem venit mihi Martiale scripsisse:

*Kύριε μου, μέλι με, ψυχή με, congeris usque.*

Agnoscis amatoria vocabula Graecis et Latinis satis fami-  
liaria. Alterum sit ex lib. 12. epigr. 96. (5.)

*Fila lyrae mouis doctis exculta Camoenis:  
Plectra rapis nobis ambitione noua.*

Quibus

Quibus tandem *doctis Camoenis?* An quia praecedenti disticho Thaliā appellat, aliae sunt doctae Camoēnae, aliae Musae Pierides? Muti omnes aliis vīsi codices, omnes editores. Sed p̄aeclare Thuanorum monumentum:

*Fila lyrae moui Calabris exculta Camoenis.*

Quod explicabimus ex lib. 5. epigr. 31. (v. 1.)

*Varro Sophocleo non inficiande cothurno,  
Nec minus in Calabria conspicende lyra.*

Et luculentius libro 8. epigr. 18, quod et ipsum nuper a scriptis codicibus coepit integrius haberi:

*Si tua, Cirini, promas epigrammata vulgo,  
Vel mecum possis vel prior ipse legi.  
Sed tibi tantus ineſt veteris respectus amici,  
Carior ut mea sit, quam tua fama, tibi.  
Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci,  
Pindaricos nosſet cum ſuperare modos.*

Quid rotundius, quid elegantius et verbis his et sensibus. Palatinus optimus ita concipit, unde flagitium foret, ni concinnasset ita Grüterus. Non vñica litera differt Pircheimeri, nunc Arondellianus. Si tu, inquit, publicares epigrammata tua, vel aequem magnum nomen in eo generare, atque ego consequutus sum, vel maius etiam comparares. Sed tu me sic amas, vt tibi ipſe ſis iniquus, vt premas tua, et mihi ſoli eam famam relinquas: ita maior sum, quia te parem esse ignoratur. *Nosſet ſuperare etiam exquisitum eſt.* Virgilius in Culice: (v. 289.)

*Dignus amor ventia, paruum ſi Tartara nosſene  
Peccatum ignouiffe.*

Idein lib. 4. Georgicorum: (v. 488.)

*Cum ſubito incautum dementia cepit amantem,  
Ignoscenda quidem, ſcirent ſi ignoscere Maues.*

Proper-

Propertius lib. 2. Elegia 28. (v. 13.)

*Semper formosae non noscis parcere verbis.*

Habeat sibi Gebhardus suum *postis*, Propertio et nobis relinquat *noscis*. Statius Epithalamio Stellae et Violantilao: (Silv. 1, 2, 49.)

*vacat apta mouere  
Colloquia, et docti norunt audire penates.*

Denique Martialis ipse lib. 10. epigr. 33. (v. 9.)

*Hunc scruare modum nostri nouere libelli.*

Vides *nossē* eadem virtute qua posse. Quare igitur ibi quoque hanc variationem et copiam sermonis Poëtae invideamus. At multa sunt futilia in scriptis. Sunt sane; nec aurum sine folidibus in metallis: ideo arte opus est, ut secernatur. Illorum culpanda teneritas, qui subiecerunt: *Sic tua, Cirini:* et, *Vt mecum possis:* item, *Pindaricos possit.* Nam priimi quidem distichi illa lectio ferri nullo modo potest. Aut oportet esse hortantis, *Sic promas,* monentisque, qualia epigrammata scribere debeat, nempe ut aut Martiali comparari possit aut praferri: aut erit illud, *Sic promas,* optantis et vountis quasi diceret: sicut dignus es, ut vel mecum vel prior legaris, ita te obtestor, ut edas epigrammata. Si prior sensus placet, quis ita loquitur: *promo sic epigrammata:* pro tam bona scribo. Si alter, *potes* erat dicendum, non *possis.* Vt apud Cōmicum: *Vt vos in vostris voltis mercimoniis.* Et in Asinaria: *Sicut tuum vis unicum gnatum tuae, non velitis,* nec *velis.* Neque enim dubium potest esse an *velint:* et si dubium est, nulla religio est precum, nulla obligatio. Alium sensum imperatae nobis lectionis contra optimos libros nullum video: et vt rous tamen, si vel optime essent concepti, non bene conuenirēt sequens distichon.



## CAP V T XXIII

*De Liuii loco disputatum, isque restitus. Publicanorum in duris reipublicae temporibus benignitas. Publicata pecunia. Liuius alibi correctus. Triennius tabulius vel trientabulus ager. Liuii vetus lectio adserita. Publicum. Frui publico. Exercere, agere, agitare, habere publicum, et similia. Emen data lex 3. D. de iure fisci. Conductor publici. Pariter emenda lex 1. D. de Publicanis. Minuscularii vectigalium conductores. D. Augustino vera lectio redditia et explicata. In publico esse.*

**B**ello Punico secundo post Cannensem pugnam, quum Hispaniensi exercitui et sociis nauibus vestis, frumentum aliaque necessaria curanda forent, neque argentum, vnde ea pararentur, suppeteret, exhausto aerario, vastatis prouinciis, Italia ab hoste insessa atque ambigua, censuit Senatus Fulvium Praetorem, conceione habita, indicare populo publicas necessitates, cohortarique susceptores, vt reipublicae, quae ipsos locupletasset, ad tempus commodarent, redimerentque ea lege praebenda Hispaniensi exercitui, vt quam pecunia in aerario esset, iis primis solueretur. Quo facto, destinato die ad locandum consedit Praetor, adeoque magnos et amantes patriae ciuium animos inuenit, vt ad conducendum se obtulerint tres societas hominum vnde uiginti: *quorum*, ait Liuius lib. 33. c. 49, *duo postulata fuere: unum, ne alii triennio eo publicani essent, alterum, vt quae in naues imposuissent, ab hostium tempestatisque vi publico pericula essent. Vtroque impetrato (pergit) conduxerunt, priuataque pecunia respublica administrata est.* Hic prior illa conditio, vt vulgo concipitur, absurdæ est iniquitatis. Quid enim paciscuntur? nempe vt triennio proximo nulla redimere publica cuiquam alii liceat. Dignum profecto cui adiiciatur illud Gallorum, *vae victis, immo eiusmodi, vt nec peti posset nec concedi.* Quid enim? an aequum erat aut ciuile, illos qui olim conducta habebant, et diligenter

genter functiones suas praestabant, huius unde uigintiuiratus gratia subito illis priuari? Et quomodo poterat magna pars, quorum dies, ad quam conduxerant, venerat nondum? Quid si se in perfectum esset, quod suscepserant, et penderent opera interrupta minaeque in urorum? An his illi extorto Senatui tam iniquo consulto et aerumnis publicis in suum cominodum versis, nouum opus erant nuntiatur? an dimidiatum potius ab illis acceptum consummatur? et utrum factis impensis restituendis, an his quoque faciendis lucri? Ita vacillare conueniebat censorum et magistratuum fidei, totque aliorum damno vniuersitatis magni collegii commodis atque auaritiae consuli? Non hoc profecto beneficium fuisset, laudem in historia habitum, sed malignissima tyrannis: haud absurilis illi, qua potiebatur apud Aeduos Duinnorix, referente Caesare: (Bel. Gall. 1, 18.) *complures annos portoria reliqua que omnia Aeduorum vectigalia paruo pretio redemta habere, propterea quod illo license contra liceri audeat nemo.* Ne dicam, iumentam istis pecuniam otiosam esse oportuisse, Licinos et Crassos, raros illo aeuo, superantibus, qui tam pauci tam aduerso tempore et tarda ac dubia solutione omnia publica populi Romani erant exercituri. At hercule gesta sunt haec anno. urbis conditae 538, Q. Fabio Maximo tertium Ti. Sempronio Graccho COSS. et anno sequenti proxime Q. Fabii quarto M. Claudii Marcelli tertio consulatu, quin Censores ob inopiam aerarii se locationibus abstinerent aedium sacrarum tuendarum, curulum equorum praebendorum ac similium his rerum: *convenere ad eos frequentes, qui hastae huius generis adsueverant,* (sic generaliter Liuius lib. 24.) (c. 18.) *bortatique Censores, ut omnia perinde agerent locarentque, ac si pecunia in aerario esset; neminem nisi bello confecto pecuniam ab aerario petiturum esse.* Cur abstinebant locatione Censores, si isti huic et cuiuis hastae se ad futuros triennio proximo cum exclusione aliorum, non promiserant, sed ultro erant stipulati? Cur taciti alios hi nobilitatem sui  
 Ddd 2 exempli

exempli imitari tulerunt? Narrat idem Valerius Maximus lib. 5. cap. 6. nempe cum exhaustum aerarium ne deorum quidem cultui sufficeret, publicanos vltro aditos Censores fuisse hortatos, *vt omnia sic locarent, tanquam res publica pecunia abundaret, se praefitaros cuncta, nec ullum assent, nisi bello confecto, petituros.* At illi, de quibus nunc agimus, etiam laudantur lib. 34. (c. 6.) in oratione L. Valerii: *Quis igitur nescit, nouam istam legem esse Q. Fabio Ti. Sempronio Consulibus viginti annis ante latam?* Post pauca, quibus aegrum reipublicae eo tempore statum describit: *non milites in supplementum, non socios nauales ad classem tuendam, non pecuniam in aerario habebamus: serui, quibus arma darentur, ita ut pretium pro iis bello perfecto dominis solueretur, emebantur: in eandem dicim pecuniae frumentum et caetera, quae belli usus postulabant, praebenda publicani se daturos professi erant.* Mirum autem, nullam mentionem fieri a Liuio, quando respublika illis satisfecerit, quum tamen bis meminerit solutionis factae alius generis priuatis, qui M. Valerio Laeuino et M. Claudio Marcello Consulibus pecunias contulerant, (habes lib. 26.) decretique, *vt tribus pensionibus ea pecunia solveretur: primam praesentem eos qui tum essent, duas tertios et quintos Consules numerare,* lib. 29. et lib. 31. vbi quum tertia pensio ad diem non praestaretur, querimoniae illorum c. 13. *si in Punicum bellum pecunia data in Macedonicum quoque bellum vti respublika vellet; aliis ex aliis orientibus bellis, quid aliud quam publicatam pro beneficio tanquam obnoxiam suam pecuniam fore?* nec eas sustinuisse Senatum, sed trientium tabulium agrum pro pecunia creditoribus, assibus in iugera rectigali impositis, designasse? In verbis positis, non *publicam*, *vt vulgo est*, sed *publicatam* e MSS. legimus, hoc est, vindicatam populo et propterea non exigendam. Ibidem defendimus *agrum trientium tabulium* contra Sigonium, qui *trientium tributumque*, et Turnebum, qui *trientium tributum* sufficiebant. At meminit eius lex Thoria: *pro colonia. moinici- pioue.*

*pieue. proue. moincipicis. fruentur. qui. in. trientabulcis.*  
 Prorsus eadem res, *agri trientabulei et ager trientius tabulius.* Istorum igitur cur non item repetierit mentionem, possit aliquis mirari. Sed non est infrequens Livio, cum aliqua narrauerit, quae deinde sequuta sunt, qualia sequuta esse nemo facile dubitet, transfilire et gnaro lectori intellecta velle. Lib. 43. (18.) narrat edixisse Censores C. Claudium Tib. Sempronium, *ne quis eorum, qui Q. Fulvio A. Postumio Censoribus publica vectigalia aut ultratribusa conduxisserent, ad bastam suam accederet, sociusve aut affinis eius conductionis esset.* Id adeo aegre tulisse publicanos veteres, ut saepe querendo apud Senatum auderent postulare, modum potestati censoriae imponi. Cumque id non impetrarent, comparasse P. Rutilium Tribunum plebis, qui omnes illorum locationes redderet irritas; eo certe redigeret Censores, ut causam capitum ad populum dicere fuerint coacti. Iam quo mentio illa triennii? poterat hoc ipso anno, poterat biennio prouincia confici. Prorsus nullo modo stare vulgatum potest, etiam si veteres codices omnes illud non destruerent. Petauiani, Andinius, Pal. cum tribus Florentinis: *vnum mihi tarentum in eo publico essent.* Alius Florent. et Pal. *vnum mihi talentum in eo publico essent.* Rursus duo Flor. Pal. tert. et Barberinus: *vnum vti tarentum (Pal. talentum) in eo publico essent.* Alii: *ne tarentum meo publico essent.* Olim vulgo: *vnum, ne tarentum in eo publico essent.* Vnde id, quod nunc habetur, exstruxit Laurentius Valla, reprehensis aliis, qui facerent, *ut talentum in eo publicum esset.* Princeps codicum apud FR. Puteanos: *vnum miliauacarent tuhi in eo publico essent.* Vnde cuius eruditiori apparet scribendum esse: *vnum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent.* Videntur quidem nonnulli ostendere: *vnum ne militarent dum:* sed haec sine dubio interpretatione illius, et quamvis centum aliis ille codex in indifferenteribus praeuertendus. *Publica δημόσια* dicuntur siue vectigalia et redditus populi Romanii, quae certa pensione aera-

rio inferunda; siue munera operaue aut functiones ac necessitates reipublicae, quae aliqui sumtu aerarii praestanda, locantur a Censoribus aliisque magistratibus sub definita summa; conducuntur fruenda fungendaue ab hominibus locupletibus et idoneis, qui inde *publicani ὅμοσιῶναι* appellantur. Hinc illae locutiones: *locare publica* Liuius lib. 33. *conducere et redimere publica*, Cicero et Horatius, (Epist. 1, 1, 77.) *sumere publica* Cicero 6. paradox. (c. 2.) *seruabat sua publica vulgus* Ouidius, *frui publico* Cicero de prouinc. consul. (c. 5.) et Vlpianus l. 1. D. de publicanis, *exercere publicum* Cicero pro lege Manilia (c. 6.) et Seneca de const. sap. cap. 14. *agitare publica*, idem epist. 109. *agere publicum* Suetonius Vespasiano cap. 1. *leges cuiusque publici* Tacitus 13. Annal. (c. 51.) *cuersum publicum* Quintilianus declam. 341. *babere publicum* Plautus Trucul. a. t. sc. 2. *babere magnas partes publicorum* Cicero pro Rabirio Postumo, (c. 2.) et *babere partem publici Asiatici* Valerius Maximus lib. 6. cap. 9. Sic scribendum apud Callistratum in l. 3. π. 6. de iure fisci: *Cum quinquennium quo quis pro publici conductore se obligauit, excessit, sequentis temporis nomine non tenetur.* Non *publico*, vt vulgo: nam et mox in rescripto Hadriani: *conductores vectigalium publicorum et agrorum*. Vbi non est opus transponere: *vectigalium et publicorum agrorum*: cum viro docto ad decimum epistolarum Plinii. L. 33. D. pro focio. *Vt in conductionibus publicorum.* Fragmenta legis Thoriae: *ei. quicunque. id. publicum. fruendum. redemptum. conductumue. habebit.* Tentauit sic reponere in l. 1. pr. D. de Publicanis Cuiacius. Verba sunt: *Quod publicanus, eius publicani nomine, vi ademerit, quodue familia publicanorum, si id restitutum non erit, in duplum, aut si post annum agetur, in simplum iudicium dabo.* Cuiacius, *eius publici*, ex Basilicis, in quibus ὄνειρατι τῷ τέλεσ: reprehendente Alberico Gentili, et interpretante, eo *publicani nomine*; hoc est, vitiosum et sensu carentem sermonem per alium aequem vitiosum et sensu carentem. Sed et ipsum

ipsum explicat: „caute, inquit, quia nec satis videatur ad illud edictum, ut publicanus familiae eius exigat publicani nomine, nisi etiam publicani nomine, tanquam publicanus, exigat: si exigat tanquam publicanus, hoc est, quia sit publicanus; hoc tantum nomine edictum datur. Potes etiam publicani capere pro ipsa administratione, et ita Valerius Maximus: *T. Aufidius cum Asiatici publicani exiguam particulam babuisse.* Vtrumuis potest persuadere illis, qui Latine ignorant. Nam, quid hoc est ranciduli blaesa de nare: *quod publicanus eius publicani nomine?* An quis ferret pueros ita loquentes: *quas pecunias praetor eius praetoris nomine in sua prouincia cepisset:* *quae Verres praetor eius Verris praetoris nomine a Siculis abstulerit?* Annon praefstat tacere, quam dicere hunc esse sermonem Romanum? Nihilo felicius aut Latinus alterum: *publicanus vel publicanum* pro ipso publico aut administratione publici, nemini veterum in mente venit, ut poneret. In Valerio Maximo prava lectio deceptus est. Recte iudicauit vir ille incomparabilis vulgatam in edicto Praetoris non interpretandam, prius quam emendetur: et quod supponit, certe Latinum est, sensus duntaxat non superuacui. Verius tamen videtur: *Quod publicanus, quisue publicani nomine vi ademerit, quodcumque familia publicanorum.* Hoc confirmat Iulianus inferius, quem ait: *Sive igitur liberi sint, sive serui alieni, qui publicanis in eo vectigali ministrant, hoc edicto continebuntur.* Si quis tamen Cuiacium sequi malit, non magnopere repugnabo. Non intempestiuum est hic operam dare D. Augustino lib. 7. de ciuitate Dei cap. 4. *Ridemus quidem, cum eos videamus fragmentis humanarum opinionum partitis inter se operibus distributos, tanquam minuscularios vectigalium conductores, vel tanquam opifices in vico argentario, ubi unum vasculum, ut perfectum exeat, per multos artifces transit, cum ab uno perfecto perfici posset.* Haec vera est lectio, quam et nos in membranis Noricis obseruauimus. Varias corruptas proponit doctus ille Viues.

At Gruterus quomodo hinc colligat, *minutularios* negotiatores Appuleii *magnariis* diuersos lib. 2. Suspic. cap. 7, non equidem video. Et enim falsa illa lectio, et nulla hic mentio negotiatorum. Longe etiam a vero deuius, qui *minuscularios vectigalium conductores* e Festo et Servio, vbi illi de *minusculis Quinquatribus*, explanare satagit. Quid enim ad vectigalia Quinquatrus? quid publicorum conductores ad matronas sacrificantes et tibicinae feriatos Palladi? Qui portoria aut alia vectigalia redimebant publicani, eorum pro facultatibus et fide variae erant portiones. Polybius lib. 6. οἱ μὲν ἀγοράζοις παρὰ τὸν τιμητῶν αὐτοὶ τὰς ἐκδόσεις οἱ δὲ κοινωνεῖσι τέτοιοι οἱ δὲ ἐγγυῶνται τὰς ἡγορακότας οἱ δὲ τὰς οὐσίας διδούσι περὶ τετρων εἰς τὸ ὅμοσιον. Valerius Maximus: *T. Aufidius cum Asiatici publici exiguum admodum particulam habuisset.* Qui hic parua muniebant moenia, qui pro rei aut animi sui angustiis exiguum quid aut ab Censoribus aut a fisco aut ab ipsis denique maiorum vectigalium publicanis conduxerant, *minuscularii* dicti. Lex. 3. Cod. Theodosii de indulgentiis debitorum: *donec admoniti ordinarii iudices nominatorios breues absque ulla conscriptos fraude transmittant, ut liqueat, quae penes minutularios, quae penes curiales debita, quae item (sic lego pro rata) in defectis domibus habeantur: bis enim praecipue consulendum est, qui iusto remedio indigent etc.* Eos etiam qui personalibus debitibus sacro aerario tenentur adscripti, id est, conductores diuersorum portuum ac vectigalium, iubemus esse securos. Publicani et telonarii etc. Vides κατ' ἔξοχὴν de minorum publicorum conductoribus usurpatum. Exstat vox in simplici sensu etiam in codice Iustiniani. ~ Hos ergo omnes phrasi eleganti et rara *in publico esse* dicit Liuius, hoc est, curationem muneris aut sumptus aut vectigalis publici adscripta locationis lege suscepisse, conductores publici seu publicanos esse. Sic ἐν γεωργίᾳ ἔντοντι τοῦ γεωργὸν ἐνει Aelianus lib. 1. (c. 31.) ποκιλὸν ὅντες ἐν γεωργίᾳ καὶ περὶ γῆν πονήμενοι καὶ αὐτεργοὶ περι-

περι-

*περιουσίας.* Sic τὸς ἐν χειροτεχνίαις πρὸ τὸς χειροτέχνιας Libanius in oratione de vincit. Sic *in opera esse* pro operas præbere, operarium esse, Cistellaria a. 4. sc. 2. (v. 70.)

*At pol ille quidam, mulier, in nulla opera gratuita est.*

Porro conditionis sic conceptae ratio et iustissima et euidentis est. Qui in militiam scribebantur, praeter alia incommoda et pericula, quibus suum caput obiectabant, illis præsens iactura erat omissione rei familiaris: quae ut probis certisque procuratoribus crederetur, tamen et domini extra cerebat, et ad illorum fidem retinendam operamque redhodiendam oportebat aliquid ex reditu deradi. Quonies autem qui sanctis hominibus eam se tutelam commississe putaret, et causisse optime, cautor captus est? Crimina ab uno apud Ciceronem lib. 1. de Oratore et Valerium Maximum lib. 7. cap. 7. disce omnes. Militantis cuiusdam pater, cum de morte filii falsum e castris nuntium accepisset, aliis haeredibus scriptis decessit. Peractis deinde stipendiis reuersus domum patris errore impudentiaque amicorum clausam sibi reperit. Quum Atilio Regulo prospere bellum aduersus Carthaginenses gerenti imperium prorogaretur, per literas ad Senatum de non misso successore questus est, fuitque inter causas, quod eius agellus a mercenariis esset desertus. At maiores etiam metus pecuniam exercentibus, quales fere erant publicani, instant, quod his longe grauiores et subitae plagae paullulum modo remittentibus: neque eae salua omnino república communī, quippe quae illorum opera, fide, sumtu plurimum vtitur. Aequum erat igitur eos, dum dannos suos, certe prolatione commodi præsentisque pecuniae impedio, necessitatibus publicae subueniunt, vacationem militiac habere, et aliunde aut aliis commerciis prouidere sibi ac rei fideiisque integrain tueri.



## CAP V T XXIV

*Quaeſitus in Iuuenal is loco  
ſenſus. Perire dicuntur, qui  
bonis exſuuntur. Antiphon Co-  
micius iuſtificatus. Απάγεια.  
Κατακεκοφθασ. Bona viſcera,  
neruſ, ſanguis, vires, vitalia.  
Foeneratores honeſte. Foene-  
ratio negotiatio. Valerio Ma-  
ximo vetus ſcriptura deſenſa.  
Habere ad mensam. Emere de  
mensa. Aurelii Viſtor et Ap-  
puleius bis iuſtificati. Putare  
vitalia. Horatius diſſicillimo  
doctis loco explicatus. Con-  
dere aliquem. Comedendum et  
deridendum propinare. Te-  
rentii ſenſus. Praeda caballo-  
rum Praetor. Diomedes Thra-  
quare fingatur ab equis ab-  
ſumtuſ.*

**M**oleſta quoquis in ſermone obſcuritas eſt, ſed in Sa-  
tira tolerabilior, quando ita homines, quuin ne  
flagitia taxentur prohibere nequeant, id quod  
poſtea volunt, parci perfonis existimant. Neque tamen  
omnis obſcuritas dictionis eſt vitium, ſed ſaepe impati-  
tiae legentium audientiuſe, quae maturam ſcriptis aut  
dictis denegat meditationem. Quaeſitum eſt iamdu-  
dum, cur Praetor ludos edens *caballorum praedo* diceretur a In-  
veniale Sat. II. verſu 193.

*Interea Megaleſiacae ſpectacula mappae  
Idacum ſolenne colunt, ſimiſisque triumpho  
Praedo caballorum praetor ſedet.*

In codice ſatis vetuſto Patricii Iunii adiectum erat ſcho-  
lion: *propter equos ab hoſtibus raptos.* Scholiastes Pi-  
thoei: *ideo praedo caballorum, quia hordeum pro illo die*  
*aurigae tollunt equorum: aut ideo praedo dixit, quoniam*  
*multi equi frangebantur iisdem Circenſibus.* Nihilo fa-  
niora quae coſiuenti nuper docti viri, quia iniquus cer-  
taminum iudex palma praemioque bene meritos frauda-  
bat, vel quia optimos equos vili pretio dominis eripiebat.  
Quare enim Praetor viſtores equos fraudaret palma? et  
quidem tam frequenter ut nomen ab hac iniuſtitia accipe-  
ret? et fi hoc faceret, quomodo inde talis denominatio?  
Ita Midas *praedo* fuerit *Apollinis*, cuuſ aures meruit afini:

Ouidius

Ouidius tamen cauit, ne sicut eum appellaret. Iam vero, quis dedit hanc facultatem Praetori, ut dominis eriperet equos? Non sensum habet illa lectio, non mentem, quo cumque deum se vertant, qui nihil corrigi patientur. Cuius bona absuntur, is ipse dicitur interire. Diversissime Cicero pro Quinctio de subhaftatis: (c. 15.) *de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite obscureque conceditur: cui magistri sunt et domini constituantur, qui, qua lege et qua conditione pereat, pronuncient: de quo homine praeconis vox praedicat et pretium conficit, huic acerbissimum viuo videntique funus dicitur: si funus id babendum est, quo non amici conueniunt ad exequias cobonestandas, sed bonorum emtores, ut carnisfices, ad reliquias vitae lacerandas et distrahabendas.* Alluditur et apud Terentium in paeconio isto: (Phorm. 5, 8, 37.) *Exequias Ebremati, quibus commodum est, ite: bene tempus est.* Antiphon Comicus apud Athenaeum:

σοις εὐθρώπος

Ασφαλὲς τὶ κτῆμά ὑπάρχεν τῷ βίῳ λογίζεται;  
Πλεῖστον ἡμάρτηκεν ηγαύεις Φορέας τις ἡρωας  
Τάνδοθεν πάντ, η δικη τις περιπεσῶν ἀπώλετο,  
Η σραπηγήσας παρεῖθλεν, η χορηγὸς αἰρεθεὶς  
Ιμάτια χεισαὶ παρασχὼν τῷ χορῷ φάικος Φορέι,  
Η τριηραρχῶν ἀπηγέτατ, η πλέων ηλώκε ποι  
Η βαδίζων η πατέουδων κατακένοφθ' ὑπ' οἰκετῶν.

Non ceperunt interpretes η τριηραρχῶν ἀπηγέτατο, quando interpretati sunt: *suam suspendit vitam ille clausit, dum trierarchus foret, iten κατακένοφθα κατεύδων dormiens confessus est.* Illic suffocatus est, debuerit dicere, hoc est, bona eius strangulata sunt, et teneinde consitus, neinpe quod ad bona. Sahlianus lib. 5. de gubernatione Dei, ubi ostendit, quomodo facti sint Bagaudae non rexerunt traditos sibi, sed devorauerunt: nec spoliis tantum hominum, ut plerique laerentes solent, sed laceratione

zione etiam, et, ut ita dicam, sanguine pascebantur: ac sic factum ut latrocinis iudicium strangulati homines et necati inciperent esse barbari, qui non permittebantur esse Romani. Plautus Epidico: (3, 4, 52.) *Istib[us] homo articulatim te concidit, senex, seruus tuus.* Quare viscera, nervos, sanguinem, vires, patrimonium appellant. Nam, vt canit Hesiodus:

Χείμαρτο μὲν ψυχὴ πέλεται δελοῖς βροτοῖς.

Iterum in Epidico: (2, 2, 4.) *iam me conuertam in birudinem atque eorum exsugebo sanguinem.* Cicero lib. 3. in Versem: (c. 36.) *quae cum de populi Romani victu, de vectigalium neruis, de sanguine detraxit aerarii.* Pro Cluentio: (c. 6.) *praefectus est mulier audax, pecuniosa, crudelis: instruit accusatores, instruit testes: sanguinem suum profundere omnem cupit, dum profusum huins ante videat.* Secunda de lege agraria: (c. 18.) *cum se se sociorum, cum exterarum nationum, cum regum sanguine implerent.* In Pisonem: (c. 12.) *si tibi praewinciam, si exercitum, si pecuniam captam ex reipublicae visceribus dedisset.* Pro domo: (c. 47.) *Ille gurges belluatus tecum simul reipublicae sanguinem, ad coelum tamen exstruxit villam in Tusculo visceribus aerarii.* Arnobius lib. 2. *exercerent audum atque iniustissimum foenus, et miserorum e sanguine supputandis se angerent in somnia millibus.* Inde Seneca lib. 7. de benefic. cap. 10, *sanguinolentas centesimas, et cruentam pecuniam* Valerius Maximus lib. 4. cap. 8. *Opportune misericorde testatus, nummorum suorum, non ciuilis sanguinis se esse fons eratorem.* *Iam qui hac praecepit negotiatione delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint, quam improbando gaudio exsultent etc.* Vbi errant Lipsius, qui, cum proposuisset lectionem veteris libri, *negatione, de re, inquit, usuraria loquitur, eaque in honesta: cui nimis honestum negotiationis verbum: credam facile fuisse, nummatione: et Colerus eodem arguento perturbatus, qui se verum putat inuenisse, deque coniectura*

Etura sua audacter edidit, *mundinatione*. Quorum vtrumque cum sit hic intempestiuum et vix Latinum, pro vulgata illud sciendum pecuniam foenori locata in instar esse mercis, ipsamque foenerationem speciem esse *μεταβλητική* siue *negotiationis*. Vnde apud Iulium Firmicun  
lib. 4. cap. 7. *Si vero a Mercurio defluens minuta lumen luna ad Iouem feratur, aut rationibus aut foenorum negotiationibus facit esse praecositos.* Immo et Ciceroni negotiantes foenerantes. Lib. 5. ad Atticum epist. 21. *Praefeturam petivit. negauit me cuiquam negotianti dare.* Louquitur de M. Scaplio familiari Bruti, qui Salaminis pecuniam foenori dederat, et exigebat quaternas centesimas acerbissimus foenerator. Sic accipit, quando *negociatores a mercatoribus separati*: vt pro Plancio: (c. 26.) *negociatoribus comis, mercatoribus iustus.* Vlpianus ad edictum Praetoris: *Argentariae mensae exercitores rationem, quae ad se pertinet, edant adiecto die et consule.* Ad hoc caput edicti Vlpianus ita commentatur l. 6. π. 3. de Edendo: *Rationem autem esse Labeo ait ulro citro dandi, accipendi, credendi, obligandi, soluendi sui causa negotiationem.* Est ergo trapezitarum seu argentariae mensae exercitorum negotiatio. Sic l. 19. π. 1. de Institoria: *dominus, qui seruum insitorem apud mensam pecuniis accipiendis habuit, post libertatem quoque datam, idem per libertum negotium exercuit.* Notum est maiorem fere numeratae pecuniae partem habuisse veteres in mensa, vel depositam, pro occasione viros et per partes erogaturos, vel ita traditam, vt aliis foenori collocaretur aut ipsi mensarii foeneratoram haberent, qua suo arbitrio vterentur spei lucri sectantes. De qua illud apud Aurelium Victorem in Iuliano accipendum est: *cuius procuratores cum provincias calumniis agitarent, adeo ut unus ex iis diceretur locupletissimum quemque ita conuenire, quae babes ad mensam? alter, unde babes? tertius, pone quod babes.* Non enim cepit Andreas Schottus: duae voces, inquit, *ad mensam*, non hic pertinent: relegandae igitur. Profecto huc-

huc pertinent, ut quae maxime, et relegandi potius illi codices, qui omittunt. Erat enim locupletissimi cuiusque, habere pecuniam ad mensam. L. 47. π. I. de Paetis: *Ex ratione mensac, quam mecum habuisti in hunc diem ex contractibus plurimis, remanerunt apud me apud mensam meam 386, et usurae, quae competierint.* l. 20. de Instituto: *Habes penes mensam patroni mei denarios mille.* Saltem recordatus esset verbum Domini: *καὶ διὰ τοῦτον ἐδώκας τὸ αἰρεύσιον μου ἐπὶ τὴν τραπέζαν;* Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? Lucae 19. (v. 23.) De mensa eadem surrexit infeliciter homo doctissimus, in Appuleii Apologia, qua narratur Catonem scriptum reliquisse, cum in Hispaniam proficeretur, tres seruos solos ex urbe duxisse: quum iam ad Villam publicam venerat, parum visum, qui veteretur: iussisse duos pueros in foro de mensa emi: eos quinque in Hispaniam duxisse. De mensa, inquit, quaerimus, quid sit, vnde inancipia a mangonibus vendebantur? an catasta, in qua cretatis pedibus ferui venibant? an in mensa subhaftatio? an lapis, in quo praeco stabat et praeconium faciebat? Sic ille lib. 5. Observat. cap. 2. Immo mensa argentarii, ad quam homo locuples Cato haud dubie grandem pecuniam depositam vel foeneratam habebat: de huius scriptura mangonibus soluit: de hac rescripsit argentum, quo seruuli sunt emiti. Sic enim malo, quam cum Scipione Gentili, pecunia mutua sumta apud argentarios: quod credibile non sit tam diligentem patrem familias et in parte bene lauta vel nihil habuisse ad mensam, vel ob tantillum sumtum aes alienum fecisse. Auf. Popmia ad Catonem in foro mensas publicas fuisse ait, a quibus non modo pecuniae numeratio, sed etiam rerum priuatarum venditio fieret. Quae autem res illae? aut quae venditio? Immo, emere de mensa, non est comparare quod mensa vendit, sed emere pecunia de mensa prescripta. Sane argentarii praeerant auctionibus: sed has nihil ad hunc loquendi modum. Abutitur etiam in hanc rem verbis Appuleii lib. 8. metam.

metam. Erat quidam iuuenis satis corpulentus, ceraula doctissimus, collaticia stipe de mensa paratus. Vbi titubauit etiam eruditus Elmendorfius noster, recte, scribens, a Schicrado obseruatum, puerum de mensa dici παιδας τραπεζοποιον, seu της πασης περι τα συμπόσια παιδας ονειρης επιμελημενον. Non enim puer vel iuuenis de mensa vocatur ille, sed iuuenis dicitur esse paratus de mensa. Imitatio Catonis est: subest tamen siue κατάχενοις quae-dam sine translatio. nam proprie loquendo diversa sunt, nec de eodem dicuntur, collaticia stipe parari, et de mensa parari. Sed quoniam ad mensam veteres habere pecuniam solebant, mensam appellat Appuleius pecuniam communem societatis, seu fiscos communes, quo, quid quisque mendicando corrasisset, in medium dabant. Ea vero mensa seu communis pecunia tota constabat ex collaticia stipe, seu quas illis homines religiosi aliis alii, seu quas ipsi aeruscatores ab obuiis exoratae eodein contulerant. Ita quod de communis pecunia mendicae istius societatis emebatur, et de collaticia stipe et de illorum quasi mensa parabatur. Neque mensa vendidit iuuenem, ut volebat Ausonius, sed praebuit argentum, quo emitus est. Negotiatio igitur et de mensa et mensae seu mensariis et de domo foenerantium: nec aut res ipsa per se inhonestum aut hoc ei, quasi nimis honestum, parum aptum vocabulum. Quod si quis lucro illectus inhoneste hoc negotiandi genus exercet, ut mediae res nōmio honestate in perdunt, ipsa tamen res nomen propterea non amittit: ut contra quod foeneratores (istos dico sanguinolentos) odiosi essent, ideo viri boni et locupletes, qui pecuniam suam exercebant, non desierunt propterea appellati foeneratores. Ut apud Ciceronem lib. 5. fam. epist. 6. nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione foeneratores exemerit. Quos capias licet non istud proprius improbum genus danisticum, sed viros bonos, qui rem haberent et rem publicam saluam vellent. Sic lib. 5. ad Atticum epist. 21. Pecuniam numerarunt: et postea venit in mentem fo-

nerato-

*ueratoribus nibil se iuuare illud senatus consultum, quod ex syngrapha ius dici lex Gabinia vetaret. hoc est, crediteribus, qui pecuniam foenori locarent. Pompeius Silo apud M. Senecam Suasoria 7. Credamus António, si bene illi pecunias crediderunt foeneratores. Suetonius Vitellio cap. 14. Tum foeneratorum et stipulatorum publicanorumque, qui umquam se aut Romae debitum aut in via portorium flagitassent, vix ulli pepercit. Porro sic et viscera apud Ouidium in epistola Penelopes: (1, 9.) *Viscera nostra tuae dilacerantur opes.* Lampridius Seuero: (c. 15.) *qui ex visceribus prouinciarum homines non necessarios nec reipublicae utiles pasceret.* Horatius *vitale* vel *vitalia* appellat, quod interpretum, quod ego intellexerim, nemo hactenus animaduertit, lib. 2. Sat. 7. (init.)*

*Iamdudum ausculo, et cupiens tibi dicere Jeruus  
Pauca, reformido. Dauisne? ita Dauis, amicum  
Mancipium domino et frugi quod sit satis. Hoc est,  
Ut vitale putas. age, libertate Decembri,  
Quando ita maiores voluerunt, vtere, narrā.*

,Hic locus, inquit Lambinus, vt mihi quidein videtur, „etiam doctissimis viris est inexploratus: est enim ita in „arduo positus, vt eum nein penetrauerit: quare si pro „pius accedere eumque perspicere coner, vix ausini mihi „polliceri etc. Primum certe verum est etiam post ipsum: „nec in tertio ominatus est falso: medium non adfirmem, „ne iactare me ipsum videar, neque haec causa est: sed ne „scio quomodo etiam his in studiis fortuna quaedam dominatur, et summis interdum viris ardua facit, quae longe minoribus obsequentia et facilia comparat. Interpretatur igitur ille, ita frugi, vt in vita retinendum minimeque occidendum putas. Sed *vitale* Latinis est, quod *vita* *vitae* vivendique in se habet facultatibus naturalibus: non, quod dignum est, vt ei vita non auferatur. Turneo mediocritatem frugalitatis laudasse in seruo Horatius videtur: perinde quasi frugalitas nimia et attentio acrior ad rem diligen-

diligentiaque noceat: et quamuis, qui nequam et dissoluti sunt, perdi profugatique sint, neque vita digni, quos ne salus quidem ipsa seruare posse videatur; cum contra viuere videantur et vitales esse, qui sunt frugi et attenti: tamen nimia auiditate et avaritia et nimia parcimonia extitum saepe acerbum arcessatur: inde apud Senecam *media-cria* dici *utilia vitaliaque*, et Lactantium, *sapiens et iusti et vitalis viri opus, diuitias suas in sala iustitia collecare*, lib. 18. Aduers. c. 27. Foret igitur sensus: ita frugi, ut tamen frugalitatis, hoc est, parcendi et fraudandi genii causa, me fame mori nolle scias. Cruquius: tam frugi, ut eum velis esse vitalem: quod poene idem Lambiniano: et sic Acro etiam vetus scholiastes: *tam frugi est, ut optet cum dominus viuere.* *Putes autem pro velis.* Torrentius: sic frugi, ut nihil nimis, ne immodice iactet, et quia vulgo creditur insignite probos immatura ferre morte extingui, iocose addit: *ut vitale putas:* hoc est, superstitem speres, nec tali mancipio ante diem priueris. Talem igitur frugi se Dauus praedicat, non nimis tamen: ne forte herus existimet, vel ob eam causam quae dicta est, vel etiam inedia aut labore periturum. Haec interpretatio partim ex altera Acronis (*item talis est seruus, ut cum velis esse vitalem: etenim, qui nimis sunt in bonis, vitales esse non prae dicamus*) partim ex illa Turnebi composita est. Chabotius in vasta mole commentarii hic brevis quod sit satis: quod, nempe, seruum esse fidem, officiosum et domino utilem est pretium idoneum ad manunissionem et salutem; non autem ad eum in Tusca ergastula, vel in pistrinum vel in lapidicinam detrudendum. Andreas Schottus: „Ego ista verba, *boc est, ut vitale putas,* hero, non seruo tribuam: ut conscius sibi herus tractationis et querelae serui sui, quem iam in summa temporis libertate expostulare velle secundum videbat, nimurum, diceret, id est vitalia mihi amputare velle: commemoratio enim tuae frugalitatis, quantum satis est, ut ais, beneficii exprobratio est. lib. 2. Observ. Hum. cap. 30.

Eee

Ex

Ex prioribus illis speciosissima et maxime commoda est interpretatio Laeui Torrentii: sed proxime ad verum accessit Schottus. Omnia enim verba illa tribuenda sunt hero, non seruo: et *vitale* dicitur non mancipium, sed domini, ut cum dicimus, *vitalia petere*, et Plinius de putatione: (8, 7.) *plagae ad vitalia arborum*: quin et *putes* est, seces, accidas: hactenus bene Schottus. At *putare vitalia domini* non est molestiam creare, senio et fastidio esse, lapides loqui; sed idem quod Plauto *concedere dominum, exsugere sanguinem eius, arrodere viscera rei familiaris*: neque pertinet hoc totum, *hoc est*, ut *vitale putes*, ad omne alloquium Daui, sed ad verbum eius ultimum, *frugi*. Profertur enim *εἰργωνῶς* assidentendo, et per amarum iocum in contrarium sensum interpretando illud verbum, pro eo, ac si diceret: *hoc est*, ut, ubi possis, viscera mihi exedas, sanguinem exsugas. Quis me vult? inquit dominus. Dauusne noster? Ita Dauus, mancipium, si nescis, id curans, quod in rem domini est, ac satis frugi, respondet seruus. Tu frigi? suscipit herus; vero, es frigi, si frigi esse est vitalia heri putare: age tamen, non impedio, quando Saturnalia sunt: loquere pro libero. Vides sensum Horatio et hero dignissimum, ac minime morosum, et ut verbo dicam, vernaculae urbanitatis. Apud Plautum Bacchidibus Chrysanthus eodem modo vocabulum *frugi* inuertit a. 4. sc. 4 (v. 14.)

*Sed lubet scire, quantum aurum herus sibi demst, et  
quid suo reddidit patri.*

*Si frigi est, Herculem fecit ex patre: decumam partem ei*

*Dedit, sibi nouem abstulit.*

Vires Plinius in Panegyrico: (41, 1.) *interrogandus videbis, satisne computaueris imperii redditus? an tantas vires habeat frugalitas Principis, ut tot impensis, tot erogationibus sola sufficiat.* Iustinus lib. 5. (c. 9.) *Ismendas*

*est*

*et si publicis non poterat, priuatis tamen viribus adiuuabat.* i. opibus, pecunia. Eumenius pro restaurandis scholis: *etiam salarium te in sexcenis millibus nummum ex reipublicae viribus consequi volamus.* Vbi male vir doctissimus, *iuribus:* nam quam ille affert L. un. C. de praebendo salario: *Nulli salarium tribuatur ex iuribus reipublicae, nisi ei qui iubentibus nobis specialiter fuerit consecutus:* ibi omnino ex Cod. Theodosiano scribendum est *viribus.* Eodem pertinet illud, *comedere aliquem,* pro vitalia eius absumere. Apud Terentium Chremes ad Menedemum: (Heaut. 3, 1, 53.) *Quid te futurum censes, quem ad fiducie excedent.* Plautus Mostellaria: (1, 1, II.) *sine modo adueniat senex: sine modo venire saluom, quem absensem comes.* Pseudolo: (4, 7, 25.) *Iamne illum comesurus es?* Cornificius ad Herennium lib. 4. (c. 49.) *Iste, qui tanquam coblea, abscondens retentat sese tacitus, comeditur cum domo sua et aufertur.* Quintilianus lib. 8. cap. 6. vbi explicat troporum species: *Nisi forte hoc potius est a possessore, quod possidetur: ut hominem decorari, cuius patrimonium consumitur.* Neque accipiendo aliter apud Terentium Eunicho a. 5. sc. vlt. (v. 57.) *Hunc comedendum et deridendum vobis propino.* Vbi recte vetis interpres, hoc pertinere ad verum cibum cum caeteris rebus, quasi significare voluerit ab illis omne eius patrimonium absumendum, adeo vt ne ipsi quidem domino parcant. Idem iniuria notatur a P. Victorio, quasi indignum sit illud ingenuis adolescentibus, censente potius Comicum, quod praeberet illum ad contemptum exponeretque ipsis lacrandum acutis dictis, voluptate inque ex eo capienda, *comedendum* dixisse, lib. 15. c. 10. Adeo placuit viro doctissimo illud παραφεγεν apud Laertium, vt id omnino alicubi applicandum putaret. Secus quae ista ratio? quam multa faciunt adolescentes Comici non admodum decencia? Dignitus nimirum ingenuo patrem fraudare, quam prodigo homini exposcenti operam ad comedenda bona locare? dignius omnem habentiam patris ad lupanar ferre?

ferre? Certe id Phaedria se indignum non putauit, qui parasito interpreti conditionum, quibus riualis acciperetur miles, dicenti<sup>t</sup> *praeterea etiam, quod ego vel primum puto; Accipit hominem nemo melius prorsum, neque prolixus:* respondet: *Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est: et ne magis ingenuus Chaerea putetur, succinit, idem ego arbitror.* Ne dicam, si verbum *comedendi* sic accipiatur, idem fore *comedendum* et *deridendum*. Ergo duplex meritum suum imputat Gnatho adolescentibus, praebere se, tradere ac dedere primo fruendum cum ornamenti omnibus, tum, ne fileat sine iocis hilaritas, etiam deludendum. Sic et *feriri, plagam accipere* dicitur, qui damnum in bonis facit. Notum illud: *Geta ferictur alio munere.* Tripunmo a. 2. sc. I. (v. 19.) *vbi illa pendenter ferit.* Cicero lib. 9. epist. 16. *Nunc cum tam aequo animo bona perdas, non eo sis consilio, vt cum me hospitio recipias, aestimationem te aliquam putas accipere: etiam haec leuior est plaga ab amico quam a debitore.* In Oratione pro Flacco (c. 20.) de Heraclide, qui Hermippum induxerat, vt pro se sponderet: *Hic bercule cornici oculum, vt dicitur: nam hunc Hermippum, hominem cruditum, ciuem suum, cui debebat esse notissimus, percussit.* Haec omnia et plura seruiunt eo, vt intelligas vnicam et veram lectionem apud Iuuenalem esse: (ii, 193.) *Praeda caballorum.* Etenim in quo quis sanguinem suum profundit, a quo viscera et vitale sibi erodi et absungi patitur, eius merito *praedam* dicemus. Luius de Iunio Bruto: (c. 56.) *cum se suaque praedae esse regi finaret.* Sic apud Comicos meretricum et lenonum et parasitorum *praedae* sunt amatores et luxuriosi adolescentes, heri stulti seruorum. Atque ita Praetor *caballorum praeda*, qui in comparandis et instruendis ad munus equis, munere denique ipso, sub vana specie honoris censum mergit. Varro in Saturis: *Crede mihi, plures dominos serui comedenterunt quam canes.* Hinc etiam Diomedis Thracis et Actaeonis fabulam enucleat Theo Sophista progyinn. cap. 6. Διομήδης

δὲ Θρᾷξ εἰς ἵπποτροφίαν ἐδσεναιλωθεῖς ἐλέχθη ὑπὸ τῶν  
αὐτῷ ἵππων ἀπολαμένου ποτὸς δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ Ακ-  
ταιῶν ὑπὸ τῶν κυνῶν. Neque aliter Palaephatus. De Actaeo-  
ne: (hist. 3.) τῷ δὲ Ακταιῶν, αἱρεδεῦται τῶν οἰκείων,  
μαζῆλον δὲ κυνηγεύεται, διεφθάρη ὁ Βίος· ὅτε δὲ οὐκέτι εἴ-  
χεν οὐδὲν, ἐλεγον αὐτῷ οἱ ἄνθρωποι· δειλὲ Ακταιῶν, δε  
ὑπὸ τῶν ιδίων κυνῶν κατεβραχθεῖς. Et de Diomede: (hist. 4.)  
ἵπποτροφῶν τε ἐπελάβετο, καὶ μέχρι τέττα ἵπποις γέδε-  
το, ἕως ὃ τὰ αὐτῷ ἀπώλεσε, καὶ πάντας πωλῶν, καὶ  
τηνάλωσεν εἰς τὴν τῶν ἵππων τροφήν· οἱ δὲ φίλοι τοὺς  
ἵππους αὐτροφάγοις ἀνόμασαν. Quo nihil proprius hanc  
rem. Acerbo igitur sale perstringit munerarium Poëta:  
qui dum triumphantis ritu habituque Circensibus praefidet,  
magnum se virum putat, quem reuera fit *caballorum prae-  
da*: hoc est, prodiga illa impensa in equis aurigisque  
alendis, exercendis, producendis, comedatur miser, pa-  
trimonium exhaustat, intereat. Obuersatum est hoc et  
Lipso, ad primum annalem Taciti: „quo versu, inquit,  
„haesi aliquando, num legendum sit *præda*: quia scilicet,  
„magna pecuniae vis effundenda Praetori in aurigas et  
„equos, iisque ipse quasi *præda*. Poterat ille quidein non  
haerere modo, sed fidenter decernere. Ecce enim tibi-  
cinei Iuuenalem ipsum huic interpretationi Sat. I. (v. 59.)

*Qui bona donauit præcepibus, et caros omni  
Maiorum censu.*

Quid hoc est aliud quam quā fuit *præda caballorum*? Sic  
in contrarium *cantberium comedisse* dicitur Ciceroni, qui  
famis causa coactus est illum vendere, ac pretium absum-  
bit, lib. 9. ep. 18. *Potes mulq isto, quem tibi reliquum esca  
dicas, quando cantberium comedisti, Romam peruehi.*





## C A P V T   XXV

*Cicero de coniectura restitu-*  
*gus. Confectum Latiar, con-*  
*flectae Latinæ. Luii locus iu-*  
*signis defensus et explicatus.*  
*Latinis quartus dies adiectus*  
*sopito certamine ciuili de con-*  
*solatu plebeio. Latinae non fine-*  
*tudis. Latinae instauratae.*  
*P. et L. Scipiones amantes mo-*  
*ris Graeci! Liuius partim vin-*  
*dicatus, partim emaculatus.*  
*Cum pallio, cum lorica ambu-*

*lare, cum Gallicis et lacerna-*  
*currere, cum Sicyoniis curfita-*  
*re. Sicyonia. Cornificius ad*  
*Herennium explicatus et defen-*  
*sus. L. Scipio Asiagenes. Rur-*  
*sum Liuius restitutus. Sidon-*  
*nus tentatus. Asiagenes, Aou-*  
*royens, Ασιαγενης. Valerio*  
*Maximo vetus scriptura resti-*  
*tuta. Impatientia. Tacitus*  
*tentatus. Patiente amare.*  
*Martinli lux.*

**N**otum est anniuersarium sacrificium in monte et inter  
 impedimenta consularia Latinarum feriarum mora,  
 vt appellat Liuius lib. 21. extremo. Sed non est ita  
 protritum, quid sibi velit Cicero lib. 2. ad Q. fratrem  
 epist. 4. *De Tullia nostra, tui mehercule amantissima,*  
*spero cum Crassipede nos confecisse.* Dies erant duo, qui  
 post Latinas habentur religiosi: caeterum qui confectionum  
 erat. *Latiar erat exiturus.* Haec corruptissima et pro-  
 pe desperata habuerunt viri docti, certe parua cum spe  
 tentarunt. Pro caeterum qui fecere cacteroqui vulnus  
 vulnere augentes: deinde Manutius verba illa, *confectum*  
*erat, accipit de sponsalibus Crassipedis et Tulliae:* postea  
 reponit vel, *Lucceius erat exiturus, vel, confectionum erat*  
*Latiare.* Eram exiturus: quibus coniecturis epistola  
 sexta occasionem dedit. Lambinus: *Latieri erat exitu-*  
*rus.* Nam quem delegant nobis notae Gruteri, nihil ha-  
 bet, cur necesse non sit *Ἄλλη δρῦν βαλανίκεσν.* C. Bar-  
 thius: *caeterum quasi confectionum erat.* Laetior erit exi-  
 tus: Vel, *Lactior eram exiturus*, lib. 38. Aduers. c. 7.  
 Nos minima aut nulla mutatione: *Dies erant duo, qui*  
*post Latinas habentur religiosi: caeterum, qui confectionum*  
*erat Latiar, erat exiturus.* Significat Cicero scripsisse  
 hanc epistolam sese prope occasum solem illo die, vel  
 exequ-

exeunte et decedente illo die, quo Latinae feriae erant confectae. *Ire dies et abire et exire satis perspicue dicitur, ut et anni exitus.* Qui autem tempore quo, quod et Livio alicubi reddidimus. Nam *confectum Latiar seu Latinarum solenne vel sacrificium in Albano monte Latiali Ioui, verbo proprio et signato, est quod Lucano confessae Latinae Lib. I. (550.) et ostendens confectas flamma Latinas.* Et lib. 5. (401.)

*Nec non Iliacae numen quod praefidet Albae,  
Haud meritum Latio solennia sacra subacto,  
Vidit flammisera confectas nocte Latinas.*

Feriis Latinis vnum diem dicauerat Tarquinius: exactis regibus addiderunt alterum primi Consules: inde foedera cum Latinis populis icto paulo post secessionem in montem Sacrum (quam et causam Aedilium plebis creatorum fuisse indicat Dionysius, vt ludorum, qui feriis Latinis siebant, curam haberent) accessit tertius: denique post atrox, ciuile tamen, certamen de consulatu cum plebe communicando reducta concordia quartus adiectus, testibus Dionysio Halicarnassensi lib. 6. extremo et Plutarcho in Camillo et Liuio lib. 6. cap. 42. verbis quae ope indigent, non propter se, sed propter viri praecclare de Liuio meriti molitionem. Sunt ista: *Ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus, quam dignam eam rem Senatus censeret esse, meritoque id, si quando unquam alias, deum immortalium causa libenter facturos fore, ut ludis maximi fierent, et dies unus ad triduum adisceretur; recusantibus id munus Aedilibus plebis, conclavatum a patribus est iuuensibus, se id honoris deum immortalium causa libenter acturos, ut Aedilas fierent.* Varietatis hic nihil in scriptis cedicibus inuenimus: eo justius pulcherrimum hunc locum foedissima adspersum macula esse nemo credidit: quod quantum aliis vitio, fibi laudi dat Siganus. Ait non de ludis magnis, sed de feriis Latinis hic mentionem fieri. Immo, quia de feriis Latinis agitur, ideo

recte dicitur, ludos earum feriarum fieri debere maximos et apparatissimos: etenim ipsae feriae Latinae non erant sine his ludis. Dionysius citato loco: *Munus autem procurationemque sacrificiorum et ludorum, qui in illis feriis fiebant, Tribunorum plebis adiutores acceperunt, qui nunc aediliciae potestatis, a Senatu praetexta et sella eburnea et reliquis insignibus regiis honorantur.* Li-  
vius lib. 5. (c. 17.) inuenimus tandem est, ubi neglectas  
caerimonias intermissumque solenne dii arguerent: *nihil pro-  
fecto aliud quam magistratus vitio creatos Latinas sacrum-  
que in Albano mox non rite concepisse.* De eadem re  
inferius: (c. 19.) *Iam ludi Latinaeque instauratae erant.*  
Porro ex verbis Liuianis alia frustra censet esse repetita,  
alia plane deformata, alia omissa. Repetita esse, *deum  
immortalium causa libenter:* neque enim ad hanc senten-  
tiam pertinere, sed ad inferiorem, unde suinta sint per  
imprudentiam. Cur vero? an minus decebat Senatum  
censere, deos immortales ob hoc beneficium restitutae  
concordiae ludis honorandos, quam iuvenes patricios di-  
cere, se honoris deorum immortalium causa id esse fa-  
cturos? Etenim, inquit, Senatus concordiae causa decer-  
nit ferias, iuvenes deum immortalium causa se libenter  
id onus suscepturos pollicentur. Miror discrimen. Quasi  
seu concordiae seu cuiusvis alterius boni causa decretis fe-  
riis non possit in senatusconsulto ponи, deorum immortalium  
causa indictas. Nempe a diis immortalibus grato  
animo, quiequid erat publice boni, agnoscabant, neque  
feriae ludique publici fiebant, nisi honorandis diis. Im-  
mo ut hoc muneris tanto facilius iniungi sibi paterentur  
Aediles, et dignam eam rem censuit Senatus, ob quam ap-  
paratissimi ludi fierent adiecto etiam die, et confidere  
se haud grauatum, non tam publicae felicitatis quam deum  
immortalium causa, eos ab Aedilibus factum iri dedita  
opera professus est. Haec ipsa enim bonae opinionis  
professio blandam vim adhibet illorum, quibus persuadere  
voluumus, voluntati. Iam deformata esse autem  
haec,

haec, facturos fore, ut ludi maximi fierent: legendum enim: factum SC. feriae ut Latinae fierent. Ostendit etiam, vnde ista corruptio processerit: nam cum scriptum esset: factum SOC. (sic enim vitiose plerunque esse in libb. vett.) quendam emendasse: facturos: cum scriptum esset, Latin. alium fecisse: ludi m. i. maximi. Non opus haec exagitare, vt facile foret: dii procul hanc terris corrigendi rationem. Illud euidens est, in primis offendit eo virum doctissimum, quod illud, facturos fore, sine substantiuo seu nomine eorum, qui facere deberent, comparet. Atqui subaudiendum ex proximo, Aediles plebis, more Liuui, quem pluribus exemplis in Notis declarauimus. Vide ad lib. 30. c. 7. et ad lib. 45. c. 30. At vero, quod ille suggerit, factum SC. feriae ut Latinae fierent, id omnino deformatum est. Nullum vñquam ea formula SC. factum, ex quo semel anniversariae fuere: nullo ad id proprie ut fierent, senatusconsulto opus: sufficiebat mos maiorum, secundum quem Consules noui, priusquam aliud agerent quidquam ad rem publicam pertinens, de religionibus consulebant et ex SC. constituto die concipiebant indicebantque Latinas ferias. Quonodo autem id munus recusare poterant Aediles, qui muniris huius ergo fuerant instituti? Denique omissorum hanc ait fuisse futuram sententiam: *Cum dignam eam rem censeret Senatus, meritoque id si quando vñquam alias, bac maximo tempore faciendum, factum SC. feriae ut Latinae fierent etc.* Certe nec sententia haec Liuui fuit, neque talibus ille verbis eam expressisset: aliter catuli, aliter. Vult enim, quae mens satis plane exprimitur in veteri scriptura: cum eam rem dignam censeret Senatus, ob quam fierent magnifici ludi et uno die aucti, qui solebant comitari Latinas; cumque idem censeret Aediles plebis, si quando vñquam alias, libentes merito id deorum immortalium causa facturos curaturosque; tum recusasse agravatum munus Aediles, iuuenes autem patricios sucllamasse; se vero id honoris deum immortalium causa libenter

acturos, cum eo vt fierent Aediles curules. *Triduum illud* non est aliud quam triduum Latinarum, quae vox si inferta esset, omnia forent clariora: nunc quia abest, omnino intelligenda, vt multa voluit Liuius. Si quid mutandum esset, transpositione forsan faciendum erat, hoc modo: *quoniam dignam eam rem Senatus censeret esse, vt ludi maximi fierent, et dies unus ad triduum adiuvetur, meritoque id, si quando unquam alias Deorum immortalium causa libenter facturos fore; recusantibus id munus Aedilibus plebis.* Quasi repetisset: cumque idem Senatus censeret, merito id facturos Aediles plebis, recusantibus iis. Caeterum *dies religiosi*, quorum meminit Cicero, aut sunt ex numero quaternorum: et tunc ipsum sacrificium biduo peractum fuisse putandum: aut, quod verius, extra numerum, et sunt alii fortuiti, vt in primis supplicationum. Nam epistola sexta quoque iisdem feriis adiungit supplications. Vt et Liuius lib. 45. cap. 3. *Ob eas res gestas ductu auspicioque L. Anicci Praetoris Senatus in triduum supplications decrevit, ut Latinae edictae a Consule sunt, in ante quartum et tertium et pridie Idus Nouembres.* hoc est, quod triduum futurum esset post Latinas, quarto et tertio et pridie Idus. Nisi excidit dies, et de ipsis feriis hoc effertur, vt in Notis haud opinor temere suspiciati sumus. Solebant etiam interdum extra ordinem addi dies ludis: vnde apud Liuium lib. 35. *Ea religione moti Patres et diem unum adiuvendum ludorum celebritati censuerunt.* Quod si malis, *eram exiturus*, quia epist. 6. *quod eram postridie Roma exiturus:* aut *erat exiturus*, ita vt in fine deficit nomen eius, qui esset urbe profecturus: per me licet: sed sic postrema non do die datarum literarum, sed de itinere vel Ciceronis vel cuiuscumque alterius: manet autem salua confecti Latiaris interpretatio. Liuius lib. 44. (c. 22.) *Et ne quid profectionem suam teneret, pridie Calendas Apriles Latinis esse constitutam diem.* *Sacrificio rite perfecto, se et Cn. Octauium, si uul Senatus censuisset, exituros esse.*

Nam

Nem quod epistola sexta dicitur *inſtaurari Latinas*, quae in altera iam *confectae* narrantur, sciendum sine dubio inſtauratas, quae prius rite factae non erant: cuius rei complura exempla Liuius suppeditat. Nunc saltum faciamus ad alia. Publius et Lucius Scipiones moris et disciplinae Graecae fuerunt amantiores, quam illorum temporum feueritas grauitasque Romana propemodum fine nota censoria ferret. De priori Valerius Maximus refert, quum in Sicilia parando in Africam traiectu ruinam Carthaginis animo volueret, *inter confilia ac molitiones tantae rei operam gymnaſio dedisse, pallioque et crepidis uſum eſſe*, lib. 3. c. 6. Idem ei vitio datum narrat Liuius lib. 29. cap. 19. vbi Fabii Maximi truci fententia post Locrenſium de Praefecto illius Pleminio querelam recitata subiungit: *Perrogari eo die fententiae accensis ſtudis pro Scipione et aduersus Scipionem non potuere. Praeter Pleminii facinus Locrenſiumque cladem ipſius etiam imperatoris non Romanus modo, ſed ne militaris quidem cultus iactabatur: cum pallio crepidisque inambulare in gymnaſio, libellis etiam palaestraeque operam dare.* Rhenanus tres voces, *et aduersus Scipionem*, praeter auctoritatem ſcripti codicis ait eſſe infultas: nam quanto magis principum orationibus lacerabatur Scipio, tanto magis aliorum ſtudia in illum accenſa. Sed nos et in omnibus vidimus nostris, et ut fortaffe abeſſe poſſe vincat argumentum Rhenani, tamen minime abolendas eſſe peruincit. Pronus error librarii, qui omifit ob repetitum nomen Scipionis. Sed et fi ſequentia inſpicias, otiosas non eſſe apparebit. Connectunt enim praecedentibus, quae inox narrat praeter Pleminianum facinus obtrectatores in eo fuiffe criminaſos: quae deletis illis minus commode interiiciuntur inter mentionem ſtudiorum pro Scipione et fententiam Metelli: huius enim praefatio continent ea, quibus egerunt beneuoli et studiosi Scipionis. Deinde legebatur olim: *libellis etiam cum ſustulit pronomen Rhenanus. Contra Put. et omnes Gall. Palatinique tollunt coniunctionem habent-*

bentque: *libellis cum palaestraeque*: nec fortassis aliter fuit in Borbetomagensi; sed Rhenanus qui nihil mutata reliqua oratione locum potius videbat esse soli coniunctioni, quam nudo pronomini, retinuit illam, quasi in *censo* corruptam: ideo nec plane explicat, vt in libro fuerit. Consensus tot veterum codicum me mouet, vt existinem scribendum esse: *cum pallio crepidisque inambulantem in gymnasio libellis cum palaestraeque operam dare.* Caeterum quae plus quam vulgaris hic et animaduertenda nemini loquendi figura videatur: *cum pallio crepidisque inambulantem in gymnasio*: ea impediuit viros summa cruditione summoque ingenio praeditos apud Cornificium ad Herennium lib. 4. c. 3. *Quod si quis ad Olympiacum venierit cursum, et sickerit, ut mittatur, impudentisque illos dicat esse, qui currere coepinxint, ipse intra carcerem fet, et narrat aliis, quomodo Ladas aut Boësus cum Sicyonius curfirarit.* Turnebus inscitum et nugatorium sit exprimi sensum; neque enim cum populis solitos illos, sed cum similibus certatoribus cursitare: tum aliqua cum metus et verecundiae suae significatione legendum se credere fatetur: *aut Boësus Sicyonius curfirarit*, lib. 20. Aduersar. c. 25. Laevinus edidit, *Boësus Sicyonius*: et si in notis probet etiam *Boësus* nomen pugilis apud Xenophonem. Accessit tertius Gruterus, a quo iam sic dubius in editionibus legimus: corte legere nos sic ille vohuit; nam *Boëscus* operarum inendum est. At nihil est insciti aut nugatorii sensus, si, vt oportet, *Sicyonius*, intelligas non hominibus, sed calceamentis. Lib. I. de Oratore: (c. 54.) *si mihi calceos Sicyonianos atculisses, non vicerer, quamvis essent babilis et apti ad pedem, quia non essent viriles.* Lucretius: (4, 1118.) *et pulchra in pendens Sicyonia rident.* Phrasis qualis illa Liuui, qualis pro L. Flacco: (c. 17.) *ambulat cum lorica.* Qualis in secunda Antoniana: (c. 30.) *cum Gallis et Iacerna curristi.* Bruto: (c. 14.) *cum Consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum laena faceret.* Naeuii in Scipionem:

nem: *rum suus pater cum pallio uno ab amico abduxit.* Cornificii eodem libro: (c. 52.) *venit etsi cum sago, gladio succinctus.* M. Velserus in Boicis locum omnibus interpretibus depositum conclamatumque, etsi *Boius aut Boicus*, ut quidam legere maluerunt, Boica respicere videatur, quod nihil sani erui posse confideret, scientem ait praeteriisse. Certe non potest pertinere ad Boicam Graeca et gymnica exercitatio est, et Graecum vtrumque nomen, etsi posterior persona obscura, siue *Boeius* ille, quo vocabulo inter Heraclidas commemoratur Pausaniae et alius *Boios* ἐν ὀρυζογενείᾳ Athenaeo lib. 9. siue *Bolis* vocatus fuerit. L. Scipionis statuam chlamydiam crepidatamque in Capitolio cernere erat, teste Cicерone pro Rabirio et Valerio Maximo d. l. neque ex Asia deuicta minus idem amauit cognomen Graecum *Asiagenis* quam Latinum *Asiatici*. Livius lib. 39. cap. 44. vbi de aspera illa tristique M. Porci et L. Valerii Flacci censura: *In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiatico admensus equus.* Hic scriptae membranae Cardinalis Barberini et Alexandri Petavii clare: *L. Scipioni Asiagenus.* Sic et unus Florentinus vetustior. Item Venetus Coenobii D. Antonii. Alter in eadem bibliotheca: *Lucio Scipioni geni asia* Thuanaeus: *L. Scipioni regni asia.* Quae adiungimus, ut appareat, quid librarii proximorum seculorum permisent sibi, et quibus gradibus longissime tandem a veritate fit recessum: haud interim dubii, quin *Asiageni* Livius scripsiterit. Idem namque Graecis Ασιαγεὺς, qui Romanis Asiaticus, ut Αρυζτογενῆς, Ηπειρογενῆς. Vocabulum σαιφυλῆς videri αἰσιαγεὺς ait Athenaeus, lib. 14. Estque satis probabile, vtramque appellationem simul natam et pro affectu Lucii erga nationem perhumanam, hanc iuxta gratam illi, itaque vsu vulgatam fuisse. Neque enim adiectio illa τὸ γένος semper natuam patriam significat, quod obiecisse mihi doctum virum memini, quaerendumque dixisse (hoc est, nodum in scirpo) an *Lucius Scipio forte in Asia natus esset.* Sic et Apollo Λυκηγενῆς,

*γεγής*, quasi Λυκιηγενής, non quod in Lycia genitus sit, sed διὰ τὸ τὸν Απόλλωνα ἐν αὐτῇ Λίαν ἐυσεβεῖδαι. Quare et Didymus, Λυκηγενέοι explicat τῷ ἐν Δυκιᾳ τιμωμένῳ, et si adiiciat fabulari quosdam Apollinem in Lycia natum, quod nec filuit Eustathius, ut nec de lupo apparenti Latona, cum pareret. Sed et origo partis, a qua vox producitur, non tantum nasci, verum et esse significat, eumque solum respectum in quibusdam compositis habet, ut *αεργενής*. Sic πρεσβυτερέας τὴν ἐν Δακεδαιμονι παραγενόθεσσαν αριστοράστιαν τοῖς βασιλεῦσι dixisse Pythium quam Lycurgus Γερεστιαν, testis Plutarchus. Sidonius in Panegyrico, quem Aucto scripsit, ut quidem boni MSS.

*Vac misbi, qualis eram, cum per mea iussa iuberent  
Sulla, Asiagenes, Curius, Paullus, Pompeius,  
Tigrani, Antiocho, Pyrrho, Persae, Mitridatis.*

In editionibus corruptis olim hic legebatur, *Aiac gener.* Hinc Antonius Augustinus in opere de familiis Romanis coniecit *Asiagetus* scripsisse Sidonium; ita primum in Graecia dictum Scipionem, eiusque vestigia exstare in numinis et antiquis exemplaribus Liuii. Nimurum hactenus est falsus vir summus, quod in nummis, cum postremae literae expressiae non essent, et lex versus apud Sidonium ita videretur poscere, pro *Asiagenes*, quod antiqua illa exemplaria praetulerunt, legit *Asiagetus*. At Sirindus, quod in Liuiianis libris adhuc non contigisse videre praefatur fibi, nisi *Asiaticus*, in promtu caula est: non ita Patauini historici, ut Sidonii sui, vetusta exemplaria volutauerat. neque enim omnia possumus omnes. Secus ex numinis non tam leuis hac in re conjectura illi videatur: in quibus L. S C I P. A S I A G. supplendum esse, L. Scipio *Asiagenes*, istorum auctoritate et ipse sciuisse. Accedit testimonium Diodori Siculi in excerptis, loquentis de Nasica: Εξ ἐκείνων γαρ ἦν τῷ γένεις, ἐξ οὗ τὰς Αφροδίτης καὶ τὰς Ασιαγενεῖς καὶ τὰς! Ισπάλεις ὄνομάζεινται συμβέβηκεν· ὃν ὁ μὲν τὴν Διβύνην, ὁ δὲ τὴν Ασίαν, ὁ δὲ

τὴν Ἰσημερίαν κατεῖσθαι φέμενος, ἔτυχε τῆς εἰκόταν πράξεων Φερωνίους προστυγοῖς. Quod autem Sirmondus hario latatur, potuisse Apollinarem dixisse vel *Afiagetes* vel *Afiagenes*, ea forma, qua *Eugenetus* pro *Eugenio* et ἐρωθενεστής pro ἐρωθεντής: prius diuinandum non est, quia nec datum est nec conuenit tale nomen imperatori Romano horum temporum; alterum, ut sane speciem habet, ita si conieetur agere velimus, nihilo peiores in prointu sunt. Sane vix credibile est, ut productum iuerit eam syllabam Sollius, quam omnis pronunciatio breuem testatur, et quaevis refutaret auris. Nam indulgent hoc modo tum fere in Graecis vocibus illi Poëtae sibi, quando prolatio communis quantitatem non discernit, siue id fiat propter accentum, ut *Idolum* ἕδαλον, *diaistema* διάσημος, *trigonus* τρίγωνος, siue quia syllabis abundant, et quarundam non auditur quantitas, ut secundae in *Ecclesia*. Itaque si hac parte saluum quoque velimus Sidonium legamus vel: *Sulla*, *Afiatogenes*, ut apud Aeschylum in Persis: πᾶσα γὰρ ἡγετὸς Ασιατογενῆς ὄχωκε· sic ἐρωμένης et ἀριστομανῆς et vidimus scriptas membranas, quae inter medium vocem relicto albo cum distinctione (*Afiatogenes*) non absurde significabant syllabam excidisse: Vel, quod omnium maxime probabile, *Afia genes*; siue ve lis deriuare a γεννᾷ, siue geminatione poëtica τῇ γ, ut in ἐννέπω, ἐνη, ἐννετίγαιος. Potest tamen in raro nec multum frequentato vocabulo etiam accentu deceptus esse Sidonius, dum putat Ασιατεύης pronuntiari ut Ωργένης, immemor Graecos in nominibus personarum mutare accentum, quem habebant eiusdem originis communia. Illud autem gentem, hoc personam designat: ut et Origenes Philosophus apud Eunapium: et si utrumque partim ex proprio, partim ex communi compositum sit: nam quod illi praefstat Ασίας, hoc alteri Ωρης vel Ωρος apud Aegyptios et dei et regis nomen. Quod miror eruditum Halloesium fugisse, qui contra omnem analogiam ab ὥρῃ id vocabulum deducit, ut vel ex occasione loci natalis,

natalis, vel, quia sit ortus ex montibus, quod sit parentibus sanctis, ~~α&λληρογνώσ~~ impositum diuinaret. Sed hunc errorem in And. Schotto iam notauit Gerhardus Iohannes Vossius, cuius olim famam, nuper animum, vti prae-fulgentem ingenii virtutibus, ita nemini grauem moderatione ac lenitate, dum corpore vtebatur, nunc et ignotis alienisque ob irrequieta operum merita, et nobis maxime familiaribus ob consuetudinis cum usum tum suavitatem incredibilem semper desideratum, immensae eruditio*n* coniuncta initissima probitas coelo locauit. Graeca natio tum peritior adulandi nouosque homores et titulos patronis suis comminiscendi multo callidior et instru-*cti*or erat Romanis. Itaque possis suspicari, ab illis initium factum Romanum nomine *Aστρεύοντος*, quod inter illos meritus erat, insigniendi. Imitati Italici, ne minus Asia domita decus imperatori suo parasse viderentur illis, qui fratris auspiciis in Africa res gesserant, *Aστρεύην Asiaticum* reddiderunt. Atque ita ambo, quoniam cum maxime vrbs Graeca fieri et in Tiberim Aegon explicare se incipiebat, inter vulgus creuerunt. Prisquam dimittimus Scipiones, opera*e* pretium est subuenire Valerio Maximo lib. 6. cap. 7. Narrat is Tertiam Aemiliam Africani prioris vxorem *tantae suisse comitatis et patientiae*, ut cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulauerit, ne domitorem orbis Africani foemina impudicitiae reum ageret. Sic edidit Pighius, cum in editionibus antiquis et melioris notae libris omnibus sit, *impatientiae*. Refutat Pighianum Lipsius, quod ea vox apud Latinos conueniat in viros, qui libidinose patiuntur, non agunt: ipse autem supponit, *impotentiae*: et hanc probam omnino correctionem non ipse modo laudat, sed etiam plausore*m* habuit Colerum. Fuit et vir doctus, qui faslus ipse, mordicus feruare libros veteres *impatientiae*, audet tamen affirmare scriptum Valerio, *imparientiae*, id est, inquit, inobsequientiae et veluti perfidiae couiugalis. Nos quoque mordicus teneimus veterem scri-  
pturam,

pturam, et obseruamus notionem vocis elegantem et propriam pro intemperantia in libidine vehementia amoris indecentis. Declamatio 14. sub nomine Quintiliani, quae est pro iuuene contra meretricem, quae illi potionem odii dederat: *Nec me praeterit plurimum perire de nocentissimae potionis inuidia: dum me putatis adhuc impatientia priore miscrum.* Ibidem: *immodico ardoris aestu et exundante impatientia.* Rursum: *Inuentas credo meretrices, ut esset aliquid, quod liceret amare pauperibus.* Nullam ego circa corpora ista consistere impatientiam puto. Bis praeterea est in eadem. Sic in sequenti pro meretrice, *pallore deformis solaque impatientiae tuæ fabula notus.* Iterum: *non caritatem, sed impatientiam perdidisti.* Aurelius Victor in Caracalla: *Fuit impatiens libidinis, quippe quæ nouercam suam duxit uxorem.* Victor alter de Carino: *suorum ictu interiit, quod libidinis impatiens militarium nuptas adfectabat.* Atque ideo suspicar aliquando melius lectum iri apud Tacitum lib. 6. Annal. c. 46. *Sed grauescente valetudine nihil a libidinibus omittebat, impatientia firmitudinem simulans.* hoc est, quae faciebat perpetua consuetudine et versa in naturam incontinentia, in iis imagine in præbens firmi hominis et fructui foedarum voluptatum sufficientis. Solent enim, ut vere Basilius, οἱ ἐν νεότητι πρὸς τὰ τῆς σαρκὸς πάθη κατολιθίσαντες, καὶ μέχρι πολὺς αὐτῆς, διὰ συνθετῶν τὴν κακήν, ταῖς αἱματίαις παραμένων. Sic nec Tiberius absistere poterat, quamquam fruendo superstes, eo tamen audior, quo sic vires ad fruendum habere videretur. Vulgo est, *in patientia, diuisis vocibus:* quod scio quem sensum admittat, nec si quis eo magis delebetur, vehementer contra contendam. Aruobius lib. 4. *An uxore contentus baud una, concubinis, pellicibus atque amiculis delectatus impatientiam suam spargebat passim?* Seruius in 3. Aeneid. v. 113. *in luco matris deum, amoris impatientia, cum victa concubuit.* Hieronymus adversus Iouianum: *Et qui insanentes in foeminas facti sunt,*

*sunt, statim ut mulieres viderint, admittiunt, et impatientiam suam (prob nefas!) scripturarum solantur exemplis. Sic in contrarium patienter amare est amare moderate.* Martialis epigr. 7. lib. 5. ad Vulcanum: (v. 7.)

*Parce pater: sic Lemniacis lasciva catenis  
Ignoscat coniux, et patienter amet.*

Hoc est, habeat illum, quem sibi optat Alcmena in Amphitruone Plauti, sedatum cupidinem, non labore impatiens erga Martem. Nec substituendum, sapienter. Idem lib. 14. epigr. 165. de Cithara:

*Reddidit Eurydiken vati, sed prodidit ipse,  
Dum sibi non credit, nec patienter amat.*

Ouidius in epistola Herus ad Leandrum: (19, 3.)

*Longa mora eſt nobis omnis, quae gaudia differt.  
Da veniam fassae: non patienter amo.*



## C A P V T   XXVI

*Inhibere verbum nauticum, προμανεῖν κρέσοδος vel ἐπὶ πρόμανεῖν κρέσοδος. Hesychius tentatus. Naves in statione vel portu habebant ut plurimum puppem obversam et religatam litori. Hector quare apud Homerum classem Graecorum oppugnans προμανεῖν κρέσοδος dicatur. Insignis Liui locus restitutus. In ancoram euebi, Naves ἐπιτροποι. Festi Aueni Aratea partim defensa, partim emendata. Argo non mouet se solenni in faciem rostro. Argo puppim curuis oris superatrabens. Cingere vada dorso. Πρόμανεῖν κρέσοδος et ανακρέσοδος usus veterum distinxit. Pollucis obseruatio adiuta. Luciano, Ariostidi, Onofandro, Achilli Tatio lux. Auertere puppem. Corine-*

*lius Nepos defensus. Prodigiosum mendum in Liuio curatum. Aduersi annis os lato agmine et multis simul venientibus haud intrabile. Inhibere remos dubitatum an dixerint veteres. Germanicus, Quintilianus, Iustinus, Lucanus, emendati. Si, at vos. Obsidio. Lucani rursus vetus scriptura defensa. Classica dare bellum, ut dicantur. Portifculus. Ennius, Plautus, Cato illustrati. Conflit omnis familiae causu. Scribi sub porticulum. Rescribi sub flagrum. Nonius et Isidorus correcti. Excussus. Servii lapsus. Silio et Horatio facula accensa. Nauium puppes citae, vel naues in praelio πρόμανεῖν κρέσοδος, sinistrorum.*

**I**nhibere et inhibitio verba nautica sunt. Cicero lib. 13. ad Atticum epist. 21. INHIBERE illud tuum, quod valde mibi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum? quamquam id quidem sciebam; sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges iussi, id non esse eiusmodi didici heri, cum ad villam nostram nauis appelleretur: non enim sustinent, sed alio modo remigant. id ab ἐποχῇ remotissimum est. Et mox: Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem, remigationis nauem conuertentis ad puppim. Quod saepe notatum eruditis: sed hic ex multa obscuritate multiplex versatur error, cui minuendo, ut unus e multis, probabilia coniectura sequens, quid mihi videatur, exponam. Viri docti plerique omnes non distinguunt

guunt inter *inhibere remos* et *inhibere remis*, confunduntque communem significationem cum illa, quae propria est rei nauticae: de qua tamen differentia iam Budaeus monuit. *Inhibere remos* esset κωπάς χάζειν Pindaro, καθένακα πάς Thucydidi, aliis ἐρεθίμα χάζειν. At *inhibere remis* est πεύμανεν πρέσταθαι, ανακρέσταθαι, ἐπὶ πεύμανεν πρέσταθαι. Scholiares Thucydidis: (1,50. p.36.) Πρέμανεν πρέσθαθαι εἰς τὸ κατ’ ὀλίγον αὐτεχωρεῖν μὴ σρέψαντα τὸ πλοῖον ὁ γὰρ θάτως αὐτεχωρῶν ἐπὶ τὴν πεύμανεν κωπηλατεῖ τότε δὲ ποιεῖσθαι, ἵνα μὴ δόξωσι Φανερῶς Φεύγειν θάτω κατ’ ὀλίγον ὑπαπτίοντες, ή ἵνα μὴ νῶτα τοῖς πολεμίοις δόντες φάσον τιτρώσκονται. Hesychius: (vers. 61. ed. Dic.) Παλιμπρυμηδὸν, οἷον παλιμπρυμνον χάρησον προελθέντ’ εἰς τέμπτροδεν, αὐτεκάμπτειν, ὡς ἐπὶ πρέμανεν πρέσται. Intellige τὸ πλοῖον ή τὴν ναῦν. Ita enim legendum et distinguendum puto. Vulgo: χάρησον προῆλθεν εἰς τέμπτροδεν αὐτεκάμπτεσσος. Appianus: τὴν ναῦν πρέσοντες ἐπὶ πεύμανεν. Scholiares Aristophanis: τὸ δὲ πεύμανεν πρέσταθαι Φασὶ τίνες λέγεθαι, σταυρετακαθίσαντες οἱ ἐρέται, ἐλαύνοιεν ὅπιστα ἐπὶ τὴν πεύμανεν, σταυρετακαθίσαντες οἱ λιμένει εἰσέρχονται, ἵνα τὴν πεύμανεν εἰς γῆν ἔχωσι νεύσαν καὶ τὴν πράρσαν ἔξω ὅπιστας αὖτις τροπῆς εἴη εἰς ἔξοδον ή ναῦς. Dicit remiges mutare scutilia, quamquam et possint non haec mutantes, sed rationem mouendorum remorum, si pro eo, quod prius προνέγοι, post αναπίπτοι, prius retro se flectant, posita remis incumbant: utique in minoribus nauigiis; sed in grandioribus videntur semper soliti μετακαθίσαι. Utrebantur autem τῇ πρέσσῃ πεύμην vel portum ingressuri et applicituri ad litus, vel in pugna nauali. Plerumque cum aduentuatur litori naues,

*Ancora de prora iacitur, stat litore puppis.*

Sic Cimmarum oris allapsi Aeneae socii (Aen. 6, 3.)

Obser-

*Obiuerunt pelago proras, tum dente tenaci  
Ancora fundabat naueis, et litora curua  
Praetexunt puppes.*

Quae ratio est, cur apud Homerum Hector Achiuorum classem oppugnans πεύμυνς ἀψαθαι, πεύμηθεν λαβεῖν dicatur: qua videlicet telluri naues erant admotae. Frustra Dausqueius ad lib. 14. Silii puppi ab heros Homericos ideo voluit tentari, quod in ea pretiosum esset Tutelae spolium, aut quod victa Tutela inde hostium fiducia ferociaque frangeretur. Non poterat alia parte de terra eos aggredi. Sic ad Laden insulam classem Alexandri fuisse positam ostendit Arrianus, cum refert ὅτι οὔτε ὁ φόρη καθήμενος ἐπὶ τῇ αἰγαλῃ κατὰ πεύμναν τῶν Αλεξανδρεῶν, lib. 1. Sic locatas in statione fuisse Poenorum et Hasdrubalis naues ad ostium Iberi amnis apparer apud Liuum lib. 22. cap. 19. quem locum et nauium stationis et sermonis parum gnari satis corruptum nobis dederunt: *Vix dum omnes conscenderant, quum alii resolvunt oras aut ancoram vellunt, alii ne quid teneat anchoralia incident: raptimque omnia et praepropere agendo, militum apparatu nautica ministeria impediuntur, trepidatione nautarum capere et aptare arma miles prohibetur.* Refert Siganus e suo libro: *quum alii resolutis loris ancoram vellant.* Sed enim omnes scripti aliquius "pretii", Puteanorum ille princeps, Petaiani, Regius, Florentini, Palatini, Barberinus: *quum alii resolutis oris in anchoras (vel anchorans) eueherentur.* Recentiores nonnulli loris, et se veherent. Scribendum decerno: *quum alii resolutis oris in anchoras euekuntur, alii ne quid teneat anchoralia incident.* Quia missae de proris ancorae, funes ex puppi, statuebant nauēs; quidam fanibus solutis, obliti ancoras velle prae festinatione nimia, prouecti contra ancoras adhuc tenentes propellunt easdem naues; alii funes, quibus haerebant ancorae ac procursum impediebant, incident. Hoc est *in ancoras euehi*, contra vel aduersus ancoras.

coras tenentes. Ea virtus particulae minime vulgaris. Plautus Amphitruone: (I, I, 83.) *Sed fugam in se tamen nemo conuertitur.* Seneca Agamemnon: (v. 15.) *Vbi ille celeri corpus euinctus rotac In se refertur.* Lucanus lib. 6. (v. 472.) *puppimque ferentes In ventum tumuere sinus.* Loquitur de monstrosa potentia sagae, quam ait effecisse carminibus, ut quainuis aduersante vento vela secundis flatibus impellerentur et nauem promouerent. Interius convexum inflati veli est aduersum ventis, tumor vero et quasi vimbo exterior auersus est naturaliter: at illa vela contra ventum intumescere iussit, conuexa velorum auersa, vimboneum aduersum ventis fecit, ut magico quadam spiritu impleta contra spirantes ventos scinderent, aduersisque licet illorum flatibus suo cursu nauem propellerent. Plinius lib. II. cap. 45. *Aues alas in priora curvant, suffragines in posteriora.* Lib. 18. cap. 34. *Qui mares concipi voles, in hunc (septentrionem ventum) pascito, ut sic in eundem ineant.* Statius lib. 10. Thebaidos: (v. 192.)

*equidem hoc et marte diurno,  
Dum res infractae, pulsique in terga redimus.*

Eodemque libro: (v. 517.)

*nunc impetus ire  
Marginc ab extremo, nunc sponte in freна recedunt.*

Valerius Flaccus lib. 5. (v. 210.) *dextra sine versa magistri Protinus in proram rediit ratis.* Si e puppe iacta fuisset ancora, prora autem reuincta ad litus, sequeretur Poenos contra disciplinam praelii nauticalis obiecisse puppem hosti: neque enim conuertisse narrat Liuius, et caetera ita narrat, ut illis otium id faciendi eripiat. Vertisse autem post ait in fuga: quo pacto terga illos dedisse Romanis et ex eo constat, quod proras illis litori praefregisse subiicitur. Longus lib. 2. ποιμεν χοῖνον μὲν οὐκ εἶχον, ὅτε ἐκδύσαθαι πεῖσμα· λυγὸν δὲ χλωροὺν μακρὸν σφέψαντες οἱ χοῖνον, ταῦτη τὴν νεῦν ἐκ τῆς περίμητος αἴρας εἰς τὴν γῆν

γῆν ἔδησαν. Vnde et περιμήσαται exponunt Graeci Grammatici, τὰς περιμήσεις γῆν δεσμέντας τὰς ναῦς γροινες. Περιμήτην κάλων vocat Euripides eleganter transferens in Medea:

Λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν Βελευμάτων  
Ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεθα περιμήτην κάλων.

Interduin tamen et proris anterioribus intrabant, easque terrae habebant alligatas, quas naues ἐπιπρώγες appellari testatur Hesychius: *Επιπρώγες, τὰς μὴ κατὰ περύμναν κατεχημένας*. Sed ut pluriūm ex puppibus orae tendebantur, vt in egressu non esset opus conuertenda nauē, iam quasi stante in procinctu, ferentes ventos morari. Quod vt fieret necessario vertenda in appulsi nauis erat, siue in ipso portu, si laxitas eius pateretur, siue extra portum. Qui extra portum verterant, aut remulco nauem auersam trahebant, aut puppe in portum versa, versus eandem puppem remigabant, sequente prora. Id genus remigandi versus puppim dixerunt πεύμναιν κρέσσασθαι vel ἐπὶ πεύμναιν κρέσσασθαι, Latini *remis inbibere*. Deque hoc Scholiares Aristophanis superius memoratus. Aratus de Argo:

Αλλ' ὅπιδεν Φέρεται τετραμμένη οἵη καὶ αὐται  
Νῆσος ὅταν δὴ ναῦται ἐπιστρέψωσι κόρωντι  
Ορμον ἐσερχόμενοι τὴν δὲ αὐτικα πᾶς αἰνακόπτει  
Νῆσος, παλιρρόδη δὲ καθόπτεται ἡ πέριοδο.

Cicero transtulit, vt ad remulci tractum alludere videatur:  
(v. 130.)

Sed conuersa retro coeli se per loca portat,  
Sicut cum coeptant tutos contingere portus,  
Obuerunt nauem magno cum pondere nautae  
Auersam que trahunt optata ad litora puppim.

Neque secus Festus Auiepus:

neque enim se Thessala cymba  
*Solenni in faciem rostro mouet: extima puppis*  
*Surgunt oceano, velut alto a gurgite nautas*  
*Cum portum tenuere audi, volitantia raptim*  
*Suppara conuertunt, tergoque incurua remulco*  
*Litora certatim subeunt.*

Maluit Grotius: *Solenni in faciem monstrat more.* Non male, si quid mutandum esset. Sed patitur interpretationem cominodam vetus scriptura: *non mouet sc*, non prodit, exoritur Argo *solenni in faciem rostro*, solenne nauibus rostrum in faciem, seu a fronte vel anteriore parte habens, sed puppim, praeferens, περιμενεις ορθωμενης. Displicet eidem *tergoque incurua remulco*, et corrigit *tergumque incurua*. Sed non iungenda *tergo remulco*, quasi adiectiuun et substantiuum. *Subeunt remulco*, inquit, *incurua litora tergo*, id est, a tergo seu περιμενη obuersa. Est figura loquendi per duos ablatiuos, alterum modi, alterum instrumenti: quales superius ad Ciceronem adnotauimus. Eodem pertinet inferius apud eundem Auiepum:

*Argo, qua curuis puppim superatrabit oris,*  
*Tingitur, et duro cingit vada coerula dorso.*

Sic videtur scribendum: *non quod et tingit.* Dicit, quod Cicero: *tum cedens a puppi linquitur Argo*: nempe, tum ea parte conspicuam non esse, sed eam mersam et circumdata in oceano habere. *Qua curuis puppim superatrabit oris*, qua puppe procedit, ut naues, quae puppe obversa in litus ducuntur. Peccat nimia eruditione Scaliger ad Manilium, cum legit: *quod curui puppim superatrabit oris*, dein, *caerulea rostro*, et *curuum os rostrumque* interpretatur χηνισκόν. Non enim cheniscum modo, sed omnem puppim vult pelago mersari, ut alia taceant. *Curvae orae hic*, quae istic *incurua litora*. *Cingit* est circumdat, vel circumfundit, id est, circumfusa habet, vada coerula, duro dorso, vel puppi, vel tergo, ut supra dixerat.

Signi-

Significat eius partis stellas occidisse: nam Poëta Ωκεα-  
νος η δύσις. Non igitur opus reponere: tangit. Super-  
atrabit, vt superquatit, superinuebit, superimminet, super-  
micat in eodem carmine. At Gerenaicus inhibitionem  
exprimit, vt quidem scribendum existim:

*Vt cum decurrentis inhibet iam nauita remis  
Auersamque ratem voti damnatus ad oram  
Perligat optatam cupiens contingere terram.*

Vt nauita in portum ex alto decurrentis, cupidus contin-  
gere optatam terram, auersam ratem iam remis inhibet  
et damnatus voti ad oram perligat. Sed optimi quique  
veterum passim vspant Graeca in pugnarum naualium  
expositioe. Et quidem duplci sententia: aut enim fu-  
gam inolentes ita cessim in puppem remigando ibant, vt  
hostibus etiam retro agentes aduersa fronte resisterent, nec  
manifestae fugae datis majori discrimine tergis speciem  
praebent; vbi e conspectu hostium euasissent, conuer-  
tentes nauem ac more solito remigantes: aut retrocede-  
bant paullulum proris semper obiectis hosti, vt vehemen-  
tiore impetu redeuntes impressionem facerent. Hanc Iu-  
lius Pollux differentiam facit, inter πρόσαδους et αναρέ-  
σσαδου περίμεναν. Καὶ τὸ μὲν, inquit, εἰς ἐμβολὴν ὑπο-  
γεγεῖς τούτων τὸν ναῦν, αναρέσσαδου, τὰ δὲ εἰς  
φυγὴν, πρόσαδου περίμεναν. Nam ἐμβολὴν utique im-  
pressionem, non adpulsum nauis, interpretor: vt ἐμβολὴ  
διδόναι, ἐμβολεῖς χεῦδαι, et similia. Etenim titulus  
Capitis est περὶ ναυαρχίας et rerum huc pertinentium,  
non περὶ τὸν η ναυτηρίαν. Confirmatque et obserua-  
tionem Pollucis et nostram interpretationem Herodotus lib. 8.  
Οἱ μὲν δὴ αὗται Ελλῆνες ἐπὶ περίμενην αναρέσσοντο, ποὺ  
ἀκελον τὰς ναῦς. Αμενίν δὲ Πατληνούσαντες Αθηναῖος  
ἔξαντες ποὺς ἐμβολλεῖς. Recedebant enim, non ad fu-  
giendum, sed ad impetum commodius faciendum. Diodo-  
rūs Siculus lib. 13. τῶν μὲν οὖν μεταὶ Κόρωνας ταχα-  
εῖσι οὐδεμία περὶ φυγὴν ἐπέδειψεν, αἷδε περίμεναν ανα-

περισσόμεναι διοπαρτέρεν, τὰς οὐφυσησάτες προσδεχόμεναι. Idem lib. 20. οἱ δὲ κατὰ περάν τοῖς ἐμβόλοις αναρρέττουσι περύμναν ανεκρέοτο εἰς στάτην ἐμβολήν. Dio Cassius lib. 50. καὶ ἐνέβαλον πεφραγμένος πάντη τοῦ μὴ τιπερώσκειδας καὶ οὐ μὲν κατέδυσαν τίνα, εἰ δὲ μή, ανεκρουόντο περὶ ἐς χαῖρας ἐλθεῖν. Consentit et Hesychius: Ανακρουόντις, ἐνναυμαχίᾳ ἐλέγετο ἐπὶ τῇ περύμνᾳ κρέσην. At περύμναν κρουόμαθαι, et si interdum generale est, et quomodo cumque aut quacumque de caula inhibere significet, tamen plurimum de fugam meditantibus apud idoneos auctores reperias. Testimonia infinita sunt in promptu: quae consulo transmissimus. Lucianus in vera historia: καὶ στάτες τρεῖς λαμβάνουσι σὺν αὐτοῖς αὐρητάσιν· οἱ δὲ λοιπαὶ περύμναν κρουσάμεναι ὀφυγον· hoc est, caeteras vero remis inhibentes fugerant. Male magnus Desiderius yerterat: puppe collisa fugerant. Aristides Panathenaico: καὶ ὑποχωρεῖ τῇ πόλει τοσστον ἐκ γῆς καὶ Θαλάττην, οὐχ ὅσον, Φασὶ, περύμναν κρουσάμαθαι, οὐδὲ ἐπὶ πόδας αναχωρῆσαι, αἷλος αἴρητος πάντα μὲν τὸν κόστον τόπον. Communem errorem errauit G. Canterus vertendo: non ut remos tantum, quod aiunt, inhiberet. Dicendum erat: non quatenus, ut aiunt, inhibetur aut pes refertur. Optime haec duo coniungit: utrumque enim cedere, sedate et saluis ordinibus et fronte aduersa, alterum snari, alterum terra. Polybius lib. 17. καὶ τὰς μὲν αἰσθαλότρες ἥδη, τὰς δὲ ἐπὶ πόδας ποιημένας τὴν αναχώρησιν. Lilius lib. 28. (c. II.) Fessi igitur corporibus animisque reculere pedem; ordines tamen seruantes, hanc scutis, quam si imperio ducis cederet integra acies. Onosander Strateg. c. 4. ὡς τοις δια Θαλάττης ἥδη καὶ διὰ γῆς ἀγεν τὸ στρατόν, κακεῖται περύμναν κρέσασθαι. Vbi nihil melius viri doctissimi: turpitor inceptis desistere proramque obuertere. Quasi qui maxime coepitis incumbunt in natali praetilio (id enim domicilium proprium huic verbo) proram hosti non obuerterent. Achilles Tatius lib. 5. de Clitophili et Leucippes amoribus: ιδῶν δὲ ὁ σεστηγός δύο νεῦς ἥδη γενομένας,

νομένας, ἐφοβήθη καὶ πρύμαντες ἐκρόσατο· hoc est, timuit  
 et inhibuit. Male interpres: *puppimque conuersti iussit.*  
 Qui super hoc bis eadem pagina peccat, cum, ἐδόκουν ἐπι-  
 χεῖν τὴν ναῦν, vertit, *rogauit nauem ut inhiberent*; et,  
 οἴησι τὴν ναῦν, *remiges inhibere iussit.* Non enim ita lo-  
 quebantur Latini, sed hoc statuere nauem dicebant. Plau-  
 tus Bacchid. (2, 3, 57.) *quoniam sentio, quae res gereretur,*  
*nauem extemplo statuimus.* Ambrofius Hexaëm: lib. 5.  
 sicut brevis pisciculus escheneis tanta facilitate memoratur  
 nauem ingentem statuere, ut quasi radicatum in mari vi-  
 deas nec moueri. Caesari est constituere, ut diximus ad  
 Liuium. Aliud est inhibere, seu retro ire. Auertere pup-  
 pes bene reddidit Cornelius Nepos in vita Hannibalis:  
 (c. 11, 6.) *noua re perterriti, cum, quid possimum vta-  
 rent, non viderent, puppes auerterunt, seque ad sua castra  
 nautica retulerunt.* Hoc est, πρύμαντες ἐκρόσατο. Male  
 Læmbinus, aduerterunt: quasi prorae potius sint aduer-  
 tendae fugientibus quam puppes. Non sic videtur auer-  
 tere classem dixisse Liuius, sed prorsus pro conuertere ac  
 terga dare, proxime superius adductum locum. Sed praec-  
 stat adscribere verba, ut ab turpissima labe vindicentur:  
*Itaque non hoste et prælio magis Poeni quam suomet ipsi  
 tumultu turbabantur, tentata verius pugna quam inita, in  
 fugam auerterunt classem, et quum auerse ac diuerso late-  
 agmine a tam multis simul venientibus haud sane impene-  
 trabiles essent, in litus passim naues egerunt.* Leue est,  
 quod αὐτὶ τοῦ turbabantur, meliores libri habent turbati,  
 connexione aptissima. Scribe igitur: *suomet ipsi tumultu  
 turbati, tentata verius.* Sed quis sequentia sit architecta-  
 tus, ignoro. Vir summus ad fragmenta Polybii notat  
 Poenos, quorum erat agmen late dispersum, Romanis  
 confertim irruentibus expositum, haud sane impenetrabiles,  
 dixisse Liuium, hoc est, facillime penetrabiles. nam hoc  
 proprium attenuatae aciei καὶ βάσεος οὐκ ἔχοντο. Nimi-  
 ram non adhibuit integrum locum. secus fugere tantum  
 virum insignita haec macula non potuisse. Ratione  
 reddit

reddit Liuius, qua coacti Poeni, cum in fugam auerſi esſent, in litus egerint naues. Ea est, si diis placet, quia eorum acies erat infirma, et facile poterat perrumpi. At qui nulla erat vltra Carthaginensium acies. Laur. Valla ita concinnabat: *et cum diuersi a diuiso late agmine a tam multis s. v. haud sane penetrabiles effent.* Ponit autem, quod ante ipsum habebatur: *et cum vniuerſi adnifos lato agmine et nonnullis simul venientibus haud sane intrabiles effent.* Refinge hic aduersi pro vniuerſi, et *tam multis pro nonnullis:* et habebis Puteani, Regii, Florentinorum, omnium denique vett. codd. scripturam, nisi quod quidam agmimi. Hinc conieccimus primum, quod caetera suppar aliis ita clare scriptum exhibuit postea nobis alter membranaceus Petauianus, *annis os*, pro *adnifos*: dein facile fuit et caetera consituere: *et cum aduersi annis os lato agmine et tam multis simul venientibus haud sane intrabile effet, in litus passim naues egerunt.* Dixerat supra, Scipionem ad stationem decem millia passuum distantem ab ostio Iberi annis peruenisse: ibi per speculatores cognosse, classem Punicam stare in ostio fluminis. Hoc est illud *aduersi ampis os*, vnde paullo ante in aperatum aequor euecti obuiam Cnaeo erant, quodque nunc fuga repetebant. Tacitus Annali primo: (c. 79.) *opeume rebus mortalium consuluisse naturam, quae sua ora fluminibus, suos cursus, utque originem, ita fines dederit.* Atque huius spatium cum sparsas, turbatas et tot uno ordine venientes naues, sunul capere non posset: (sic in fuga terrestris ait lib. 10. *quia tantam multitudinem portae non recepero.:*) iactura ipsarum viri salutem quaeſierunt, et voluntario naufragio in litus electi sunt. *Intrabilis*, quod omnis cuiuscumque notae habet scriptura vetus, ut *penetrabilis*, vox dignissima, quae Latinitatem exaugeat. Sed reuerteretur ad *περιμετρανησούσαθαι*, quod Latini dixerunt *inhibere remis*. Alterum, *inhibere remos*, habet retentioinem, paſſam et *ἐποχήν*, estque cessare a remigando nec moliri nauei remis. Fabius lib. 12. Institut. Orat. (Proœ 11. 4.)

oem. 4.) *Vnum modo in illa immensa vastitate cernere videatur, M. Tullium: qui tamen ipse, quamuis tanta atque ita instruta naue hoc mare ingressus, contrahit vela inhibetque remos, et de ipso genere dicendi, quo sit usurpus perfectus orator, satis habet dicere.* At nostra temeritas etiam mores ei conabitur dare. Hoc neinpe non fecisse ait Tullium, ideoque hic cessare, et nec velis nec remis adiuuare. Alterum exemplum in vulgatis dat Germanicus: *inhibet iam nauita remos.* Quid si tamen totum illud *remos inhibere aboleamus*, et apud Fabium quoque formemus, *inhibetque remis?* Neque enim abhorrens videtur, veteres, et si possent illo modo dicere, tamen ambiguitatis vitanda causa, ut a multis aliis, quae analogia tolerabat, sic etiam ab hoc abstинuisse: nec exaudiretur male apud Quintilianum, *contrahit vela inhibetque remis*, quasi portum aut stationem respicit, non intendit ulterius nauigationem, nauem subducit: nam in portibus ingrediundis inhibitione vsos et puppem aduersam telluri admouisse satis explicatum. Fateor huc valde me inclinare iamque religio est dicere, *inhibere remos.* Abstiterunt hoc, inquam, non quia ex vulgari virtute verbi sic non posse: dici, sed quia placuit eo sensu, ut nullam daret vacationem remigio, sed esset alio modo reinigare, nauemque vel non conuersam, ut in pugna, vel iam conuersam, ut in portus ingressu, retrorsum propellere. Quia inhibendo nautarum more ac sermone remi non inhibebantur, sed gnauiiter exercebantur, fugerunt hac in re *inhibere remos:* deinde fugerunt omnino, ne illud ambiguum et incertum fieret. Quis enim scisset, si gubernator clamaret, *inhibete, remos an nauem vellet?* Curtius lib. 4. cap. 4. Plures deinde Macedonum naues superueniunt, et rex quoque aderat, quum Tyrii inhibentes remis aegre cuellere nauem, quae bacrebant, portumque omnia simul nauigia repetunt. Ita veteres libri, et restitutum nuper consilio nostro, quod nec dissimulauit praestantissimus Freinshemius. Id ipsum *inhibere* sine adiecto nominis casu. Liuius lib. 37. (c. 30.)

quum

quum disuellere se ab hoste cupientes inhiberent Rhodii. Afranius apud Nonium in Cymba: *Tum consendo cymbam interibi loci piscatoriam, venio, iacit tur ancora, inhibent leuiter.* Subest aliquid vitii, tamen, ut appareat verbo, qua sententia dixi, usum. Alioqui dicunt et *inhibere nauem.* Liuius lib. 26. (c. 39.) *cum rostris concurrisse, neque retro nauem inhiberent, nec dirimi ab se hostem patarentur.* Et lib. 30. (c. 10.) *Vt quaeque retro inhibita rostrata onerariam baerentem unco traheret, scindi videres vincula, quibus alia aliis innexa erat seriemque aliam simul plurium nauium trabi.* Ex quo cognoscas, licet, inhibitionis, de qua Cicero dixerat, vim ac veheinentiam. Rationem recepti sermonis huius suppeditat Scholia festi Aristophanis. Est enim inhibere ἐπέχειν τῷ δρόμῳ τῷ οὐ τὸ ἐμπροσθεῖν τὴν νεῦν· Remi non inhibentur vel sustinentur, sed iuxta ducuntur, siue in proram siue in popudem propellatur nauis: sed remi sunt illud instrumentum, quod velut reprimitur nauis et inhibetur consuetum tenere cursum. Ideo *remis inhibere* dixerunt, quomodo in Germanici versibus scriptissimus: non *remos*, hoc certe sensu? Pompeius Trogus siue Iustinus lib. 2. (12, 7.) *Quin vos in haec nostra castra ex ista obfitione transitis. Aut si hoc parum tutum existat, vos commisso praelio ite cessim, inhibete remos, et a bello discedite.* Duplex hic erratum. Parum existare tutum, non est veteris Latii. Emendavi pridein de coniectura: *Aut si hoc parum tutum est, at vos commisso:* eadem elegantia, qua restituimus apud Liuium lib. 24. cap. 37. *Tum Pinarius: at illi, si ad Consulē grauarentur mittere, sibi saltē populi darent concilium.* Vbi vide Notas. Cicero lib. 3. in Verrem: (c. 52.) *si quemadmodum socii populi Romani a magistratibus nostris tractentur, non laboratis, at vos communem P. R. causam suscipite atque defendite.* Sed et scriptis in codicibus ita lectum visumque produnt excerpta Bongarsiana. Deinde legendum: *inhibete remis, et a bello discedite.* hoc est, πεύματα κρέσσαδε. Ire vult eos retrorsum; non cessare igitur,

igitur, et *remis*, non *remos*, scribendum. Atque ut videas, quam omnia sint huius loci elegantia et exquisita, nota et vocabulum *obsidionis*, quo significat, Ionas in Persica classe, non ut milites, sed ut captiuos agere. Haec enim virtus vocabuli rarer pro captiuitate, custodia. Ut lib. 15, (c. 1, 3.) vbi Antigonus diuulgat, se *Alexandri filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare*. Eo enim Casander Pydnas captos miserat custodiendos. Sic lib. 39. (c. 1, 1.) Demetrius Syriae Rex dicitur *obsidione Parthorum liberatus*: quem simulatione pacis attractum cepisse Parthos dixerat lib. 36. Lucanus lib. 3. (659.)

*Postquam inhibent remis puppes, ac rostra recedunt,  
Deiectum in pelagus perfozzo pectore corpus  
Vulneribus transmisit aquas.*

Intellige, remiges. Variae lectiones Pulmanni dant ex scriptis, *remi* et *remos*. De posteriori non est cogitandum: prius, quale est, occurrit nobis in manu exarato Codice Pircheimeri; in Andino *remis*, sed ultimam literam expungi iubebat punctum subnotatum. Et hoc magis placet ut reponatur:

*Postquam inhibent remi puppes, ac rostra recedunt.*

Sic mollius remis rostrisque actio et motus adscribuntur. Ergo *inhibent remis et remiges inhibent*, et *nauem inhibent*, et *nauem inhibent remis*, quod integrum, et denique *inhibent remi*: vt apud Ouidium: *duo defendunt retinacula nauem: ævri τε duobus defenditur retinaculis nauis*. Attribuitur instrumento, quod est tractantis instrumentum. Sic Lucanus idem lib. 4. (186.)

*Classica dent bellum? facuos tu neglige cantus.  
Signa ferat? cessa. iam iam ciuilis Erinnys  
Concidet, et Caesar generum priuatus amabit.*

Sic omnis scriptura vetus, cui subrogauit vir summus:  
*Classica det bello.* Quid? an non *classica bellum dare*  
iuxta

iacta bene dicuntur atque buccinae vel signa canere? Nempe vulgatis sensus idem. *Classica iussa cani ab Cae-*  
*fare dent potestatem pugnae (nam qui pugnat iniussu, ca-*  
*pital est) sed si classica faciant copiam praelii, tu ne audi.*  
*Nec enim, quia, cum in sequente verso dicitur: Signa*  
*ferat: intelligitur Caesar; ideo necesse est superius tale*  
*verbum ponи, ad quod idem nominatiuus subaudiatur.*  
*Classica igitur, puta Caesaris, ad pugnam vocent. Tale*  
*illud Ennius est in Annalibus: (Lib. 7. pag. 18. ed Merul.)*

*tonsamque tenentes  
Parerent, obseruarent, portisculus signum  
Cum dare coepisset.*

Vbi Nonius cum Glossario Latinograeo quanta quantos viros errare docuit? Volunt enim portisculum esse hortatorem remigum, paularium, κελευσην. Sic Scaliger ad Varroneim et Festum, Casaubonus ad Suetonium et Pliniuum minorem, Lipsius ad Senecam, Carrio lib. I. Emedationum, Merula ad Ennium, Gothofredus ad Festum. Taceo alios, et gregeim, qui sequuntur. At *portisculus* instrumentum est; malleus quem tenens hortator modum dat classi, ut recte Festus; vel pertica, quam si incusserat, reiniges non desinebant; si deposuisset, quiescebant a labore, ut Lactantius ad sextam Thebaida. Laberius Hetaera: *Nec palmularum pulsus nec portisculi.* Ut *palmulae* non sunt reiniges, ita nec *portisculus* hortator: ut *pulsus palmularum* est ductus remigum, qui tenent palmulas et illis impellunt aquas, sic *portisculi pulsus* est opus pausarii, qui manu tenet mouetque portisculum. Sic Plautus Asinaria: (3, 1, 15.)

*Ad loquendum atque ad tacendum tute habeas porti-  
sculum.*

*Quin pol si reposus remum, sola ego in castoria  
Vbi requiesco, omnis familiæ causa confitit tibi.*

Adscripti

Adscripti pluscula, quia supereft illuſtrandus tertius verſus: quem ſi cepiſſent, non coniecaſſent: *omnis familiā caſſa conſiſtit tibi.* Vt *cursus proprius de nauibus;* ita *conſiſtere dicitur nauigatio,* cum ceſſat. Plinius lib. 33. cap. 13. *Pretia rerum, quae diſpoſuimus, non ignoramus alia in aliis locis eſſe, et omnibus poene annis mutari, prout nauigationes conſiſterint, aut quisque mercatus ſit, aut aliquis praecualens manceps annonam flagellet.* Sed et quaevis aliae res. Caesar lib. 2. de bello ciuili: (c. 12, 2.) *Qua noua re oblata, omnis admiſtratio bellī conſiſtit, militesque auerti a praetorio ad ſtudium audiendi et cognoscendi feruntur.* id eſt, ceſſat ac ſuſpenditur. Deinde familiā accipies, vt apud Terentium Heaut. (5, 1, 36.) *decem dierum vix mibi eſt familiā.* id eſt, vix deceim dies paterfamilias certo lare ac foco eſſe, domum et familiā tueri potero. Sic *cauſa familiæ eſt id quod habemus* quisque praefidii ad domum et familiā tolerandam: quaestus vel reditus, unde vtimur: haec enim quia ſuppeditant, domum familiāque habere poſſumus; abſque hiſ eſſet, futuri vel vagi, ἄνοιξ, ἀέρεσιοι, vel alienae pars familiæ. Sic declamatio, quae inscribitur, Apes pauperis: *audete nunc laceſſere diuitiem, quibus vitæ cauſa ſupereft.* i. quibus eſt, unde vitam exhibeatis: quaſi addebet: cito enim illo carebitis. Quare *omnis familiæ cauſa conſiſtit tibi,* non eſt, omne quod capis ex familia emolumen tum, ſed omnis quaestus, quo familiā exhibes et darem toleras, ceſſat tibi. *Conſiſtere ſic apud Lucanum:* (7. 546.)

*Conſiſtit hic bellum, fortunaque Caſarisi haefit.*

Qui a Liuio habere videtur. Lib. 22. (c. 32.) *Quum ad Gerunium iam bieme impendente conſiſtit eſſet bellum.* lib. 35. (c. 4.) *Quum bellum Ligustinum ad Pisas conſiſtit eſſet.* Cato ſcribere ſub portiſculum, non aliter accepto vocabulo, dixit in diſuafione de rege Attalo et veſtigalibus Asiae: *C. Licinio Praetore remiges ſcripsit ſub portiſculum, ſub*

Ggg

flagrum

*flagrum conscripti venire passim.* Vbi mirifica persuasit doctis hominibus Scaliger: qui sit alibi *praecco*, eum esse in naui *portisculum*: in verbis Catonis dici ciues Romanos, qui remiges scripti erant, per portiscalum sub flagro venisse: in quo duplarem esse notionem antiquitatis: vnam, cives Romanos ob capital admissum prius verberibus caedi, deinde nummo festertio, si Romae essent, trans Tiberim venire solitos: alteram, qui flagris caedebantur, eos sub praecone, aut si remiges forent, sub portisculo caesos. Nihil hic verum est, nisi quod praeter rem inferitur, suppliciis interfuisse praecones: caetera omnia in tanto viro ferenda et excusanda, non laudanda. *Scribi sub portisculum* est socium naualem fieri, *ad remum dari* Liuio et Suetonio: vt milites conscribi et *sub signis esse ducique* dicuntur. Verba Catonis misere intorquet, vt sententiam fingat alienam et figuram loquendi Romanis inauditas, veluti *venire per portisculum*, et *venire sub flagro*. Queinadmodum milites conscribuntur, vt sequantur et audiant signa: sic socii nauales, vt portisculum sequantur brachiis et intenti exspectent. Hos porro mala fortuna vel vitio Praefecti classis captos ab hostibus ait relatios in alias tabulas vel catalogos, nempe captiuorum venalium (et forte scripserat Cato: *sub flagrum rescripti*: vt apud Caesarem, *rescribi ad equum*: sed vulgato sensu idem) et sub corona venisse in servitutem, cuius magistri verbora sunt et flagella. Sic fingit eleganter *rescribi* vel *conscripti sub flagrum*, id est, mancipari: nam vt signa milites, portisculus remiges, sic flagrum seruos regit. Illis, qui hodie ad remum dantur vel potius damnantur, in mediterraneo mari plurimum, utrumque competit: nam et ceu remiges sub portisculum et ut serui poenae sub flagrum conscribuntur. Aldhelmas de laudibus virginitatis ea voce carere non potuit: *agens liburnicam aut lntrem, instanter bortante proreta et crepitante nauclero portisculo.* Dicit nauclerum crepitare portisculo. Nonius verus tradit perinxturn falso: *Portisculus est bortator remigum,*

*mīgum, id est, qui eandem perticam tenet, quae portifulus dicitur, qua excusum et bortamenta remigum moderatur.* Legendum est, *excusum*: et est περηγορικόν, non ἐπιθετόν, pro motu brachiorum. At male *pergulam* supponunt, et pro loco in naui accipiunt: quod vel folius prohibere poterat Laetantius. Isidorus lib. 19. cap. 2. Origiaum: *Portifulus, malleus in manu portatus, quo modus signumque datur remigantibus.* Et hic mendum latet. Scribe: *in manu bortatoris.* Vnus Douza, quod sciam, recte vidit, *portifulum* non pausarium, sed perticam pausarii esse. Omnis error exsilit ex male accepto fragmento Ennii: quasi cum lego apud Ciceronem, non licuisse sibi in Senatum venire *in tanta licentia gladiorum*, obseruem gladium esse militem. Diximus et *remiges inhibere* dici. Eius exemplum est apud Ciceronem lib. 1. de Oratore: (c. 33. al. f. 156.) *ut concitato nauigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum et cursum suum intermissō impetu pulsante remorum: sic in oratione perpetua, cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine et vi concitata.* Caeterum cum ista scriberet Cicero, imbutus erat etiam in falsa illa opinione, quam pridie illius diei, quo scribebat ad Atticum, dedidicerat, *inhibendo sustiniri remos:* quae vulgaris est τοῦ inhibere significatio, non propria rei nauticae. Dum igitur sine casu nominis et in ea materia verbo *inhibendi* vtitur, artis nauticae verbo vti se credit: at dum pro sustinendo vtitur, et quidem in remis (nam inhibendo nauis sustinetur a recto et ordinario cursu non remi sustinentur, qui et acrius urgentur atque impelluntur) labitur et exerrat. Quod adeo condonandum summo magistro: cum ipse fateatur, *ne opifices quidem sua tueri artificia posse, nisi vocabulis vitantur, nobis incognitis, visitatis sibi,* lib. 3. de Finibus: (c. 4.) Sic monuerat, vt et in Academicis adhiberet, Atticus: et obsequebatur Cicero, sed melius edocitus vetuit corrigi quae posuerat prius: at in lib. 1. de Oratore corrigerem praeter-

misit. Fecit autem illius παρόραμος, vt alii cautius vterentur. Permiscent etiam verum falso summi viri, cum hoc argumentum esse scribunt, quam curiose Cicero proprietatem loquendi obseruarit, quod, cum existimatasset aliquando *inhibere remos* idem esse ac *retinere*, eoque vt auriga equos inhibet, quo cursum sistat, ita etiam *remos inhiberi* putasset, cum sustinentur, post ex nautis didicisset, *inhiberi remos*, cum remiges alio remigantes modo nauim ad puppim conuertunt; minime cessauerit usque dum eius rei Atticus et Varro monerentur. Acquieuerunt errori vulgari et ubique τῷ *inhibere* adiecerunt *remos*, quod canit ubique Cicero. Errat et Seruius, qui que partes ei secundas tractant ad libri 12. Aeneidos: (v. 693.)

*Parcite iam Rutuli, et vos tela inhibete Latini.*

*Inhibete, ait, cohibete: et est translatio a nautis.* Atqui si est translatio a nautis, non est cohibete, sed Parthorum instar tela post tergum mittite. Nec satis accurate Scaliger ad Sphaeram Barbaricam Manilii. Quod Graecis est πεύμαντες κρέσσαδαι, Latinis *remos inhibere*: quod fit, quando nautae mutato situ in puppi nauem auersam impellunt, non, ut antea, in profram. Nempe *remos inhibere* quiescere est, πεύμαντες κρέσσαδαι retrorsum ire, habetque motum, et vehementiorem quidem, vt ait Tullius. Haud recte puteam etiam accommodari ex Silio lib. 2. (v. 23. )

*Sic ducis affatu per inhospita litora pulsé  
Conuerso Tyrios petierunt remige Patres.*

Id est, inquit, πεύμαντες κρέσσαμενοι. Solebant sane remiges inhibituri mutare situum seu μεταπλάσια, et conuertere remigium est interdum nauem non conuersam-retro agere, vt apud Tacitum annali secundo: (c. 6.) *plures appositis utrimque gubernaculis, conuerso ut repente remigio hinc vel illinc appellerent.* Quae naues Graecis αἱμφίπευμενοι. Hesychius: Αἱμφίπευμον πλοῖον, ἐκατέρωθεν πεύμας ἔχον. At

At non ita Silius: *is enim conuersum remigem dicit naue con-versa et cursu ex Hispania in Africam instituto.* Qui disce-dont a litore, cur inhibeant, causam non habent: *est enim credibile id fecisse, cum ad litus applicarent, utique non diu illic locorum mansuri.* Legatos Romanos venisse Han-dibali Saguntum obseruenti cum nuntiatum esset, misit illis obuiam ad mare, nec tuto illos adituros inter tot tam ef-frenatarum gentium arma, nec operae esse sibi legationes audire. Sic illi Carthaginem dilesserunt. Nihilo me-lius vir idein maximus apud Horatium epodon 9. (19.)

*Hostiliumque nauium in portu latenter*

*Puppes sinistrorum citas.*

Legit, *stae*, et *sinistrorum sitae* sunt ei πρύμναι κρεστά-  
μεναι. At fieri non potest, cum *stae* quietem, cessatio-nem, alterum motionem significet. Sed grauius est quod *sinistrorum* vult esse παλιμπευμένοι aut εἰς τὸ ἐναντίον. Quod enim Glossis *sinister* exponitur ἐναντίος, sit respec-tu dextri. qui nullus hic est, nec video cur prora vel τὸ ἐμ-πρόθεν dextrum, puppis vel quod post est, sinistrum dic-tatur. Fronti enim prora similis, puppis tergo: dextrum et sinistrum in lateribus, vt latera et πλευραὶ nauium et iam veteres agnoscunt. Pollux περὶ μερῶν νέων ὄνομα-tous δὲ αὐτοῖς ἐνώνυμον καὶ δεξιοὶ. Sane quod *puppes* dicit Horatius, quod *puppes nauium citas*, non impedio, quo minus dicat aut significat τὴν πρύμνην κρεσταμένας. sed ut hoc significet, omnino *citas*, non *stae*, par est eum scripsisse. Si solum *naues citas* aut etiam *puppes ci-tas* dixisset, non foret necesse sic accipere. *Sinistrorum* autem intelligo respectu loci, vbi pugna est pugnata: nam et annotatum hoc nonnullis et tabulae situs pingentium docent ab Actio potentibus Aegyptum ad lacuam esse ince-dendum. Liuius illustret lib. 28. (c. 5. extr.) in aliis lo-cis similiter loquens: *Orcum, quae ab Demetriaco sinu Chalcidem et Euripum perenti ad lacuam prima urbium Euboeae posita est.* Puppes nauium *citas*, volo, in ipso pra-e-

lio, desperata victoria celeriter πρύμνας κρεπταμένας. et  
 citas ad recedendum, ut dein conuersis nauibus fugerent  
 sinistrorum: quo vocabulo non pars nauis, sed regiones  
 discedentium ab Actio Alexandriam denotentur. Ni sic  
 intelligas, labore quare *puppes nauium* dicat. Neque  
 enim possum admittere Cruquii rationem, τὸ *sinistrorum*  
 indicare notantis infortunium et fugam Antonii, quod si-  
 nistra ominosa sint. Nec Laeuni Torrentii, quia prora  
 sit altior puppi, augeri turpitudinem, quod puppes qui-  
 dem conspici potuere. Quamquam quid hoc postremum  
 velit, vix capio: non enim puppes conspici dicit potuisse,  
 sed latuisse: nec latebras accipio Cleopatrae in portu Actii,  
 verum in illo portu, in quem ab Actio refugit. Quorsum  
 enim *citae*, si non refugere? *Citum* pro diuiso ac sepa-  
 to, quod accommodat Torrentius, non hic locum ha-  
 bet, sed in formula veteri, *bercō non cito*. *Sinistror-*  
*rum citas* dixit ab *Italia volantes* lib. i. od. 37. (v. 16.) De-  
 nique, ut in quo coepimus, desinamus, notandus etiam  
 politus ille Guilelmus, quique eum secuti Plautini com-  
 mentatores, *inbibere imperium* cum dicitur, translatum  
 putarunt ab re nautica. Nihil hic simile praeter *verbum*:  
 sensus inter se sunt alienissimi.



ADDEN-

# A D D E N D A.

---

Pag. 13. versu 30. nobiscum eris. Adde: famulis iocibus lib. 7. ad Att. ep. 6. Modo enim audiui, quartanam a te discessisse. Moriar, si magis gauderem, si id mibi accidisset. Piliae dic, non esse aequum, eam diutius habere, nec id esse vestrae concordiae.

p. 14. 6. ad constitutum. Quintil. decl. 12. Cur non expectauimus? Cur famem non ad constitutum distulimus? Sic enim MSS. et priscae editiones. Nunc vulgo legimus diem tulumus.

p. 16. 1. praestanda sunt. Quin et Phaedrus (4, 24, 3.)

*Simonides idem ille, de quo retuli,  
Victoris laudem cuidam pictac ut scriberet,  
Certo condixit pretio.*

Vbi forte melius Victorii.

ib. 16. ecloga 3. adde: v. 73.

p. 20. 24. cap. 7. Sic ὁρυμαδὸς ὁρυμαγδὸς Κενέθριος, νεκριμάτης Φασπίνη, τὴν Παφίνην apud Hesychium, vbi editur Φάσπην.

p. 24. 27. Velleius. (2, 47, 4.)

p. 25. 15. postremo. (v. 1150.)

p. 39. 22. pinum. (v. 9.)

p. 40. 30. inquit. (v. 88.)

ib. 34. inferius. (v. 123.)

p. 42. 19. Vopisci. (v. 59.)

ib. 30. Nasonein: (Fast. 4, 232.)

p. 43. 5. Apollonius. (2, 479.)

p. 45. 28. lib. 4. (v. 438.)

p. 46. 12. de re rust. (c. 9. f. 7.)

ib. 14. deor. (c. 20.)

- p. 50. 10. libro (v. 739.)  
 ib. 22. Laertium. (10, 51.)
- p. 52. 7. lib. 1. (v. 840.)  
 ib. 8. lib. 5. (v. 796.)
- p. 53. 4. lib. 5. (v. 8.)
- p. 54. 28. lib. 3. (v. 365.)
- p. 55. 3. *quibus*, lib. 4. et lib. 3. *Sponde affore reges*  
**DIs genitos.**
- ib. 9. versu 1015. leg. (III.)
- ib. 24. lib. 6. (572.)
- ib. 31. inferius (1127.)
- p. 56. 3. *supra*: (1042.)
- p. 58. 18. lib. 8. (17.)
- p. 61. 4. Ouidius: (Met. 14, 268.)
- p. 64. 1. Persius: (Prol. 7.)
- p. 73. 12. Ouidius: (Tr. 5, 4, 26.)
- p. 83. 13. Agraria: (c. 9.)
- ib. 18. Deor. (c. 31.)
- p. 85. 18. in Eclog. (2, 54.)
- p. 86. 17. *reddere*: (1, 8, 11. 2, 1, 26.)
- ib. 18. *percipere*, (4. 3, 5. 1, 8, 18.) *exigere*: (12,  
 3, 6.)
- ib. vlt. lib. 14. (v. 540.)
- p. 92. 7. lib. 3. (An. c. 45.)
- ib. 9. lib. 2. (c. 10.)
- ib. 11. Florus: (4, 12, 36.)
- ib. 28. hist. (init.)
- ib. 30. annal. (c. 30.)
- p. 93. 4. hist. (c. 58.)
- p. 95. 24. Rhodii: (1, 919.)
- ib. vlt. lib. 10. (v. 533.)
- p. 97. 3. Propertius, (3, 2, 13.) Ouidius, (ep. 15, 56.)
- ib. 7. lib. 4.
- p. 98. 21. *vexata*: (c. 16.)
- p. 99. 2. sc. 1. (v. 107.)
- ib. 16. *responsis*: (c. 18.)

P. 100.

p. 100. 19. lib. 29, (c. i. p. 148. ed. Vales.)

p. 102. tertio a fine: Afranius: (Vopiseo. 226.)

p. 106. 2. Ouidius: (Tr. 3, 2, 13.)

ib. 3. Oedipo (Act. 1, 82.)

ib. 7. rapaces. *Capere Cannas, aduersa, mortem,*  
est, constanter et magno animo subire et tolerare. Ple-  
risque enim accidit, quod Appollonius Rhodius de Me-  
dea sibi necem inoliente refert, lib. 3. (v. 809.)

αἰδοῖ οἱ ἄρνω

Δεῖμ' ὀλοὸν συγεροῦ κατὰ φρένας ἥλῳ αἰδότο·

Et quod Cerberus de Socrate latrat vel mentitur apud Lucianum: πόδεωθν μὲν, ὡς Μένιππε, παντάπασιν ἔδοκε αὐτέπτω προσώπω προσίεναι, καὶ εἰ πάνυ δεινόν τον θάνατον, καὶ τεττάρην τοῖς ἔχω τῇ φονίᾳ ἔτσοιν ἥθελεν ἐπειδὲ κατέκιψεν εἴσω τῇ χάσματος, καὶ εἰδε τὸν ζόφον, καὶ γὰρ ἔτι διαμέλλοντα αὐτὸν δέκαν τῷ κανέναν κατέσπασσε τῇ ποδεσ, ὥσπερ τὰ βρέφη ἐκάπιε, καὶ τὰ εαυτὰ παιδία ὠδύρετο, καὶ παντοῖος ἐγένετο. Sic enim legendum ibi videtur,

p. 107. 17. epist. 6. leg. (4, 28.)

p. 108. 9. lib. 3. (v. 1304.)

ib. 21. Petronius. (c. 127.)

p. 113. 16. lib. 2. (Met. v. 13.)

p. 116. 3. 4. ann. (c. 58.)

p. 117. 15. Salutat: (Idyll. 10, 27.)

ib. 23. vt infra. (v. 298.)

ib. 26. vt mox. (v. 33.)

p. 120. 17. inferius: (v. 316.)

p. 121. 19. de rē rust. (c. 3. f. 2.)

ib. 20. quae sunt. Macrobius I. 7. sat. II. aut qui infaustas pertulit orbitates, vel cui nota quondam affixa censoria est. Notant hic viri docti, alias legi, affixa vel adficta: et τὸ adficta videtur illis non absonum, quia Propertius dixerit, *defidiae fingere crimen*. Reetius adficta accipies, tanquam ab adfigo.

p. 125. 7. pro quamquam: ut quamque.

p. 126. 28. locauit. nec rectius Acidalius, qui conducere hic pro locare positum sciscit ad Epidicun 1, 2.

p. 127. vlt. Horatiano. Serm. 1, 5, 55.

p. 134. 36. Penelopes. (Her. 1.)

p. 137. 12. censuit. Quod huic referre aut censere, Ciceroni est referre et dicere lib. 3. ad Att. ep. 15. Quid enim vides agi posse aut quomodo? per senatumve? Ast tuto scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiae poste fixisse, ne referri, neve dici liceret. Sequitur continenter: Quomodo Domitium igitur se dixit relaturum? Quomodo autem iis, quos tu scribis, et de re dicentibus, et ut referretur, postulantibus Clodius tacuit? Sic accipiendo ep. 13. lib. 1. ad eundem: Mentionem a Q. Cornificio in Senatu factam: is fuit princeps, ne tu forte aliquem nostrum putas. Haud dubie loco sententiae et ante relationem.

ib. 15. esset. Denique propter hominem diligentem in officiis domus Augustae, cui, Nec deerant, qui censerent, est; cum is numerus senatorum esset, qui senatus consulum facere possent. Hinc igitur

p. 142. 15. ἐν θρασυλόμενοι Cic. lib. 1. de Div. (c. 36. extr. al. f. 80.) ut Bacchi sacrī Commota. Seneca in Oedipo, et pati commota Phoebum.

p. 143. 3. Erichtho. (6, 540.)

p. 144. 1. Nat. Quaest. (c. 17.)

p. 148. 2. Sc. 1. (v. 60.)

ib. 32. vexarunt. Quintilianus decl. 13. Non est dannum id perdidisse, quod, ut proximo utar argumento, si habere voluero, emendum est?

p. 150. 19. patronorum, Apud Plutarchum in vita Pyrrhi ait Antigonus Gonatas τὴν αὐτὴν σφαγήν εἰς ὅπλων μάχην, οὐ καιρῶν ἔνει.

p. 153. vlt. προβεβλέψματος Idem ius Lacedaemonie Senatui dederat Lycurgus, cuius extat Rhetra apud Plutarchum

tarchum εἰς δὲ σκολιῶν ὁ δᾶμος ἔροιτο, τὸς πρεσβύτερος καὶ σεχαγέτας αἴποσατῆρας ἔμεν.

p. 164. 7. Ήρακλίσκω (Id. 24.)

ib. 26. Silius. (6, 92.)

p. 168. ult. mouentibus. Ex Virgilii l. I. Georg. v. 367.

*Flammarum longos a tergo albescere tractus.*

p. 171. I. ex Ponto. (lib. 4.)

ib. 10. (ib. v. 37.)

p. 173. 7. *praefet.* Eodem sensu temeritatem ponit lib. 2. de Off. cap. II. *quid igitur est, quod me impedit, ea, quae mihi probabilia videantur, sequi, quae contra, improbare? atque affirmandi arrogantiam vitantem, fugere temeritatem, quae a sapientia diffidet plurimum?* Vbi possis malle: *arrogantia vitata.*

p. 175. 18. *necessitas.* Macrobius l. I. in Somnium Scipionis c. 6. *Post annos autem bis septem ipsa aetatis necessitate pubescit.* id est, naturali lege pubescit homo. Neque admitto Scaligeri *necessitas.* Nam et superius, etsi inuertisset orationem, dicendo: *dentes eius incipiunt emergere:* et, *sonus eius in verba prorumpit:* et, *dentes, qui primi emerserant, cadunt:* tamen interponit: *et post quartu septem non solum stat firmiter, sed et incedit.* *Post quinques septem incipit lac nutricia borrescere.* In quibus similiter intelligitur, *Homo.*

ib. 33. *didicissent.* Suetonius de illustribus Gramm. c. II. *Instruxerunt auxeruntque, ab omni parte, Grammatica L. Aelius Lanuinus, generque Aelii Seruius Clodius.* Hinc potest placere scripta lectio apud Cyprianum de Zelo et Liuore: *Aures per canora musica tentat, ut soni dulcioris auditu soluat et molliat christianum rigorē.* Vbi vulgo, *canoram Musicam.* Cicero l. 4. ad Att. ep. 16. *literis aut Musicis eruditos.*

p. 180. 23. Eumenidum: lib. 3. de Ponto. cl. 9. (v. 29.)

*Vt mibi conanti nonnunquam intendere curas*

*Fortunae species obstat acerba meae.*

Aufonius

## Ausonius Ep. 22.

*Videbis istum, qualis adstet cominus,  
Imago fortunae suae.*

ib. ib. Eleg. 9. v. 18. (Trist. 3.)

pag. 185. 8. responderent. In eandem sententiam Ciceron. l. 2. ad Att. ep. 9. *Patria propitia sit: habet a nobis, etiam si non plus, quam debitum est, plus certe, quam postulatum est. Male ubi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare.*

p. 199. 17. lib. 31. (c. 7.)

p. 203. 15. Coimicus. (Ter. Eun. 3, 3, 7.)

p. 212. 5. Dat famulis. Ex Apollonio, apud quem est, lib. 2. (v. 65.)

εὸν τοι ἀδεν  
Νήκτοις οὐσαραι κεῖναι κακῆι δίκαιοι τε εἰναι.

p. 219. 29. praemio caret. Seneca de Prouidentia c. 4. *Descendisti ad Olympia: si nemo praeter te, coronam habes, victoriam non habes.*

p. 221. 25. Lucilius (lib. 28. v. 109.)

p. 228. 4. Strenuit. Quintil. decl. 9. *Vides senem meliore sui parte præsepulum, omnis etiam spes superstitem, orbum, destitutum.*

p. 229. 29. de re rust. (5, 5.)

p. 232. 25. Terentii (Eun. 3, 1, 36.)

p. 235. 17. Pompeius 2. (c. 12, 14.)

p. 236. 26. sumebat. Iustinus lib. 42. (c. 4, 8.) *Sed ille simulato timore diu continuuit se.*

p. 239. 16. l. 10. (c. 1.)

p. 242. 31. tit. 7. (S. 2.)

ib. vlt. eodem tit. (S. 2.)

p. 244. 6. c. 9. (S. 5.)

ib. vlt. fallant. Silius lib. 16, 43L

*Et ni successu nimio luctoque fauore,  
Proditus clapsu forat inter verba flagello  
Forsan sacrasset Zephyro quas voverat aras.*

Nam sic legendum, vbi vulgo, pauore.

p. 262. 3. Uticensi. Lucianus in Hermotimo. εἰ δὲ δὴ ἐλεγεῖς προσελθὼν τοῖς κατῆλοις ἐπειδὴν κατύλην πρί-  
ασθαι Βέλομα, δότε μοι, ω̄ ἔτοι, ἐκπιέν οὐλον ἔκαστος  
ὑμῶν τὸν πιθὸν etc. εἰ τὰυτὸν ἐλεγεῖς, οὐκ ἀν δίες καταγε-  
λάσσας σε αὐτεῖς, εἰ δὲ καὶ ἐπιπλεον ἐνοχλοῖς, ταχ' αὐ  
τοῦ προσχέου τῷ ὑδατος. Sed quod

p. 291. 17. deferri, demitti, ad eam humilitatem de-  
scendere. Vbi Iuretus annotat ex V. C. *in id denotare:*  
et hanc scripturam videri aptiorem, quod *denotare* posi-  
tuū sit in deteriorem partem pro quadam nota afficere,  
ac dedecus inurere. Sed quid *denotare*, vel *nota afficere*  
*in aliquid?*

p. 294. 9. Terentius. (Heaut. 5, 1, 6.)

p. 298. 32. Prologo: (v. 22.)

ib. 34. inox: (v. 33.)

ib. 35. sc. 2. (v. 76.)

p. 302. 17. regio. Tertullianus in Scorpiana: *statim*  
*omnes pristini sensus retrorsuscunt, sanguis animi gelascit,*  
*carne Spiritus exalefacit, nausea nominis inacescit.* Vel  
*inacrescit, ut habent libri.* Nominis autem intellige, non  
Christiani, ut Rigaltius, sed Martyrum.

p. 305. 17. virilis dies. Horat. Sat. 1, 2, 16.

*Nomina sectatur modo sumtu ueste virili  
Sub patribus duris tironum.*

p. 306. 7. posuit: (Art. 1, 33.)

ib. 9. Somnianti: (Faſt. 3, 30.)

p. 320. 24. lib. 30. (c. 2, 4.)

p. 324. 16. Hercule: (2, 4, 25.)

p. 347. 24. Apollonius (1, 12c9.)

p. 349. 23. Apollonius (1, 1240.)

p. 357. 3. Apollonius lib. 1. (v. 1092.)

ib. 6. Sedes Deum Matris multum differentes a curuli sella videre est apud Antonium Augustinum in Dialogi 5. numo 33. et in Nomismatibus Antuerpianis tab.

43. numo 33.

p. 372, 12. *aatrae*. Vetus Poëta apud Cic. lib. 1. Tusc.

*Vbi rigida constat crassa caligo inferum.*

p. 382. 27. Eunuco : (5, 2, 27.)

p. 417. 3. Adelphis. (4, 2, 5.)

ib. antepen. lib. 2. (v. 808.)

p. 534. 16. remitterentur. Inter loca, quibus probant, remittere idem esse, quod permittere, proferunt ex ann.

3. c. 55. *Auditis Caesaris litteris remissa aedilibus talis cura, luxusque mensa a fine Actiaci belli ad ea arma, quis Ser. Galba, rerum adeptus est, per annos centum profusis sumtibus exerciti, paullatim exoleuere.* Aiunt id esse, nou omissa vel neglecta, sed permitta vel reiecta: Principem et Senatum reliquisse aedilibus, vt illi suum munus exercent, se non interponerent. Sed hi omnia turbant, et confusissime loquuntur: differunt enim diligenter locutis,

permittere curam, remittere curam, reiicere aliquo curam, omittere vel negligere curam, nec in eadem proprie quadrant. Aliiquid dicunt, cum addunt reiecta, quod tamen coniungi non debet cum permitta. Cicero 10. fain, ep. 16. tamen hoc animo esse debes, vt nihil buc reiicias. Lib. 13.

ep. 53. *siquid habebit cum aliquo Hellespontio controuer-  
fiae, in illam diuinorum resicias.* Fac vtroique, permittas: alterum longe alio, alterum nullo erit sensu. Quodsi illa sententia valeret, ita explicandus foret Tacitus, vt dicere mus, non posuisse illum remittere pro permittere, sed remittere alicui pro remittere ad aliquem: id enim est ea virtute verbi, quam hic desiderant. Supra: *Igitur paucis familiarium adhibitis, minas accusantium et hinc preces audit, integrumque causam ad Senatum remittit.* Et in legibus

legibus nostris: *ad cognitionem Imperatorum a praefide provinciae remissus.* Accipiamus igitur potius, ut libera-  
tos dicat hac et cura et querela aediles extraordinarium  
subsidiū volentes, et sine noua cuiusquam animadver-  
sione aut coercitione, ipsa tempora paullatim se correxisse:  
quod et Lipsio placuit.

p. 548. 19. Poenuli: (v. 55.)

p. 560. 32. Nepotem: (23, 2, 4.)

p. 569. 6. iterum: (Verr. 1, 3.)

p. 570. 10. *vertere.* vbi etiam Gruterus frustra, *verrit.*

p. 605. 20. de Senectute: (c. 16.)

p. 611. 33. Cistellaria: (4, 2, 97.) Trinumno: (2, 2, 74.)

p. 616. 27. sunt: (ad Attic. 6, 1.)

p. 627. 13. Neptuno: (2, 3, 42.)

p. 647. 2. Prologo: (v. 10.)

p. 667. 18. Arbitrum: (c. 91.)

p. 668. 25. incidunt: (c. 102.)

p. 685. 19. Arbitrum: (c. 109.)

p. 708. 6. Iuuaret aliquid Taciti 4. Ann. (c. 16.) *Vt-*  
*que glisceret dignatio sacerdotum, atque ipsis promtior*  
*animus foret ad capessendas caerimonias, decretum Cor-*  
*neliae Virgini festertium vicies, et quoties Augusta thea-*  
*trum introisset; vt sedes inter Vestalium consideret. ni re-*  
*ferret hoc Tacitus in tempora, quibus iam decepsisse vi-*  
*detur Ovidius. Tamen et sic iuuat.*

p. legem tulit. Vide an sit hoc, quod Plautus dicit  
in sententiis poni. Epid. 3, 4, 80.

*Quid nunc? qui in tantis positus sum sententiis  
Eum ne ego sinam impune.*

Quorum verborum ne sexies quidem collineando men-  
tem cepisse arguitur Lambinus: quid mirum si nos semel?  
sed ineptiae potius sermonis, quam simplicitas huc immit-  
tere, qui tam varia mente agito. Vult enim magnificare  
suam personam, vt indignitatem facti augeat. *In senten-*  
*tia*

*sia posse, est praescribi sententiae auctoreim. Sic Cicero 9. fain. 16. „An minus multa Senatusconsulta futura putas, si ego sim Neapolis? Romae cum sum, et urgeo forum, scribuntur apud amatorem tuum, familiarem tuum. Et quidam cum in montem venit, ponor ad scribendum: et ante audio Senatusconsultum in Armeniam et Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam. Atque hoc nolim me iocari putas.. Nam mihi scito iam a regibus ultimis allatas esse litteras, quibus mihi gratias agunt, quod se mea sententia reges appellauerim: quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam.“ Dicit, ponor ad scribendum, hoc est, praescribor inter auctoritates, nomen meum proponitur SC. tanquam qui adsuerim scribendo. Neque absurdum altero huc oculo respexisse Quintilianum lib. 2. c. 21. Materiam Rhetorices quidam dixerunt esse orationem, qua in sententia ponitur apud Platonem Gorgias: ut quidem habetur in MS. et prodidit Gebhardus 2. Crepuscul. 13. qui prior haec duo loca, Plauti et Fabii, contulit, sed ad fontem non peruenit. Qui in tantis positus sum sententiis: cuius tam magnarum rerum in Consultationibus publice saepe valuit auctoritas, et nomen praescriptum est rogationibus a populo acceptis: cuius tantum saepe valuit sententia, ut in eam decretum fieret, et nomen meum, quasi latoris, quod e republica esset, praefigeretur. Athenis et in Graecis ciuitatibus de plephismatibus non male audiri puto: Romae de sententiis in Senatu melius foret. Qui toties, Ciceronis dicto, Senatui sententiam praestitisti, quem tot fortiter de magnis rebus dictaruin in Senatu sententiaruin omnes ferunt auctoreim.*





# INDEX

AVCTORVM VETERVM, QVI IN HIS  
LIBELLIS EMENDANTVR AVT  
ILLVSTRANTVR

---

## A

- A**elianus 39. 179. 407. 592.  
595. 698. 747. 792  
Aeschylus 383. 480. 830  
Afranius 10. 210. 294  
P. Albinianus 149. 713  
Ambroſius 291. 528. 680. 827  
Ammianus 15. 100. 107. 211. 491.  
587. 639. 727  
Antiphon Comicus 795  
M. Antoninus Phil. 206  
M. Antonius apud Ciceronem  
294. 375  
Apollodorus 431  
Apollonius Rhetor 226  
Apollonii Tyrii interpres 678  
Apollonius Rhodius 43. 54. 95.  
108. 347. 349. 357. 417. 480.  
764  
Apostolitus 592. 594  
Appianus 159. 160. 292. 384. 404.  
405. 760  
Apuleius 51. 122. 146. 147. 204.  
302. 335. 342. 688. 782  
Aristeas 150  
Aristides 31. 826  
Aristophanes 20. 29. 214. 406  
Aristoteles 30. 113. 114. 336. 424.  
seqq. 588. 589. 733
- Arnobius 221. 223. 336. 354. 639.  
796. 817  
Arrianus 638. 822  
Asconius Pedianus 243. 404.  
484. 493. 558  
Athenaeus 373. 592. 700. 722.  
795. 813  
Auctor Aetnae 76  
Auctor Belli Africani 494. 648.  
Auctor de Corrupta Eloquentia  
752  
Auctor Elegiae in mortem Drufi  
233. 242. 458  
Auctor de Excidio Hierosolym.  
352  
Auctor Moreti 103. 291  
Auctor de Mundo 79  
Augustinus 437. 471. 687. 697.  
791  
Ausonius 38. 107. 117. 216. 293.  
266. seqq. 308. 504. 671. 778

## B

- B**asilius 173. 817  
Bæthinius 208

H h h

C.M.

# INDEX

## C

- M. Caelius ad Ciceronem 340  
 Caelius Aurelianus 332  
 C. Caesar Iulius 12. 13. 45. seq.  
 200. 213. 242. 243. 248. 363.  
 417. 451. 453. 455. 486. 520.  
 542. 559. 587. 597. 598. 601.  
 605. 642. 723. 726. 730. 744.  
 760. 761. 787. 833.  
 Callimachus 38  
 Calpurnius 16. 39. 74. 85. 90.  
 540  
 Calpurnius Flaccus 59. 60c. 781  
 M. Capella 165. 246. 473.  
 Capitolinus Iulius 687 seqq.  
 Cassiodorus 62. 605  
 L. Cassius Hémina 70  
 M. Cato 294. 604. 833  
 V. Cato 385. 534. 540. 720.  
 Catullus 349. 432  
 Celsus 682  
 Chrysostomus 910  
 Ciceró 12. 13. 15. 16. 22. 36. 45  
 seq. 50. 57. 59. 64. 65. 70. 72.  
 73. 74. 77. 80. 81. 82. 83. 84.  
 89. 90. 92. 93. 99. 112. 119. 123.  
 135. 139. 147. 148. 150. 151. 153.  
 154. 155. 157. 168. 169. 170. 172.  
 173. 174. 175. 176. 177. 179.  
 184. seqq. 189. 190. 196 seqq.  
 209. 203. 206. 212. 214. 216.  
 222. 223. 232. 234. 247. 254.  
 257. 258. 262. 281. 288. 291.  
 299. 313. seqq. 317. 320. 322.  
 326. 336 seqq. 340. 347. 351.  
 352. 359. seqq. 375. 383. 385.  
 387 seqq. 393. 394. 396. 404.  
 seqq. 411. 412. 415. 417. 422.  
 435. 436. 439. 442. 444. 453.  
 455. 456. 463. 464. 468. 474.  
 482. seqq. 493. 495. 496. 499.  
 518. 519. 524. 526. seqq. 531.  
 533. seqq. 539. 549. 551. 558.  
 566. 599. seqq. 576. 577. 581.  
 586. 598. 599. 604. 605. 608.  
 610. 611. 614. 616. 620. seqq.  
 625. 627. 634. 635. 637. 641. 643.  
 646. 648. 649. 652. seqq. 656.

673. 681. 689. 704. 906. seqq.  
 718. 719. 721. 723. 726. 728. 731.  
 738. 744. 745. 750. 755. 760.  
 762. 766. 790. 795. seqq. 804.  
 seqq. 812. 819. 823. 830. 835.  
 Claudianus 56. 85. 87. 113. 120.  
 127. 128. 130. 131. 169. 181. 188.  
 190. 206. 216. 219. 232. 237. 248.  
 260. 267. 290. 333. 426. 461.  
 469. 472. seqq. 498. 734. 779.  
 Columella 45. 66. 58. 86. 170.  
 263. 266. 335. 414. 467. 540.  
 576. 577. 598. 613. 635. 752.  
 776  
 Anna Comnena 91. 747  
 Cornificius 554. 610. 611. 803.  
 812  
 Cornutus 170. 675  
 Curtius 149. 178. 188. 190. 203.  
 462. 479. 552. 647. 676. 681.  
 700. 714. 727. 729. 829  
 Cyprianus 408. 410. 412. 498.  
 seqq.

## D

- Demosthenes 150. 248. 525.  
 636  
 Dio 60. 160. 295. 404. 826  
 Diodorus Siculus 27. 98. 396.  
 561. 593. 697. 814. 825  
 Diogenes Laertius 50  
 Dionysius Halic. 8. 65. 148. 153.  
 154. 271. 509. 807  
 Donatus 243. 299. 468. 775

## E

- Ennius 94. 833  
 Ennodius 166. 309  
 Euripides 19. 72. 128. 142. 174.  
 218. 267. 412. 449. 823  
 Eustathius 113. 224. 417. 430. 546

## F

- Festus 3. 70. 86. 122. 332. 475  
 Festus Alienus 112. 823  
 I. Firmicus 58. 471. 797

## L. A.

# INDEX

- L.** A. **Florus** 19. 92. 101. 123. 232.  
235. 236. 255. 324. seqq. 341.  
416. 564. 566. 598. 650. 737. 761.  
**Frontinus** 14. 470. 524. 570. 715  
759

## G

- Galenus** 780  
A. **Gellius** 2. 3. 15. 33. 73. 92.  
136. 174. 221. 243. 253. 260. 320.  
342. 351. 352. 371. 407. 422. 472.  
504. 520. 548. 603. 642. 680.  
685. 726. 743  
**Germanicus** 112. 225. 259  
**Glossarium** 198. 199. 308. 484.  
678. 775  
**Gratius** 68. 166. 229. 240. seqq.  
244. 246. 247. 413  
**Guntherus** 206. 458. 499

## H

- Heliодор** 573. 585. 659  
Herodotus 98. 310. 407. 573.  
593. 638. 706. 825  
**Hesiodus** 406. 747. 782  
**Hesychius** 20. 26. 29. 144. 820. 826  
**Hieronymus** 96. 220. 231. 438.  
465. 780. 817  
**Hilasius in Catalectis** 466  
**Hippocrates** 779  
**Homerus** 19. 28. 33. seq. 133. 165.  
207. 216. 219. 267. 341. 417. 821  
**Horatius** 26. 39. 57. 113. 123. 127.  
140. 142. 143. 148. 165. 254. 267.  
302. 352. 344. 384. 413. 420. 436.  
456. 482. 490. 538. 569. 570.  
598. 627. 635. 647. 648. 672. 695.  
711. 732. 776. 782. 790. 800. 837.  
838  
**Hyginus** 116. 494

## I

- Iamblichus** 731  
**Isidorus** 453. 537. 778  
**Isocrates** 475  
**Iustinianus** 34. 266  
**Iustinus** 15. 16. 33. 44. 51. 54. 59.  
92. 99. 106. 119. 148. 174. 175.

199. 235. 239. 245. 251. 303. 320.  
324. seqq. 337. 383. 418. 438. 468.  
476. 484. 493. 495. 502. 560. 598.  
606. 623. 630. 634. seqq. 646.  
649. 673. 677. 681. 687. 708.  
720. 730. 731. 746. 802. 830. 831  
**Iustinus Martyr** 373  
**Iuuenalis** 12. 13. 45. 109. 179.  
196. 254. 267. 290. 309. 320.  
419. 420. 440. 476. 482. 590.  
600. 770. 794. 805

## L

- Laetantius** 301. 447. 502  
**Laetantius Statii Scholiastes**  
467. 747. 779  
**Lampridius** 800  
**Latinus Pacatus** 181. 307. seqq.  
768  
**Leopardus** 20  
**Libanius** 37. 129. 595. 596. 680.  
706  
**Linius** 2. 3. 4. 23. 24. 35. 36. 43.  
45. 53. 59. 71. 72. 83. 87. 92.  
96. 103. seqq. 107. 114. 116. 129.  
138. seqq. 145. 150. seqq. 160.  
178. 181. 183. 185. 207. 209. seqq.  
213. 222. 243. 246. 248. 249. 250.  
seqq. 273. 288. 294. 298. seq.  
307. 326. 332. 340. 342. 346. 351.  
359. 383. 407. 408. 417. 422.  
436. 438. 444. 453. 471. 479. 501.  
502. 505. seqq. 519. seqq. 534.  
538. 547. 550. seqq. 567. seqq.  
572. 575. 578. 581. 586. 598.  
599. 603. 605. 614. 631. seqq.  
635. 640. seqq. 650. seqq. 661.  
676. 681. 684. seqq. 696. 699.  
seqq. 717. 718. 723. 726. seqq.  
737. 749. 751. 753. seqq. 761.  
seqq. 766. 769. 775. 786. seqq.  
807. seqq. 821. 826. 830. 833.

- 837  
**Longi Paft.** 822  
**Lucanus** 19. 21. 24. 26. 27. 39.  
44. 65. 69. 83. 85. 86. 88. 95.  
99. 100. 106. 107. 139. 143. 181.  
203. seqq. 230. 262. 290. 302.  
**Hhh 2** 351

*I N D E X*

351. 368. 402. 490. seqq. 533.  
564. seqq. 572. seqq. 577. 598.  
660. 667. 726. 770. 807. 831.  
833  
**Lucianus** 39. 100. 203. 235. 258.  
262. 353. 460. 465. 826  
**Lucilius** 22. 437  
**Lucretius** 24. 37. 49. seqq. 52.  
seqq. 115. 201. seqq. 210. 245.  
253. 333. 355. seqq. 455. 458. 462.  
612. 661. 662. 812
- M**
- Macrobius** 3. 40. 76. 167. 274.  
seqq. 285. 290. 438. 477. 660  
**Manilius** 24. 25. 44. 63. seqq.  
74. 77. 78. 112. 169. 173. 183. 189.  
191. seqq. 217. 221. 226. 228.  
seqq. 234. 243. 253. 301. 403.  
407. 426. seqq. 450. 458. 461.  
797. 761. 767  
**Martialis** 22. 41. 48. 75. 179. 180.  
199. 206. 207. 225. 246. 256.  
seqq. 363. 397. 450. 451. 496. 535.  
614. 627. 640. 662. 663. 673.  
702. 734. 737. 774. 776. 777.  
778. 782. seqq. 818  
**C. Mela**. 101. seqq. 178. 221. 768  
**Minucius Felix** 148  
**Moschus** 113

**N**

- Naeuius** 294  
**Nepos Cornelius** 46. 96.  
148. 360. 471. 474. 560. 827  
**Nemesianus** 413. seqq. 655  
**Nicephorus Gregoras** 564  
**Nicetas** 674. 716  
**Nonius Marcellus** 189  
**Nonnus** 780

**O**

- Onosander** 826  
**Orosius** 566. 749  
**Orpheus** 164  
**Ouidius** 27. 29. 33. 39. 41. 42.  
44. 46. 48. 61. 71. 73. 74. 77.  
84. 86. 87. 91. 97. seqq. 103.

106. 109. 110. 113. 116. 134. 141.  
142. 150. 165. 169. seqq. 178.  
seqq. 204. 210. 216. seqq. 227.  
232. 236. 238. 240. 259. 293.  
300. seqq. 321. 325. 332. 333. 335.  
336. 445. 352. 360. seqq. 369.  
386. 394. 406. 407. 421. 427.  
seqq. 432. 444. 447. seqq. 450.  
453. 454. 457. 459. 465. 467.  
470. 471. 473. 474. 485. 495.  
499. 504. 531. 535. 543. 549. 557.  
568. 590. 599. 607. 647. 650. 659.  
676. seqq. 695. 698. 700. 702.  
seqq. 715. 721. 736. 747. 750.  
752. 754. 780. 781. 790. 800.  
818

**P**

- Palaeophatus** 805  
**Palladius** 40. 121. seqq. 141.  
142. 263. seqq. 448. 458. 454. 503  
**Paulinus** 362. 451. 777  
**Persius** 64. 126. 600. 663  
**Petronius** 14. 16. 27. 68. 69. 95.  
98. 108. 119. 143. 190. 220. 223.  
224. 230. 232. 238. 267. 304. 322.  
334. 370. 373. 390. 399. 402. 426.  
423. 490. 492. 497. 499. 558.  
600. 603. 627. 628. 666. seqq.  
676. 686  
**Phaedrus** 143. 167. 173. 206. 306.  
383. 407. 499. 600. 627. 766  
**Philargyrius Iunius** 777  
**Philo** 208. 546  
**Philostratus** 721  
**Pindarus** 232. 372. 820  
**Plato** 30. 164. 205. 394. 546  
**Plautus** 1. 8. 10. 15. 56. 91. 99.  
123. 126. 145. 147. 163. 167. 175.  
232. seqq. 267. 294. 298. 302.  
306. 318. 333. 389. 340. 349. 350.  
362. 364. 387. seqq. 412. 417.  
458. 460. 470. 512. 538. seqq.  
559. 571. 374. 609. 624. seqq.  
627. 634. 635. 646. 648. 668.  
seqq. 691. 697. 711. 744. 745.  
790. 793. 796. 802. seqq. 822.  
827. 832  
**Plinius**

# INDEX

- P**linius Mai. 33. 35. 39. seqq. 54.  
59. 66. 74. 75. 86. 105. seqq.  
114. 121. 166. 218. 226. 232. 242.  
246. 263. seqq. 274. 368. 400.  
407. 423. 449. 450. 452. 454.  
482. 494. 496. 503. 527. 570.  
573. 578. 585. 637. 638. 702.  
738. 767. 776. 777. 778. 780.  
822  
Plinius Min. 14. 136. 150. 408.  
seqq. 434. 476. 500. 501. 529.  
557. 574. 599. 704. 708. seqq.  
719. 738. 762. 772. 780. 802  
Plutarchus 27. 114. 144. 153. 224.  
267. 359. 370. 383. 404. 406.  
465. 566. seq. 585. 589. 593.  
594. 693. 698. 706. 711. 715.  
814  
Pollux Iul. 20. 373. 702. 825. 837  
Polybius 21. 89. 174. 373. 583. 637.  
697. 727. 734. 780. 792. 826  
Pomponius 15. 532  
Pristianus 697  
Procopius 674  
Propertius 29. 78. 86. 94. 102.  
140. 216. 324. 344. seqq. 348.  
413. 439. 441. 445. 461. 579. seqq.  
599. 629. 705. 755. 785  
Prudentius 168. 289. 452. 470. 713
- Q**
- Quintilianus 48. 91. 96. 99.  
149. 177. 185. 186. 188. 199.  
233. 261. 293. 294. 352. seqq.  
375. 434. 436. 465. 477. 493.  
500. 606. 643. 667. 676. 685.  
773. 817
- R.**
- Rutilius Numatianus 293
- S.**
- Sallustius 13. 17. 23. 71. 91. 93.  
150. 157. 184. 203. 216. 253. 318.  
337. seqq. 340. seqq. 351. 377.  
383. 428. 538. 567. seq. 602. 632.  
725. 726. 728. 748
- Saxo Grammaticus 473. 778  
Scholiafestes Apollonii 97. 764  
Scholiafestes Aristophanis 594.  
820. 830  
Scholiafestes Iliuenaialis 86. 110. 449  
Scholiafestes Thucydidis 820  
L. Seneca 14. 26. 30. 34. 39. 44.  
47. seq. 54. 65. 66. 68. 72. 91.  
95. 99. 104. 106. 113. 138. 140.  
143. 144. 165. 174. 175. 178. 179.  
185. 188. 190. 202. 204. seqq.  
215. 218. 234. 238. 257. 262. 267.  
288. 289. 291. 297. 304. 312. 314.  
325. 327. 334. 338. 345. 357. 359.  
382. 388. 397. 400. 401. 420.  
seqq. 431. 452. 465. 470. 475.  
seqq. 479. 490. seqq. 493. 555.  
564. 570. 577. 591. 599. 600.  
602. 604. 605. 606. 610. 629.  
633. 649. 660. 668. 671. 688.  
690. 700. 704. 706. 711. 714.  
715. 721. 746. 750. 756. 762.  
765. 770. 772. 777. seqq. 790
- M. Seneca 21. 42. 58. 75. 78. 128.  
179. 187. 195. 199. 219. 312. 350.  
352. 383. 394. 427. 435. 527. 559.  
667. 677. 711. 800
- Seruius 3. 65. 73. 122. 290. 332.  
338. 385. 421. 427. 436. 455. 499.  
612. 613. 691. 694. 701. 718. 744.  
765. 817
- Sidonius Apollinaris 85. 271. 45.  
488. seqq. 671. 780. 814
- Silius It. 21. 30. 54. 56. 84. 86. 88.  
97. 104. seqq. 108. 164. seqq.  
181. 201. 213. 216. 231. 259. 260.  
267. 290. 308. seqq. 334. 365.  
seqq. 390. 464. 492. 552. seqq.  
579. 585. 599. 603. 690. 695.  
699. 732. seqq. 769
- Sisenna 245. 631  
Solinus 264. 274. seqq. 503
- Sophocles 27
- Spartianus 60
- Vestric. Spurinna 474
- Statius 19. 21. 27. 33. 38. 42. 54.  
75. 91. 93. 99. 100. 110. 113. 120.  
149. 141. 149. 165. 169. 173. 181.  
204. seqq. 225. 231. 244. 253. 255.
- Hhh 3 - 267.

# INDEX

267. 271. 296. 303. 333. seqq.  
 347. 357. 368. 373. 403. 406.  
 414. 436. 456. 459. 464. 467.  
 474. 477. 494. 496. 499. 501.  
 573. seq. 617. 655. seqq. 660.  
 seqq. 663. 705. 727. 734. 741.  
 747. 750. 769. 771. 772. 779.  
 780. 781. 785. 822  
**Stobaeus** 336. 472  
**Strabo** 97. 167. 475. 477. 484  
**Suetonius** 12. 14. 23. 46. 58. 60.  
 81. 97. 108. 111. 136. 137. 139.  
 221. 261. 268. 296. 305. 307.  
 317. 326. 337. 404. 409. 417. 470.  
 500. 501. 526. 532. 533. 535. 548.  
 557. 566. 652. 672. 676. 682.  
 745. 746. 760. 766. 775. 778.  
 790. 800  
**Suidas** 592  
**Symmachus** 96. 166. 271. 435.  
 seqq. 528
- T**
- Tacitus** 13. 18. 19. 22. 23. 26. 35.  
 40. 45. 60. 88. seqq. 92. seqq.  
 104. 105. 116. 119. 132. seqq.  
 138. 139. 152. 153. 184. 187. 188.  
 232. 233. 243. 245. 252. seqq. 257.  
 266. 292. 295. seqq. 307. 314.  
 326. 338. 341. 342. 351. 354. 393.  
 seqq. 406. 428. 456. 442. 478.  
 481. 482. 520. 526. 530. 532.  
 seqq. 585. 588. 633. 638. 646.  
 676. 688. 691. 710. 722. 724.  
 725. 727. 743. 745. 746. 748.  
 766. 771. 790. 817. 828. 836  
**Achilles Tacitus** 224. 480. 826  
**Terentius** 12. 19. 28. 38. 64. 138.  
 140. 202. 232. 294. 306. 340.  
 342. 354. 364. 367. 377. 378. 382.  
 385. seqq. 389. seqq. 409. 417.  
 456. 458. 496. 542. 581. 612.  
 631. 647. 670. 673. 682. 754.  
 795. 803. 833  
**Tertullianus** 57. seqq. 148. 150.  
 208. 295. 400. 422. 435. 472.  
 502. 603. 605. 568. 731
- Theocritus** 34. 38. 164. 346. 349.  
 447. 479  
**Theo Sophista** 15. 804  
**Theophrastus** 423. 572  
**Thucydides** 18. 32. 214. 595. 820  
**Tibullus** 113. 165. 196. 206. 216.  
 238. 345. 454. 617. 627. 721  
**I. Tzetzes** 431. 747
- V.**
- Val. Flaccus** 21. 40. 45. 55. 67.  
 84. 85. 87. 93. 100. 108. 109.  
 112. seqq. 120. 131. 132. 140. 149.  
 212. 225. 231. 335. 341. 349. 427.  
 464. 492. 570. 654. seqq. 663.  
 696. 722. 730. 739. 763. seqq. 828  
**Val. Maximus** 136. 140. 196. 252.  
 319. 408. 410. 411. 494. 568. 585.  
 602. 636. 641. seqq. 688. 718.  
 742. 745. 748. seqq. 752. 759.  
 760. 761. 790. 792. 796. 811  
**Varro** 2. 11. 14. 28. 46. 51. 56. 121.  
 229. 244. 263. 369. 454. 540. 548.  
 571. 572. 581. 603. 614. 634. 686.  
 690. 694. 728. 777  
**Vegetius** 475. 500. 605. 631  
**Velleius** 24. 26. 155. 311. seqq.  
 396. 417. 567. 641. 685. 760  
**Aur. Victor** 156. 236. 568. 797. 817  
**Virgilinus** 16. 28. 42. 45. 53. 97. 106.  
 112. 115. 116. 120. 130. 131. 134.  
 166. 182. 199. 204. seqq. 211. 230.  
 231. 246. 254. 259. 266. seqq. 302.  
 327. 332. 344. 349. 351. 369. 371.  
 416. 421. 427. 430. 456. seqq. 463.  
 480. 503. 572. 573. 599. 603.  
 612. 614. 616. 655. 662. 699. 736.  
 740. 744. 747. 751. 752. 764. 765.  
 768. 770. 784. 820. 836  
**Vopiscus** 73. 96. 128. 528  
**Vlpianus** 59. 170. 528. 578. 672.  
 682. 790. 797
- X.**
- Xenophon** 16. 91. 357. 476.  
 596. 633

INDEX

◆ ◆ ◆

# INDEX ALTER

## RERVM ET VERBORVM

---

*A*

<b>A</b> in X mutatum in vett.		
libris	554	
Ab aliquo delegare, sol-		
vere, obsonare	124	
Abiectae aedes	470	
Ablatiuii casus vsus	723	
Abruptus patri Torquatus	44	
Absentibus flammis vsus Mele-		
ger	227	
A caliculis	319	
Achilles, Achilleus, Achillas	697	
Actaeon a canibus deuoratus		
805. filius imitandus	229	
Actionem vel accusationem re-		
mittere	531	
Actus socios regere	190	
Acus an tomentum	777	
Ad <i>ārrē</i> <i>τέ</i> apud	581	
Ad aliquem esse rudem	ib.	
Ad constitutum venire, respon-		
dere, redire	14	
Ad cyathum et vinum stetisse		
319		
Ad eosdem penates esse	579	
Ad mensam habere	799	
Ad modum, legem	72	
Ad se et sua multum videre		
625		
Ad reliqua respondere	185	
Ad silvas sacra ferre	63	
Ad sumum quaestum callere aut		
fastidire	ib.	
Adfigere, adfligere, adfici,		
inter se corrupta	598	
Adfigi cautibus	599	
Adfigere, prosternere	598	
Adherbas Iustino maritus Elisae		
sive Didus	637	
Adiectus culter	87	
Admoderate	355	
Admonitus poenitentia respicere		
scipsum	752	
Admota Romae Carthago po-		
mo	767	
Admota vi externa	239	
Admoti Colchi	766. 767	
Admouit Iouem terris Salino-		
nens	430. 431	
Adriaco mare mutatum nomina		
ponto	429	
Adscendere Capitolium	411	
Adstrictum-limen	232	
Aduersi amnis os	828	
Aduersus aliquem formidine		
mollitus	297	
Aduocare manus operi	291	
Aduocati nocturni	16	
Ae vel Oe et I vel Y confusa		
	700	
Aea Colchorum	767	
Aedepol fuisse	389	
Aedicandum est aedes	56	
Aediles praecipue ludorum cau-		
sa creati 807. eorum in alea-		
tiores animaduersio	261	
Aequa pars amoris	140	
Aequi dīi, loci	722	
Aequor inuersum in glebas	769	
	773	
Aerarium Saturni aedes, non		
Deus	710	
Aere et libra tuus	171	
Aes		

# INDEX ALTER

<b>Aes Corinthiam auro comparatum</b>	373	<b>Amplecti, amplectitur rigari</b>	265
<b>Aestas pro vere. aestatem Martius adducit 420. aestatem militiae, hiemam iurisdictioni in prouinciis dabant</b>	83	<b>Ανακλῆσις infletere</b>	779
<b>Aestimat, pro aestimandum dat</b>	45	<b>Ανακρόσσωσθαι et κράσσωσθαι περίπεττον differunt</b>	825
<b>Aestuum</b>	503	<b>Ancaeus bipennifer</b>	664
<b>Afficere contumelia</b>	378	<b>Ancipitia sibi ausus</b>	315
<b>Affictus pro affixus</b>	121	<b>Ανθρώπος θρησκευτικός ανθρώπος στοιχηγός</b>	150
<b>Africa tota in lucris</b>	440	<b>Aniensis iuniorum</b>	519
<b>Agere et agi in discrimine habere et esse</b> 416. agere ferre 478. agere, facere, gerere, vt distinguat Varro 686. agere et gesere confusa 688. agere arbitria 647. bella 178. honores 689. polum 477. publicum 786. 790. rem publicani	687	<b>Animae capaces mortis 105. animam conciliantia labra</b>	472
<b>Αγέρασος</b>	483. 484	<b>Anni quies manet numerus annis eloquentiae operibus que florete 312. annus Numae 355. dierum 273. Graecor. 360. dier. 278. apud quosdam tamen et 354. 279. vertens et magis</b>	222
<b>Agyrina manus</b>	368	<b>Antonius filius Jul. Caesaris</b>	196
<b>Ajax fortis, fortissimus in furore</b>	172	<b>Απάγχυσθαι</b>	795
<b>Αἰωνίη ἀτρύγετος</b>	207	<b>Αφοσίωσθαι</b>	680
<b>Alapam ducere</b>	167	<b>Διπλῶσαι expandere</b>	747
<b>Alcibiadis reatus causa Syracusanae cladis</b>	31	<b>Apodixin defunctioniam reddere</b>	678
<b>Aliena loca</b>	726	<b>Apollineum gypsum</b>	168
<b>Alienari et capi</b>	412	<b>Apollo inter patrios Atheniensium deos</b>	27
<b>Aliunde stare, sentire</b>	646	<b>Applicationis ius</b>	64
<b>Alligari vt dicatur color</b>	600	<b>Aras tangentes iurabant</b>	560
<b>Allini capturis fordidis.</b>	745	<b>Arcu letifero premi</b>	116
<b>Althaea vita cum gnato sepulta</b>	228	<b>Ardens chlamys</b>	771
<b>Amantes animo sequuntur, quas amant</b>	446	<b>Argo apparel in coelo velut inhibita</b>	824
<b>A manu seruus</b>	320	<b>Argo patre</b>	744
<b>Ambigua Salamis</b>	26	<b>Argoa carina, puppis</b>	225
<b>Ambitioni donare spes</b> 492. sqq.		<b>Argonautae Deum genus, nati</b>	
<b>Ambulare cum pallio, lorica</b>	811	<b>Deum 54. reges</b>	115
<b>Amicitia exsul regiis</b>	308	<b>Argus pro Argiuo ineptum et barbarum</b>	744
<b>Amisus</b>	474	<b>Aries portitor Phryxi non Helles</b>	467
<b>Amnes pro diis Perseae et Parthi colebant</b>	638	<b>Armenti generosa propago</b>	414
<b>Amoebeus, Amoebear</b>	698	<b>Armes, Armeus, Armais</b>	696

Arx.

# INDEX ALTER

Arx, arcis ancipites, arcis iustitium	476
Asiagenes L. Scipio	818
Asiagenes, Asiatogenes, Asia-gennes	ib.
Asturco Macedonicus	224
Atalantae labores	228
Atque vt, formula connectendi Valerio	
Ἄρχευτος ἀ. Σίπιος	207
Attica eloquentiae operibus et annis florens	312
Auctoritas Patrum vel Senatus in comitiis 153. quomodo et quibus rebus imminuta 154. Senatoria in maiorum suorum et suis sedibus	718
Auersa voluntas 771. auersus Taurus	193
Auertere pecuniam, argentum 569. pisces caræ mensa. ib. puppem	827
Augurum alia, alia aruspicum disciplina	34
Augustus rempublicam retinuit, dubium euentu meliore au voluntate	328
Auocare alicui rem	291
Auro contractus chlamydem	449
Auro similis chlamys	206
Aurum imitantes citri maculae	
Aurum suum	400. 401
Autumna	74
Autumnal tempus	503

**B**

Bacca, baccatum monile	302
Bala, Alexander rex Syriæ	637
Barbaricum	183
Bella agere	178
Bella vetantes	404
Bellans somnus	607
Bellum conuersum in spectaculum	326
Bellum plusquam bellum	564

Beneficii sui facere aliquem	
Bipennem reuocare	290
Bipennis ducta, elata	87
Boeus, cursor	813
Bona viscera, nerui, sanguis	796
Bonae Deae sacra Romanis reli-giosissima	620
Boni homines	609
Boreas Geticus	739
Βόρεος αἰ. Πομπεύετης	240
Bouillum pecus etiam in vere sacro	693
Brevia	119
Brevius quo genere armorum valeant Sarmatae	342

**C**

C et G. confusa	308
Caballorum praeda	804
Caecilius Sullac frater	197
Caedes Candauli nuptiarum virginæ pretium	324
Calabracæ Camoenæ, pro carmine Lyrico	784
Calanitas fundi	385
Caliculi	319
Callere aut fastidire	624
Calliae tres illustres Athenis	
Καλύβη	593
Calydonea rupe bellans puella	508
Candidatus petitor	228
Caneuenari	318
Canere pro praedicere	413
Canum mores numerare per vrbes	503
Canum vis permitta	229
Capaces mortis animae	106
Caper ὁ ἐκτρομέας	260
Caperæ Cannas, aduersa	106
Capere dicuntur pictores ideas formarum	179
Capi et alienari	413
Capite cauere	738

Hhh 5

Capite

# INDEX ALTER

<b>Capite et fortunis oppugnare</b>	
675	
<b>Capite se statuere in vestigia</b>	
456	
<b>Capitolii deauratio quanti</b>	737
<b>Capitolii tutelarii</b>	738
<b>Casus necessarii omissione frequens</b>	
Tacito	105
Catomidiare	675
Catomis verberari	675
<b>Causa causis obnoxia incipiens</b>	
causa	422
<b>Causa efficiens et praecedens</b>	
30	
<b>Causa omnis familiae</b>	833
<b>Cedrus incensa mortifera talpis</b>	
et serpentibus	264
<b>Celebrare tironem</b>	305
<b>Celebris habitatio, celebrare, celebritis</b>	
436	
<b>Celticum, Κελτικόν</b>	183
<b>Censendum bona</b>	56
<b>Censeri magnum agri modum</b>	
549	
<b>Censores rationes accipiebant a ciuibus Romanis</b>	547
<b>Censum turbare</b>	401
<b>Census, primi annus incertus</b>	
284	
<b>Centumviralis iudicij materia</b>	
643	
<b>Centuria pars tribus</b>	518
<b>Cereris ignes, i. altaria incensa</b>	
560	
<b>Cereus funeralis</b>	319
<b>Cernis δακτυλίς</b>	736
<b>Xέρξης ἀνθρώπων, Φαρδίς</b>	373
<b>Chelae, lacerti</b>	473
<b>Chlamys simili auro, picto limbo effluit</b>	206
<b>Chremes tolerabilius priore syllaba productum, quam postriore correptum</b>	732
<b>Chremetes fluvii et viri nomen</b>	
733	
<b>Ciere tumultum, marteni,</b>	579
<b>Cingere moenia, pomoeria pro circumire</b>	
18. vada	824
<b>Circumcisus sumitus</b>	307
<b>Circumducere aliquem aliquid</b>	
571	
<b>Citeriores aetatis metae</b>	642
<b>Cterioris curae negotium</b>	641
<b>Citri maculae aurum imitantes</b>	
400	
<b>Ciuitas vniuersi generis humani</b>	
361	
<b>Clamat porta, aequor, procella</b>	
267	
<b>Clementia carnifex inter homines</b>	
46	
<b>Clementia et iustitia toleratiora subiectis</b>	90
<b>Clientes aduocati non minus, quam patroni</b>	148
<b>Clivum frangere</b>	776
<b>Cluuienus</b>	309
<b>Coacerruatus humido ficcus vapor</b>	
425	
<b>Coactum vinum</b>	539
<b>Coelum non noscitur, nisi coeli munere</b>	
79	
<b>Coenus nomen Macedonicum</b>	
700	
<b>Cogere fructus</b>	540
<b>Colatum somnium, serenitas</b>	
208	
<b>Coloni partiarii</b>	720
<b>Comarum tormentum</b>	777
<b>Comedendum et deridendum propinare</b>	
804	
<b>Comedere aliquem</b>	803
<b>Comedisse cantherium</b>	805
<b>Comitatibus ad obseruandam honestiorum fidem</b>	
296	
<b>Comitia centuriata non eadem, quae curiata</b>	
517	
<b>Comitiis centuriatis quomodo exercitus imperaretur</b>	4. 5
<b>Commendare puberes ad maiores natu</b>	
494	
<b>Commendare liberos apud aliquem</b>	
493	
<b>Commendatio</b>	636
<b>Commendationes morientium</b>	
494	
<b>Commissior fidei</b>	90
<b>Communes dii</b>	
722	
<b>Com-</b>	

# INDEX ALTER

Communicare alicui non dice-		Constitutum fit in diem	14
batur optimo aeuo, sed cum		Constitutum et condictum non	
aliquo	200	proprie proditorum	15
Communicare cum aliquo pro-		Constructa faxa	370
vinciam eius	539	Consualia mense Sextili	616
Communis respublica	83	Consules auspicabantur manu-	
Comparare prouinciam	71	missionibus	128
Comparatio figurata	606	Consus sua sacra canens	304
Compensati 24. dies in 24. an-		Contagio infelicitum timebatur	
nis Numae	282		218
Comta crimen Pallas casside af-		Contaminare a contingo	775
fuetum inuolui	105	Contari vel cunctari	III
Conari	109	Contendere causam	455
Condicere dominum	802	Contendere causas	ibid.
Concilium populi et comitia dif-		Contextus temere properatae ra-	
ferunt	4. 5	tis	216
Conciliantia animam labra	472	Continuare Aquileiam Illyrico	
Concipere fugas Pan dicitur	695		181
Concresse	52	Contractus auro chlamydens	
Condicere inducias	15		449
Conditio abomiuanda i. malus		Contumelia	146
maritus	48	Conuentum agere, τὰς ἀγοραῖς	
Condiscere oculis pacem	105	ἀγενή	483
Conditio semifus	125	Conuentus iuridici	481
Conducere caedundum agnum		Conuentus et oppida	ibid.
	126	Conuentus aliud, aliud Confu-	
Conducere publica	790	lium	ibid.
Confectae Latinae	806	Conuertere haereditates	579
Confectores et conficere	61	Conuexum	474
Confictus sagitta	121	Corinthium aes auro compara-	
Conscientissima litterarum ciui-		tum	373
tas	90	Cornu intorta ceruice taurum	
Confitetur se aduersarius	501	necare	107
Confutare pro reprehendere, ob-		Cornu inum Panos	108
iurgare	138	Cornua in sacris Bacchi	108
Congestae incuria setae	144	Corona Cresia	308
Coniecti cultri	87	Corpus frigore duplicatum	746
Coniungere montibus astra	181	Corpus humanitatis	361
Coniungit ardor austros	182	Corripere pecunias	746
Consentire luminibus	399	Corvus Apollini facer	407
Consilium caret natura	173	Corybantes in furorem agunt	
Consilium pro consensu iudicium		aera geminando	142
	131	Corybas sectus	498
Consistere	833	Crassa caligo	372
Consona regno docere	131	Crassus Scaenolae frater	198
Constituere alicui et cum aliquo		Crates summa lateris	452
	12	Creantia diuinos oppida	768
Constitutiones Senatus	139	Crebro introrsus spatio vacuata	
Constitutum	13	corymbos	362

Crebrum

# INDEX ALTER

Crebrum funale	368	De exsule consul	761
Credere	396	De mensa paratus	798
Credere fiduciam sibi	397	Debere scelus	660
Credere quod agis	292	Decii strenuum dictum in funere	
Credere et vota sua alicuius bonitati	495	filii	588
Credi vera Salamis	27	Decemviri cogentes hastam	501
Cresceret pro moueri in altum	335	Decernere digitis	416
Cressa corona	301	Decidere	198
Crinis Palladis adiuetus in quoque caisse	105	Decipientes insidiae	463
Cryptam ante sacram turbasse	199	Decreducere	335
Cubile nimium experiri	771	Deducere, deducere ratione	
Culcita fragilis	781	.220. tauri cornua	107
Culta loca manibus reddunt meliores foetus	203	Deducere et addere	221. 228
Culter adiectus, coniectus	87	Deducere pondere	247
Cum Sycionis cursitare	812	Deducere puberes ad maiores	
Cupressus laeta	181	natu 493. testes	81
Cura, curare, curatio capillo- rum	143	Defendere pueru rapinas Nym- pharum	344
Curiae nulli debita poma	348	Defuncti occasus	415
Curiae, centuriae, tribus, praec- rogatiuae, vel iure vocatae	516	Defungi, defunctionis	680
M. Curius ut coegerit Patres au- tores Comitiis fieri	156	Degenerare palmas	758
Currere cum Gallicis, lacerna	812	Deictant lumina palla	773
Currus mundi	68	Delegare ab aliquo	124
Currus vmbritus	189	Delphicus ales, cornu 406. 407	
Ciruare motus	189	Delphines inter 5. 227. 228	113
Cybele non inter numina infec- rorum	431	Demeret locus amoenitate	613
Cyclus annorum	24	Demosthenes venenum habuit	
Romanis	275	et vixit	353
<b>D</b>			
Δαδεχοι in Eleusiniis	589. 591	Densere sonitus	114
Damnati ad supplicium duce- bantur frenati	310	Deorum interpretatio vulgaris et philosophica	174
Dandum manus	56	Deorum necessitas effusa	175
Dare alicui, famae	257	Deos nocere non putabant	82
Dare loco numen	85	Deportare	81
Dasius Italicum nomen	640	Deprehendere i. facere ut de- prehendaris	45
Datur id est, lis datut	103	Deprimit lanx quod degrauat	247
Dicta-			
Desolatus i. desertus	765	Descendere i. ad forum ire	411
Destinare	211	Descendere Sestos Abydo coepe- rat	335
Destinata negotia	317	Descendit cornu vietus taurus	108
Deuius	180	Desolatus i. desertus	765
Deuocari	291	Destinare	211
Dicta παρα παραδοσιων	668	Destinata negotia	317

# INDEX ALTER

Dicator, potestas primum vtilis, postea formidabilis	313	Domo Athenis	745
Dedicatio Geometrica, Ionica, Graeca	175	Donare iras, poenam, moram, et similia	489
Die mutantur cuncta	25	Donare causam	490
Dies pro eo quod in die	21	Donare sidera	496
Diem induere	23	Donare spes suas ambitioni	492
Dies iusti triginta	5	Dona sua merito reddita	116
Dies sine faece	207	Donum dare	690
Dies tirocinii	305	Dorica nox	21
Diffamare indifferentes	437	Δρομάμφιον ἡμέρα	20
Dignum facere	384	Drusus gratum libertati nomen	473
Digredi velut a rogo	238	Ducere rationem, summam rem 80. remos 112. serram 572. somnos, alapam 165	
Dii impii	433	Ductae pari moderamine dextrae in remigio	86
Diomedis Thracis fabula	805-	Ducta bipennis, securis	87
Dionysius minor μωραγαυτῷ	591	Δελλιον ἡμέρα	20
Dirae Hecuba in Ulysses	215	Duplicatum corpus frigore	746
Diras ex rebus post factis sumunt Tragici	ibid.		
Discere rebus 360. deum morte	431		
Discernere et decernere differunt	416		
Discidium et dissidium	418		
Discrimen	418		
Discrimen tutum	231		
Dispar	149		
Diuerberare iubas proris, armis	414		
Dius	86		
Dixerit i. testem do	344		
Doctrina ore tenus exerciti	184		
Documentum esse	521		
Documentum statuere, ne quis	648		
Dolor se inuenit, erigitur	302		
Domare se poenis	219		
Domini facile adeptus honores	81		
Domina hasta	196		
Domini Eutropii	127		
Domini scientis esse	710. 711		
Dominus sector	196		
Dominus senatus consilii publici	139		
Domitiani vieti argumentum, si triumpharet	709		
Domitianus aurea statuit Capitolii culmina	736		
		E	
		Edere dicuntur curae	131
		Effluere de vestibus	206
		Effoeta parentum virtute	24
		Effundere radios	206
		Effuso mero laetior umbra	42
		Egredi relationem	135
		Ἐκχυστος ἀκτίων	206
		Elata bipennis	87
		Ellipson origo et in quibus dampnus fastidium	317
		Ellipsis verbi Substantiū casus necessarii Tacito	104
		P. Melae familiaris	105
		Poetis frequens	107
		Eloquentiae opera et anni	312
		Ημέρα δέλλιον, δρομάμφιον, θεούδερον, δρομάμφιον	20
		Embolimus Graecorum mensis	
		30. dierum	278
		Emendare poenitentiam	667
		Emere de mensa	798
		Emerita virtutis et vitae stipendia	750
		Emiti honores	82
		Eoa bruma	574
		Ἐπαρ-	

# INDEX ALTER

<i>Ἐπάρχας δεκτον</i>	de pocilla	
τορibus	34	
<i>Ἐπὶ πρύμναι κρῆσαι</i>	825	
<i>Ἐπιβολαι Epicuri</i>	50	
<i>Ἐπίκηρως ἡμές</i>	823	
<i>Epirotici canes</i>	244	
<i>Ἐπυρδοὶ θραστόμενοι</i>	167	
<i>Equestris ordinis origo et au-</i>		
<i>ginenta</i>	504	
<i>Equus munus amantium</i>	224	
<i>Equus studiorum immemor</i>	751	
<i>Erat fieri</i>	601	
<i>Erebus tenebraeque</i>	766	
<i>Ergastula, carceres, metalla</i>	58	
<i>Erigitur dolor</i>	302	
<i>Errorem soluere</i>	271	
<i>Eruere patrimonium alicuius</i>	503	
<i>Esse alicui bono, malo</i>	611	
<i>Esse documento</i>	521	
<i>Esse in publico</i>	789. 792	
<i>Est praestare</i>	604	
<i>Et pro etiam</i>	138	
<i>Euander Arcus, non Argiuss</i>		
	743	
<i>Ex albo iudicium</i>	313	
<i>Ex aliquo metus</i>	597	
<i>Ex consulatu reus</i>	757	
<i>Ex honore prouinciam sortiti et</i>		
<i>ii, qui annum absoluerunt in</i>		
<i>vrbe, et qui ante finitum</i>		
<i>iuerunt in prouinciam</i>	760	
<i>Ex mei animi sententia</i>	685	
<i>Ex primo hastato</i>	761	
<i>Exactor e libertis datus</i>	296	
<i>Exactor parium</i>	60	
<i>Examen ab exigo</i>	775	
<i>Excusare</i>	242	
<i>Excussus</i>	835	
<i>Exeuat via clausos</i>	45	
<i>Exedere aliquem</i>	803	
<i>Exempla trifilia</i>	521	
<i>Exemplo pernicioſa</i>	315	
<i>Exemplum haud salubre</i>	24	
<i>Exercere publicum</i>	790	
<i>Exercitum imperare</i>	3. 4	
<i>Exercitus urbanus</i>	4	
<i>Exercitus Philosophus</i>	183. 184	
<i>Exerciti imaginem, praeserens</i>		
	ib.	
<i>Exigere cum aliquo</i>	768	
<i>Exigere plagas, opus</i>	60. 61	
<i>Exigi ex decuria</i>	635	
<i>Experiri cubile nimium</i>	771	
<i>Expositio vestimenti gratulans</i>		
	295	
<i>Exstigere sanguinem</i>	802	
<i>Extendi</i>	335	
<i>Exterior vallis</i>	453. 454	
		<i>F</i>
<i>Fabulas etiam anteceſſura la-</i>		
<i>trocinia</i>	666	
<i>Facere constitutum</i>	13	
<i>Facere corpusculum inertis otii</i>		
	606	
<i>Faex diei</i>	207	
<i>Falsarum tabularum reus</i>	320	
<i>Fama credita</i>	396	
<i>Fama et inuidia vexari</i>	337	
<i>Fama hominum</i>	36	
<i>Familiae conuentus Campani</i>		
	486	
<i>Famis maledicis ferti</i>	538	
<i>Fastidia pati, agitare</i>	628	
<i>Fastum facere, ferre</i>	628	
<i>Fata maiora petere</i>	231. 232	
<i>Fatis quantum licet in pia</i>	770	
<i>Fauor nimius</i>	244	
<i>Femur exclamare coigit</i>	267	
<i>Feriae Latinae, vt auctae die-</i>		
<i>buss</i>	806	
<i>Feriri, i. damnum in bonis ac-</i>		
<i>cipere</i>	804	
<i>Ferri dorso citati equi</i>	741	
<i>Ferri pro mortuo</i>	258	
<i>Ferro lato venabula</i>	206	
<i>Feruens iuba leonis</i>	362	
<i>Ficta vestigia</i>	125	
<i>Fidei commissor, patientior</i>	90	
<i>Fidei sacramenti anteponere</i>		
<i>spem praemii</i>	730. 731	
<i>Fidem liminis adstricti sollici-</i>		
<i>tare</i>	238	
<i>Fides vera, fiducia, φιλοφρόνε</i>		
	397	
<i>Fidus niuibus</i>		
	232	
<i>Figere in cate solem</i>		
	608	
<i>Figi</i>		

## INDEX ALTER.

Figi ad littus	599	Fundere amictus, lumen	206
Fili fine lege	499	Funeris saeva fors	772
Fistula Faunorum	41	Furiæ exactrices scelerum	658
Flamma	543	Furto vicini caespitem nostro solo ordiri	33
Flamma agit polum	477	Furtum rei inumobilis	ibid.
Flatus Helices serenae	240		
Flauescere tactu arenae	449.		
Flectere equos	369		
Flores varios nectendo effingere			
suum similes	75	G	
Fluctuari animo	213	G. et C. confusa	308
Fluctuatus est casius	582	Galbae dictum	169
Fluere dicitur vestis	206	Galerus non natui crinis	735
Flumina morientia per notas ripas	403	Gaulos insula spectabile ponto	370
Foeneratio, negotiatio	796		
Foeneratores honesto sensu	ib.	Gemina morte strati Philippi	402
Foenum an tomentum	777		
Foenus bessibus	611	Geminatae centuriae equitum	510
Forma verenda fortunae	180		
Formales epistolae	437	Generis mutatio	338. 339
Formido aduersus aliquem	298	Genu submitti	210
Fortasse cum Infinitiuo	387. 388	Genus	178
Fortis Ajax fortissimus in fu- rore	172	Geometrica didicisse	175
Fortius quid temeritate	ibid.	Germania fugiebat Romanos	
Fossas saltu iungere	181	tellure sicea	428
Fragilis torus, muscus, lanugo culcita	781	Geffisse recte	687
Frangere torum, cubile, crinem, cluum, puluerem	776	Gestire	743
Fratres etiam patruelles, etiam affines	196. 197	Geticum	183
Fraudare coponem, aes	571	Gladiatores alii nexii alii mer- cenarii	58
Frena damnatorum	310	Glebas mittere virgis	450. in
Frequentia celebrans tironem	305	glebas inuersum aequor	773
Fronte quauis religatus comam		Glomeramen	66
Ianus	488	Gradum inferre	213
Frugalissimum secernere	57	Gracchorum nece minaz curia	567
Frui	112		
Frui publico	790	Graecorum annus non fuit me- rus lunaris	278
Frustrari bestias	61	Gramina ab api carpta olen- suauius	260. 261
Frustrari spes tenuissimus ignau		Granaria Puteolis	176
Fuerit equisste	342	Gratari et Gratulari diis pro- prie 293. 294. quernodo	
Fugae remissa tela	601	transferantur	ib.
Fugitiuorum mos	78	Gratia iuncta loco	471
Fulcire	390	Gypsum Apollineum	168
	778		

H. H. 1

**I N D E X A L T E R**

**H**

<b>Habere ad mensam</b>	799
<b>Habere cum aliquo constitutum</b>	13
<b>Habere publicum</b>	790
<b>Habet</b>	327
<b>Hactenus</b>	97
<b>Hamadryades coniunctae arbo-</b>	
<b>ribus</b>	42
<b>Hasta domina</b>	196
<b>Helices serenae fatus</b>	240
<b>Hibernum</b>	503
<b>Hi, illi, sic vt illud remotiori,</b>	
<b>hoc propinquiori respondeat</b>	
	437
<b>Hic familis i. huius effigies</b>	420
<b>Hiemem iurisdictioni, aestatem</b>	
<b>militiae dabant in prouinciis</b>	
	483
<b>Hieronis mites opes</b>	372
<b>Hircus victima grata satis Bachi</b>	
	258
<b>Histriones in scena quos vellent</b>	
<b>traducebant</b>	314.
<b>non tamen</b>	
<b>nominatim</b>	ibid.
<b>Hoc fuit</b>	293
<b>Hoc tertio</b>	211
<b>Homo iustus et morum</b>	149
<b>Homines Germani, Latini, Galli</b>	
	243
<b>Hominum fama</b>	36
<b>Honestati pulchritudine virtu-</b>	
<b>tis</b>	146
<b>Honesti et exerciti imaginem</b>	
<b>praeserre</b>	184
<b>Honore ablegare</b>	723
<b>Honos</b>	116
<b>Hostile lignum</b>	401
<b>Hostilius Tullus rex equites fe-</b>	
<b>cit nongentos</b>	511
<b>Humanitatis corpus</b>	361

**I**

<b>I. et L. confusa</b>	470
<b>I vel Y et AE vel Oe confusa</b>	7
<b>Iacere et inuergi colorem</b>	202

<b>Iacere pomia dicuntur arbores</b>	
<b>Iactari in alto vrbis</b>	470
<b>Iactati Grachi</b>	22
<b>Iactus animi</b>	567
<b>Iaculata pistrix semet profun.</b>	50
<b>Ianitor sub duro aere</b>	234
<b>Iberus fluvius Sagunthi pro-</b>	
<b>tector</b>	457
<b>Idaeae matris famuli vilissimi</b>	733
<b>Idem interdum crebrum et ra-</b>	
<b>rum</b>	591
<b>Idonei</b>	362
<b>Ignaui spes frustrari</b>	610
<b>Ignis fatidicus</b>	343
<b>Ignis liquidus</b>	548
<b>Ignorare se</b>	205
<b>Ignota sidera et fretum</b>	230
<b>Imago prodita ad posteritatem</b>	427
	82
<b>Imagine iuris stupefactus</b>	233
<b>Imber summam cutem terrae</b>	
<b>tangens</b>	448
<b>Immitia claustra</b>	300
<b>Immotus pontus</b>	426
<b>Imparilis numerus</b>	287
<b>Impatientia, pro immoderata</b>	
<b>libidine</b>	816
<b>Impellere choros</b>	477
<b>Impellere poenam suam</b>	138
<b>Impenetrabilis</b>	827
<b>Imperare exercitum</b>	4
<b>Imperator orbi discit, quod quis-</b>	
<b>que sibi</b>	475
<b>Imperatores non iurabant Sena-</b>	
<b>tui et populo</b>	716
<b>Imperatores populi Romani</b>	689
<b>Imperitus, imperitum ingenium</b>	
	542
<b>Imperium pro subhastantione</b>	196
<b>Impii dii</b>	433
<b>Improbata in Neronе Vatinii</b>	
<b>potentia</b>	353
<b>Imum cornu Panis</b>	109
<b>In anchoras euehi</b>	821
<b>In glebas inuersa aequora</b>	773
<b>In opera gratuita esse</b>	793
<b>Inace-</b>	

# INDEX ALITER

<b>Inacescere</b>	924	<b>Ingentus</b>	474
<b>Ipania, id est, aer</b>	368	<b>Inter homines carnifex</b>	47
<b>Incendere genus suum</b>	543	<b>Inter tumultum</b>	762
<b>Inculta filia, salicus, dapes</b>	33	<b>Intercalatiois Pompiliana ratio</b>	274
<b>Incipere relationem</b>	135	<b>Intercalatio interdum omissa</b>	285.
<b>Incitare fossis</b>	266		286
<b>Incitus mundi</b>	474	<b>Interior vallis</b>	453
<b>In commercia facere iter terribus</b>	65	<b>Interire dicitur ipse, cuius bona absuntur</b>	794
<b>Increpue tubae</b>	371	<b>Interpellare et interpolare</b>	479
<b>Incubuisse i. se incutuisse</b>	245	<b>Interponendis mensibus intercalaribus</b>	287
<b>Incuria capillorum</b>	144	<b>Interponere</b>	520
<b>Incusserat metus</b>	202	<b>Interpretes, interpretari</b> alicui carmen precatonis	718
<b>In diem et populos mittere</b>	94	<b>Interuenia</b>	122
	95	<b>Interquerere pecuniam</b>	571
<b>Indignus</b>	383	<b>Ita finem iuris, hepaticam, Kalendas, modum, legem, pretium</b>	72
<b>Induere diem, adulatio<i>n</i>es, abitationes</b>	22, 23	<b>Intrabilis</b>	428
<b>Inestio vehementer</b>	355, 356	<b>Introrsus referre</b>	73
<b>Inexcitus philosophus</b>	183, 184	<b>Inuenit se dolor</b>	302
<b>Inferre signa, gradum</b>	213	<b>Inuergere et inuergi</b>	204
<b>Inferre in insidias</b>	ibid.	<b>In vestigia statuere se capita</b>	456
<b>Infieta nauis</b>	121	<b>In victores victosque coalescens fides</b>	397
<b>Infinitiu modo expressa et vulgo corrupta</b>	248, 389	<b>Inuidiae onus non excusabile</b>	242
<b>Intra viribus, specie</b>	347	<b>Inuitatus</b>	474
<b>Infringere</b>	780	<b>Locentur urbes</b>	470
<b>Infuscare</b>	778	<b>Locus deus</b>	471
<b>Infusum lumen</b>	205	<b>It sensus per pectora</b>	735
<b>Ingeniosus ager</b>	706	<b>Ita fugies, ne praetet rasam</b>	391
<b>Inhibere nauticu<i>m</i>a</b>	819	<b>Iter voce<i>s</i></b>	459
<b>Inhibere remos vix dixerunt veteres</b>	824	<b>Iubae umbra</b>	734
<b>In histriōnēm iudicium reddi-tum</b>	343, 314	<b>Iudicatus</b>	224
<b>Iniectus animi</b>	50	<b>Judicia plebis et prudentium distincta</b>	88, 89
<b>In incertum euentum</b>	160	<b>Judicia reddens</b>	314
<b>Inlati praesidiis</b>	212	<b>Judicium septentrionale Romae nullum</b>	643
<b>Inlīcium vocare Quirites</b>	11	<b>Judicium nulla animaduersio, sed magistratum</b>	314
<b>In lucris Africa tota</b>	440	<b>Iunctis cornibus impletuit orbem luna</b>	705
<b>In magno negotio habere</b>	317	<b>Junctum stemma</b>	181
<b>Ininxus humero dextro</b>	348	<b>Lua</b>	
<b>Inophorus pro oenophoro</b>	700		
<b>In primis animalibus i. primum in animalibus</b>	52, 53		
<b>Inrefectus pollex Casidias</b>	140		
<b>Insignia summi imperii</b>	762		
<b>Insuperati thalamī Thesidos</b>	656		
<b>Instituere vestigia</b>	456		

# INDEX AETER

Inngere fossas saltu, eyathos,		
tractus 181. penates	764	
Iurabant in leges ineunteſ Con-		
fuleſ, decedenteſ eiurabant		
715. 716		
Iurator, id est, Censor	547	
Iure vocatae centuriae, curiae,		
tribus	516	
Iurecurando adigebat cives o-		
mnes Romanos folus Censor		
	547	
Ius, ius experiri	234	
Ius imaginis prodendaे	82	
Ius usurpare	152	
Iusta militaria, iudorum hospi-		
taliaſ etc.	576	
Iusta non carent singulari	578	
Iusta peragere, reddere, percipi-		
percere, exigere	86	
Justi dies	5	
Justitium arcis	476	
Justus	393	
<b>K</b>		
Kαθαρὸς πόλεμος	568	
Κατακατόφθασ	795	
καὶ Κυπρίδη	113	
Κύριε μα, μηδε μᾶ, voces ama-		
toriae	783	
Κρέσονται et ἀνακρέσονται πρύμναι	820	
<b>L</b>		
Let i confusa in vett. libb.		
Laboriosus et exercitus	470	
Labra animam conciliantia	557	
Lacesti, Chelae	472	
Laetitiae	473	
Λαχνόλατος Callias	675	
Lacus pro cloacis	594	
Laesum damnegare	261	
Laeta cupressus	497	
Lagaea noualia	181	
Lanista clemens, frugales, secer-		
nens	117	
Lanuum non est obsoenum		
apud Propertium	57	
	445. 446	
Lapidosum aruum	369	
Lasciuia, lasciuus	350. 351	
Latere posse se	545	
Latiar consecutum	806	
Latinae consecutae	ibid.	
Latio, latus, latura, laturarii		
	471	
Latrans tractus	169	
Latrocinia fabulas etiam ante-		
cessura	666	
Latus festulæ	471	
Leudatum in cibis	423	
Laxare campum ferro	740	
Laxata vox dolore	459	
Lecta plebes	371	
Leictica Zoilli sandapila	258	
Lenaeus	413	
Letifer arcus Herculis	116	
Lex Publia et Laetoria de tri-		
butis Comitiis	154	
Lex Publia et Maenia de auto-		
ritate Patrum ante initium		
suffragium	155	
Libata præmia	272	
Liber, id est, procax	352	
Liberæ pontum iubae	399	
Libertas	352	
Libertatem dabant ineunteſ con-		
sulatum omnis boni vicem		
	128	
Liberti adiuncti magnarum ex-		
peditionum ministris	295	
Libertis haud multo secus quam		
seruis imperabant	296	
Libra et aere tuus	171	
Limbo picto chlamys	206	
Limen adstrictum, adductum	232	
Lingonicum tomentum	776	
Liquidus ignis 205 lux	207	
Litanisse Pythio sacrificantes	701	
Liulia mater pudicarum Vestae		
	707	
Loca sua defendere non posse		
	725	
Loca via prius	118	
Locant caedundum pecus lanii		
	126	
Locare agrum nummo, partibus		
	379	
Locare		

# INDEX ALTER

Locare membra in somnos	458	Mare Adriaco mutatum nomi-
Locare publica	790	na 429
Loci numen	84	Mariani et Sullani pro patria
Longinquus i. diuturnus	642	bellabant 445
Lotique lyraeque	702	Marius de exsule Consul 761
Luces Tyriae	205	Marius Gratidianus C. Marii
Ludere lasciuia manu	351	frater 197
Ludi magni adiecti feriis Latinis	806	Marmoreus Lucanus 420
Ludi Victoriae	313	Martius adducit aestatem ibid.
Ludum existimare	635	Mater τὸ Φιλότεκνον 44
Luere donum	690	Mater Deum θεῖον 357
Lumen infusum	205	Mater Samothraca 96
Lumen lucernae spiculum, solis lancea	464	Matre Athenis Atticis 744
Luna decimo motu resumens cornua.	336	Media moenia 235
Lunares anni plerisque gentibus sed cursui solis intercalando aequati	272	Megalopolitani 240
Lunae plenae luciferi equi	407	Mel per se fluens nobiliss 265
Δύσης κάλως, ἐρχη	412	Meleager flammis absentibus vltus 227
Lufus et lasciuia	351	Mellare matura 264
Lux liquida	207	Mensa pro pecunia societatis 797. seqq.
<b>M</b>		
M et V iniucem mutantur	96	Menses intercalares alternis 22 et 23 dierum 282
Macedonicus Asturco	224	Mensuras locorum, temporum, rerum miscent Graeci 642
Maculae citri	491	Mercenarius in frustandis bestiis noxius 62
Maeccenas adiutor Augusti	316	Mercurius virgae demulctu fo- minos ducit 165
Magii etiam Tiburtes	552	Merito sua redditia dona 116
Magnetis vera	121	Metalla pro damnatis in metal- la 58
Mala Hecubae et Priami	215	Μητραὶ γῆραι non Eleusiniae, sed Idaeac matris 588
Male dispar, seruatus	140	Metus ex aliquo in aliquem 397
Male ostendere	ibid.	Metus incusserat 202
Maligna numina	434	Micare digitis 416
Malos vel malis interdum expe- dit esse	392	Militares vici 299
Mamillae fractae	780	Milites fiduciam inter se creden- tes 397
Manibus reddunt meliores foe- tus loca culta, in manibus		Militiae 360
spes sita	203	Minari Aetnam Olympo 69
Manus artificum	373	Minister regius bello datus 295
Manus dandum	56	Minister, minister vini 319
Manus grauior	350	Minuere pro minui 372
Manus improba	352	Minus uno, minus parte 170
Manus mala	166	Minus sani non iudicantur ani- mi vitios 170
Marcellus inuitus bellum Syra- cusianis fecit	370	

# INDEX ALTER

Minus Tarquinio reges Romanī		
	ibid.	
Minuscularii vestigialūm conductores	792	
Miseria vulnerum	480	
Mites opes Hieroniv	373	
Mittere in diem et populos	95.96	
Mito contendere	455	
Mōdestia precanda	393	
Modo, nunc, laxiori spatio	737	
Mōenia, quaevis aedificia	235	
Moles pro pompa	130	
Mollis manus medicorum	164	
Momi postulatum in hominis fabrica	460	
Montes decurrentes	264	
Mora Lacedaemonia	360	
Mores i. boni mores	149	
Mores foeminarum, laus,	102	
Mores canum memorare per vrbes	229	
Moribus datur	102	
Morientia per notas ripas fluminā	403	
Morum homo	149	
Mori per fratrem non parricidam	200	
Mors gemina, vna	402	
Morte discere deum sentire iratum deum	431	
Mortem sine arbitrio remittere	533	
Mortis capaces animae	178	
Motu decimo cornua resumens Luna	336	
Motus curuare	189	
Mouere sacra	99	
Moueri de θυσιασμούτροις	142	
Moueri pro crescere	334	
Mularum foenum	782	
Mūlcere motu	168	
Mūlieris nomenclator	320	
Mūlifori lychni	362	
Mundo patente dies religiosus	615	
Mundus pro coelo	68	
Mūnerari populo sua	343	
Mūnus quo se Roma et Athenae iactant	435	
Murmur extremitum	740	
Muro moenia amplexus Ancus	235	
Murus antiquis fidelior munitio quam vallum	236	
Musti feruentis vis	358	
Mustum mellis	265	
Mutari loco, in locum	332	
Mutatio temporum	19	
Mutatio generis et numeri	339.	
	340. 753	
Mycene	769	
Mystae sidera visa tempus habent cibi	700	
Mysteria Romana	619.	
Mystica Vannus Iaçchi	616	
<b>N</b>		
N et M. N. et V. mutantur in vicem in MSS.	96	
Narses, Narseus	696	
Nascentes adhuc, vel modo	496	
Nata ad equestrem pugnam loca	726	
Nati Deum Argonautae	55	
Natura caret ratione et consilio	173	
Natura sortem foeminarum infelicitum adgrauians	236	
Naualia Phoebea	29	
Nauis non sentiens ventum	772	
Nāues ἡμέρας	823	
Nauium pīppes citae	837	
Ne nunc quidem minimā vrbs	108	
Ne cibi sit	345	
Nēa ημέρα	20	
Nec diuidendum in Et non	366.	
	403	
Necessariunt	173	
Necessitas pro natura	ibid.	
Necessitas effusa Deorum	174	
Nego, nemo, nōlo in proximo orationis membro affirmantia		
	535	
Negotiantes i. foenerantes	795	
Negotiatio foenerandae pecuniae	ibid.	
Nego-		

# INDEX ALATÆ R.

- Negotium, vox, vbi subaudiri  
solet addita** 348  
**Nemaeus inter sidera** 194  
**Nerui pro bonis** 796  
**Nescia vatibus ipsis veris fides** 115  
**Nestor iubens linquere prima  
cadauera et ferro grassari** 664  
**Nexus ciuum** 58  
**Nihil temeritate fortius** 172  
**Nili ripae aestate, carentes** 543  
**Nimium experiri cubile** 771  
**Ninias gens Campana** 552  
**Noctes emeritae** 750  
**Nocturni aduocati** 16  
**Nomadum tyrannus Annibal** 390  
**Nomen proprium desideratum  
in Symmachi epistolis** 437  
**Nomenclator mulieris** 320  
**Nomina fluiorum poetas viris  
dant** 738  
**Nominatum in scena compellare  
vetitum** 314  
**Nominibus alicuius credere** 704  
**Non fuerat nasci** 602  
**Non nollecedere** 585  
**Noſſe inter ſe miles debet** 395  
**Noſſe pro poſſe** 784-785  
**Noſſe ſua praemia** 246  
**Nouatio** 144  
**Nouera quorum Roma** 406  
**Nox Dorica** 21  
**Noxiū** 60, 315  
**Num et non inter ſe corrupta** 650  
**Numiae annus 355, non 354  
dierum** 297  
**Numerare palmas** 414  
**Numerus, numerum obtinere  
iure caeforum** 45  
**Numeri mutatio obſeruata** 34  
**Numeri locis dare** 84  
**Nummo locare agrum** 719  
**Nunc, modo, laxiori ſpatio** 737  
**Nundinari in captiuorum pre-  
tii** 652  
**Nutritia** 98  
**Nutritiarum mos** 164

## O

- Obeſsus macilentus** 260  
**Obſides, ſponſores vades** 214  
**Obſidio pro custodia captiuitate** 831  
**Obſtēre Phoebo** 39  
**Obuerſari** 501  
**Occaſus emeriti parentis** 415  
**Occupare praemia, locum alte-  
rius** 220  
**Occurrere** 347  
**Oculata capita pennarum paio-  
nis** 203  
**Odio et terrore corrupti in do-  
ninos ferui** 478  
**Oedipi vultus tantum extensis** 292  
**Offenſus** 474  
**Officium perdere aliud, aliud  
prodere** 465  
**Offundere terrorem** 766  
**Offusa lux, tenebrae** ibid.  
**Oniña, ſolennia** 128  
**Omiflus negligens** 367  
**Opera eueniales Romae** 404, 405  
**Operibus eloquentiae et annis  
florere** 312  
**Oppofitus** 474  
**Orationes temporum** 150  
**Orator aeftimat in numero ſce-  
lera ponenda** 44  
**Ora vatum Phoebo et Muſis di-  
gna** 365  
**Orac** 460, 461  
**Orbes exiguoſ luſtrare** 242  
**Orbi dicit imperator quod quis-  
que ſibi** 475  
**Orbis tralati ſonitus** 415  
**Ordiri caefitem** 33  
**Oretenus doctrina exerciti** 184  
**Origenes a nomine Aegyptio Or,  
vel Orus** 815  
**Os illud** 499  
**Oſcula ſumere admota ad ora  
manu** 580  
**Otiū et finis miseriārum mors** 93  
**Illi 3** 51  
**P. Pabula**

# INDEX ALTER

*P*

- Pabula liquentia Eoae brumæ**  
 Pacem condiscens oculis 574  
**Pacuvius Campanus** 552  
 Paedagogus dominus dominum sequens 233  
 Palla deiecta in lumina 723  
 Pallas comta crinem assuetum inuolui casside 105  
 Pan Φαγτασιῶν ἐπαργύος 695  
 Pandere Vatum et Poëtarum 655  
 Par, par superis Tydides 40  
 Parapita notnen Persicum 638  
 Parare aliquem munus 71  
 Parare inter se 70. munus ibid.  
 Parcus irae 106  
 Partem cœli ferre per sua nunticia 78  
 Partem designantia efferuntur sexto casu 675  
 Partes i. regiones 241  
 Parthorum religio erga amnes 638  
 Partibus agmen locare 719  
 Partim corum 342  
 Partium victoria 568  
 Pártus Tauri 192  
 Partus tota acies 170  
 Pasceré 185  
 Patens inter Terram et Lunam  
     Semidei habitant 88  
 Pater, nomen patris, paterna seyyn 44  
 Pati commoda, bona 91  
 Pati fidem 90  
 Pati loca sine aliquo 773  
 Patienter amare 818  
 Patres auctores comitiis 153  
 Pauperies deum sati 474  
 Pax cum morte e veneno Psyllis 574  
 Pécora partjaria 720  
 Pedestres 119  
 Pérgaeus ipse portus, non homo ex portu 27  
 Pellex, genus iniuriae 47

- Pensare parata cum amissis 677  
 Pensare vices 676  
 Pérecessit 302  
 Peragere iusta 86  
 Percipere membra domus 358  
 Perdere officium 465  
 Perditum perdere 691  
 Perficere 61  
 Perfidia Campana vindicata 745  
 Perforata nauis 749  
 Pergula 308  
 Pergulis digna habita amicitia  
     non palatiis ibid.  
 Periodos Iustri et periodos intercalandi non necessario idem principium eandemque metani habent 283  
 Perire quid 794  
 Permittere pro remittere, id est, condonare ignotum veteribus 531  
 Permittere. Permissa spatiis Lechaeis quadriga 245  
 Perplutnia 122  
 Perses, Perseus, Persa 696  
 Péruolitápis iniectus animi 50  
 Pestiléntia in foecundis agris quoque 263  
 Péstis alicuius 428  
 Phasiani 225  
 Philippi Macedonis fastus 628  
 Philippi strati gemina morte 402  
 Phriapitus Parthorum rex 638  
 Pictores capiunt ideas formarum 179  
 Pili caprarum 777  
 Piraea naualia, littora 27  
 Piraeus Athenarum ibid.  
 Piscium nomine non veniunt τὰ κηρόδην 113  
 Pistris fidus 112  
 Pistrix semet iaculata profundo 234  
 Placide praeesse 372  
 Platani in deficitis veterum 39  
     vino nutritae 40  
 Plena annorum spatia 281  
 Plena flumina, plena fidera 348  
     Pleona-

# INDEX ALITER

<b>Pleonasmus</b> relatiui	145	<b>Praefuit primis Ausonius</b>	270
<b>Plumae</b> an tomentum	777	<b>Praeire iusjurandum</b>	716
<b>Plumariis</b> nihil negotii cum to- mentis	778	<b>Praeiudicium</b> in utramque par- tern valet	528
<b>Plus</b> quam ciuile bellum	564	<b>Praemetuenter</b>	356
<b>Poena</b> , calamitas	218	<b>Praemia</b> sua nosse	246
<b>Poenae</b> vacua area	751	<b>Praemium</b> eripere fortis	219
<b>Poenalis</b> feruitus	59	<b>Praepositionum</b> metathesis	456.
<b>Poenitentiam</b> alicuius punire	667	seqq.	
<b>Poëtae</b> faciunt naturam quod non est	267	<b>Praeripia</b> fluminis	122
<b>Polenta</b> muros destinare vel vr- bem futuris muris	211	<b>Praerogatiua</b> pro eminentia vel privilegio vix latinum	529
<b>Poma</b> iacere dicuntur arbores	470	<b>Praerogatiuae</b> auctoritas	519
<b>Poni</b> faginum, aeneum, marno- reum	420	<b>Praerogatiuae</b> centuriae, curiae, tribus	516
<b>Pontibus</b> impositis vrbi fulmi- nans Salmoneus	430	<b>Praerogatiuae</b> vocabulum ele- ganter positum	527
<b>Pontifex Maximus</b> an potuerit imperare exercitum	6. 7. 8	<b>Praefagia</b>	299
<b>Pontificum</b> studium in obscu- randa temporis ratione	275	<b>Prae se ferre</b>	322
<b>Pontus</b> suo sanguine infectus	77	<b>Praefens</b> infinitiu pro futuro aut praeterito	
.tutus, dubius 231. immotus	426	<b>Praefidiis</b> temere inlati	212
<b>Pontum</b> in ponto quaerere	231	<b>Praefastare</b> Senatui sententiam	605
<b>Populus</b> Romanus. Quiritium non Quirites	691	<b>Praetor</b> Bactrianorum Bessus	210
<b>Portisculus</b>	834	<b>Praetor</b> caballorum praeda	794.
<b>Portitor</b> , quasi ad portum itor	465	804	
<b>Portidores</b> publicani et vectores et custodes	ibid.	<b>Precanda</b> , ad quae votis perue- niendum est	394
<b>Portoriū</b> quasi portitorium	466	<b>Precanda</b> modestia	393
<b>Possidentes</b> magis quam posses- sae diuitiae	411	<b>Pretio</b> magnae cladis stare	443
<b>Postprincipia</b>	631	<b>Pretium</b> , rem, arma, templum petere	324
<b>Potis</b>	117	<b>Prima</b> freta, tellus, vrbs	54
<b>Praebere</b> vsum	241	<b>Primi</b> secundique Ramnes, Ta- ties, Luceres	507
<b>Praebita</b> et iusta sufficientia	576	<b>Primum</b> sciscere in praerogati- va tribum aniplum	523
<b>Praecanere</b>	502	<b>Principia</b> locus in castris	630
<b>Praecantator</b> , et <b>praecantatrix</b>	167	<b>Principia</b> duces et praefecti, se- riore Imperatorum aeuo	633
<b>Praeclusa</b> mens	412	<b>Principia</b> in acie prima signa	631
<b>Praecones</b> in comitiis	522	<b>Principium</b> tribus vel curia	525
<b>Praeda</b> caballorum	804	<b>Principum</b> vltio principibus mu- nimento et securitat	724
<b>Praedes</b> , pignora, obsides	214	<b>Pristis</b> Sigaea	112
<b>Praefecturas</b> tenere titulo secun- do	268	<b>Prius</b> i. olim	178. 225
		<b>Pro</b> suffragio	526

# INDEX ALTER

<b>P</b> ro tribu, cōcione, rōstris	525.
	526
Probare mītem	500
Prodere, id est, dēferere, non iūiare, cum pōsse, aut de- beres	462
Prodere, effundere, prōdītor Helle; prōdīta mentis	ibid.
Prodere imaginem ad memo- riam posteritatemque	82
Prodere officium	464
Pōdes, pītūs constituta	15
Profanans Musarum sacra Vati- nius	354
Proiectus membra resūpta	741
Pronēfōs in Iōnīo, Procnēfōs in Propontide	764
Propala vox nihili	636
Properata temere fāths contex- tūs	216
Propior patrōtis an clēns	148
Propugnātores moēmūtū, castro- tūm, naūium	743. 749
Πρέμαντος κάπαστας	820.
quomo- do tifferat ab αναπόστολοι	825
Prōximi pro aduocatis	147
Prōximum argumentum	148
Prōximus terrām, tribunal, fi- nem	342
Pterela, Pterelas, Pterelau	696
Publicanorum Romanorū ani- mi magnitudo	786
Publicata pecunia	788
Publici conductor	790
Publicum	789
Publīcum populi Romani	686
Pudicae Vestae	707
Pudor vilissima tyranno cura	366
Pulfat humum sanguine	87
Pulfatus	474
Puppes in statione ad littūs ver- sae	820
Purpura, pro purpūreis vesti- mentis	400
Putare vitale	801
Putēolorūm celebris habitatio	436
Pythagoraeorum sodalitas	731
<b>Q</b> uit, pro qua parte, vbi	201
Qua manu	39
Qua mediotritate	ibid.
Quadrati versūs	23
Qualis erat ad hūndūm	327
Quam portionē	38
Qua obē qua mente auditor	408
Quadrigae permīta spaciis Lc- thaeis	245
Quaterere in pōnto pōntūti	231
Quæstor et Quæctōr differunt	418
Qui manus grauior siet	357
Quiibuscum	200
Quiete respondere	186
Quinquemātem exercitū hr- istrare	12. 16
Q. Statoritis semilixa	291
Quiūs pro vterque	488
Quo nūmine laeso	612
Quo tribunos plebei modo	157
Quo vētra voluntas	766
Quod natūm est	340
Quota pars campi	37
Quota tētratum parte gaudēat	ibid.
<b>R</b>	
R. initiale praecedentis vocis vltimā breuem produ- ctam facit	204
R. et S confusa	96
Rādere tractim	168
Radios effundere	206
Rami sui	76
Rapacitati addere crudelitatem	653. 654
Rapi dicuntur vates	65
Rates causas leti texere	216
Ratio, rationētē deducere, du- cere habere	220. 221. 224
Rationes dantur censoribus	548
Rebus, rebus iudicata causa, re- bus sentire	359. 360
Recellere ad sua scola	55
Recidere	

## INDEX ALTER

Recidere similitum	73		
Recidere sumtum abundantem	307		
Récipere	377		
Recipere mortem	106		
Recoquere fessos aetate	770		
Redactus	183		
Reddere iudicia	318		
Reddere iusta	376		
Reddere ludos	688		
Reddere meliores foetus manus	203		
Redigere	183		
Redimere publica	790		
Redire danio	329		
Réferre pedem	177		
Regere socios	189		
Régum labor	115		
Relipubicae satisfacere	186		
Relationem in Senatu egredi	115		
cebat	193		
Remissa terrae nomina	78.	fugae	
tela		ibid.	
Remissus exercitus	5		
Remittere	591		
Remesse	202		
Remulco subire tergo littora	824		
Reprehendere i. irritum redere	157		
Republica in ancipi	133		
Repulsor publicis negotiis	90		
Repurgia	122		
Res aliquoius secli	52		
Res epota est	498		
Res felicissimae temeritatis	327		
Res ingeniosa, colenti foecunda			
vxor	706		
Res peregrinae Romanis nominibus propter ἄγαλμα apellatae	630		
Res quae ehsū aut potui	499		
Refanescere	301		
Rescribi sub flagrum	834		
Respondere i. ad delectum in iudicio, ad tempus, ad reliqua	ibid.		
Responsus	474		
S			
Set R vix discernuntur in vett.			
Coda.	96		
Set X confusa	351		
Sacra commota	99		
Sacramenti fides	730. 781		
Sacramentum iuris sodalitii	ib.		
Sacrum non habere	59		
Sagitta roris	264		
Sagittarii spatiū requirunt	341		
Salaminia pugna non seruata			
Graecia	30		
Salamis vera, ambigua	26		
Salamis vera credi	27		
mergit Athenas	29		
Salmone vel Salmonacea	vrbs		
	450		
Samothraca mater	97		
Sancetas confunctionis	81		
Sanguis pro bonis	796		
Sarmatae contis gladiisque	ord.		
vius valent			
I. i. s.			
	341		
	Sata		

# INDEX ALTER

Sata Bacchi	259
Satisfactum dominis volebant gladiatores	176
Satu deum	474
Saturare stercore	264
Saturnalibus peccantes in aquam mittebant	261
Saxa constructa	370
<i>Σχεδίη πολιόρκεως</i>	216
Scilicet	388. 389
Scipiones P. et L. φιλαλλήνες	811
Scit fama	244
Scribi sub portisculum	834
Scriptus auro Iupiter	737
Secantia oras fluviorum ostia	101
Se in verbis actiuis saepe sub- auditur	202. 203
Se dolor inuenit	303
Se ignorare	231
Secernere nemus	417
Secli alicuius esse	52
Sector dominus	196
Sector, sectio	ibid.
Sectus Corybas	498
Seculifque in Libb. Liuui pro Atelofisque	717
Secundo titulo tenere praefectu- ram	268
Securis ducta, adducta, deducta, deiecta	87
Securitas scepitis simillima	606
Sedare iubila	372
Sedes in curru deum matris	356
Sedet in ore gallor, macies, la- cuna lues	180. 181
Sediſſe coelum Alpibus	403
Sedulus, sedulitas	147
Selinus palmifera	368
Semina belli auertere	572
Semissibus copia nummuorum	611
Senatusconsulto tribuunt inter- dum quod alii plebiscto	155
Senectus aegro et corpore fati- gata	137
Sensisse iratos deos	431. 434
Sensus vox rhetorum	187
Sententia relationi opponitur	137
Sententiae loco quidquid vellent in Senatu dicere licebat	135
Sentire libere	187
Sentire, non sentire	771
Septemuirale iudicium nullum	643
Septimius Serenus Poëta	436
Sera ominum fides	115
- - serpens	289
Sera quaeri	288
Serenas noctes vigilare	662
Serenitas colata	208
Serenus Septimius Poëta	436
Seros quos videt lucerna	662
Seruans sibi imagine falcem	259
Serumi est	115
Seruare obſidionem	367
Seruitus poenalis	59
Seruus a manu	320
Seruocare	291
Sex centuriae	507
Si, at vos	830
Si, eleganter omisſum	176. 755
Sibi ablatus	562
Sibi non aegrum iamdudum cre- dere corpus	230
Sicyonia	812
Sidentes in amnem montes i. fi- nientes	727
Sidera mutata	333
Sidera pro temporibus	427
Sidera plena	348
Sigea Priftis	112
Signator falso	321
Signorum tractus	168
Silentium interpellatum	479
Similis aliquis pro alicuius ima- gine	420
Simulationem induere	23
Sincerum equeſtre proelium	584
Sine lege filii	499
Sinus famae imperii	35
Sinus nubium aliarum maior, aliarum minor	425
Socios actus regere	190
Sodalitii iuris sacramento nexi	731
Sol	

# INDEX ALTER

- Sol** ortus ab occasu nostro aspi-  
 cit austrinam partem 67  
**Solare**, solata puppis 765  
**Solem** summouere, excludere,  
 vetare 39  
**Solennia** omina, auspicia 129  
**Solis** lumen lancea 464. 465  
**Solis** occasu 559  
**Sollicitare** fidem liminis adstri-  
 eti 232  
**Sollicitare** fessiōibus terram 266  
**Soluere** errorem 271  
**Soluere** Furiis serum scelus 659  
**Soluti** numeri, modi 436  
**Solutus** torpor 765  
**Somni** impacati, diserti 607  
**Somnium** colatum . 208  
**Somnos** ducere 165  
**Sonitum** facere, pro clamare 343  
**Sopitus** accepto vulnere 605  
**Soror** φλαδελφία 44  
**Sors** saeva funeris 772  
**Sorte** occupata praeium perdi-  
 disse 219  
**Sorte** tenere 767  
**Spania**, medii aeui librariorum,  
 non Litui 755  
**Sparsi** capilli sideris 69  
**Spatiis** permitta Lechaeis quadri-  
 ga 245  
**Spectabile** fidus 301  
**Speculum** ad cor perspiciendum  
 460  
**Spes** et vota pro liberis 492  
**Spes** suas donare ambitioni 492  
**Spiritus** nocentes 141  
**Spolia** prima Opima appellata  
 53  
**Spondent** pro viris fortibus ci-  
 catrices 213  
**Stantes** mammae, stantia pecto-  
 ra 780  
**Stare** pro cessare 309  
**Stare** magno pretio 444. 445  
**Stataria** fabula 576  
**Statarius** orator, miles 576  
**Stator** Iupiter a fisto et prima  
 breui 698  
**Stator** Iupiter in Palatino 699  
**Statuere** se in vestigia capite 456  
**Sthenelas**, Stheneleus, Sthene-  
 lus, Sthenelaus 697  
**Stemma** iunctum 182  
**Stilico** Honorium secretus con-  
 sona regno docebat 131  
**Stipendia** virtutis et vitae eme-  
 rita 750  
**Stramentum** 77  
**Strangulati** latrocinio iudicium  
 796  
**Strata** odia, irae 480  
**Struere** vim, opes 92  
**Studiis** quae quies 769  
**Studium** verecundiae cedens  
 751  
**Stupeum** tomento similis capil-  
 lus 777  
**Suae** naturae fortuna corruptrix  
 714  
**Sub** aere ianitor 457  
**Sub** auro statua 260  
**Subdere** faces 238  
**Sub** imagine 259  
**Subire** verba, ritus, conditiones  
 187. 288  
**Submitti** genu 310  
**Subscribe** bellum 193  
**Subsidere** Asiam, leonem, re-  
 gnum 106  
**Subsistere** feras 107  
**Suctu** terris nocens 454  
**Suffragia** ab auctoribus libera  
 158  
**Sui** dii, loca sua, tempora sua  
 722  
**Quis** malis ostentata indeoles bona  
 715  
**Sullana** victoria celebrata sine  
 eius nomine 313  
**Sullani** et Mariani pro patria  
 bellabant 445  
**Sumere** publica 790  
**Summa** reliqui deducendo et ad-  
 dendo colligitur 222  
**Suntum** abundantem residere  
 307  
**Supe-**

I. N D E X. A L T E R.

<b>Superare</b> miseros	420	<b>Tercarius</b> non Comicus sed Re-	
<b>Superatrahere</b>	825	tinus	435
<b>Superi</b> vltores	297	Terra remissa nomina	78
Supplicationes, si quae erant, post ferias Latinas	896	Terra summa crateres, extrema cutis, crusta, summac cutis	
Stus motus, sua ponua, natura, aurum, argenium, coelum, terra, aquae	74, 75	callus corium	452
Syllaba brevis, producta ante R.	400	Tertio non est aduerbiū, sed subintelligitur loco, numero, tempore	212
Evidentia dicens	472	Testulæ latus	471
Symadicum marmor natuas ha- bet purpurae maculas	400	Teucer condidit ambiguum Sa- lamina	26
<b>T</b>		Texere rates, leti causam	216
Tabulae orationis	321	Thalami Thetidos insperati	656
Tabellae duplices	321	Thebe cunctum portas habere fo- lita	101
Tactus archao	440	Tibia e cornu	109
Tactus magorum et medicorum	164, 165	Tiro tironem celebrare	305
Taeda frondens	419	Tolerantia subiectus clementia ac iustitia	90
Tangere fimo, felte, viseo etc.	448, 449, 450	Tomentum a tondo	774
Tangere trachim	367	Tomentum non foenum, non acus, non pluma, non stra- mentum, sed lana vel arundo	
Tanti est	341	777	
Tanto potentior, tanto melior		Tomenta a caprarum pilis	ib.
Tarpea	306	Tormentum cotiatum	ibid.
Tarquinio minus reges	170	Tormento excusa metti	209
Tarquinius Præfex equites	1800	Toro duro certior somnus	783
fecit	501	Toros frangere	778
Taurus portitor Europæ	466	Toros fragilis	774
Témuos témenos	417	Borruda faxa, membrana	346
Témuos témenos	444	Tota acies partus	170
Temere propratus, manitus, contextus	216	Totus lucri	150
Temeritate quid fortius	272	Trabes illidi	114
Tempero suscipere, dormire	298	Trabes Smaragdi	472
Tempestas tempus, pro iis quae in tempore	13	Tractabant vulnera interfectio- rum lugentes	169
Tempora morum diversa	19	Tractim tangere, radere, mul- cere	108
Temporum homo	149	Tractus latrans, raucus habe- barum, signosum	168
Tempus autumnum	303	Tradere, trahere: causam aduer- sarii	496
Tempus habere aedis, cibi	303	Trahere res ad aliquid	532
Tempus statu, alienum	172	Transmutare in locum dextra	
Tenedos recepta, non Tenedon recepta	209	cuius	334
		Trans-	

# F N D E X A L T E R

Transpositio litterarum Grac- cis soleniss	26	Vehere i. portare	357
Tres naues excubabant ad Sala- mina	32	Venabula lato ferro	206
Trientius Tabulius vel Trien- tabulius ager	788	Veneficae vnguibus omnia diffe- cabant 142. tactu offendere credebantur	165
Tribus pro cuiusvis multitudi- nis parte	634	Vera magnetis, Iaspis	141
Tribus et centuria interdum pro eodem	518	Salamis	27
Tueri aedes, vilfani	738	Verba actiuā absolute posse tur subaudite r̄q sc. 202. 203	
S. Tullius vt diuiserit equites	504	Verbi substantiui defectus	104
Tumor terratum	66	Verenda forma fortunae	180
Turbare sacra, festa, thiasos	99	Vergere amoma, pateras, asta, nifus, pondera	204
Tutela Capitolii, redemptores	738	Veritas nimia scenici actoris	587
Tutum discrimen, aequor	231	Verna mulieris	320
Tuus libra et aere minus	171	Vernuna	503
Tyrides par superis	140	Ver sacram	684
Tyriae luces	205	Vertens et magnus annus	278
<i>V</i>		Vestis, quae ostrum suffuderat auro 201. effluere et fluere dicitur	206
V pro B in vett. libris	693	Vetare solem, tela	39
V et M facile confunduntur	96	Veturia iuniorum, seniorum	522
Vacare pro abesse	374	Vexare morsi smaragdos, frena	351
Vades, praedes, obfides, pigno- ra	214	Vexari, i. reprehendi	ibid.
Vadimonium rei priuatae vas capitis	418	Vi latus	425
Vadum alucus, vel fundus flu- vii aut maris	118	Viae vocis expletiae	459
Vadum locus b̄mibus aquis	119	Vici militares	299
Valerius gesit in alite Phoebum	407	Victoriā exercere	567
Vallare, vallis pectinis, cilio- rum	453	Videlicet Solonem	389
Vallus interior, exterior	454	Vides dext̄rūs	736
Vapor terrae foccus, aquarium humidus	424	Vilius aurum maculis citri	401
Vastitas vulnerum morbi	502	Vim sibi ad potentiam struere	92
Vaticinatores in nemore Aricino	590	Vincere fluum, ripam	120
Vatinius aulae Neromianaē spe- cimen	353	Vinci non posse	558
Vdus aleator	261	Vincire deum	64
		Vindex non quiuis, qui aufert	541
		Vino gaudet platanus	40
		Vinum vltro petebant coniuiae	558
		Vires pro bonis, pecunia	796
		Viscera pro bonis, pecunia	ib.
		Visere inlicium	11
		Vis	

# INDEX ALTER

<b>Vis et usuratio, imago, species</b>		
Vitale quid	153	454
Vittae pignora	306	325
Vivacitas	352	480
Ulra famam exigere accolas	35	292
Vmbra de capillo et barba	734	262
Vmbra parietum	190	
Vmbratus currus	189	
Vnde, i. aquo	646	
Vnde petitur	ib.	
Vndique vorsus	51	
Vngues sagarum	142	554
Vocantium clamor	188	
Vocis viae, iter	459	
Vota domus	657	
Vota pro liberis	492	
Vrgere nihilo leuius	371	
Vri niue	177	
Visque	458	
Vsurpare ius	152	
Vsurpare ius vi ademta	ibid.	
Vt pro vtunque vel quanuis		
	363. 364	
<b>X</b>		
<b>X</b> in A mutatum in vett. libb.		
<b>Z</b>		
<b>Z</b> et DI confusa		675
Zodiaci signa pugnantia apud		
Manilium	190. 191	
Zw̄kugov ȳv̄s σωτηρίας, μυθικης		
		546



## C O R R I G E N D A.

Pag. 13. 1. de oratore. c. 62. al. Sect. 265. p. 20. 19. ἐσεπήν. p. 30.  
23. σραφέτι πως. p. 42. 30. Erisichthoni. ib. 33. διοσ. ib. 34. αὐθεπίζε.  
p. 45. 20. pro Virgilius de Cerere: leg. Valerius Flaccus de Tri-  
ptolemo. 1. 7. p. 54. 30. ἵπτε τε. p. 55. 22. dele τὸ tandem. p. 56.  
18. pro domuum leg. donicum. p. 60. 26. μεράκια. p. 78. 6. el. 7.  
54. p. 85. 19. Secernamque. p. 95. 25. ξτ. ib. 26. 61. ib. 27.  
post ἄμμων del. interpunkt. p. 108. 10. καὶ ἡγ' ὅγε. p. 125. 7. quam-  
que. p. 140. 11. lib. 9, 17. p. 142. 24. ἀρροδατ. p. 148. 10. lib. 16, 5.  
p. 158. 19. quam vobis met. ib. vlt. pro vobis. p. 165. 16. lib. 1. el. 1.  
v. 65. ib. 17. tum plumae. p. 205. 13. 1. Lenis et modice fluens.  
p. 208. 15. adserendam. p. 209. 26. Sed nec Tenedon. ib. 28. sine  
exemplo. p. 212. 23. ἐξ υπογύια. p. 243. 31. adsciti. p. 244. 7. se-  
minis. p. 245. 10. leg. 4, 1, 6. p. 252. 20. prudenter. p. 280. 10.  
reuincere. ib. 18. post Macrobius interpunge. p. 292. penult. ἐκ-  
πλάσσει. p. 316. 20. criminatos. p. 355. 22. nec sensus constat. p.  
417. penult. ὑψόθετ. p. 418. 2. καὶ κτ. et in fine versus dele comma.  
p. 447. 3. ὁ δὲ μεν. p. 546. 12. πτ. ib. 13. φαύῳ. ib. 27. ἀπερίω-  
σην. pag. 564. pen. γαρ εἰσιν. p. 629. παραπρεσβεῖας. p. 638. 17. δυ-  
νάμεως. p. 670. 27. Nam. p. 722. 24. ἀποκτάνασα. p. 731. 27. ὥσα-  
νε. ib. 29. διασθέντων. p. 747. 20. αὐθη. ib. 33. ἡπλωμένων. p.  
780. 22. παιδός. p. 792. 13. οὐδέασι. - p. 795. 20. αὐθαδές τι.







11080

Aug 16

116

